




L. Coelij Lactantij Firmani Opera, quae quidem extant omnia : uidelicet ...

<https://hdl.handle.net/1874/429792>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

C. LACTANTII
O p e r a .

XISTIBETULII Comment.

ERASMI Ecclesiasta.

APONTIUS in Cant. Cant.

G. fo.

210




63

1844

5000





C. J.
EX LIBRIS
APRIL 18...

10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 20

21
 22
 23
 24
 25
 26
 27
 28
 29
 30
 31
 32
 33
 34
 35
 36
 37
 38
 39
 40
 41
 42
 43
 44
 45
 46
 47
 48
 49
 50
 51
 52
 53
 54
 55
 56
 57
 58
 59
 60
 61
 62
 63
 64
 65
 66
 67
 68
 69
 70
 71
 72
 73
 74
 75
 76
 77
 78
 79
 80
 81
 82
 83
 84
 85
 86
 87
 88
 89
 90
 91
 92
 93
 94
 95
 96
 97
 98
 99
 100

101
 102
 103
 104
 105
 106
 107
 108
 109
 110
 111
 112
 113
 114
 115
 116
 117
 118
 119
 120
 121
 122
 123
 124
 125
 126
 127
 128
 129
 130
 131
 132
 133
 134
 135
 136
 137
 138
 139
 140
 141
 142
 143
 144
 145
 146
 147
 148
 149
 150
 151
 152
 153
 154
 155
 156
 157
 158
 159
 160
 161
 162
 163
 164
 165
 166
 167
 168
 169
 170
 171
 172
 173
 174
 175
 176
 177
 178
 179
 180
 181
 182
 183
 184
 185
 186
 187
 188
 189
 190
 191
 192
 193
 194
 195
 196
 197
 198
 199
 200

1011
 1012
 1013
 1014
 1015
 1016
 1017
 1018
 1019
 1020

1021
 1022
 1023
 1024
 1025
 1026
 1027
 1028
 1029
 1030
 1031
 1032
 1033
 1034
 1035
 1036
 1037
 1038
 1039
 1040
 1041
 1042
 1043
 1044
 1045
 1046
 1047
 1048
 1049
 1050
 1051
 1052
 1053
 1054
 1055
 1056
 1057
 1058
 1059
 1060
 1061
 1062
 1063
 1064
 1065
 1066
 1067
 1068
 1069
 1070
 1071
 1072
 1073
 1074
 1075
 1076
 1077
 1078
 1079
 1080
 1081
 1082
 1083
 1084
 1085
 1086
 1087
 1088
 1089
 1090
 1091
 1092
 1093
 1094
 1095
 1096
 1097
 1098
 1099
 1100

1101
 1102
 1103
 1104
 1105
 1106
 1107
 1108
 1109
 1110
 1111
 1112
 1113
 1114
 1115
 1116
 1117
 1118
 1119
 1120
 1121
 1122
 1123
 1124
 1125
 1126
 1127
 1128
 1129
 1130
 1131
 1132
 1133
 1134
 1135
 1136
 1137
 1138
 1139
 1140
 1141
 1142
 1143
 1144
 1145
 1146
 1147
 1148
 1149
 1150
 1151
 1152
 1153
 1154
 1155
 1156
 1157
 1158
 1159
 1160
 1161
 1162
 1163
 1164
 1165
 1166
 1167
 1168
 1169
 1170
 1171
 1172
 1173
 1174
 1175
 1176
 1177
 1178
 1179
 1180
 1181
 1182
 1183
 1184
 1185
 1186
 1187
 1188
 1189
 1190
 1191
 1192
 1193
 1194
 1195
 1196
 1197
 1198
 1199
 1200

Mortalis **U**ellat q mor... vni homo p peccat...
 corruptibilis vnde simul a mortalia corpa ura p inhabitantē spm dei in uobis.
 causa mortis vnde a peccatum mortale dicitur

Molle
 rope delicatum vnde Qui molliū uestiunt in auiubul regum sunt.
 xpositio vnde uerbum sacre scptū dicit molle p expositionē qd qd p r murū erat p obscuritate vnde
 mollia sunt sermōnes eius sup oleam & ipsi sunt iacula.

Modicum
 e vnde Melius ē modicum iusto sup diuitias peccatorū multas.
 tempore vnde Modicum & non uidebitis me.
 idē vnde Modice fidei quare dubitasti.

ur omamētū mulieris q a nabat se ingretere ad uiros vñ loz qd custos hester acceperant cū mundū m...
 a) mūdāna machina vñ In mūdo erat ul uniuersitas rerū dī ab inūdo In omī n mūdāna machina dē p...
 a) undanaz amatores vñ sequit & mūd ē n cognouit i mundi amatores. Et alibi pnceps mūi mūdi
 foras Non n diabol dī pnceps mūdi qā potestate habeat in reb mūdānis s dō quia amatores

mundus
 S apertua iuxta qm mūd tē ē q a philosophis dī artem mūd q pncipalis mūdi figura. ij reguar p...
 vnde boeti pulchru pulcherim ipe mūdū mēte gites s hīq imagine firmās.
 homines mūdi vñ de xpo dī tot mūd post cū abijt i uniuē sibi hoīs de mūdo.
 a) iud magūfatio vñ ante diem festū pasche factē hīc qd uenit s hōra ei ut tōfaret de hoc mūdo ad patrem
 S upior pars rationis q a mundicia mūd dicit qā nec errat nec decipit vnde. Que illuminat omne hōm
 ueniente in hunc mūdū i ascendente ad supiore partem rationis.

homo qui in uultus mūdo similis ē. Sicut in mūdo maior firmamētū mouet ad orientē in occidentē.
 reuēit in occidentē sic ratio in homine mouet a cōtemplatōe orientāliū i celestiu pmo gūdādo dū
 diuina & sequit descendit ad occidentalia i ad gūdādo nē terrenoz ut p in sūbūta gāmples in uultu
 deinde reuēit ad orientē ut rē gūdādo celestia & sicut plantae mouent cōt firmamētū et retardā
 motū sic qnq sensus mouent cōt ratiōē & impediunt ei motū ratiō tū cōt sicut dicit & sibi seruire
 & sicut i maiori mūdo dī impar in celestib angli ū ei q mīlites discurrētes p mūdū deo subiecti homine
 regunt & cōsiliant homines ū q mēta qī i suburbio mūdāne ciuitatis habitant sic sapientia i chri
 capis locū habet uoluntas in corde uoluptas in reuū suburbio. Et sicut mūdū fat ex quoz elemētis
 homo ex quatuor humorū elemētōz p pccatib cōformis i melancolia q gerit mēte terre. Humate quā
 gerit uicē aque sanguis qui gerit locū aeris. colera q hē similitudinē ignis q gerit etiam homo sicut
 cum omni creatura cū lapidib i ellendo cū arborib in uultu. Et benas aūliū dāuendo cū angli i dīderti

rope xpi vnde i b s fortitudinis nre syon saluatē ponet in carnis ipe n n murē q nos undiq iustodie
 arūdat dī mutale aut mūr nri omī p hē fuerit q p us q dñs apparer i carne ad cōstruendū i dī mīlli s
 & alia vnde Ego sum mūr & ubera mea turris i p dīcaroz mei q alijs p māt potam celestis doctrine sicut
 comparabiles turri qui alios defendunt sicut turris ciuitatem.

Murus
 mumentū fidei xpiane vnde iob de plecurab fidelū ait Qui rupto muro & apta ianua irruerunt sup
 Qui mūr runipit cū pūoz p sūationib fides q in redemptore nro cū quozdā corde dissipat Quasi rup
 muro & apta ianua sup bonos mali irruūt tūm accepta temporalit potestate pueri ipsa quozq
 in quozdā corde destruere fidei munimina conantur.

munitio vnde dissipant dñs muros filie syon i munitioes. Et in iob. Qui rupto muro hostis ingredi
 cū ul malignoz spū n i ul pūoz hominū p sūatione cathda discipline munimine i corde dissipant

Mortalis - Murus

S q̄. vii. Sup muros tuos iherlm̄ ostia custodes. i. sc̄is tuis deputauit custodia angloꝝ.

S acta scripta q̄ inuunt eccliam d̄i. cui custodie deputati sunt sc̄i. i. ei sc̄ptores. ul' expositores.

P eccatū. vii. Et in dō meo t̄ngrediar murū. i. p̄ gr̄am xp̄i repellam a me peccatū. qd̄ est obstaculum t̄ncam ad d̄m. Quis quippe est omne qd̄ inueni n̄ō obicitur ad d̄m qui diligit t̄ncam? S; h̄m̄ murū t̄ngredimur: cum p̄ amore sup̄ne patrie. quecūq; in hoc mundo fuerint obiecta calcamus.

D efensio. vnde. Non ascendisti ex

Patres Ecclesias

no isrl.

Sicut tantum

A pli. vnde Tradidi in manū impy

Folio n°. 210.

fidelū. q̄s fatam expatiunt ut cribret

F ides. vnde fluxit antennurale. &

D iuina potentia. vnde. Clamauit cor eoz̄ ad d̄m sup muros filie syon. i. q̄r̄ diuinam potentiam.

S it nomen seculi. vnde. Quid michi & tibi mulier

C orrupta. vnde. Int̄ natos mulierū non surrexit **marce ioh̄e baptista.**

G xor. vnde. Q̄m̄ diu uiuit uir albigata ē mulier uiro. si autē mortuus fuit absoluta est a se uiri.

E cclesia. vii. Ponā immunitā int̄ te & mulierē. i. int̄ diabolū & eccliam. & ali. mulierē forte q̄s inueniet?

S apiēna d̄i. i. fili. vnde legit̄ de muliere q̄ amullā dragma accēdit lucnā. quod sup̄i expositū est. S; sensualitate.

S ensualitas. vnde. ap̄ls ait. qd̄ uir caput ē mulieris. i. ratō sensualitatis. & sic uir debet regē mulierē. ita t̄ō

H eresis. vnde. ut enarras a muliere. ḡnēa. & ab aliena q̄ mollit sermones suos.

P dolatira. vnde. Et uidi mulierē ebriā de sanguine sap̄. & de sanguine mart̄rum **hu.**

E arnalis delectatio. vnde. Spectem mulieris aliens ad m̄m̄ rep̄bi facti sunt.

Q̄a idiscreta accipit.

M ens infirma. vnde quidā sapiēs ait. Melior est iniquitas uiri q̄m̄ b̄n̄faciens mulier. q̄a n̄ n̄c̄p̄ culpa foctū.

O ccasio uitatis fit. & uir infirmoz̄ occasio peccati. p̄ uirū fortis q̄libet & discret̄ designat̄ p̄ mulierē mēs infirma.

G ianū. vnde. Et leuauit oculos meos & uidi. & ecce due mulieres egredientes. & sp̄i ī alis eoz̄. et habebant

alas quasi alas milui. & leuauerūt eas int̄ celū & terrā. p̄ duas mulieres duo p̄ncipalia uicia. sup̄bia

& inanē gl̄am q̄ imp̄tati absq; ulla dubitatione iuncta sunt accipim̄. q̄ in alis suis sp̄i ^{habent} uolant

qui actib; suis fatane uolanti deseruiunt. Et habebāt alas q̄i alas milui. Milui semp̄ studet insidari

pullis. Iste ḡ mulieres alas h̄nt q̄i alas milui. q̄a actōes eoz̄ p̄ uolubio sūt miluo similes. q̄ insidat̄ sep̄unt

rope rem facies m̄m̄. vii. fiat ioh̄e ḡnēs domonū. & illd̄ erat m̄m̄. i. hōimē facies m̄m̄.

(parmuloz̄)

N on uales. nec debens loqui. vnde ydola dicunt̄ surda & muta.

R epressus ne loq̄tur. vnde. muta fiunt labia dolosa.

P rope talpa. vnde legit̄ qd̄ mures ebulliebāt de terra. & corodebant extalia philistinoz̄.

S imilitudo muris. vnde leḡ qd̄ philisti arcam emiserūt cum murib; aureis

P arua murena. i. lampreda. vnde quidā ait. Suspectus murena tibus.

S ententia theologica. q̄ elegam̄ murenula d̄i. quia sicut murenula lubrica est & labr̄ sic sententia

theologica ut elabit̄ a mente humana. vii. murenulas aureas faciem tibi. uerba sunt xp̄i ad

eccliam. O ecclia nos faciem tibi murenulas. i. in sacra sc̄pta uarias tibi offerim̄ sententias. aureas

p̄ sapiēnam. uermiculas argēto. i. splendentes p̄ eloquentiam.

P roprie. eloquia. vnde. Et filij tui in munerib; t̄c̄.

S a p̄ximo ut remittat̄ t̄ iurias.

B onū op̄. vnde. Si offers mun̄ tuū ad altare. & habes aliqd̄ adūsus fr̄m̄ tuum relinque ibi mun̄

tuū ante altare. & uade p̄us reconciliari fr̄i tuo. 7c̄. i. si uis aliqd̄ bonū op̄ offerre d̄o ī fide. p̄us pete

H omo qui offert se deo. vii. Reges tharsis & insule m̄m̄ offerunt. i. seip̄os deo.

R emunāto. vii. Et m̄m̄ sup̄ innocentes n̄ accepit. i. remun̄ationē cont̄ innocentes.

5.

5.

af.

2.


200

viii

12.

1745

7.



N^o 16 C.
N^o 56. x.

L. COELII
LACTANTII FIR-
miani Opera, quæ qui-
dem extant omnia:
videlicet

INSTITVTIONVM DIVINARVM	LIB. VII.
DE IRA DEI	LIB. I.
DE OPIFICIO DEI	LIB. I.
EPITOME LIBRORVM D. INSTITVTIONVM.	
PHOENIX.	
CARMEN DE DOMINICA RESVRRECTIONE.	

ACCESSERVNT

XYSTI BETVLEII AVGVSTA-
NI PIA AC ERVDITA COMMEN-
taria, nunc primum in lucem
edita.



Ex dono Büschelij

Cum gratia & priuilegio Cæs. Maiest. & Christia-
nis. Gallorum Regis.

BASILEAE PER HEN-
ricum Petri. 1563



LA CANTIER
L. COLLE
miani Opus, que per
dem exant omnia
indelicet

INSTITUTIONVM DIVINARVM
DE IRA DEI
DE GRADIBVS
RITIBVS LIBRARIORVM
PHONIA
CARRER DE ADMINISTRATIONE

ACCIDENT
XVIII BELVILLI ANOVSIA
SI HIC AD TAVATA CARRE

Handwritten red ink scribbles



Quo quibusque...
Mille...
Mille...

TABLETTE PAR MEX
Mille...



AMPLISSIMIS ATQVE CLARIS

SIMIS VIRIS, D.D. IOANNI BAPTISTAE, INCLYTAE

Reipub. Augustanae Cos. prudentissimo, & PAVLO, HEIN-

ZELLIIS, fratribus germanis, atq; unicis liberalium

studiorum Patronis, Dominis suis

colendissimis:

EMMANUEL BETVLEIVS

Augustanus S. D.



FFERO, Viri prudentia doctrinaq; præ-
stantissimi, Amplitudini uestræ, laudatissi-
mos hosce DIVINARVM L. COELII LA-
CTANTII FIRMIANI, scriptoris, dixe-
rim, penè diuini, INSTITVTIONVM li-
bros, XYSTI BETVLEII, parentis mei,
sanctissimæ recordationis uiri, lucubra-
tionibus illustratos: atque eos quidem
meo partim, partim uerò uniuersi Betu-

leiani generis nomine, nomini uestro nobilissimo inscribo atque
dedico. Studium hoc & officium utrinque uti neminem esse, ne-
que fore arbitror, qui sit repræhensurus: ita optimo mihi iure hanc
sumo & representandi Operis, & uobis dedicandi potestatem. Nam
si apud omnes omnium Ordinum ac gentium mortales communi
lege, sensuq; receptum habetur, ut filij, qui parentum suorum legitimi
hæredes scribuntur, debitam sibi hæreditatem adeant: nullo equidem
iure prohibebimur, quin hosce nostri patris P. M. labores nobis pu-
blicandos uendicemus. κληρονομίας enim iure & uolumen hoc Lactan-
tianum, & reliqua parentis in Domino piè defuncti, post Fata relicta
monumenta, nobis qui legitimi filij sumus, obuenerunt. Mihi uerò
primogenito, & solum literis mancipato, à cæteris Betuleiani sangui-
nis & negocium & potestas dedicandi huius non minus Christianis-
simi, quam facundissimi Lactantij facta est. Neq; difficulter adductus
ego, persuasusq; sum, ut quod huius sit operæ, libens in me suscipe-
rem: & hoc officium parenti simul, atq; suis, qui superstites manserunt,
posteris gratificaturus efficerem. Nam si (quemadmodum Ebræus ille
sapiens, maximus inquam omnium mortalium Solomo censuit) filio-
rum decus & corona parentes, uirtute scilicet, eruditione ac religione
clari, meritò putantur: uicissim filiorum est, ac nepotum, strenuè, imò
uiribus omnibus in hoc incumbere, quò & ipsi suis uiuis solatio pa-
rentibus, & uita functis esse ornamento possint. Quod sanè fiet, si eos
uitam hanc mortalem trahentes, obedientia & honore, secundum di-
uinæ legis mandatū, prosequantur: eorumq; insistendo uestigijs, atq;
ingenium referendo, uitæ sanctitatem, innocentiamq; colant: è rebus
uerò humanis cum exempti fuerint, nomen ipsorum tueantur, atq; fa-

mam. Quare hoc cum intelligam, & pietati usq; à pueritia operã non fortasse nullã impendere hæctenus conatus fuerim: & amplius mearum esse partium cognosco, ut quantum eius esse possit, si non in decorandis, at promouendis saltem patris lucubrationibus elaborer, atq; ijs quidem suorum famam studiorum, nomẽq; defendam. Nam & Sophoclis illud in Antigone (quod non minus uerè, quàm sapienter atq; elegãter expressit Poeta) menti meæ perpetuũ obuersatur:

*Τὶ γὰρ πατρὸς θάρσος ἑὐκλείους τέλει
ἤνελυα μέγιστον: ἢ τί πατρὸς παύσιον πατρὶ;*

Quæ uerba sic nostratium quidam Poeta Latinus reddidit:

*Quod maius etenim gaudium sit liberis,
Quàm si celebri laude floreat Pater?
Quod maius etiam gaudium obuenciat patri,
Quàm liberi si laude multa floreat?*

Atq; hoc potissimũ huius Operis publicatione spectauĩ. Nam tanto gratificãdi studium, quod ut meis me debere genere propinquis naturæ sensus cohortatur: ita hanc eis operam negare nec potui, nec uolui. Neq; id pluribus commemoro, ab ipso patre mihi, paulò antè, quàm spiritum suum cœlesti genitori reddidisset, suorum quæ adhuc in lucem non uenissent, scriptorum editionem, dedicationemq; fuisse mandatam. Huc potius orationem meam nunc cõuerto, ut paucis notum faciam, quibus causis impulsus, Lactantianas Institutiones uestro potissimũ nomini dedicare induxerim. Nolim enim uos putetis, quasi hoc temerè sit abs me susceptũ: ueluti nec temerariũ in edendis parentis lucubrationibus habendum, satis, ut opinor, euidenter demonstraui. Non uerbosam rationum enumerationẽ hinc institueri necesse habeo, quibus id excusẽ factũ. Quin unica sufficet uestra insignis beneficentia, qua & de Xysto uestro ueteri, & de nobis optimè semper mereri uoluistis. Meministis, uiri ornatissimi, quanta olim inter uos et ipsum intercesserit animorũ coniunctio: quamq; uos eum quidem publicè priuatimq; fouendo, defendendo, atq; augẽdo nihil intermiseritis: ipse cõtrà omni uos humanitatis, officiorumq; genere profecutus fuerit. Et quemadmodũ suam uos amicitiam ad terminũ usq; uitæ commendatam habere non estis dedignati: ita tanto ipse uicissim studio eandẽ coluit, ut per ipsum semper incolumis ac inuiolata manserit. Eius rei luculentum extat quoddam testimoniũ, M. Tullij Ciceronis Lælius, siue de Amicitia liber, suis explicatus Annotationibus, & uestro dedicatus nomini semper laudatissimo: propter quem sanè perliberali à uobis splendidoq; remuneratus fuit pignore. Quæ de re fortasse præstiterit nihil meminisse, ne uel assentari uobis, uel quid aliud parum agere ciuile uidear. Atq; hinc sanè factum, ut fauore candoreq; uestro fretus, tuus, D. IOANNES BAPTISTA prudentissime, in regenda gubernandaq; patria nostra Schola, consilijs uti & insistere: te uerò PAVLE ornatissime, ad sacrũ baptismatis fontẽ, ut pro Paulo Betuleio;

P R A E F A T I O.

Io Betuleio, filio, cum adhuc infans in album filiorum Dei, diuiniq; foederis cooptaretur, apud Deum fideiuberes, adhibere uoluerit. Alterum studij uestri in ipsum collati argumentum, publicum illud est Epitaphij monumentum, lapidi in perpetuam nominis ac honoris inscriptum memoriam, inq; D. Annæ templo, proximè ad Gymnastij, in quo iuuentutem Augustanā in melioribus illis literis instituit, locum, erectum atq; dedicatum. Quin & tibi Cos. prud. pietatem hanc acceptam ferimus, qua apud Magnif. Augustanæ Reipub. Senatum effecisti, ut uiduę atq; pupillorum, quibus ex Dei benedictione cumulatè auctus erat, aliqua ratio habita fuerit: ac honestè nobis, cum patris facultates minus sufficere sustentandis omnibus uiderentur, sit prospectum. Hæc summorum beneficiorum recordatio, nos officij admonet, ut non postremum iusticiæ esse munus iudicemus, ne ingrati in benefactores nostros reperiamur. Et si apud Persas olim in ingratos capitis poena fuit constituta: quam obsecro poenam inter Christianos non merëbimur, si gratiam penitus nullam, propter percepta beneficia rependamus? Gratitude certè benefactoribus deberi, gentes intellexerunt, sicut euidenter Poetæ uersus testantur:

ἀνδρὶ τοι χερῶν,
μνήμην προσεῖναι, τερπνὸν ἔστι πρὸς πάθοι.

χάρις χάρις γὰρ ἐστὶν ἢ τί τινα δέ.

ὅταν δὲ ἀπορῆται μνήμης ἐν πεπονθότο,

ἢ ἀν γένοιτό ποθ' ὅτος ἐγγενὴς ἀνὴρ.

Id est:

Boni uiri est, ut sit uoluptatis memor,

Si uspiam percepit. Et semper quoq;

Gratia uicij in gratiam alteram parit.

Beneficij uerò accepti apud quem disperit

Memoria, nunquam ille fuerit uir nobilis.

Et hæc quidem Tecmessæ ad Aiacem in Sophocle uerba sunt, Et Menandro comico Atheniensij hæc *περὶ εὐεργεσίας, καὶ εὐγνωμοσύνης* ascribuntur:

λάβωρ ἀπόδος ἀνθρώπῳ, καὶ λάβῃ πάλιν.

λόγος εὐχαρίστος χάριτος ἐστ' ἀνταπόδοσις.

πάλιν δὲ βυσσάρισμα νεμμένη χάρις.

χάρις λαβὼν μείμησο, καὶ δὸς ἐπιπέλλῃ, &c.

Hoc est:

Acceptum beneficium ò homo remunerare, & iterum accipies.

Gratiarum actio est, gratiæ remuneratio.

Præclarus uerò thesaurus est, gratia collata.

Opportunam gratiam consecutus, opportunam dato.

Et reliqua quæ sequuntur. Verum ne de Gratitude potius perorare, quàm studij mei causam, dedicationisq; rationem exponere uidear, hoc testor: me sine manifesta læsæ gratitudinis impietate committere non potuisse, quin beneficentiæ uestræ publico aliquo gratæ mentis testimonio responderem. At quod in præsentia quidem uestra magis dignum esset Amplitudine, aliud nobis fuit nihil, quàm

hic Lactantius noster: non quòd eo meritis uestris multò amplissimis satisfactum, aut nos officio nostro in uniuersum esse probè defunctos existimemus: sed uestra freti beneuolentia, hos labores *X X S T I* nomine uos ingratos minimè habituros: & inde quàm pia mente, quàm testari aliter atque declarare minimè datur, erga A. V. affecti sumus, facturos esse iudicium speramus & confidimus. Et liberalitatis uestre ratio nos hortatur, ut eam non alia, quàm hac ipsa excipiamus remunerationis significatione. Veluti enim ipse, quem sæpe nominauimus, Pater, proximum postquam fati celsisset honorem uobis fert acceptum: ita primum illud, quod lucem post eius mortem cernit, scriptorum monumentum, Præstantiæ uestre deberi libenter confitemur. Huc accedit, quòd huius Operis lectio à studiosorum uestrorum ratione non magnopere abhorrere uidetur. Nam ut ea semper fuit, ut Philosophiæ, humanioribusq; literis non aliter incumberetis, quàm ut sacra interim, quæ religionem nostram docent, non sitis aspernati dogmata: ita hic noster utrunque studium foelicissimè coniunxit, eò quòd, quia gentilium superstitionem impugnare necesse habuit, & cum Philosophis acutissimis disputandi habere negotium, in sacris Lectorem sic instituit, ut eadem opera in prophetioribus literis non minus diligenter erudiatur. Nunc ad Lactantium ipsum accedamus, de cuius Vita si aliquid explicemus, non fortasse nullum faciemus operæ precium. Ea diligenter est à doctissimis & diligentissimis uiris Theologis, qui Ecclesiæ quoddam Corpus historicum colligunt, consignata: ex quo quicquid & ad Vitæ, & Operum eius cognitionem proximè accesserit, annotabimus. Auctoris huius libri, qui hodie quidem extant singuli, L. Coelii Lactantij Firmiani nomine inscribuntur. Lactantium dictum fuisse à lacteo eloquentiæ flumine, ac solidiori Orationis genere, quidam sunt qui arbitrentur. Quò referri debet, quòd à Hieronymo, contemporaneo suo, quasi fluuius quidam eloquentiæ Tullianæ nominatur. Firmiani cognomentum à patria habuit Firmio, seu (ut alij) Firmo, castello siue oppido in Piceno Italiæ regione sito. Præceptore usum esse Arnobio, Hieronymus auctor est: & fortasse Romæ, ubi aliquando Arnobius docuit: ueluti ipse suis quos aduersum Gentes scripsit, libris non obscure innuit atque testatur. Ambo isti, discipulus pariter atque præceptor, eandem experti utrobique fortunam, Oratoris primum, deinde uerò Christianæ religionis professores strenui extiterunt: atque simile utrinque tractantes argumentum, aduersum Gentium superstitiones acerrimè depugnauerunt, & quasi certauere, ut dubium sit, uter alteri præferri debeat. Ambo quidem & zelo & doctrinæ summa pares fuerunt, atque ueritate. Ille uerò discipulum uehementiori ac pugnaciori stylo: atqui hic noster eloquendi dicendique foelicitate, quemadmodum sæpè fit, præceptorem

Lactantij uir.

ceptorem superauit. De Arnobio certè Hieronymus tradidit, eum inæqualem nimium & confusum in rebus sermone explicandis fuisse. Ad Lactantium uerò quod attinet, se & Oratoriam professum, ac foeliciori quadam dicendi facultate religionis causam perorasse, ipse in Proemio sui Diuinarum Institutionum Operis testatur his uerbis: Quæ professio, inquit, (ueritatis) multò melior, utilior, gloriosior putanda est, quàm illa Oratoria: in qua diu uersati, non ad uirtutem, sed planè ad argutam maliciam iuuenes erudiebamus. Multò quippe nunc rectius de præceptis cœlestibus differemus, quibus ad cultum ueræ maiestatis mentes hominum instituere possimus, nec tam de rebus humanis bene meretur, qui scientiam bene dicendi affert, quàm qui piè atque innocenter docet uiuere. Idcirco maiore in gloria Philosophi, quàm Oratores, fuerunt apud Græcos. Illi enim rectè uiuendi doctores sunt existimati, quod est longè præstabilius: quoniam bene dicere ad paucos pertinet, bene autem uiuere ad omnes. Multum tamen nobis exercitatio illa fictarum litium contulit, ut nunc maiori copia & facultate dicendi causam ueritatis peroremus: quæ licet possit sine eloquentia defendi, ut est à multis sæpè defensa, tamen claritate ac nitore sermonis illustranda, & quodam modo differenda est, ut potentius in animos influat, & ui sua, & instructa Religione, & luce orationis ornata. Atque hæc hactenus Lactantij uerba retulimus. Neque Rhetorem solum, sed eum & Philosophum fuisse exercitatisimum, eius libri satis luculenter testantur, in quibus nullius ferè & disciplinæ & professionis autores præterijt, quorum non sit usus testimonijs. Claruit autem annum circiter incarnati Christi trecentessimum uigesimum, & uixit sub Diocletiano & Constantino Imperatoribus Romanis. Et à Diocletiano quidem Nicomediam uocatus, Rhetoricam ibi aliquandiu professus est: ubi & negotium sibi fuisse cum duobus impuris Philosophis, quorum uterque libros contra nomen religionemquæ Christianam euomuerit, de se ipse scribit libro quinto, capite secundo. Cùm autem (ut uerbis Ecclesiastici Operis Scriptorum loquar) ut doctor Latinus in Græca ciuitate auditorum frequentia destitueretur, omisso tradendi & docendi munere, ad scribendum sese contulit: cùm quidem antequam in Bithyniam ueniret, Christianam religionem, ut uidetur, amplexus fuisset. Eusebius in suo, quod scripsit, Chronico, eloquentissimum suo tempore fuisse annotauit: sed usque adeò pauperem per omnem uitam, ut necessarijs quoque plerunque indiguerit.

Senem in Gallia docuisse, Hieronymus refert, ubi & Crispum, Magni Constantini Imperatoris filium, quem Pater ipse postea interfecit, discipulum habuit. Atque tùm quidem ipsum hoc Diuinarum Institutionum Opus ad Constantinum Imperatorem

Maximum (sic enim ipse uocat) confecisse iudico. Certè bene senem hos eum conscripsisse libros, fortasse non ineptè aliquis ex hisce eius uerbis coniecerit: Nam si (inquit) quidam maximi Oratores, professionis suæ quasi ueterani, decursis Operibus actionum suarū, postremo se philosophiæ tradiderunt: eamq; sibi requiem laborum iustissimam putauerunt, si animos suos in earum rerum, quæ inueniri non poterant, inquisitione torquerent, ut non tam ocium sibi, quàm negocium quæsisse uideantur: & quidem multò molestius, quàm in quo fuerant antè uersati: quanto iustius ego me ad illam piam, ueram, diuinamq; sapientiam, quasi ad portum aliquem tutissimum, conferam: in qua omnia dictu prona sunt, auditu suauia, facilia intellectu, honesta susceptu: &c. Et quoniam semel in mentionem sui Operis digressi sumus, sanè & reliqua, quæ partim de hisce Diuinis Institutionibus (in quas præfamur) & cæteris libris dicere constituimus, prosequamur. Occasionem ipsi Diuinis scribendi Institutiones dedit, ueritatis neglectus: quæ quòd obuoluta in obscuro lateret, & contemptui doctis, quia idoneis assertionibus egeret, & odio indoctis fuit, ob insitam (sicut ipse loquitur) sibi austeritatem, quòd eius lucem ob id ferre non possent, quia prauis suis aduersaretur studijs. Quare, sicut initio Operis est uidere, uindicare ueritatis doctrinam, & succurrere his erroribus uoluit: hocq; unicum sibi propositum habuit, ut & docti ad ueram sapientiam dirigerentur, & indocti ad ueram Religionem. Atque hinc est quòd alibi dicit, suscepisse se hoc munus, ut omnibus ingenij sui uiribus accusatores iusticiæ confutaret. Earum uerò generale argumentum est, quòd expressit his uerbis: De Religione itaque nobis, rebusq; diuinis instituitur disputatio. Atqui non hinc singulorum argumenta librorum persequemur, cum non commentarios, sed Dedicationem scribere constitutum habeamus: & inscriptiones ipsæ, quas autor singulis præfixit libris, hoc quidem euidenter monstrent. Primus scilicet de falsa Religione, secundus de Origine erroris, tertius de Falsa sapientia, quartus de Vera sapientia, quintus de Iusticia, sextus de Vero cultu, septimus de Diuino præmio docet. Qui tituli sanè omnes nihil perplexitatis in sese complectuntur. Quòd uerò eos uniuersos Institutionum diuinarum titulo inscripsit, hanc ipse rationem innuere uidetur: Et si (inquit) quidam prudentes, ut arbitrij æquitatis, Institutiones Iuris Ciuilis compositas ediderunt: quibus ciuium dissidentium lites contentionesq; sopirent: quanto melius nos, & rectius diuinis Institutiones literis prosequemur, in quibus non de stulticijs, aut aquis arcendis, aut de manu conferenda, sed de spe, de uita, de salute, de immortalitate, de Deo loquemur, ut superstitiones mortiferas, erroresq; turpissimos sopiamus: Et causam quare Imperatorio nomini duxerit dedicandos, hanc assignat, & subiungit: Quod

Lactantij libri.

Lactantij Institutiones diuine.

Quod Opus nūc nominis tui auspicio inchoamus, Constantine Imperator Maxime: qui primus Romanorum principū, repudiatis erroribus, maiestatem Dei singularis, ac ueri, & cognouisti, & honorasti. Nam cum ille dies felicissimus orbi terrarum illuxisset, quo te Deus summus ad beatum Imperij culmen euexit: salutarē uniuersis & optabilem principatum preclaro initio auspiciatus es, cum euerfam, sublatamq; iusticiam reducens, teterrimum aliorū facinus expiasti. Et quæ sequuntur. Sequitur liber de Ira Dei, ad Donatum, quem Hieronymus quoq; his uerbis commendauit: Firmianus noster librum de Ira Dei, docto pariter ac eloquēti sermone conscripsit, &c. quem & alibi pulcherrimum nominauit. Qui sanē q̄ bene nostris cōueniat temporibus, nemo facile dixerit. Alium quoq; præter hos librū edidit, qui quod mirabilem constructionem humani corporis, quæ in constitutione membrorum, singularumq; partium cernitur, doceat, de Opificio Dei, ad Demetrianum, titulum meruit. Ac sanē quā probatus hic liber uiris semper fuerit eruditis, hoc etiam argumento constare potest, quod non uenerandus solum Xystus noster Betuleius, uerū & magnus ille Erasmus Roterodamus, & Iodocus Vuillichius Reselianus, in eundem annotauēre. Porro de hisce si quis plura requirat, in Xysti & Præfationibus & Commentarijs uiderit. In Epitomen uero diuinarum Institutionum, seu libri Acephali qui proximē sequitur, nihil à patre commentatum inuenimus. Quo consilio prætermiserit, nescio: nisi quod conijcere licet, quia

Lactantij de
Ira Dei li-
ber.

De Opificio
Dei liber.

Epitome Di-
uin. Instit.

Occidit miseris Crambe repetita magistros,

neq; idem fortasse bis dicere: neq; id quod autor uelut limitatum, certisq; conclusum terminis atq; angustijs uoluit, uberius explicare atq; diducere latius sibi uisum fuisse. Qui liber, meo quidem iudicio, non tam Epitome, quā Epitomarum quoddam fragmentum in Diuinarum Institutionum libros dici meretur. Neq; enim eo septē librorum Epitome integra, sed argumenta solum breuia duorum posteriorum, sexti nimirum & septimi libri, & postremæ ex quinto partis, continentur. Nam à decimosextimo demum eiusdem libri capite, Epitomas suas Lactantius auspiciatur, quas ex ordine deinceps ceteris capitibus per sextum atq; septimum librum ad finem usque pertexit. Eius rei causam lectori iudicandam relinquo. Restant tria Carmina: quorum primum de Phœnice, quin Lactantij sit, nemo, ut opinor, in dubium hætenus reuocauit. De altero, quod de Resurrectionis Dominicæ die inscribitur, plurimorum hoc fertur iudicium, quod ut mutilatū, mirisq; deprauatū modis legatur, ita falsò Lactantio inscriptum fuisse, quod uersus uenæ puritatiq; Lactantianæ minus respondere uideatur. Quare sunt, qui Fortunato episcopo Pictauiensi (qui ducentis & quinquaginta post Lactantium annis floruit) id uendicent, sicuti quidem etiam inter eos Georg. Cassander factitauit, ac pristina

Lactantij
Phœnix.

De die Res-
urrectionis
Dominicæ
Elegia.

sting

stinae suae integritati restitutum, Coloniae Agrippinae in publicum edidit. Eius haec de hac Elegia uerba huc ascribere non grauabor: Incidi (inquit) nuper in uetustum uolumen carminum Fortunati, primum presbyteri Italici, postea episcopi Pictauiensis: quod mihi perfrustranti, occurrit carmen longè uenustissimum de Resurrectione Dominica, falso haecenus Lactantio attributum. Verum haud paulò aliter ab autore conscriptum, quam haecenus typis expressum, uarijs & miris modis corruptum, perturbatum ac mutilum passim legitur: quod sanctè confirmare ausim, à nemine haecenus intellectum. Scripsit in hoc carmen Hermannus Buschius Pasiphilus Scholia, non indocta illa quidem, & loca quaedam non omnino deprauata diligenter explicantia, sed communes atq; inolitòs iam errores non sustulit, &c. Haec ille. Tertium est pium & elegans de Passione Domini carmen: quod quale sit, seipsum satis probat. Verum de hisce suum esto cuius saluum iudicium: & qui uolet, ipsos legat Commentarios. Et hi quidem libri sunt omnes, qui hodie ex Lactantianis Operibus leguntur. In quibus etsi non diffiteamur complures occurrere nauos & errores: tamen scriptionis consilium, ordo, ratio item, atq; dictio, plerisq; ijsq; optimis semper approbata fuit. Nobiles certè, si opus esset, eosq; non postremi nominis Theologos nostrae adducere possem ætatis, qui Lactantium sibi in confutanda origine superiorum temporum superstitionis, imitandum proposuere: eo quòd haec cum Gentilium religione multa habere communia uideatur. Atqui hic autor, sicuti meo non habet opus testimonio (quòd uino uendibili hederam suspèdere nihil necesse sit) ita & calamo parcere, & commendationi supersedere uisum est. Ad nauos uerò eius quod attinet, quòd à rudioribus facilius uitari atq; caueri queant, seorsim ex libris singulis annotauimus. Porro præter eos quos recensuimus, alij quidam enumerantur ab Hieronymo libri: Symposium nimirum, & ὁ δ' οὐροεξέρ de Africa Nicomediam usq; uersibus cōscriptum. Vbi & hoc affert sanctus Pater, eos libellos à Lactantio Firmiano adolescentulo fuisse editos. Recensetur ab eodem liber alius, inscriptus Grammaticus: atq; item duo alij libri ad Asclepiadem: liber præterea unus de Persecutione: & libri quatuor Epistolarum ad Probum: rursus uerò & alij duo ad Seuerum Epistolarum libri, duo item eiusdem quidem argumenti ad Demetrianum. Qui omnes, ut D. Hieronymo uisi prædicantur: ita temporum iniuria, quòd est deplorandum, intercidere. Porro de certaminibus Lactantij nostri, quæ sustinuit, hæc ex historiae Ecclesiasticae Opere ad uerbum referimus: Contra Ethnicos, religionis Christianae hostes, acerrimè in libris omnibus, quos Diuinarum institutionum titulo inscripsit, maxime uerò libro quinto pugnat: in cuius Capite quarto ait, suscepisse se hoc munus, ut omnibus ingenij sui uiribus accusatores iusticiae refu-

taret.

De Passione
Domini car
men.

Lactantij ne
mi.

Lactantij li-
bri nondum
editi.

Lactantij
certamina.

taret. In eiusdem etiam libri Cap. uigesimo, ingenti *πληροφορία* prouocat ad disputationem Pontifices, maiores & minores, flamines, augures, reges, sacrificulos, sacerdotes & antistites religionum: ac irridet omnes eorum cultus: maximè autem inuehitur in studium Christianos occidendi. Postea cum omnibus congregitur Philosophorum sectis, quos cæcos & ægrotos sua Philosophia esse dicit, lib. 3. Cap. 30. & in Epitome diuinarum Institutionum Cap. 3. Refutat Stoicorum opinionem, putantium omnia quæ moueantur in deorum numero habenda esse: lib. 2. Cap. 5. Alias item eorum nugas de duabus naturæ partibus, lib. 7. Cap. 3. Confutat & errores ac originem disciplinæ Epicureorum, lib. 3. Cap. 17. Epicurum uerò ipsum, quòd mundum sua sponte extitisse dixerit, damnat lib. 7. Cap. 3. Item quòd mundum nulla nugatus sit regi diuina prouidentia, in Epitome diuinarum Institutionum Cap. 9. Cui errori in libro de Opificio Dei, opponit industriam, accuratam & artificiosam tum mundi totius, tum hominis conditionem. Leucippi item delirium, qui mundum uniuersum ex atomis conflatum senserat, refellit in libro de Ira Dei, Cap. 10. Reprehendit & Pythagoræ stultam *μετεμύχωση*, quòd scilicet animas in alia atq; alia subinde corpora migrare dixerit: lib. 7. Cap. 23. Quomodo demum extremum suum diem clausit, literis proditum non est. Hactenus illi. Et hæc de Vita Lactantij retulisse sufficiat. Antequam uerò Epistolæ nostræ finem imponamus, commemorandum paucis aliquid uidetur, qua occasione Commentarij & scripti & editi fuerint. Cum ante annos plus minus duodeuiginti, Lactantium parens publicè auditoribus suis in Augustana Schola enarrandum suscepisset, primùm hæc in carmina, post in libros Institutionum & annotare, & discipulis dictare cœpit Annotata. Iis absolutis, Lactantiana lectione ipsi à Scholæ magistratu fuit interdictum. Annotationes tamen nihilominus in cæteros de Ira & Opificio Dei libros continuauit. Cui labori ac prælectioni, Sibyllinorum quoque debemus Oraculorum editionem: ex quibus autor iste quàm plurima citat testimonia. Atque hic sanè scriptor adeo Xysto & familiaris & dilectus semper fuit, ut ex suis filiolo cuidam Lactantij nomen imposuerit. Qui cum post paucos, quos uiderat, dies, præmatura morte præriperetur, fato quodam atq; non fausto, & huius Lactantij nostri interitum prælagire sibi uidebatur. Nam finitis quidem Commentarijs, quamprimum eos publicare cõstituerat. At uerò ob difficilia quæ postea & funesta atq; pestifera non Patrie solum, uerùm ipsi uniuersæ Germaniæ subsecuta sunt belli tempora, ut tum non ederetur: factum est, ut huc usq; pressa manserint. Nam interea ipse quoq; Pater optimus atq; pietissimus, extremum uitæ suæ diem clausit. Hinc uerò nos, qui tunc pueri fuimus, & adolecentes, per ætatem id quod uole-

Occasio Lactantiana
editionis.

bamus,

bamus, consequi non potuimus. Hodie uerò Typographus laudatissimus, occasione quadam opportunè arrepta, editionem hanc moliri cœpit. Quare Viri præstantissimi, uoluimus etiam ipsi in hisce nostrum institutum prosequi, atq; explicatum hunc autorem uestro sub nomine in lucem iam asserere. Accipite igitur, quod repræsentamus, Lactantianum monumentum eo uultu ac fauore, quo olim parentis nostri omnia. Et si Opus hoc multis iam retrò sæculis, solum, maximi totius orbis Monarchæ, Constantini inquam Imperatoris munere dignum iudicatum fuit: & uos, uel eo saltem nomine quia iam prius auctum Commentarijs, nō recusaturos esse, atq; adeo & nos quoq; commendatos habituros, minimè dubitamus. Valete.

Ex Sultzberga Brisgoiæ, ipsis Calendis Martij.

Anno incarnati Christi

1563.

V.

A.

deditis.

Emmanuel Betuleus Augustanus, Xysti F. Verbi Dei Sultzbergæ minister.

X Y S T I B E T V L E I I A V G V S T A

NI, IN L. COELII LACTANTII FIRMIANI

Opera, suorum Commentariorum ad candidum Lectorem

P R A E F A T I O

*Qua disputatur, utrum Lactantiana scripta rectè in Scholis iuuentuti praelegi,
& enarrari conueniat, contra Lactantiomastigas instituta.*



VANQVAM illud Comici, Quot homines tot sententiæ, quia uulgò iactatur, publico mortalium consensu receptum uideri potest: ex ipsius tamen Poetæ loco facile intelligitur, corruptos illic hominum mores taxari. Nam si κοινή έννοια quædam est, qua unius cuiusdam καλῆ character quidam, quædam idæa mentibus omnibus non uicijs pulcherrima iudicatur: & ob id, quicquid huic opponitur, αίσχρον est, & turpissimum communi sensu censetur. Sunt media quædam, in quibus hominum iudicia falluntur, alius graciles magis amat, alius habitiores: nigella huic magis placet, illè lusca quadam toruitate oblectatur impendit: inuenitur etiam, cui natus in facie uenustus habetur. Sed forma interim quædam una & omnibus numeris absoluta Pulchri est, qualem in Helena pingenda Zeussis fortè sibi proposuit. Ita qui de Imitatione hodie præcepta tradere solent, unam & absolutam Ciceronis dictionem, ut quæ perfecta quædam Latini sermonis idæa sit, & exèplum omnibus Latine dicentibus scripturientibusq; proponendum, atq; ob id Tullianam phrasin in schola solam pueris inculcandam censent: nos uerò, qui Lactantios in scholam recipimus, iudicio carere, uiciosas dicendi formas amplecti. Nec certè improbarem illorum cõsilium, si nobis talis uir politicus instituendus esset, quales Ciceronis seculũ in orbe Romano tulit. Quibus licet aliquod rerum diuinarum, & ueræ sapientiæ lumen affulsit: illud tamen quàm exiguum sit, facile intelligit, qui discernere didicit, quid intersit inter illud ἡ δειξή γνώσειν, quod Paulus illis hominibus φανερόν esse fateretur, & inter βᾶθροσπλάτῃσ τε καὶ σοφίας. Sed in Christo sapientiæ thesauri repositi sunt omnes. Quare parum cordatè agere uidentur, qui nos eò seruitutis redigere uolunt, ut nobis τὸ ἡ δειξή σοφίας obtrudant. Sic enim Apostolus fucatum illum & sterilem orationis splendorem uocat. Quod non eò dictum uolo, quòd cœlestis illa regina suo cultu carere debeat. Nolo squalidam illam & horridam, sicut ne Lactantius quidem ipse, qui dictionem sibi optauit Ciceronianæ similitimam, aut eā efficaciorē etiam aliquam: nō quæ ex sese magis, quàm diuinitus, energiam suam habeat. Primùm Ciceroniani isti hoc mihi permittant necesse est, ne illi quidem puero, qui ad causas duntaxat forēs, aut ad negocia ciuilia paratur, solum Ciceronem proponendum. Si modò illos præclaros censors audire uolent, qui de ratione studiorum hætenus non sine laude scripserunt: qui admittunt præterea quosdam etiam alios, ueluti Terentium, Cæsarem, Sallustium, Liuium. Quur igitur non ego his Lactantium addam: qui tam propè ad Ciceronis dictionē accessit, ut hanc palmam plurimis præripiat. Terentium licet ipse Cicero dicatur gestasse in sinu & manibus, reliquos nihilominus suum quendam peculiarem dicendi characterem effinxisse adparet, Ciceroni minimè addictos: quorum tamen quisq; suam laudem & gloriã assecutus est, nunquam intermorituram. Lactantius suo

titus suo dicendi filo Ciceronianus esse studuit (id quod nemo negat) pector
 re totus interim Christianus, & de rebus Christianis Ciceroniana dicendi
 puritate aduersus eloquentissimos utriusque linguæ gentiles differere in uo-
 tis habuit: ita tamen, ne sua doctrina (quæ salutifera crucis doctrina est) κενω-
 θῆ: lubet enim uerbis Paulinis iam magis, quam Tullianis loqui. missos fa-
 ciamus illos imitatores, illud sacrum (quos ita rectè Horatius nominat) Ci-
 ceronis pecus. Habere Paulina, quæ in importunos istos Ciceronis ob-
 trusores effunderem argumenta: si mihi fuisset unquam institutum τὴν ἑλ-
 γωνίαν τῆς σοφίας ὑπεροχῶν ex professo insectari. Amplissimus inquam aduer-
 sus Tullianos istos simulacricolas hic mihi pateret perorandi campus. Sed
 mittamus illos. Dedit Christus etiam suæ quodam Ecclesiæ Demosthenes
 aliquos, atque Cicerones: dedit Græcis Basilios, Gregorios, Clemētes, Chry-
 sostomos, Eusebios, Theodoretos, & alios præterea innumeros. Dedit
 Latinis Lactantium: & ante hunc Minutium Felicem, uirum eloquentia
 pollentem. Duriora quidem, & Africanum quiddam redolentia, Cypriani,
 Tertulliani, & Arnobij scripta. Post Lactantium inter Ecclesiasticos scri-
 ptores, quos hodie legimus disertiores, habentur Hieronymus & Ambro-
 sius. Sed Augustinus Africanam duritiem obliuisci nescit. Verumenimue-
 ro si puritatem sermonis spectabimus, nihil sunt si cum Lactantio conferan-
 tur. Hunc Christiani unum habent, quem uniuersis gentilibus opponant.
 Nemo hæcenus ex mancipijs Tullianis prodijt, qui suum hæresiarcham
 aduersus Firmianum defendere ausus sit: quia simplex ueritas semper ad-
 uersus magnifica illa Rhetorum sophismata inuicta stare solet. Sed quem-
 admodum aliorum philosophorum, ita Ciceronis maximè argumenta, tan-
 ta dicendi uirtute retundit, tam euidentibus confundit demonstrati-
 bus, ut ipsorum doctrina nihil nisi quidam inanis uerborum strepitus fuisse
 uideatur. Atque ob id ipsum Lactantium pueris rectè prælegendum cen-
 seo. Fateor interim, Ciceronem rectius in ijs enarrari Scholis, in quibus
 huius mundi Oratores instituuntur: aduersus quos ego semper enutrirī ue-
 lim Lactantios aliquos, qui Oratores istos, qui præter gentilitium quen-
 dam Christianissimum intelligunt nihil, iisdem modis excipere possent, qui-
 bus Lactantius noster ipsos gentiles, turgida, sed inani quadam loquentia
 inflatos, uel confutando infringere, confundereque: uel confirmando in
 suam, hoc est ueritatis uiam pertrahere possent. Non dubito, quin Tul-
 liani manes in Firmiani sententiam porrecta uictoriæ herba iam dudum
 concesserint. Nam si Cicero eam semper amplexus est doctrinarum opi-
 nionem, quæ maximè sibi, hoc est cæcæ etiam rationi probabilis uideba-
 tur: non dubito, quin ueritate uictus, missò gentilismo, uerum Deum, ue-
 ro cultu, sine errore culturus fuerit, si in ea incidisset tempora, quibus non
 multo post Lactantius floruit. Quare mihi æquiores esse Critici illi debēt,
 qui nihil rectè fieri, nisi quod ipsis probatur, iudicant. ipsi profectò nã in-
 telligendo faciunt, ut nihil intelligant. Damnant Lactantianam in Scholis
 lectionem, explodunt autorem purum, tersum: cuius dictio facilima, quia
 perspicua: cui nihil inest uel asperum, uel hiulcum: nihil durum, nihil an-
 fractibus fragosum, nihil hyperbatis impeditum: æquabilia uniuersa, ac pla-
 na, sed interim acuta: nōnunquam ad oratoriam usque assurgit eloquentiam.
 Non ignoro huius compositionem reprehēdi, sed ab Erasmi Ciceroniano:
 cui nihil sacrum satis, nihil satis elimaturn aut politum est. Similia in ipso sæ-
 pe Cicerone, si curiosis oculis inspicias, inuenies: quod hic prosequi, longius
 foret. Curiosi uerò isti Dialectices atque Rhetorices ergodiosæ, nesciunt
 quantam ille autor Rhetorici dicendi artes profitenti, exemplorū syluam sup-
 peditet,

peditet, siue argumenta syllogismorum, aut enthymematum formis illigare uolet. quod nos quidem in his nostris Commentarijs aliquoties attigimus, parum tamen superstitione. Cæterum in enarrandò diligentius inuestigauimus singula. Singula ferè capita uel theses sunt, uel hypotheses, uel chriæ, uel sententiæ, uel deuterologiæ, uel confirmationes, uel confutationes. plerunq; actiones iuste. Taceo lumina orationis, quæ non ornant modò causas, sed etiam illuminant atq; illustrant: taceo illas dicendi figuras, quarum alia rebus exaggerandis, eleuandis alia seruiunt. Quid *τα ἤθη* commemoro? nam *τα ἤθη* moderatio animi cohibet. Quid multis? motus illi quibus oratio concitatur, ita tempestiuiter adhibentur, ut nec langueat ulla parte uis dicendi, nec tumultuetur contra decorum. Nihil scurrile: qualia hodie sæpe etiam sine modo in Euangelij patronis grauisimis deprehenduntur, non sine magna piorum spectorum offensione. Quàm fortiter inuehitur in simu lacricolas, quàm festiuiter illudat illis, & eludit sæpe subtiliter absurdas aduersariorum conclusiones? Quid dicā de uarijs amplificandi formulis? Res per se obscuras mirabili artificio in lucem claram producit, ambiguitates tollit. Quàm pulchro autem ordine argumenta argumentis necit? Nec secus quàm prudens Imperator instruit: ipse, prout causa poscit, epichemata suis locis atque ordinibus disponit. Quàm scitè propositiones alias ex alijs creberrimas, non sine magna sententiarum grauitate ducit? Quàm callidè sæpe aduersarijs largitur plurima, ut eò, quò cupit, perueniat? Quanto robore ipsam sæpe causæ arcem inuadere solet? Melior, inquit, est in destruendis falsis, quàm in exædificandis ueris. Destruere autem quemlibet posse, exædificare contra non esse cuiuslibet. Bene profectò dicunt: in architectonica rem ita se habere, fortasse illis concesserim. quanquam iuxta Platonem quoque is demum rectius opus dissoluit, qui construxit. Sed in arte dicendi *ἀνάλογος* plus uirium ingenij atque industria requirit, quàm asseueratio. Nam qui suam sententiam argumentis confirmat, satis fuerit si locos habeat in promptu, ex quibus argumentorum materiam proferat: si modos sciat, quibus argumenta legitime connecti debeant. Sed qui aliorum probationes retundere uolet, necesse præterea habet, ut in parato sint regulæ *πρὸς τὴν ἀνάλογον* traditæ. Magnum quiddam est, & arduum, & paucis concessum, statim uidere quid ueri, quid falsi in alterius scriptis, dictis ue insit. In his rebus author noster ut exercitatissimus rhetor, atque disertissimus orator, præ cæteris omnibus Latinis Theologis excellit. Videor mihi uidere, quid obiecturi sint illi Lactantiomastiges: nempe professionem eius neutiquam fuisse synceram. eum enim secutum fuisse Chiliastarum errores: nimium tribuisse libero arbitrio, & operibus meritorijs: magis immortalitatem animorum cum Platone ac Cicerone, quàm cum Catholicis carnis resurrectionem asseruisse: parum manifestè & ipsius Christi, ac sancti Spiritus personam & officium agnouisse. Bona uerba quaeso. Cogita primùm, cænum barbaricum, Gentilismum inquam, nondum prorsus ab illius oculis abstersum. Deinde ijs temporibus, ijs fuisse locis, ubi aut à falsis Christianis ab initio fuit institutus, aut ubi syncerum ueritatis iubar per nebulas quasdam affulsit. Quid multis? quiduis mihi potius persuadeo, quàm quò obstinato animo à Catholica doctrina errarit. An fuit quisquam scriptorum Ecclesiasticorum, qui non aliquo in loco fuerit hallucinatus? Cur in Scholis uestris Aristotelem fertis? cuius professores, aliqui doctrinam Ecclesiasticam non erroribus modò foedissimis, sed etiam barbarie turpi contaminarunt? Cur fertis Platonem, cur Xenophontem (nolo enim hic Luciano commemorare) cur solum ex Latinis

Ciceronem in Scholis uestris prælegi uultis? nunquid ut dogmata Tulliana, unà cum dicendi filo, à teneris annis in succum atq; sanguinem conuertantur? An non hi autores longissimè à pura Christianæ religionis doctrina plerisq; locis aberrarunt? Aberrarunt certè, & quidem non longissimè solum, sed etiam turpissimè. Sed præceptores, inquit, de istis erroribus pro sua prudentia, fide & commoditate, suos auditores admonebunt. Cur non eandem operam etiam in Lactantiano professore requiritis? Equidem præstiti hoc pro mea uirili non minus in Cicerone uestro, quàm Lactantio nostro: idq; potissimùm ipso Lactantio, Augustino, & alijs huius melioris monetæ monitoribus. Testabuntur hoc nostra in utrunq; autorem cōmentaria. Sed uideo ipsos adhuc aliam moliri obiectionem, & quasi replicationem quandam adornare: nempe Lactantium non bonas in Theologiæ studio progressiones fecisse, nec scopum sacrae Scripturæ probè tenuisse.

Possum illis, ipsius Christi uerbis respondere: Qui nobiscum colligit, nō dispergit. Variæ sunt τῶν χαρισμάτων differentia. Videmus in hoc autore, quòd Deus ad asserendam sui nominis gloriam, etiam eloquentia & sophistice uti uoluerit, aduersus nimirum huius mūdi sapientes eloquentia uana turgidos, ut uanitas illa gentilitia suis corrueret armis. At, inquit, quid opus erat hunc autorem Commentarijs tam uastis contaminare? Quis tandem est istarum salutarum finis? Respondeant mihi uicissim: Quid opus habuit Ludouicus Viues, ut Augustini de Ciuitate Dei Opus Commentario illustraret? Nos pueris, quibus Lactantium prælegimus, ista dictauimus: quibus nec ocium, nec domi librorum copia erat, ut reconditiora inuestigarent. Hic obiter etiam illis breuiter respondebo, qui Cōmentarios, qui hodie in scripta Bibliaca eduntur, damnant, saluas eos appellantes: sensum è Scripturis eliciendum, non inferendum clamitantes. Ex illis autem primùm quaesierim, sint ne saluæ, quæ ipsi ad populum pro concione dicunt? Eliciant ne sensum ex Scripturis, an inferunt? Aut aiunt, aut negent necesse est. Negabunt: ergò illud quod dicitur, si scribatur, saluæ non sunt oportet. Nam eadem uerba sunt, est eadem doctrina, ab eodē spiritu dictata, siue audientibus siue legentibus. Taceo quòd Euangelica doctrina scribendo latius quàm prædicando, ab Apostolorum usq; temporibus serpsit. Sed hæc quæ peculiarem requirunt Apologiam, τῆς ἀπολογίας tetigisse sufficiat. Obijciunt præterea difficultatem istius autoris, quæ puerilem captum longè superet. Primùm respondebunt, an difficultas ista in uerbis sit, an in rebus. Si dixerint in uerbis esse, dicant an in singulis, an coniunctis sit ista obscuritas. Si in singulis, aut barbara sunt aut obsoleta, aut peregrina. Atq; horum nihil probabūt isti calumniatores, nam aduersus adeò eruditos gentiles scribens, adeò nihil in orationem admisit, quod illorum aures offendere potuerit, ut Hebraismos etiam data opera uitaret: quos, non ex Apostolicis modò literis, sed ex Tertulliani etiam & Cypriani scriptis assuefactus, suis quoque inferere sine reprehensione potuit. Neq; est quòd de compositione conquerantur, quæ ad Tullianæ dictionis exemplum comparata & efficta est, neq; enim expeditius quicquam est, eruditis præsertim auribus, quàm Ciceroniana (quod ipsi fatentur) phrasia, & ob id Lactantiana quoq;. Relinquitur ergò, istam difficultatem in rebus esse. Quod si est, aut in materia inuenitur, aut in argumentatione. Materia est, ipsa ueritas, cuius oratio simplex est semper: & propterea perspicua & euidentis, quæ propter suam uirtutem solis confertur radijs, qui sua uirtute caligines pellit, nebulas obscuras discutit, & ita ut sunt omnia, uidentium oculis spectanda proponit. Quid multis? Veritatis splendor ambiguitates propellit omnes. Nisi fortasse locos ex uarijs historijs,

historijs, aut uetustissimorum autorum monumentis citatos (ut sunt Sibyllina Oracula) obscuros esse dicunt. Concesserim illis quidem hoc non grauatim: nam scio quantis mihi laboribus istorum cōstitit inuestigatio. Sed hoc nomine non minor apud Ciceronem difficultas est. nam ex Philosophis & Poetis deprompta sunt, quæ uel improbat ipse, uel probationis loco adducit. Retinebimus ergo unã cum Cicerone, hoc nomine Lactantium in Scholis. Si uerò in argumentatione illam obscuritatis difficultatem dixerint, edocebo euidenter, ea Ciceronianis scriptis multò clariora esse. Nam quod falsum alicui rei inest, per id quod clarius est tollitur. Ciceronis errores propter id ipsum, quia errores sunt, obscuro meritò debent haberi. Verùm illos luculenta Lactantij disputatio multis in locis detegit, & emendat. Magis igitur perspicua Ciceronianis Lactantiana sunt. Nam si summa orationis uirtus, ut ipse Cicero affirmat, est perspicuitas: quid habent quod de obscuritate Lactantiana conquerantur, cuius dictio (ut suprã multis ostendimus) multò clarissima est. Caligo ista, si qua est, in oculis est, ad iubar illud caligantibus: non in auctoris scripto, multùm luculentissimo. Eam tamen in Lactantij quàm Ciceronis scriptis, ceu barbaricum cœnum, professoris commoditas paulatim absterget. Hæ rationes, Lector candide, cur Lactantium in Scholam meam admiserim, uel (ut uerius dicam) receperim, sufficere non maligno censori possent. Sed nō abs re fore arbitror, si me hoc autoritate quoq; uirorum grauium atq; bonorum exemplo fecisse demonstrarem. Cum annus M. D. XLI. à nato Christo uerteretur, erant in Repub. nostra uiri primarij, quorum nutu in Repub. & in Ecclesia potissimum pleraq; negocia instituebantur, & ob id Schola quoq; quos nominarem, si nominari se illos uelle scirem. Illi, inquam, Viri eruditione atq; usurum prudentissimi, cū de quadam administrandæ Scholæ ratione cogitarent, uocabant me, consilia sua mecum conferentes: se mihi Lactantianam lectionem iniuncturos, si hoc consilium mihi quoq; ceu sanum probaretur. Causa sui propositi fuit, quam superius tanquam meam allegaui. Iam huiusmodi esse tempora, quo nutriendi sint syncerioris doctrinæ defensores: & errorū expugnatores, hoc est, disputatores pro religione uera tuenda egregios. Melius autem exemplum iuuentuti proponi non posse, quàm Lactantium: qui non modò sophista esset acutus, sed etiam orator disertus ac elegans. Lubens suscipiebam istius auctoris enarrandi prouinciam, ut cuius lectio mihi ab adolescentia fuerat non familiaris modò, sed etiam iucunda. Iubebant ut conferrem etiam hoc consilium cum alijs uiris doctis, & maximè cum proceribus Ecclesiæ. Inter hos erant qui affirmarent, se iuuenes hunc autorem enarrari audiuisse ab Hermanno Buschio: partim dicebant priuatis se studijs diligenter hunc euoluisse, hortabantur ut mactè uirtute pergerem. Valuit horum uirorum autoritas plurimum semper apud me. Quid multis? Persuasus sum eo facilius, quia suadebat etiam hoc animus. Perrexi ergo tantisper, dum carmina primùm, deinde VII. de Diuina Institutione libros absolui. His enim finitis, Lactantiana lectione à uiris (si dijs placet) Ciceronianis mihi fuit interdictum. In librum de Ira Dei, atq; etiam in alterum de Opificio Dei, annotaui etiam extra ordinem, hortante ad hoc D. Ioanne Oporino, amico meo antiquissimo, cui quicquàm tale negare, arbitratu sui hominis esse impij, & officium defugientis. Neq; in hoc genere peccasse mihi uideor, cum exempla similis operæ habeam minimè pœnitenda. Nemo ferè ex uetustioribus melioris notæ Theologis est, quem Erasmus sine Annotationibus quibusdam in lucem castigatiorem emisit. Feruntur etiam huius quædam, & Iodoci Vuillichij Refelliani, in lib. de Opificio

Dei Annotationes. Commentarij iusti uiri obtinent, quæ sunt in Epistolas Hieronymi, non sine magno Theologiæ candidatorum usu annotata. Nec rem ab officio meo alienam me facere arbitror, si exemplum Ludouici Viuis imitarer. Video iamdudum quid malignus obtreçator apud se musset: Num Viuis aut Erasmo me conferam. Ignauorum hic ingeniorum prætextus esse solet. Magnorum uirorum exempla nos ad res egregie gerendas excitare, non à præclaris conatibus deterrere debent. Relinque, inquit, hoc doctioribus. Doctiores suum habent talentum: mihi hoc à Constantini usq; temporibus relictum fuit. Si mea non tibi probabuntur, exiguum expecta tempus: prodibunt breui in lucem etiam Pera Xyli eruditiora in Lactantium, quàm nostra sint, commentaria. Sic enim quidam illi familiariter notus, & fide dignus, mihi indicauit. Quod si paulò citius ille de hoc me admonuisset, facile me à superfluis continuissimè laboribus. Si tibi nostra hæc opera Satyricum illud scribendi *nonnibus* reddere uideretur: cura tu, ut tibi sit mens sana in corpore sano. Sed oratio nostra longius, quàm institueram, euagatur. Propositum erat edocere Lectorem, cur Lactantium, & an rectè in Scholam nostram receperim: sed æmulorum improbitas me à proposito traxit. Missas iam Commentationes faciamus. Bonis, inquam, exemplis Lactantium in Scholam nostram recepimus. Lectus est non semel publicè priuatimq; in Academijs generalibus, & lectus à uiris non mediocriter eruditis. Reliqua taceo, nostra memorabo. Adolescentulus, huius autoris unum aut alterum librum enarrari audiui à Ioanne Sufenbroto, uiro (quod eius lucubrationes testantur) non inerudito, idè in Academia Basiliensi: eo tempore, quo explosa barbarie, literæ purius illic doceri incipiebantur: eo inquam tempore, quo ex tota ferè Europa docti uiri ad D. ERASMV M conueniendum illuc confluerent. Hæc, pie Lector, in defensionem Lactantianæ prælectionis præmittere uisum est, ne quis credat me hanc curiositate quadam, aut sine consilio suscepisse: minimè dubitans, me hac prælectione fecisse tantum operæ præcij, quantum cuiuslibet alterius scriptoris, quantum uis eloquentis. Si cui hæc nostra defensio satisfacit, habebò fortassis de quo mihi congratuler. Sin minus, meminerit quisq; sibi suum relictum esse iudicium. Vale

Lector candide, Augustæ Vindelico-
rum, 1545. Mense
Augusto.

DE XYSTI BETVLEII VITA,
AD EMMANVELEM FILIVM, IO-
annis Nyfai Carmen.

En Vitam celebris tui parentis,
Descriptam calamo rudi, breuiq;
Non qua cum Genijs polo receptus,
Et cum caelitibus Deo potitus,
Cum Christo superis bonis refertus,
Nunc celsa fruitur beatitate.
Nec qua pignoribus pijs relictis,
Tot gnatis uegetis, nepotibusq;
Nunc horum studijs honoribusq;
Vitam continuat domi forisq;
Nec qua Dramatibus sacris in orbem
Inductis, alijs datisq; scriptis,

Vitam perpetuae celebritatis
Inter praecipuos agit poetas.
Nam primum nequeo genus, secundum
Commendo tibi, tertiumq; libris.
Nos uitam damus hic tui parentis,
Qua dum corporeus uigor, calorq;
Nec non fatidici dies tulerunt,
Per casus uarios, uicesq; multas,
Et curas uigiles, pios labores,
Sacris & domui Scholisq; uixit.
Eius cum cupias uidere summam,
En certam tibi, sed breuem synopsis.

VITA XYSTI BETVLEII,
per eundem.



XYSTVS noster Betulcius natus est Augustae Vindellicorum, anno à nato Christo millesimo quingentesimo primo, sexto Calend. Martij, quem Matthia uocant. Patrem habuit integerrimum uirum, Huldricum Birkium: matrem pientissimam, Annam Brennerinam: qui textoria, ut complures ibi solent, uictitarunt. Puer cum octauum annum attigisset, praecptori fuit demum datus. Erat is Conradus Eppius, eruditus uir, & diligens: qui deinde Medicus Campiduni uixit. Hic cum pueri non uulgarem indolem perspexisset, ac praestantem eum fore intelligeret, singulari quoque eum studio est complexus. Qua ipsius opera cum & sedulo & amanter institueretur, non profecit solum puer, sed quod aequè iuuat, deamauit quoque bonas literas. At perbreuis fuit ista opportunitas. Eppio, cum uix duos annos praefuisset, successerunt quidam crassi, saeni, superstitiosi, apud quos perire magis licuisset, quàm proficere. quos cum diu tamen frustra audiuisset, tandem quòd surdaster quoque esset, omnes linquere, studijs ualedicere, & textoriae cum parentibus sese dare cogitur. Sic insignis ea spes, quam puer & conceperat, & praebere poterat, statim ceu in ipsa herba intermoritur. Sed num Deo quoque ita uisum? En mirandam eius prouidentiam. Cum biennium puer latuisset, deq; literis nihil prorsus ultra cogitaret, repentino Dei casu factum est, ut omnis audiendi difficultas disparuerit. Quo perspecto mox maternus quoque animus suo ueteri uoto incalescit. exoptabat enim, ut uel monachus, uel sacrificus, filius suus fieret. His accessit pijs sacerdotis stimulus, qui cum ambos nosset, cumq; ambo pro recepto more faterentur, iussit matri, ut omnino filium literis restitueret. Ita redit ergo tandem ad relictia studia, sed reuera quidem ad relictia. Nam qui tunc docebant, ut Pinitianus, ut Gelenius, qui Cracouia nuper uenerat, ista haud commissus fuit. Quin coenobio primum est obrusus. Postea cum id uix periculo facto recusasset, denuò missus fuit ad Mariæ. In eo uerò ludo etsi doctus haberetur uir Iohannes Voegelinus, qui Viennæ postea Mathematicas disciplinas docuit: tamen neque ipse diu mansit, neque sui similes, post reliquit. Ita rursus ergo Xystus satis impeditur: neque tantum praestat, quantum ui ingenij, si adiutus foret, praestitisset. Eò tamen pergit, ut iam quouis sacerdotio fungi posse uideretur. Quod officij genus cum nec ipse dum renueret, nec parentes abhorrerent, sola uerò ætas moraretur: placuit interim magnis uiris se insinuare, quò & suos domi releuaret, nec oinòertos semper uideretur: et si fieri posset, Academijs etià adeundis sumptibus quæreret. Inde nobili uiro è Marsalcis oriundo, Doctori & Canonico, duos annos seruit, qui dehinc Erphordiam misit cum nonnullis sumptibus. At priusquam iret, à Christophoro Stadio, nouo Episcopo, sacris est initiatus. sic uolebāt enim, quòd metuerent, ne Lutherana aura ipse muta-

XYSTI BETVLEII VITA.

ipse mutaretur. Vinctus igitur confert se Erphordiã, quæ tũ multis claris & doctissimis uiris abũdabat: inter quos Euriciũ primò, Cordum, & Nefenum, mox & Eobanum atque Iustum Ionam audiit. Neque parum ibi promouisset, ni & longa febris eum tenuisset: & grassata lues, cum iam sesquiannum exegisset, uniuersam eam Scholam dissipasset. Porro hinc profectus, iamq; nouum nactus subsidiolum Tubingensem petit, quò parentibus suis (paralyticus enim erat pater) esset propior, ubi unum annum mansit. Ibi uerò omnis iam desierat captandorum sacerdotiorum mentio. Nam & pater domi Urbantum Regium audierat: perq; totum eum annum, quo decubuit, nihil agere nisi Nouum Testamentum cum ingenti exultatione legere, nosse, celebrare. Et Xystus in Turingia, de multorum indicatione, non tenuiter quadam cognouerat. Quare missis sacris, studiorum potius ornamenta, quæ in quouis genere profutura essent, cepit consecrari. Et primam quidem lauream, quam dicendi artes donant, breui ibi est adeptus: nempe anno Domini millesimo quingentesimo uigesimotertio. Hinc de altera cogitauit: sed preuenit eum mors paterna, qui eiusdem anni decima Calend. Iulij obiit. Cui dum uult adesse, dumq; domum petit, mox stipendium quoque Langemanteleum adipiscitur. Constituerat enim paulo ante D. Hulderichus Langmantelus patricius, & Canonicus ad Mauritium, ut in singulos annos penderentur ex legatis bonis centum aurei, quibus quatuor iuuenes in quinquennium fruereutur: & binis quidem annis Magisterij gradum sectarentur, ceteris in Theologia uersarentur. Hoc potitus, proficiscitur ille demum Basileam, idq; de consilio prestantissimi uiri Domini Peutingeri, qui & suos eò miserat. Ea ciuitas ut peculiari quodam suo siue genio siue fato semper doctos ad se trahit, sic & nostrum illum plus duodecim annis apud se retinuit: magno sanè eius bono, sed nec suo tandem leuiore commodo. Cum uenisset primum, mirè eum rapuit noua quædam explicandi tractandiq; ratio. legebatur nihil nisi selectissimum, idq; ipsum tradebatur splendidissime, urgebatur feruidissime. docebantur in quantumuis paruo coetu à clarissimis uiris lingue, artes, facultatum omnium disciplina. Hinc, ut nusquam aliàs, complures ibi præceptores habuit, ut in Græcis Glareanum, in Hebræis Pellicanum, in Mathesi Vuissemburgium, in Philologia Sichardum. In Theologia uerò coluit Dominum Oecolampadium, & postremis annis in Ciuili iure Dominum Amerbachium. Nec Poesin suam alijs quàm huic uni Scholæ, in primis uerò Glareano debuit. Nam tamen si dum Erphordiæ uiueret, felicissime ea coleretur: ipsi tamen nescio qui uel animus, uel fiducia, uel doctrina hæc defuerit. Quicquid uerò sit, egregie cerè tarditatem eam compensauit. Ceterum ut scientia multum hic ditatus fuit, sic pertenuis ibi fuit eius sustentatio. Quò in matrem enim pius esset, de stipendio suo bonam ei partem cesserat, neque ipse ignorabat, se deterius inde habiturum. Sed cum Dei timens esset, & memor *ὅπερ Ἰωάννης*, & modestus, neque ullo fastu: laborare ipse maluit, quàm ut sua domi necessarijs ullis laboraret. Quare seruit demum Academiæ, quod à pedibus munus appellari solet, uerum nulla tamen studiorum diminutione. Nam ut turba nunquam magna, siue fœderis, siue disciplinæ causa, eò confluit: sic & turba pauciores, minus ibi dant negocij. Neque diu proceres sic tulerunt: & librarij, qui industriam eius norant, non illiberales erant: & matura quoque ætas non audire eum tantum, neque solum esse, sed quid maius pertentare hortabatur. Patriæ ergo primæ sese offert, ut si illa posset, siq; uellet, opera eius uteretur. Sed cum Scholæ adhuc Canonicorum essent, templa uerò infirmam eius uocem non latura uiderentur, liberum ei sis quocunq; uellet loco commorari. Sic reuersus, ducit Basileæ coniugem, honestissimam uiduam Glaserinam: quæ & ipsum, & nonnullos excellentes iuuenes in conuictu apud se habuerat. Videbatur uerò ita habiturus, quos priuatim domi institueret, dum quid publicæ functionis offerretur. Neque uana extitisset spes, ni partim pestilentia, partim alijs quidam motus dissipasset studia. Eo statu, cum domesticæ parus essent opes, nec uacare ille assueuisset, ad Typographos, qui doctorum fuit portus, se conuertit. Et Cratandro quidem primò, post Frobenio, mox Bebelio quoque corrigendis libris adfuit. Neque ibi forsitan destitisset, quò natura esset *βιβλιομανής*, ni uisus imbecillitate, cum biennium præfuisset, cedere tandem, ne omnino cecutiret, opus habuisset. Sed quò inde cederet? Angebatur quidem bonus uir: sed præsto bonis sunt & Deus, & Occasio. Commendatur ei Schola ad D. Theodorum in minori Basileæ, anno Seruatoris millesimo quingentesimo trigésimo, qui & Xysti fuit tunc trigésimus. Hoc se igitur eius res efferre, hoc paulatim tandem enitescere, atque ibi coepit, quod per omnem suam uitam gessit, nempe doctor esse iuentutis atque literarum. Primo ludo præfuit quadriennium, magna cerè sua laude, nec minore gratia. Nam & summa fide docuit, & Comœdias sacras primus, nisi fallor, scripsit atque introduxit. Primo anno egit Ezechiam & Zorobabelem, altero mox Susannam, post Iosephum & Iuditham: quas & patrio uersu primum scripsit, post Latinas fecit. Eo uerò pacto non histo-

non historius uisò sacras, sed & suas dotes in theatri plausum introduxit, seq; mirè suis eunètis appro-
bavit. Instituerat eo tempore Magistratus, ut in monasterio quod Dominicani nuper incoluerant,
certi quidam pueri in Ecclesie spem enutrentur. Quò cum opus esset præceptore, qui & certa esset
fide, & doctrina solida, & constanti simul disciplina: nemo dignior uisus est hoc nostro Betuleio. Fit
igitur Rector eius pædagogij, idq; rursus sanè magno cum emolumento, sed nonnulla tamen simul cum
inuidia. Nam & crescere uidebatur, & seuerus erat custos disciplinæ. Notum uerò est, quid res secun-
dæ, quid licentiæ refrenationes secum ferant. Etsi autem Xystus norat, sapienti nihil nisi culpã formi-
dandam: nec quorũuis hominũ, sed bonorũ tantum odia declinanda: tamen cũ ingenuus & cordatus es-
set, ac penitenti tantum, nõ calumniæ assueuisset, paulò grauius tulit eam molestationẽ. Sed nec ibi Deus ei
defuit. Hortabantur eum Tubingenses, ut ad se ueniret. sic Gryneus enim eis suaserat, qui ibidẽ fue-
rat. At eodem tẽpore cũ & sui Augustani peterent, idq; is Gryneò indicaret, hic repẽte: Patria, inquit,
petit: patriam ergo pete. Acquiscit igitur Xystus huic uocationi, & letatur ita se & odijs releuari, &
suis tandem reddi. Prius tamen quàm discedit, sesquiannum uerò tunc exegerat, agit Belem magno cum
applausu: cumq; summo ludo esset præfuturus, ne qui infra essent, premi sese quererentur, Magisterij
gradum, qui decennium Basileæ delituerat, reuocato eo more sumit: anno à nato Christo M. D.
XXXVI. Hinc ad suos Augustanos uenit: quæ postrema fuit eius, optimaq; simul statio. Commen-
datur ei ludus, quem superiore anno ad D. Annæ aperuerant: idq; eo pacto, ut supremam quidem clas-
sum, quarum tres fuerunt, ipse institueret, ceterarum uerò curam gereret. Quod quàm sanctè, doctè,
diligenter in decimum sextum usq; annum executus sit, expressum quidem ego uelim, sed exprimere
meis uerbis neq; breuitas, nec tenuitas mea sinunt. Norunt id collegæ, quos initio habuit, M. Step-
hanum Vigilium, & Iohann. Buschium: mox Rosetum, & Lorichium: tandem & Zieglerum, & Dieth-
erum. Norunt ciues, quorum liberos tot & sacris & ciuilibus functionibus habilissimos fecit sua cura.
Nouit Magistratus, qui stipendium primò uel tacenti bis adauxit, postea ceu emerito in triennium usq;
prorogauit. Norunt etiam, ac debebunt sanè nosse, tot discipuli, quorum multi passim, qui tenuiores sui-
mus, non doctrina tantum eius instituti sumus: sed & una eius commendatione sumus, quicquid sumus.
Qui patritij uerò, quiq; ditiores eum audiuerunt, neq; ij negant se industriæ, se prudentiæ suæ fundamen-
ta uni Xysto præceptori accepta ferre oportere. Verumenimvero non id solum egit uir φιλοσοφώ-
τατος, ut commisso muneri, fideiq; suæ satisfaceret. Multa etiam quæ omitti poterant, quæ præclarè ta-
men profutura essent, obeunda sumpsit & consecit. Cũ collegæ eius, quos secundo loco nominau-
mus, excellenti essent eruditione: quò consensus minus turbaretur, & alacritas horum minus frangeret-
tur, cessit eis certis horis, ut in sua classe, ipse in eorum, quæ docenda essent, traderet. Quæ insignis eius
seu facilitas seu modestia, & collegas ualde inter se deuinxit, & discipulos erga eos animauit. Si quæ
feriæ seu uacationes essent, aut discipuli duo tres ue paulò doctiores: ne uel minus ageret, uel ingenia
moraretur, multa separatim docuit: ut in Astronomicis, in Historicis, in Poeticis. Neq; his contentus,
commentationes quoq; sanè doctas plurimasq; nobis dedit: quæ si nihil habeant quod miremur, istud
tamen mirum sit, qui tantum ei tempus ad scribendum superauerit. Quod ut magis constet, en Catalo-
gum lucubrationum.

Sacros ludos hos confecit:

Euam, seu Mythologiam Philippi Melanthonis.
Iosephum, quem Diethero postea commendauit
Sapientiam Solomonis.
Iuditham. Susannam.
Belem, & Zorobabelem, quos conuertit postea per discipulos.
Herodem, siue Innocentes.
Nobilitatem ueram.

Commentarios hos reliquit

In Lactantij uniuersa Opera.
In Ciceronis libros de Officijs, Amicitia, Senectute, Paradoxis, de Natura deorum, de Diuina-
tione, de Fato.
In Vergilij Aeneida,
In Valerij Maximi omnes libros,
In Honteri Cosmographiam.
In Deshauterium de Schematibus.
Annotationes in Sibyllina carmina.

XYSTI BETVLEII VITA.

Annotationum Sylvas in Gellium & Quintilianum.

Concordantias Græcas, siue Symphonias Novi testamenti, cuius recognitionē mihi delegavit.

Tabulas in Vrbanum, quas uel meis addam, uel seorsim aliquando edam.

Librum uariorum Carminum & Epistolarum.

Hæc lucubrationes is in tantis suis occupationibus scripsit ac reliquit. Neq; uerò suos tantum libros, sua monumēta sic curauit. Impetrauit etiam à Senatu, ut Bibliotheca cura, quæ ad D. Annæ habebatur, sibi instauranda, & selectissimis uoluminibus instruenda crederetur. Cui & tanta fide præfuit, ut perfacile nunc amplissimas ornatissimasq; æquet aut exuperet. Ea uerò non uulgaris, nec uulgariū hominum est sollicitudo ac industria: neq; parum certè ad posteritatem proderit. Est & aliud genus publicorum sumptuum ac munificentie, quod eidem consultori Augustani debent. Quo ad ille docuit, Meccenates nusquam plures, quàm in nostra urbe extiterunt. Quod ut alia quidem multa effecerunt, ut doctrina, ut religio, ut altitudo quædam animorum, sic in primis excitati sunt à nostro illo Betuleio. Vtebatur ille hisce rationibus. Sacros & profanos ludos multos habuit, sicut modò eos recensuimus. Huc proceribus inuitatis, qui doctrina pueri antecellerent, hos præ alijs introductos uel ipsorum primū uoce, post & sua tandem commendabat. ita multi sanè emerferunt. Impetrauit etiam publicis disputationibus atq; declamationibus, quo similitè magni Senatorijq; uiri sæpenumero accesserunt. Mihi quidem (ut uel unum me adducam) prudentissimum uirum, sanctæ recordationis D. Stephanum Iselinum, Meccenaten in septennium fermè impetrauit. Atq; hisce ille lucris & compendijs ceteris, uel uelut trophæis suis uehementer est letatus: quod & inde fit perspicuum. Qui stipendio publico primi mittebantur, anno M. D. XXXIX. hos Tubingã usq; qui Honoldiano, mox sequente, hos & Basileam usq; suit comitatus. Atq; is propemodum fuit actionum eius cursus. Vir nimirum sanctus, & præstanti eruditione nil antiquius habuit, quàm quocunq; loco esset, ritè fungi ac prodesse. Fortunauit igitur eum quoq; Deus. Cum Augusta, anno M. D. XXXVIII. prior eius uxor obiisset, ducta uirgine Barbara Nicolai Sehengi filia, liberos undecim ex eadem sustulit: quorum tres cum patre obierunt, ut Lactantius, Barbara, & Sibylla, ceteri, quorum primus est Emmanuel, etiamnum uiuunt. Facultates, ut philosophi, ut benefici, ut religiosi, mediocres extiterunt. Gratia uerò ea semper fuit, quam reuera eius candor merebatur. Inimicos nullos habuit, nisi aut leuissimos, aut breuissimos. Visus quidem est præposteram in docendo rationem sequi, præsertim cum Lactantium suis enarraret: sed putauit pius uir, cum eloquentia pietatem quoq; esse coniungendam: idq; simul euenturum, si Lactantium explicaret. Nec propterea Cicronem fugit, in quem extant tot præclaræ eius Commentationes: præter istud nihil planè uidi, quod in eo unquam reprehenderetur. Vnum istud habuit, quod nec uiti tamen est, & plurimis doctis perquam est commune; quòd cum plurimis morbis fuit conflatus. Pestilentia bis correptus fuit, febris sæpius fuit diuexatus. Caput rheumata & uertigines sæpe afflixerunt, & seuisissimus fuit ei calculus. Sed postremū malum fuit paralyseos. Ea primū tactus est penultimæ anni millesimi quingentesimi, quinquagesimi primi. Accesserunt postea plures ætate præteritis: sed insignis fuit cura præstantissimorum Medicorum, D. D. Achillis & Occonis. Tandem uerò, ubi Deo uisum, ut cum morbi, tum exactæ omnis uitæ molestationes clauderet, cum se inter preces somno daret, biduum dormit, placideq; ita obdormiuit, anno M. D. LIII. XIII. Cal. Iulij, cum & pater eius X.

Calend. obiisset, & se pariter eo tempore moriturum Xystus prædixisset. Monumentum ei in eodem monasterio procurarunt duo fratres, ornatissimi atque Consulares uiri, Henzelli, grati præceptori suo.

F I N I S.

ERRATA

ERRATA OPERARVM INCURIA COMMISSA,
sic emendabis.

Pag. 6. lin. 18. col. 2 aqua pluvia 25.34.1 munere 51.45.1 Fastorum 62.52 ara 66.46 1 Marce
98.36 sic 103.37 opponitur 133.18. 2 πολυγραφώτατον 141.46 Quid sit 193.19 Aristotele 216.
18.2 theologis 249.33 morborum 255.38.2 sententia 280.51 hic quasi 320.15.2 omnino 328.6.1
Aronico 333.4 Poeta 355.43 bestiarios 368.14.2 iniuria 370.8 spectaculis 374.39.1 propter
eos 181.3.1 non obfuit 384.23 molibus 387.5 ad 390.8 dispositione 43.1 memini 391.30.1 Vi-
di 397.21.2 annum 399.5 diffusam 405.7 hac 27 cultum 33 uerò 408.51.1 Ecclesiastici 48.2
animati 410.46.1 De hac 50 certam 411.37 bestias 412.24 diem 417.40.1 non 418.12 de-
testabile 420.47.1 ἀντίχριστος 422.15 filius 48.2 interpres 426.18.1 aliter 428.15.1 tuum 19 fa-
cilius 429.21 Nunc 443.5 humanitatis 452.52.1 restitui 457.14 humo 464.12 Stoici 469.
5 cupiditas 470.19 Tarentinus 473.24 obitum 474.10.2 occurrit 475.14.2 ceremoniarum
25 bellis 476.46 adhortatio 478.52.1 ad pietatis 481.27 honestioris 47 sit
486.10 attribuent 487.9 uita 490.12 in tanta 492.35 coniun-
gitur 497.23.2 cam 498.32.1 Aristoteles.

LACTANTII VITA PER

SOPHRONIVM, EX D. HIERONYMO.



ΙΡΜΙΑΙΑΝΟΣ, ὁ καὶ Λακτάντιος, Ἀρνοβίου μαθητὴς, ὑπὸ Διοκλητιανῶ βασιλέως μετασάξας μετὰ Φλαβίου γραμματικῷ, ὅτι ὑποδίατρικῶν εἰσὶ δι' ἐπιτομῶν συγγραφαί, ἐν Νικομηδείᾳ τῆς ῥητορικῆς ἐδίδαξε, καὶ τῆς περὶ τῆς μαθητῆς, μάρισα δὲ τῆς ἑλληνικῆς πόλις, εἰς συγγράμματα ἑαυτοῦ μεθέκθη. ἔχοντων τὸ τε συμπόσιον, ὃ πρὸς τὴν Ἀφρικὴν σκωτάζει, καὶ ὁδοιπορικῶν ἀπὸ τῆς Ἀφρικῆς εἰς Νικομηδείας, δι' ἑξαμέτρων συντεθεινῶν καὶ ἄλλων βιβλίων, ἧς ἐπιγράφηται Γραμματικὸς. καὶ ἄρα ἴσως ὑποδίατρικῶν θεῶν, καὶ θεῶν εἰσαγωγῶν κατὰ τῶν ἐθνῶν λόγους ἐπιτομῆς, καὶ ἐπιτομῆς τῶν αὐτῶν ἀποδόσεων ἀκεφάλου, καὶ πρὸς Ἀσκληπιάδην λόγους δύο, ὑποδίατρικῶν λόγους ἑς. πρὸς πρῶτον ὑποδόλων λόγους τέσσαρας, πρὸς Σδνήρων ἐπιστολῶν λόγους δύο, πρὸς Διμητρίαν ἀεροατῶν λόγους δύο, πρὸς τὸν αὐτὸν ὑποδίατρικῶν θεῶν, ἢ περὶ τῶν ἀνθρώπων μορφώσεως λόγους ἑνα. ὅτι ἡ ἐχάτω γῆρα διδασκαλίας κατέστη καὶ σαρῶν κρείων, τὸ ὅς κωνσταντῖνος ἢ Γαλλίας, ὃς ὕπερον παρά τῶ πατρὸς ἀνέβη.

LACTANTII VITA EX D. HIERONYMO De uiris illustribus.

Firmianus, qui & Lactantius, Arnobij discipulus, sub Diocletiano principe accitus cum Flavio Grammatico, cuius de medicinalibus uersu cōpositi extant libri, Nicomediæ Rhetoricam docuit: ac penuria discipulorum, ob Græcam uidelicet ciuitatem, ad scribendum se cōtulit. Habemus eius Symposium, quod adolescentulus scripsit in Aphrica: & Hodæporicon, de Aphrica usq; ad Nicomediam, hexametris scriptum uersibus: & aliū librū qui inscribitur Grammaticus, & pulcherrimum de Ira Dei, & Institutionū diuinarū aduersus gentes libros VII. Epitomen eiusdem operis in libro uno acephalon: & ad Asclepiaden libros duos. De persecutione librum unum. ad Probum epistolarum libros IIII. ad Seuerum epistolarum libros II. ad Demetrianum auditorem suum, epistolarum lib. II. Ad eundem de opificio Dei, uel formatione hominis, librum unum. Hic in extrema senectute magister Crispi Cæsaris, filij Constantini, in Gallia fuit: qui postea à patre interfectus est.

ANNOTATIONES XYSTI BETVLEII in uitam Lactantij.

FIRMIANVS.) Οὐμιλιανὸς Sophronij translatio habet. Fuit eo nomine Cappadox Cæsariensis episcopus, apud Eusebiū in Eccles. hist. cap. 7. cuius etiam Theodoretus meminit lib. Hæreticarum fabularum, in Paulo Samosateno, qui eum uirum illustrem appellat: & qui utranq; habuerit eruditionem, externam uidelicet & diuinam, floruit autem Gregorij Magni temporibus. Arnobij discipulus.) Qui & ipse sub Diocletiano principe (anno post natū Christum circiter CCC) Sicca apud Aphricam florentissimè Rhetoricen docuit, ut idem Hieron. in eodem illustrium Theologorum catalogo scriptum reliquit. Arnobij cōtra gentes libri 8. nuper Frobeniorū opera, & Gelenij castigatione in lucem sunt editi, multo castigatissimi. cuius uestigijs sæpe Lactantius noster

insistit. Nicomediæ.) Bithyniæ ciuitatē, ubi isdem ferè temporibus Libanius Rhetoricen professus est: quem Iulianus, eo quòd ethnicus esset, audire prohibitus fuit. Docuit ibi tum Maximus Ephesius Magicus, ut Socrat. in 6. Tripartitæ, memoriæ prodidit. De huius Ecclesiastica celebritate lege Vadianum in descriptione Bithyniæ. Ob Græcā uidelicet ciu.) Iuuenalis: Nō possum ferre Quirites, Græcam urbem. quòd magna turba Græculorum ibi suas artes profiterentur. Eras. Habemus eius Symposium. Id est, Cōuiuuium. Eras. Nos desideramus. ὁδοιπορικῶν.) Itinerarium. Eras. Scripsit in scholis Africæ, autore Honorio. Caremus etiam hoc. Hexametris.) Ut uideas Lactantium non minus carmine quàm soluta oratione ualuisse: id quod Phœnix, & carmen de Resurrectione testantur. Grammaticus.) Perijt etiam hic, non sine

sine magni studiosorum iactura. Pulcher-
 rimum.) quo nihil disertum magis excogita-
 ri potest. Et Institutionum.) Hi sunt quos
 in manibus habemus, in quibus magistrum suum
 Arnobium sequutus est: sicut ille suum quoque,
 Tertullianū. Epitomen.) id est compendium.
 Eras. n. Acephalo.) ἀκεφάλω, id est sine
 capite, quod initium prorsus obtruncatum esset.
 Eras. Ad Asclepiaden.) Qui de promi-
 dentia Dei ad ipsum Lactantium scripsit librum,
 quem citat cap. 4. lib. 7. De persecu-
 tione.) Ad imitationē fortassis Tertulliani. Pri-
 uati sumus etiam hoc thesauro. Sicut illo Opere
 quod contra mendaciorum sectas scripsit, cuius
 ipse meminit in fine quarti libri. Promiserat etiam
 se cōtra Iudaeos scripturum, lib. 7. ca. 2. Epi-
 stolarum lib. 4.) De epistolis Lactantij Da-
 masus ad Hieron. sic scribit: Fateor quippe tibi,
 eos quos mihi iam pridē Lactantij dederas libros,
 ideo non libenter lego, quia & plurimae epistolae
 in eis usq; ad mille spacia uersuum tenduntur, &
 raro de nostro dogmate disputant. quo fit, ut le-
 genti fastidium generet longitudo: & si qua bre-
 uia sunt, scholasticis magis sunt apta, quam nobis,
 de metris, & regionum situ, & philosophis.
 Ad Demetrianum.) Honorius memorat se
 ptem ad Demetrianum libros Epistolarum. Hieron.
 etiam octauum citat. Sed audiamus de his Hieronimi
 censuram, quam scripsit ad Pammachium,
 de erroribus Origenis: Lactantius in libris suis,
 & maxime in epistolis ad Demetrianum, spiritus
 sancti negat substantiam: & errore Iudaico dicit
 eum uel ad patrem referri, uel ad filium, & sancti-
 ficationem utriusque personae sub eius nomine de-
 monstrari. Quis mihi interdiceret potest, ne legam
 Institutionum eius libros, quibus contra Gentes
 scripsit fortissimē, quia superior sententia detestan-
 da est? Atq; idē rursus Hieron. ad Galatas ca. 4.
 Quicumq; inquit, dixerit contra S. sanctum, nec
 hic, nec in futuro dimittetur ei. Hoc ideo, quia
 multi per imperitiam scripturarum, quod & Fir-
 mianus in octauo ad Demetrianum epistolarum
 libro facit, asserunt, Spiritum sanctum saepe pa-
 trem, saepe filium nominari. Et de Christianis

Institutionibus, ad Paulinum de institutione mo-
 nachii, censet idem Hieron. his uerbis: Lactantius
 quasi quidam fluuius eloquentiae Tullianae, utinā
 tam nostra confirmare potuisset, quam facile alie-
 na destruxit. Et in Ezechielem capite 36. inter
 Millenarios eum ponit: de quo suo dicitur loco.

Ceterum quae de eius eloquentia Erasmus & alij
 testantur, longiora sunt, quam ut hic locum habe-
 re possint. Caesaris Crispi.) Caesares, tum
 filios Caesarum appellabant, quasi nomine haere-
 10 reditario: non tamen, nisi crearentur. Quorum
 loco nos hodie Romanos Reges habemus, sicut
 Galli Delphinos, Hispani Infantes. Creati autem
 sunt una, Constantini filij Crispus & Constan-
 tinus: & Licinius adolescens, Licinij Augusti fi-
 lius, Constantini autem ex sorore nepos. Auctor
 est Oros. lib. 7. Crispus ex Minerua concubina
 illi susceptus est, Sex. Aurelio Victore teste. Hūc,
 urgente Fausta coniuge, interfecit: ut Eutropius
 in XI. refert. quam deinceps, in ultionem, serui-
 20 do balneo necauit. Orosius autor est, tum Cri-
 spum, tum etiam Licinium, propter Arrianam fa-
 ctionem, a Constantino ē uiuis sublato esse. Alij
 ferunt, Faustam Crispum priuignum, cuius amore
 capta erat, ad libidine saepius tetrasse: & reuente,
 detulisse ad maritum, illum uoluisse sibi uim infer-
 re: ob idq; caesum esse Pola, oppido Istriae: Con-
 stantinumq; post aliquot annos comperta causa,
 occidisse uxorem. Alijs magis uerisimile uide-
 tur, Crispum Faustae insidij circumuentum occu-
 30 buisse, ne militando filij obesset. Atq; ob eandem
 causam paulo post sublato etiam esse Licinium.
 Sozomenus in Tripartitae primo, referri scribit,
 Constantinum pœnitentia ductum, cum Sopatro
 philosopho de purificatione consultasse: qua nega-
 ta, perturbatum Caesarem, inuenisse episcopos,
 qui ex baptisate purgationem delictorum per-
 mitterent. eaq; occasione Christianum esse factū.
 Quod tamen Sozomenus ipse non credit, tempo-
 ris argumento ductus. Crispum siquidem XX.
 Imperij paterni anno (qui est a Christo nato
 40 C C C X X X) defunctum: quum tamen ante
 saepe patri in legibus pro re Christiana
 sancendis adfuerit.

L. COELII LACTANTII FIRMIAE

NI DIVINARVM INSTITVTIONVM ADVER-

sus Gentes, de Falsa religione libri primi Præfatio, ad
Constantinum Imperatorem.

*Quanti sit, & fuerit semper, cognitio ueritatis: & quòd nec sine religione sa-
pientia, nec sine sapientia sit probanda religio. CAP. I.*



AGNO & excellenti ingenio uiri cum se doctrinae
penitus deditissent, quicquid laboris poterat im-
pendi, contemptis omnibus & publicis & priuatis
actionibus, ad inquirendam ueritatis studium contu-
lerunt: existimantes multo esse præclarius, humana-
rum diuinarumque rerum inuestigare ac scire rationem,
quam aut struendis opibus, aut cumulandis honori-
bus inhaerere. Quibus rebus, quoniam fragiles terre-
naeque sunt, & ad solius corporis pertinent cultum, ne-
mo melior, nemo iustior effici potest. Erant illi quidem ueritatis cognitione
dignissimi, quam scire tantopere cupiuerunt, atque ita, ut eam rebus omnibus
anteponerent. nam & abiectis quosdam res familiaris suas, & renunciaſſe
uniuersis uoluptatibus constat: ut solam nudamque ueritatem, nudi expeditique
sequerentur: tantumque apud eos ueritatis nomen & autoritas ualuit, ut in ipsa
summi boni premium esse iudicarent. Sed neque adepti sunt id quod uolebant,
& operam simul atque industriam perdidit: quia ueritas, id est arcanum
summi Dei, qui fecit omnia ingenio, ac proprijs non potest sensibus compre-
hendi. alioquin nihil inter Deum hominemque distaret: si consilia & dispositio-
nes illius maiestatis aeternae cogitatio assequeretur humana. Quod quia fieri
non potuit, ut homini per seipsum ratio diuina innotesceret: non est passus ho-
minem Deus lumen sapientiae requirentem, diutius oberrare, ac sine ullo la-
boris effectu uagari per tenebras inextricabiles: aperuit oculos eius aliquan-
do, & notionem ueritatis munus suum fecit: ut & humanam sapientiam nullam
esse monstraret, & erranti ac uago uiam consequendam immortalitatis osten-
deret. Verum quonia pauci utuntur hoc caelesti beneficio ac munere, quod
obuoluta in obscuro ueritas latet, eaque uel contemptui doctis est, quia ido-
neis assertoribus eget: uel odio indoctis, ob insitam sibi austeritatem, quam
natura hominum procliuſ in uitia pati non potest (nam quia uirtutibus ama-
ritudo permittitur est, uitia uero uoluptate condita sunt: illa offensi, hac deliniri
feruntur in praecipit: ac bonorum specie falsi, mala pro bonis amplectuntur)
succurrendum esse his erroribus credidi: ut & docti ad ueram sapientiam diri-
gantur, & indocti ad ueram religionem. Quae professio multo melior, utilior,
gloriosior putanda est, quam illa oratoria: in qua diu uersati, non ad uirtutem,
sed plane ad argutam malitiam iuuenes erudiebamus. Multo quippe nunc
rectius de praecipit caelestibus differemus: quibus ad cultum uerae maiesta-
tis mentes hominum instituere possimus: nec tam de rebus humanis bene-
meretur, qui scientiam bene dicendi affert, quam qui pie atque innocenter do-
cet uiuere. Idcirco apud Graecos maiore in gloria philosophi, quam oratores
fuerunt. illi enim recte uiuendi doctores sunt existimati, quod est longe pra-
estabilius: quoniam bene dicere ad paucos pertinet, bene autem uiuere ad om-
nes. Multum tamen nobis exercitatio illa fictarum litium contulit, ut nunc
maiori copia & facultate dicendi causam ueritatis peroremus. quae licet possit
sine eloquentia defendi, ut est a multis saepe defensa: tamen claritate ac nitore
sermonis illustranda, & quodammodo differenda est, ut potentius in animo
influat,

4
 influat, & ui sua instructa, & luce orationis ornata. De religione itaq; nobis, rebus que diuinis instituitur disputatio. Nam si quidam maximi oratores professionis suae quasi ueterani, decursis operibus actionum suarum, postremo se philosophiae tradiderunt: eamque sibi requiem laborum iustissimam putauerunt, si animos suos in earum rerum quae inueniri non poterant, inquisitione torquerent, ut non tam otium sibi quam negocium quassisse uideantur: & quidem multo molestius, quam in quo fuerant ante uersati: quanto iustius ego me ad illam piam, ueram, diuinamque sapientiam, quasi ad portum aliquem tutissimum, conferam: in qua omnia dictu prona sunt, auditu suauia, facilia intellectu, honesta susceptura. Et, si quidam prudentes & arbi- 10
 tri aequitatis, institutiones ciuili iuris compositas ediderunt, quibus ciuium dissidentium lites contentionesque sopirent: quanto melius nos & rectius diuinas institutiones literis prosequemur. in quibus non de stillicidijs, aut aquis arcendis, aut de manu conferenda: sed de spe, de uita, de salute, de immortalitate, de Deo loquemur, ut superstitiones mortiferas, erroresque turpissimos sopiamus? Quod Opus nunc nominis tui auspicio inchoamus, Constantine Imperator maxime. qui primus Romanorum principum, repudiatis erroribus, maiestatem Dei singularis ac ueri & cognouisti & honorasti. Nam quum ille dies felicissimus orbi terrarum illuxisset, quo te, Deus summus ad beatum Imperij culmen euexit: salutarem uniuersis & optabilem 20
 principatum praclaro initio auspiciatus es: quum euersam sublatamque iusticiam reducens, teterrimum aliorum facinus expiasti. pro quo facto dabit tibi Deus felicitatem, uirtutem, diuturnitatem: ut eadem iusticia qua iuuenis exorsus es gubernaculum reipublicae, etiam senex teneas: tuisq; liberis, ut ipse a patre accepisti, tutelam Romani nominis tradas. Nam malis (qui adhuc aduersus iustos in alijs terrarum partibus saeuunt) quanto ferius, tanto uehementius idem omnipotens mercedem sceleris exoluet. quia ut est erga pios indulgentissimus pater, sic aduersus impios rectissimus iudex. Cuius religionem cultumq; diuinum cupiens defendere, quem potius appellem, quem alloquar: nisi eum, per quem rebus humanis iusticia & sapientia, restituta est? 30
 Omisissis ergo huiusce terrenae philosophiae autoribus, nihil certi afferentibus, aggrediamur uiam rectam: quos equidem, si putarem satis idoneos ad bene uiuendum duces esse, & ipse sequerer, & alios ut sequerentur hortarer. Sed cum inter se magna concertatione dissideant, secumq; ipsi plerumque discordent: apparet eorum iter nequaquam esse directum. si quidem sibi quisq; ut est libitum, proprias uias impresserunt, confusionemque magnam quaerentibus ueritatem reliquerunt. Nobis autem, qui sacramentum uerae religionis accepimus, cum sit ueritas reuelata diuinitus, cum doctorem sapientiae ducemq; ueritatis Deum sequamur: uniuersos sine ullo discrimine uel sexus uel etatis, ad coeleste pabulum conuocamus. Nullus enim suauior animo cibus est, quam 40
 cognitio ueritatis: cuius afferendae atque illustrandae septem uolumina destinauimus. quamuis ea res infiniti penes sit operis, & immensi: ut si quis haec dilatare atque exequi plenissime uelit, tanta illi rerum copia exuberet, ut nec libri modum, nec finem reperiat oratio. Sed nos idcirco breuiter omnia colligemus: quod ea quae allaturi sumus, tam clara sunt & lucida, ut magis mirum esse uideatur, tam obscuram uideri hominibus ueritatem: & ijs praecipue, qui sapientes uulgo putantur: uel quod tantummodo instituen-
 di nobis homines erunt, hoc est, ab errore quo sunt implicati, ad rectiorem uiam reuocandi. Quod si fuerimus (ut spero) affecuti, mittemus eos ad ipsum doctrinae uberrimum ac plenissimum fontem: cuius hauustu atq; potu concepta 50
 uisceribus sitim sedet, ardoreq; restinguant. Eruntq; illis omnia facilia, prona, manifesta: modo ne pigeat ad percipiendam sapientiae disciplinam, legendi uel audiendi

audiendi patientiam cōmodare. Multi enim superstitionibus trāsis pertinaciter inhārentes, obdurant se contra manifestam ueritatem, non tam de suis religionibus, quas prauē asserunt, benemeriti, quā de se malē: qui cum habeant iter rēctum, deuōs sequuntur anfractus: planum deserunt, ut per praeceptum labantur: lucem relinquunt, ut in tenebris cæci ac debiles iaceant. His consulendum est, ne contra se pugnent, uelintq; se tandem ab inueteratis erroribus liberari. quod utiq; facient, si, quare sint nati, aliquādo peruiderint. Hac enim prauitatis est causa, ignoratio sui: quā si quis cognita ueritate discussserit, sciet quō referenda, & quemadmodum sibi uita degenda sit. Cuius

10 scientiā summam breuiter circumscribo: ut neq; religio ulla sine sapientia scienda sit, nec ulla sine religione probanda sapientia.

XYSTI BETVLEII AVGVSTANI
Commentarius.

PRIOR præsationis pars, suscepti Operis causas reddit: altera, dedicationē Operis ad Constantinum Cæsarem continet: tertia, parascue Operis est, & ingressum lecturis præbet. Causa suscepti Operis est, uelle suam portionem ad cōmunicationem uitæ adferre. Maximè autē iuuant mortales, qui uiam salutis indicant. In hac minore amplificanda solertissimus artifex est. Amplificatio per comparationes fit, quibus declarat, cur deserta oratoria, se ad sapientiæ cœlestis studium contulerit. Institutionum diuinarum.) $\pi\theta\delta\iota \tau\omega \delta\epsilon\iota\omega\upsilon \lambda\epsilon\alpha\tau\chi\eta\sigma\tau\omega\varsigma$. Hoc titulo inscribuntur libri de Institutione, quales ferè nostri Catechismos solent nominare: scilicet libellos, qui elementa Christianismi continent, qualis fuit Iohannis Hierosolymitani episcopi, qui in nostra Augustana bibliotheca repositus seruatur. Ita enim in nascenti ecclesia solebat iuuentus institui rudimentis quibusdam fidei, cuius uestigia extant: ut Clementis Alexandrini Pædagogus, in cuius secundo libro ita uocantur pulcherrimæ sapientiæ, quæ ex Prouerbijs Salomonis discitur, principia doctrinæ, $\lambda\epsilon\alpha\tau\chi\eta\sigma\tau\omega\varsigma$: id est, talis institutio, quæ

30 per auditum iuuentuti inculcatur. Hinc, qui eo modo imbuebatur pietatis principijs, $\lambda\epsilon\alpha\tau\chi\eta\delta\upsilon\delta\upsilon\omega\iota$ uocabantur, & $\nu\epsilon\alpha\tau\chi\eta\sigma\tau\omega\iota$: ipse uerò Clemens $\gamma\alpha\lambda\alpha\kappa\tau\omicron\phi\alpha\gamma\eta\varsigma$ Homericō uocabulo, $\nu\eta\pi\iota\delta\varsigma \pi\iota\sigma\tau\omega\varsigma$ Paulina phrasi appellat, respiciens ad illud 1. Corinth. cap. 3. ubi $\sigma\alpha\rho\kappa\iota\delta\varsigma \iota\gamma \nu\eta\pi\iota\delta\varsigma$ infantes fidei, cæterum $\tau\omega\delta\upsilon\mu\alpha\tau\iota\delta\varsigma \tau\epsilon\lambda\epsilon\iota\delta\varsigma$ appellat eos qui progressionē notabiles in sapientia Christi fecerunt: horum cibum $\beta\rho\omega\mu\alpha$, illorum $\gamma\epsilon\lambda\alpha$ nominans.

50 MAGNO ET EXCELLEN-
TI.) Summa in scriptore modestia, qua eos, aduersus quos scribit, ad lectionem inuitat: accusan-

do uerò eos excusat. Ignorantia siquidem ueniam meretur. Scribit autem aduersus gentes, quibus cum illius seculi hominibus multum negocij fuit. Gentes autem, uel gentiles, græcè $\epsilon\theta\upsilon\iota$, $\epsilon\theta\upsilon\iota\omega\iota$, $\epsilon\theta\upsilon\iota\sigma\alpha$, qui ius Christianæ ciuitatis non habēt, ad quos leges reipub. Christianæ nihil attinent. Sicut in iure ciuili Gentiles ij quandoq; dicuntur, qui Romano imperio nō sunt subiecti, nec lege ciuili, sed iure gentium uiuunt: qui Romanis fuerūt tanquam Barbari. Ita in ueteri quoq; Testamento Iudæis Gentes dicti fuerunt, qui non ad populum Israeliticum pertinebāt, nec lege Mosaica tenebantur. Sic Dauid: Quare fremuerunt gentes? Pagani alia ratione ab Augustino & cæteris dicebantur, qui Christi non erant milites, nec Christo in baptisate nomen dederant. Si quidem in iure ciuili hi sunt pagani, qui non militant, sed in pagis ac uicis suis munera subeunt. Vide Alciatum libro $\pi\epsilon\delta\alpha\gamma\omega\gamma\omega\upsilon$ primo, capite 13. Hic mihi rudis auditor admonendus est, Lactantium in prioribus libris diuinarum Scripturarum testimonijs nō usum fuisse, ob id, quia Gētes suis, non alienis armis uincendæ erant. Nec eorum testimonia quicquam roboris apud illos habitura fuerant, quorum religionē profugam uolebant. Proinde Apollinis, Sibyllarū, Trismegisti & Orphei testimonijs, quæ apud Gentes plurimū ualebant, utitur. Rationibus Gentium scriptores, non testimonijs sibi contrarijs, locū in disputando dabant. Nec hostes, nisi uicti sint, leges accipiunt. Quare author noster, Gentilibus in prioribus libris deuictis, & iam in Christianæ ciuitatis mœnibus uersaturis, leges Christianas præscribit. Porro perinde facit, ut peritus & fidelis medicus, qui curationem ab euacuationibus purgationibusq; orditur: mundificato uerò corpore, antidota adhibet, & chirurgus non prius uulneri cutem inducit, quā quicquid putridum erat, subla-

tum fuerit. Ita errores illi prius amouendi fuerunt, quam sanam doctrinam adferret. Obuiam etiam hic eundem est illorum dementia, qui negant quemquam recte sacris inhaerere studiis, qui secularibus literis sit instructus. Hisce rectius sapit Augustinus, qui uel Lactantij nostri exemplo docet, quid theologo praesidij adferat, gentiliū legisse libros, contra gentiliū errores pugnatur. Augustini auctoritate Aurelius Cassiodorus senator ad monachos suos uitur. Sic suis hostes armis Augustinus ipse cum alijs, tum praclarissimis illis de Ciuitate Dei libris iugulat, armis, castris et possessionibus exuit. sic Augustino senior Hieronymus, et his seniores Cyprianus et Tertullianus. Quid quod ipse Paulus et gentilios uersiculos in gentes stringit, et cum Areopagitis Athenis acerrime disputat? Saepe in Graecis theologis inuenies classicos, philosophorum errores sugillantes. Origenem tibi numerabo, item Epiphaniū, Chrysostomum, Cyrillum, Athanasium, Theodoretum, Theologum ipsum, Theophilum, Tatianum, Basilium, et alios forte plures. Huius postremi libellus ad nepotes extat, quo docet, quomodo poetae et oratores sint legendi. in eo Moyses et Danielis exemplo probat, sacra profanis disciplinis adiuuari. Quam apud Graecos poetice ornat Nazianzenum, quam apud Latinos Prudentium? In mentibus contaminatio, non in literis magis quam in cibo. Mundis, iuxta Paulum, omnia munda sunt. Nam & abiectissime.) De his singulis pleniore manu lib. 3. qui est de Falsa sapientia. Veritas, id est arcanum.) De hoc libro 4. qui est de Vera sapientia. Si consilia & dispositiones.) Lactantius notatur a Ciceroniano Erasmo, quod dispositiones pro decretis hoc loco dixit. Munus suum fecit.) Ut Iureconsulti dicunt, causam suam facere: et orator apud Quintilianum, philosophiam suam facit. In obscuro ueritas.) Quomodo id sit, docet cap. 18. lib. 3. In qua diu uersati.) Forum tamen non attingit, ut ipse testatur libro 3. cap. 13. Maiori in gloria philosophi.) Non de umbratili philosophia hoc intelligendum est, sed de ea quae pro sua uirili humanam consociationem iuuat: sterilem enim illam oratoriae posthabet. Sed de philosophi et oratoris comparatione audiamus Plutarchum, qui in Stoicis Enantiomatis sub initium sic scribit: *ὅτι γὰρ ἔχου τὸ τὸν ἔντορα κατ' ἀρχαίῳ τὸ αὐτὸ φέγγεσθαι, καὶ τὸν νόμον ὡς τὸν βίον τὸ φιλοσόφου τὸ λόγου σύμφωνον* *ἢ ὁ γὰρ λόγος τὸ φιλοσόφου νόμος αὐθαί*

περὸς τὸν ἰδίον ὄσι. De religione itaq.) Operis totius haec propositio est. Quasi ueterani.) A militia sumpta similitudo. Arbitri aequitatis.) Ulpianus Iuris sacerdos appellat: et Seruius Sulpitius Iuris antistes cognominatus fuit, autore Quintiliano. Vide Budaei Annotationes priores. Institutiones.) Allusio ad ipsum Operis titulum, quem similem Iureconsultis habet. Non autem Institutiones Iustiniani, quibus hodie utimur, intelligit, qui multo tempore post Constantinum Imperatorem fuit. Fortassis Caij Institutiones intelligit, quarum fragmenta hodie extant. Nescio an Marciani possint intelligi, qui ferè *σὺ γὰρ* Lactantij putatur: certe Florentini propter temporis interuallum non possunt. Non de stillicidijs.) In Pandectis Iureconsultorum libro 39. tit. tertius est, de Aqua, et Aquae pluuiae arcenda. De manu conferenda.) De hoc uide Gellium libro uigesimo, capite nono: et Budaeum in Annotationibus prioribus. Decursis operibus.) Sicut Terentius, Decurso spacio. Imperator maxime.) Maximi nomen assequutus est, quum iam non modò Caesar, sed etiam Augustus esset, solusq; debellatis hostibus gubernacula Imperij Romani haberet. Plura cognomina illi indita fuere. Ex eo quod Maxentij uictor Romanum imperium tyrannide liberasset, appellatus fuit Liberator urbis, et Fundator quietis. Et quum iam solus imperaret, saluabatur Restitutor humani generis, Propagator Imperij, et fundator aeternae securitatis. Qui primus Romanorum principum.) Legitur ante hunc Christianum nomen professus, M. Iulius Philippus, Vostris Arabiae urbe obscuris parentibus natus, homo Punica fide deterior: qui ut scelera teget, cultum Christiani nominis simulauit. Ccepit is gubernare anno a nato Christo C C X L V I I, decimustertius ante Constantinum Imperator. Constantius pater per oraculum certior factus fuit, se habiturum filium, qui militibus Dei operaturus esset: et ob hoc iussus pater fuit Constantinum sibi successorem facere. Ethnicus etiamnum aliqua ex parte Constantinus, auspicio Crucis uictor aduersus Maxentium euasit, eademq; felicitate Licinium superauit. Nam quum in Gallia etiamnum imperaret, Faustae coniugis impulsibus dijs gentiliū quandoque sacrificauit. Tandem plenum Christianae religionis patrocinium suscepit, uix tamen sub extremum uitae tempus Nicomediae baptisatus, quum Iordani desiderio id diu distulisset.

Hec ex Tripartita, Theodoro, Eutropio, Oro-
sio, Paulo Diacono, Pomponio Laeto, & alijs.
Dabit tibi Deus felicitatem.) Videtur
huc respexisse Augustinus libro de ciuitate Dei
quinto, capite decimoquinto: ubi bonis merce-
dem etiam in hoc tempore dari ostendit. Et ca-
pitem uigesimoquinto: Constantinum (inquit) Im-
peratorem, non supplicentem demonibus, sed ip-
sum uerum Deum colentem, tantis terrenis im-
pleuit muneribus, quanta optare nullus auderet.
Cui etiam condere ciuitatem Romano imperio so-
ciam, uelut ipsius Romae filiam, sed sine aliquo
demonum templo simulachroq; concessit. Diu
imperauit, uniuersum orbem Romanum unus Au-
gustus tenuit atq; defendit. In administrandis
& gerendis bellis uictoriosissimus fuit. In ty-
rannis opprimendis per omnia prosperatus est.
Grandaeuus, aegritudine & senectute defunctus
est: filios imperantes reliquit. Aliorum
facinus.) Maxentij & Licinij in Christianos
crudelitatem. Quanto serius.) Lento
enim gradu ad uindictam sui diuina procedit ira,
tarditatem que supplicij grauitate compensat.
Gentilis haec quidem, sed Christianissima inte-
rim Valerij sententia est. Nihil certi affer-
rentibus.) Non Academicos modo intelligit,
sed philosophos in uniuersum omnes, qui uarijs o-
pinionibus sapientiae studium dilaniarunt.
Proprias uias presserunt.) Via, loquendi
modus in sacra Scriptura frequentissimus, pro ui-
uendi ratione seu heresi. Lucas in Actis: ἀκε-
κέραιον αὐτῶν ἡζυγῶτο τὸν τῷ θεῷ ὁδόν.
Ita hic uocat factiones, quales monachorum se-
ctae fuerunt. Sic pro instituto metaphoricè in sa-
cris Biblijs frequentissimè in bonam partem, in
malam apud oratores frequentius. Sacra-

mentum uerae religionis.) Vel baptisma
intelligendū est, quo militie Christianae nomen
dantes, ἀποκατατοχῆ Christo nos obligamus:
uel mysterium, quod ueram ipse sapientiam uoca-
re solet. Sine ullo discrimine.) πῶ-
σπολιτικῆ, quam Christus damnat, Paulus
reijcit, Iacobus execratur. Ad caeleste
pabulum conuocamus.) Non enim solo
pane uiuit homo, sed omni uerbo quod procedit
ex ore Dei. Deuteronom. octauo. De hac caele-
sti ambrosia lege Iohannem capite sexto.
Ut magis mirum esse uideatur.) At-
qui haec iustissima est contemptus huius caelestis
doctrinae poena, ut uidentes non uideant, &c.
Esaie sexto, Matthaei decimotertio. Atq; hunc
stuporem πῶσπολιτικῆ κατὰ νόμον uocat Rom.
undecimo. Vberrimum & plenissi-
mum fontem.) νικτῶν καὶ ἀθανάσιος in-
telligit, quod in Iohanne capite quarto doctor cae-
lestis πῶσπολιτικῆ ἀλλομενίου εἰς ζωὴν
αἰώνιον uocat. Prona, manifesta.)
Doctrina siquidem caelestis, perinde ut riuuli, nō
sublimia petit, sed in pectora humilia delabitur
prona. Obserua hic obiter locos suasorios, qui-
bus lectorem docilem, beneuolum & attentum
reddit. Ab inueteratis erroribus.)
Tollit praescriptionem temporum. Errores siqui-
dem, temporis longinquitas & diuturnitas non
tuetur. Ignoratio sui.) Sicut enim sa-
luberrimum illud γυνῶσι σεαυτοῦ causa est &
principium salutis iusticiae que humanae, sic igno-
ratio sui causa prauitatis. Religio ulla
sine sapientia.) Hypothesis totius profes-
sionis Christianae. De hoc, duodecimo
capite Laetantius, in libro
de Ira Dei.

Quod prouidentia sit in rebus humanis

CAPVT II.

40 SVscipto igitur illustrandae ueritatis officio, non putauī adeo necessarium
ab illa quaestione principium sumere, quae uidetur prima esse natura, sit ne
prouidentia, quae rebus omnibus consulat: an fortuitu uel facta sint omnia,
uel regantur. Cuius sententiae autor est Democritus, confirmator Epicurus.
Sed & antea Protagoras, qui deos in dubium uocauit: & postea Diagoras,
qui exclusit: & alij nonnulli, qui non putarunt deos esse: quid aliud effe-
runt, nisi ut nulla esse prouidentia putaretur? quos tamen & ceteri philoso-
phi, ac maxime Stoici acerrime retuderunt, dicentes, nec fieri mundū sine di-
uina ratione potuisse: nec consistere, nisi summa ratione regeret. Sed & M. Tul-
50 lius, quāuis Academicę disciplinae defensor esset, de prouidentia gubernatrice
rerū & multa saepe disseruit, Stoicorū argumēta confirmans, & noua ipse affe-
rens plurima, quod facit tū in omnib. suae Philosophiae libris, tū maxime in ijs

qui sunt de Natura deorum. Nec difficile sanè fuit, paucorum hominum prauè sententiū redarguere mendacia, testimonio populorū ac gentium in hac una re nō dissidentiū. Nemo est enim tam rudis, tam feris moribus, quin oculos suos in cœlum tollens, tametsi nesciat cuius Dei prouidentia regatur hoc omne quod cernitur: aliquam tamē esse intelligat ex ipsa rerū magnitudine, motu, dispositione, cōstantia, utilitate, pulchritudine, tēperatione: nec posse fieri, quin id quod mirabili ratione constat, cōsilio maiori aliquo sit instructū. Et nobis utiq; facilimum est, exequi hanc partem quamlibet copiose. Sed quia multum inter philosophos agitata res est, & prouidentiam tollentibus satis responsum uidetur ab hominibus argutis & eloquentibus: & de solertia diuinæ prouidentiae per totū hoc opus, quod suscepimus, sparsim dicere necesse est: omittamus in præsentī hanc quæstionem, quæ cum cæteris sic cohæret, ut nihil à nobis differi posse uideat, ut nō simul de prouidētia differat.

C O M M E N T A R I V S.

Non putauī adeò necesse.) Plenius enim hoc negocium ab ipso tractatur Lactantio in lib. de Ira Dei, cap. 9, 10, 11. & in libello de Opificio Dei, Epicureorum errorem confutat. Democritus.) Qui ex atomis omnia esse ait. de quo copiose infra libro 3. cap. 17. Diagoras.) Qui ob id à θεοις dictus fuit, ut est apud Ciceronem de Natura deorum. De hoc, capite nono de ira Dei. Theodoretus Cyri episcopus, in Opere cui titulus est θεοπρωτοβουλιαν εναντιον των θεων, de prouidentia contra Diagoram scripsit: qui ordine sextus est. Protagoras uerò propter suum dogma ab Atheniensibus ciuitate eiectus est. Eius uita est apud Laertium lib. nono. Huius nomine Platonius est dialogus, quo sophistam ipsum Socrates argumentis ita exiit, ut planè quid sciat, profiteri nequeat. Diuina ratione.) Quod Lactantius rationem hic uocat, Græci *νοῦν* dicunt. Stoici acerrimè.) Extat egregius Senecæ Stoici de Prouidentia liber. M. Tullius.) Cicero in libris de Natura deorum personas disputantes introducit, Q. Lucilium Balbū, qui tantos progressus habebat in Stoicis, ut cum excellentib. in eo genere Græcis cōpararetur: Caiū item Cottam, cui ipse Cicero ut Academico suppetias fert:

Caiū quoq; Velleiū, qui Epicureas tuetur partes, Stoicorumq; *περὶ ὀνομασίου* animum fatidicam ignominiose nominat. Nemo enim est.) Sic in primo Tusc. quæst. Cicero ait, nullam nationem tam barbaram, tamq; efferam esse, quæ non sit imbuta aliqua deorum opinione. Qui non oculos.) Vnde homines cognitionem deorū habuerint, docet Plut. in Placitis philosophorum libro primo, cap. 6. ubi breuiter tres indicantur modi: unus *τὸ φυσικόν*, alter *τὸ μυθικόν*, tertius *τὸ τῶν μαρτυριῶν ἐκ τῶν φαινομένων ἡμετέωρων*. quibus addunt τὰ τῶν θεῶν ζωογονήματα καὶ καταπονομήματα. Quod longius exequitur Cicero in primo de Nat. deorum. De hoc intellexit Paulus Rom. 1. *διὸν τὸ γνωσκόντων θεοὺς, φανερόν ἐστιν ὅτι αὐτοῖς ὁ γὰρ θεὸς αὐτοῖς ἐφανερώσατο. τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτῶν ἀκρίτως ὡς ἡμεῖς τοῖς ποινίμοις νομήματα καὶ ἀργᾶται, ἢ τε ἀίδιος αὐτῶν δυνάμεις καὶ δεσποτίας, &c.* Hæc omnia in uniuersum diligentissime exequitur & considerat Cicero in libro de Vniuersitate, in quo secutus est Timæum Platonis. Pulchritudine.) Vnde Græcis *κόσμος*, Latinis mundus. Aristot. de Mundo:

Plinius libro secundo, capite quarto.

Vnius'ne potestate Dei mundus regatur, an multorum.

CAPVT III.

Si igitur operis nostri exordiū quæstio illa consequens ac secunda, Vtrū potestate unius Dei mundus regatur, an ne multorum? Nemo est quidē qui sapiat, rationemq; secum putet, qui non unum Deum esse intelligat, qui & condiderit omnia, & eādē qua condidit uirtute moderetur. Quid enim multis opus est ad mundi regimen sustinendum? nisi fortè arbitremur, si plures sint, minus habere singulos neruorum atq; uirium. Quod quidem faciunt ij qui multos esse uolunt: quia necesse est imbecilles esse, siquidē singuli sine auxilio reliquorum tantæ molis gubernaculum sustinere non possent. Deus autem, qui est aeterna mens, ex omni utique parte perfectæ consummataq; uirtutis

uirtutis est. Quod si uerū est, unus sit necesse est. Potestas enim uel uirtus absoluta retinet suam propriam firmitatem. Id autem solidum existimandum est, cui nihil decedere: id perfectum, cui nihil possit accedere. Quis dubitet potentissimum esse regem, qui totius orbis habeat imperium: neque immerito: cum illius sint, quæ ubique sunt omnia: cum ad eum solum omnes undique copiae congerantur. At si plures partiantur orbem, minus certe opum, minus uirium singuli habebunt, cum intra præscriptam portionem se quisque contineat. Eodem etiam modo dicitur, si plures sint, minus ualebunt, alijs tantumdem in se habentibus. Virtutis autem perfecta natura non potest esse nisi in eo in quo totū est, non in eo in quo pars exigua de toto est. Deus uero si perfectus est ut esse debet, non potest esse nisi unus, ut in eo sint omnia. Deorum igitur uirtutes ac potestates infirmiores sint necesse est: quia tantum singulis deerit, quantum in cæteris fuerit: ita quanto plures, tanto minores erunt. Quid, quod summa illa rerum potestas ac diuina uis ne semel quidē diuidi potest? Quicquid enim capit diuisionem, & interitum necesse est. Si autem interitus procul est à Deo, quia incorruptibilis est & æternus: consequens est, ut diuidi potestas diuina non possit. Deus ergo unus est, si nihil esse aliud potest quod tantumdem capiat potestatis: & ij tamen qui multos esse arbitrantur, officia inter se dicunt esse partitos. de quibus omnibus suo loco disputabimus.

Illud interim quod ad præsentem locum pertinet, teneo. Si partiti sunt inter se officia, eodem reuoluitur res, ut ex ijs quilibet sufficere omnibus nequeat. Perfectus igitur iam non erit, qui cessantibus cæteris, non potest omnia gubernare. Ita fit, ut ad regendum mundum unius perfecta uirtute magis opus sit, quàm imbecillitate multorum. Qui autem putat hanc tantam magnitudinem non posse ab uno regi, fallitur. Nec enim quanta uis potestasque sit diuinæ maiestatis intelligit, si existimat, singularem Deum, qui mundum facere potuit, eundem regere non posse quem fecit. At si concipiat animo, quanta sit diuini huius operis immensitas, cum antea nihil esset, tamen uirtute atque consilio Dei ex nihilo esse conflata: quod opus nisi ab uno inchoari perficique non potuit: iam intelliget, multo facilius ab uno regi, quod est ab uno constitutum. Dicat fortasse aliquis, ne fabricari quidem tam immensum opus mundi, nisi à pluribus potuisse: quamlibet multos, quamlibet magnos faciat, quicquid in multis magnitudinis, potestatis, uirtutis, maiestatis que posuerit, id ego totum in unum confero, & in uno esse dico, ut tantum in eo sit istarum rerū, quantum nec excogitari nec dici potest. Qua in re quoniam & sensu deficiamus, & uerbis, quia neque tantæ intelligentiæ lucem pectus humanum, neque explanationem tantarum rerum capit lingua mortalis: id ipsum intelligere nos oportet, ac dicere. Video rursus quid econtrario dici possit, tales esse illos plures, qualem nos uolumus unum. At hoc fieri nullo pacto potest, quod singulorum potestas progredi longius non ualebit, occurrentibus sibi potestatibus cæterorum. Necesse est enim, ut suos quisque limites aut transgredi nequeat: aut si transgressus fuerit, suis alterum finibus pellat. Non uident qui deos multos esse credunt, fieri posse ut aliquid diuersum uelint: ex qua re disceptatio inter eos & certamen oriatur, sicut Homerus bellantibus inter se deos finxit: cum alij Troiam capi uellent, alij repugnarent. Vnius igitur arbitrio mundum regi necesse est. Nisi enim singularū partium potestas ad unam prouidentiam referatur, non poterit summa ipsa constare: uno quoque nihil curante amplius, quàm quod ad eum proprie pertineat: sicut ne res quidem militaris, nisi unum habeat ducem atque rectorem. Quod si in uno exercitu tot fuerint imperatores, quot legiones, quot cohortes, quot cunei, quot alæ: primum nec instrui poterit acies, uno quoque periculum recusante: nec regi facile, aut temperari, quod suis proprijs consilijs utantur omnes:

quorum

10 quorum diuersitate plus noceant quam profint. Sic in hoc rerum naturæ imperio, nisi unus fuerit ad quem totius summæ cura referatur, uniuersa soluentur & corrumpentur. Dicere autem, multorum arbitrio regi mundum, tale est, quale si quis affirmet, in uno corpore multas esse mentes: quoniam multa & uaria sunt ministeria membrorum, ut singulos corporis sensus singulæ mentes regere credantur: item multi affectus, quibus commoueri solemus uel ad iram, uel ad cupiditatem, uel ad læticiam, uel ad metum, uel ad miserationem, ut in his omnibus totidem mentes putentur operari. Quod si quis profectio dicat, ne ipsam quidem, quæ una est, habere uideatur. Quod si in uno corpore tantarum rerum gubernationem mens humana possidet, & uniuersis simul intenta est: 10 cur aliquis existimet, mundum non posse ab uno regi, a pluribus posse? Quod quia intelligunt isti assertores deorum, ita eos præesse singulis rebus ac partibus dicunt, ut tamen unus sit rector eximius. Iam ergo ceteri, dii non erunt, sed satellites ac ministri, quos ille unus maximus & potens omnium his officiis præfecerit, ut ipsi eius imperio ac nutibus seruiant. Si uniuersi pares non sunt, non igitur dii omnes sunt. Nec enim potest hoc idem esse quod seruit, & quod dominatur. Nam si Deus est nomen summæ potestatis, incorruptibilis esse debet, perfectus, impasibilis, nulli rei subiectus. Ergo dii non sunt, quos parere uni maximo Deo necessitas cogit. Sed quia non frustra falluntur ij qui hoc ita putant, causam huius erroris paulo post aperiemus. Nunc unitatem 20 diuinæ potestatis, testimonijs comprobemus.

COMMENTARIUS.

Totum hoc caput exemplum ἡ ἀνάσκειν εἶναι. Habet locos, ἀσπείδης, ἀπειθάνου, ἀδύνατον, ἀνάσκειν, ἀπειθάνου, ἀπειθάνου, ἀπειθάνου. Expositio autem rei, mirabilem euentiam habet.

Aeterna mens.) Ex Platonica hoc fluxit doctrina: uel, si mauis, ex Hermetis Trismegisti. licet hic Deum non tam mentem quam causam mentis dicat. Sacrae quidem literæ Deū spiritum esse docent, Ioan. 4. August. lib. 15. de Trinitate asserit, Deum amplius quiddam quam mentem esse: tantum, quantum homo mente præditus superat bruta mente carentia. Sed donabimus hoc Lactantio, quia æternitatis epitheton adiecit. Ceterum philosophorum dogmata reperies apud Plutarchum lib. 1. cap. 7. Cui nihil decedere.) August. in 5. de Trinitate docet, nulla accidentia in Deum cadere: & quicquid de Deo dicatur, essentialiter, non accidentaliter dici. Qui totius orbis, &c.) Philo ludæus de mundo: ἀλλ', inquit, ἔστιν εἰς ἀρχῶν, καὶ ἡγεμῶν, καὶ βασιλέων, ὡς πρὸς πάντας. Putatq; magis de Deo & mundo, quam de ullis uel ciuitatibus uel hominibus illud Homericum dici posse:

ἔν ἀγαθῶν πολυνοστανῶν, εἰς ἡγεμῶν ἔστω, εἰς βασιλέων. γνῶς γὰρ, inquit, ὅτι ποιητὴς τὴν ἀσπείδην εἶναι ἀνάγκη. Videtur autem Lactantius tacite commendare monarchiam Constantini. Ne semel quidem diuidi.) Physici quatuor ἡ φθορᾶς modos indicat, πρῶτον

δεσπῶν, ἀφαιρέσει, μετέθεσει, καὶ ἀλλοίωσει. διαίρεσις autem sub ἀφαιρέσει recte continebitur, quia in diuidendo partes de toto auferuntur. Qui facere.) A' maiori ad minus, Augustinus tamen ait, Deum alia ratione fecisse, quam administraret. Sic Homerus bellantes.) Iliados 1, v, φ. & alibi, quæ sequuntur Vergilius, Silius, Lucanus, & alij. Explodit eadem Cicero de Natura deorum 2. & apud Platonem Socrates de Reipub. 2. à cuius calumnia Proclus Homerum (si dijs placet) liberat, negotium ad nescio quas diuisas progressiones, adq; substantiarum discrimina referens: & Heraclides Ponticus, ubi uidet, errantium siderum in eodem signo oppositionem infirmam esse defensionem, ad nescio quæ moralia se nequicquam conuertit. Tu lege Augustinum de Ciuit. Dei lib. 4. cap. 30. Sicut ne res.) Cyprianus in Tract. contra idola, monarchiam 40 diuinam probat ex apum rege, & gregis duce. Tritus est Homeri uersus:

ἔν ἀγαθῶν πολυνοστανῶν, εἰς ἡγεμῶν ἔστω. Dicere autem multorum.) Absurdum ostendit per analogiam, quæ inter mundum & hominem est. Physici siquidem (ut de somnio Scipionis Macrobius testatur) mundum magnū hominem, & hominem breuem mundum uocant: Βραχύν ἡσμοῦν Philo. Cyrillus in Leuit. 5. iubet hominem considerare, se paruum esse mundum, in se habere solem, lunam, stellas. Item multi affectus.) qui à mente, ut ciues à magistratu,

gistratu, uel equi ab auriga reguntur, iuxta doctrinam Platonis. Vel ad iram.) Non est huius loci, de affectuum differentia dicere, in quibus miserationem philosophicè magis quàm theologicè ponit: de quo ipse infra libro tertio, capite 23. Est autem argumenti huius locus, comparatio minoris ad maius. Iam ergo cæteri.) Ethnici pro dijs habent, quos Paulus λατρευόμενα καὶ ὑποκείμενα appellat. Origenes in Decalogo
 10 & Moseos cantico, angelos, quibus mundi administratio demandata est, deos dici posse conten-

dit: quàm rectè, uiderit ipse. Philo autem Iudæus à Mose rectius Angelos, quàm à Græcorum philosophis Heroas appellari censet. Obserua locū, à relatione oppositis. Deus est.) Obseruauerunt docti etiam in Platone & alijs, deorum nomine numina humana: sed Dei appellatione Deū intelligi summum, cuius imperio administrarentur omnia. Impassibilis.) ἀπαθής. Sed his omnibus angeli sunt obnoxij, id quod satanæ casus edocet. Paul. lo post.) Cap. 8.

Quòd unus uerè sit Deus, à Prophetis etiam prænunciatus.

CAPVT IIII.

Prophetæ, qui fuerunt admodum multi, unum Deum prædicant, unum loquuntur: quippe qui unius Dei spiritu pleni, quæ futura essent, pari & consona uoce prædixerunt. Atenim ueritatis expertes, nō putant his esse credendū. Illas enim non diuinas, sed humanas uoces fuisse aiunt. Videlicet quia de uno Deo præconium faciunt, aut infani, aut mendaces fuerunt. At qui im-
 20 pleta esse, impleriq; quotidie illorum uaticinia uidemus: & in unam sententiam congruens diuination, docet non fuisse furiosos. Quis enim mentis emotæ non modò futura præcinere, sed etiam coherentia loqui possit? Num ergo fallaces erant qui talia loquebantur? quid ab his tam lōgè alienum, quàm ratio fallendi, cum cæteros ab omni fraude cohiberent? Idcirco enim à Deo mittebantur, ut & præcones essent maiestatis eius, & correctores prauitatis humanæ. Præterea uoluntas fingendi ac mentiendi eorum est, qui opes appetunt, qui lucra desiderant: quæ res procul ab illis sanctis uiris fuit. Ita enim delegato sibi officio functi sunt, ut derelictis omnibus ad tutelam uitæ necessarijs, non modò in futurum, sed ne in diem quidem laborarent, cōtenti extemporalī cibo, quem Deus subministrasset. & hi non modò quæstum nullum ha-
 30 buerunt, sed etiam cruciatus atq; mortem. Amara sunt enim uitiosis ac malè uiuentibus præcepta iusticiæ. Itaq; ij quorum peccata & arguebātur & prohibebantur, excruciatos eos acerbissimè necauerunt. Ergo à quibus abfuit studium lucri, abfuit etiam uoluntas peccandi, & causa fallendi. Quid, quòd aliqui eorum principes aut etiam reges fuerunt, in quos cadere non potest suspicio cupiditatis ac fraudis: & tamen præconium Dei singularis, eadem qua cæteri diuinatione, fecerunt?

COMMENTARIVS:

Prophetæ qui.) Hic cum Gryphio malim quartum ordiri Caput. Probat autem hoc Capite prophetarum autoritate & consensu, unum esse Deum. Nec interim ulla adducit testimonia, quia prophetarum scripta hoc unum sonant. Vix enim uaticinium inuenies, ubi non adijciatur, Dicit Dominus omnipotens: uel, Dicit Deus exercituum, &c. Taceo reliqua. Quoties enim increpat Deus per ora prophetica, qui scedere rupto, alios sibi quæsiuerunt deos? Facit autem more oratorum, iuxta rhetorum præscripta, qui pro-
 50 testibus aliquando solent dicere, uel cōtra testes. Argumenta autem, quibus potissimum utitur, à signis sunt desumpta. Præconium

faciunt.) Facere præconium, λαγνύμεν ἀργύρεον: sicut argentariam facere, lenocinium facere. Budæus. Atqui impleta esse.) Ab effectu. Mentis emotæ.) Mentis emotio est, quæ Græcis ἐκστασις dicitur: ἡ ἐκστασις ἐκστατικὴ, mens emotæ. Non fuisse furiosos.) Cicero de Diuinatione, sub initium, gloriatur Latinos melius à diuinis denominasse diuinationem, quàm Græcos à furore μαωπικῶν. Sed Plato in Phædro cōtendit, μαωικῶν καὶ ἀλλῶν τεχνῶν εἶναι. & ipsam μαωικῶν nec turpem nec probrosam: nisi quòd sui temporis homines taxat, qui ἀπειροκάλως τ littera inserta, μαωικῶν cœperant scribere.

Idem

Idem tamen in Timæo inter μαύταις, id est uates, & πλοφήταις, hoc nomine discernit, ut hi sint, qui uaticinia & oracula, quæ illi uaticinati sunt, sano cum iudicio interpretentur: in hoc prudentiam, in illo furorem requirit. Nunc ergo fallaces.) Hæc argumenta petuntur ex loco finalis causæ. Sed ne in diem.) Ea ui-

ta Græcis καλυμμένοι & βίβησι appellatur: et ex temporalem uitam uicētantantes, καλυμμένοι. Vide prouerbium apud Erasmum, In diem uiuere. Sed etiam cruciatus.) De quibus infra libro 4. cap. 11. Vita prophetarum extant Græcè ab Epiphanio scriptæ. Extat etiã Theodori Cyri episcopi in Prophetarum uitas synopsis.

De testimonijs Poetarum & Philosophorum. CAP. V.

Sed omittamus sanè testimonia prophetarum, ne minus idonea probatio uideatur esse, de quibus his omnino non creditur. Veniamus ad autores, & eos ipsos ad uerè probationem testes citemus, quibus cōtra nos uti solent: poetas dico, ac philosophos. ex his unum Deum probemus necesse est: non quòd illi habuerint cognitam ueritatē, sed quòd ueritatis ipsius tanta uis est, ut nemo possit esse tam cæcus, qui non uideat ingerentem se oculis diuinam claritatem. Poetæ igitur, quamuis deos carminibus ornauerint, & eorū res gestas amplificauerint summis laudibus: sapissimè tamen cōfitentur, spiritu uel mente una contineri regiçq; omnia. Orpheus, qui & uetustissimus poëtarum, & æqualis ipso deorum (siquidem traditur inter Argonautas cum Tyndaridis & Hercule nauigasse) Deum uerum & magnū πρωτόγονου appellat: quòd ante ipsum nihil sit genitum, sed ab ipso sint cuncta generata. eundem etiã φάνηται nominat, quòd cum adhuc nihil esset, primus ex infinito apparuerit & extiterit. Cuius originem atq; naturam quia concipere animo nō poterat, ex aere immenso natum esse dixit:

πρωτόγονο φαιθωμ ποδμίνκεος ηγεος υός. Aliud enim amplius quod diceret non habebat. Hunc ait esse omnium deorum parentem, quorum causa cœlum condiderit, liberisq; prospexerit ut haberent habitaculum, sedemq; cōmunem: ἐκ πρσν ἀθανάτοις δδμορ ἀφθιτορ. Natura igitur & ratione ducēte, intellexit esse præstantissimam potentiam cœli ac terræ conditricem. Non poterat enim louem dicere esse principem rerū, qui erat Saturno genitus: neq; Saturnum ipsum, qui Cœlo natus ferebatur. Cœlum autem tanquam Deum primum constituere non audebat, quòd uidebat esse elementū mundi, quod & ipsum egerit autore. Hæc eum ratio perduxit ad illum Deum primogenitum, cui assignat & tribuit principatum. Homerus nihil nobis dare potuit quod pertineat ad ueritatem, qui humana potius quàm diuina cōscripsit. Potuit Hesiodus, qui deorum generationem unius libri opere complexus est: sed tamen nihil dedit: non à Deo conditore sumens exordium, sed à Chao, quod est rudis inordinatæq; materię confusa congeries: cum explanare ante debuerit Chaos ipsum unde, quando, quomodo esse aut constare cœpisset. Nimirum sicut ab aliquo artifice disposita, ordinata, effecta sunt omnia: sic ipsam materiam factam esse ab aliquo necesse est. Quis igitur hanc, nisi Deus, fecerit, cuius potestati subiacent omnia? Sed refugit hoc ille, dum horret incognitam ueritatem. Non enim Musarū instinctu, sicut uideri uolebat, in Helicone carmen illud effudit: sed meditatus uenerat, ac paratus. Nostrorū primus Maro non longè fuit à ueritate, cuius de summo Deo, quem spiritum ac mentem nominauit, hæc uerba sunt:

Principio cœlum ac terras, camposq; liquentes,
 Lucentemq; globum lunæ, Titaniaq; astra,
 Spiritus intus alit: totamq; infusa per artus
 Mens agit molem, & magno se corpore miscet.

Ac ne quis fortè ignoret, quis nam esset ille spiritus, qui tantum haberet potestatis, declarauit alio loco, dicens:

Deum

— Deum namq; ire per omneis

Terrasq; , tractusq; maris, cælumq; profundum.

Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,

Quemq; sibi tenuis nascentem arcescere uitas.

Ouidius quoq; in principio præclari operis sine ulla nominis dissimulatione à Deo, quem fabricatorem mundi, quem rerum opificem uocat, mundum fatetur instructum. Quòd si uel Orpheus, uel hi nostri, quæ natura ducente senserunt, in perpetuum defendissent: eandem quam nos sequimur doctrinam comprehensa ueritate tenuissent. Sed hæcenus de poetis: ad philosophos ueniamus, quorum grauior est autoritas, certiusq; iudicium: quia non rebus cõmenticijs, sed inuestigandæ ueritati studuisse creduntur. Thales Milesius, qui unus è septem sapientum numero fuit, quicq; primus omnium quæsisse de causis naturalibus traditur: aquam esse dixit, ex qua nata sint omnia: Deum autem esse mentem, qui ex aqua cuncta formauerit. Ita materiam omnium rerum posuit in humore, principium causamq; nascendi posuit in Deo. Pythagoras ita definiuit quid esset Deus: Animus, qui per uniuersas mundi parteis omnemq; naturam cõmeans atq; diffusus, ex quo omnia quæ nascuntur animalia uitam capiunt. Anaxagoras Deum esse dixit infinitam mentem, quæ per se ipsa moueatur. Antisthenes multos quidem esse populares deos, unū tamen naturalem, id est summæ totius artificem. Cleanthes & Anaximenes æthera dicunt esse summum Deum. cui opinioni poeta noster assensit:

Tum pater omnipotens fecundis imbribus æther

Coniugis in gremium lætæ descendit, & omneis

Magnus alit magno permixtus corpore fetus.

Chrysippus naturalem uim diuinã ratiõẽ præditam, interdum Necesitatẽ Deum nuncupat. Item Zenon diuinam naturalemq; legem. Horum omnium sententia quamuis sit incerta, eõdem tamen spectat, ut prouidentiam unam esse consentiant. siue enim natura, siue æther, siue ratio, siue mens, siue fatalis necessitas, siue diuina lex, siue quid aliud dixeris, idem esse quod à nobis dicitur Deus. nec obstat appellationum diuersitas, quum ipsa significatione ad unum omnia reuoluantur. Aristoteles, quamuis ipse secum dissideat, ac repugnantia sibi dicat & sentiat, in summa tamen unam mentem mundo præesse testatur. Plato, qui omnium sapientissimus iudicatur, monarchiam planè aperteq; defendit: nec æthera, aut rationem, aut naturam, sed (ut est) Deũ nominat: ab eo mundum hunc perfectum atq; mirabilem esse fabricatum. Quem Cicero secutus atq; imitatus in plurimis, Deum frequẽter conõtetur, ac supremũ uocat in ijs libris quos de Legibus scripsit: ab eoq; regi mundũ argumentatur, cum disputat de Natura deorum, hoc modo: Nihil est præstantius Deo: ab eo igitur mundum regi necesse est: nulli igitur est naturæ obediens aut subiectus Deus: omnem ergo regit ipse naturam. Quid autem sit Deus, in Consolatione definit. Nec uerò Deus ipse qui intelligitur à nobis, alio modo intelligi potest, nisi mens soluta quædam & libera & segregata ab omni creatiõne mortali, omnia sentiens & omnia mouens. Annæus quoque Seneca, qui ex Romanis uel acerrimus Stoicus fuit, quàm sæpe summũ Deũ merita laude prosequitur? Nam cum de immatura morte dissereret: Nõ intelligis, inquit, autoritatem ac maiestatem iudicis tui, rectoris orbis terrarũ, cœliq; , & deorum omnium Dei: à quo ista numina, quæ singula adoramus & colimus, suspensa sunt? Item in Exhortationibus: Hic, cum prima fundamenta molis pulcherrimæ iaceret, & hoc ordiretur, quo neq; maius quicquã mouit natura, nec melius, ut omnia sub ducibus suis irent, quamuis ipse per totum se corpus intenderat, tamen ministros regni sui deos genuit. Et q̃ multa alia de Deo nostris similia locutus est, quæ nunc differo, quia alijs locis op-

b portuniora

portuniora sunt. Nam satis est demonstrare, summo ingenio viros attigisse ueritatem, ac penè tenuisse, nisi eos retrorsus infucata prauis opinionib. consuetudo rapuisset: qua & deos alios esse opinabantur, & ea quæ in usum hominis Deus fecit, tanquam sensu prædita essent, pro dijs habenda & colenda credebant.

COMMENTARIVS.

Quantæ authoritatis ex gentibus poetarum theologorumq; testimonia Christianis habenda sint, docet Augustinus contra Faustum Manichæum libro decimotertio, capite decimoquinto, his uerbis: Sibylla porro, uel Sibyllæ, & Orpheus, & nescio quis Hermes, & si qui sunt alij uates, uel theologi, uel sapientes, uel philosophi gentium, de filio Dei, aut de patre Deo uera prædixisse seu dixisse perhibentur. Valet quidem aliquid, ad Paganorum uanitatē reuincendam, non tamen ad istorum autoritatem amplectendam: cum illum Deum nos colere ostendimus, de quo nec illi tacere potuerunt, qui suos congenitales pupulos idola & dæmonia colenda partum docere ausi sunt, partim prohibere ausi non sunt.

Orpheus.) Suidas plures Orpheos numerat: quo de infra capite uigesimosecundo plura dicentur. In presentia admonuisse satis esto. Cyrillus libro contra Iulianum primo Orpheæ Oeagri filium primum odas & hymnos idolis cōscripsisse, deinde mutata sententia palinodiam cecinisse, uerāq; de uero conscripsisse Deo ait. Theophilus uero ferm. 3. Orpheæ C C C L X deos confessum esse memorat, quos postea moriturus testamento receperit, asserens unum esse Deum. Is est Orpheus, qui dixit, φθέγγομαι οἷς θεοῖς ὄντι, θύρας δὲ ἐπίθεσθε βεβήλους.

πρωτόγονοι.) Naturam rerum omnium procreatricem, alibi eodem insigniuit nomine: ἀφθιτε, πρωτογένεια, παλαιάφατε, κυδιστεύερα. Sic Paulus ad Coloss. Christum πρωτόγονον πένοντα & κτίσεως appellat. Sed ab ipso sint cuncta generata.)

Citatur idem Orpheus in Cratere, his uerbis: ὄντι δὲ τῶν ἀπάντων ἀρχὴ Ἰβός. Ζεὺς γὰρ ἔδωκε, Ζῶά τε ἐγγύθησε, καὶ Ζῶν αὐτὸν καλεῖσσι, καὶ ὄντι τὸ δὲ, ὅτι καὶ ὄντι τῶν ἀπάντων τίτνησαι. εἰς ἡ πατήρ ὄντι τῶν ἰβῶν τε βροτῶν τε θεῶν τε. Similia sunt quæ apud Eusebium de præparatione lib. 3. Porphyrius citat, ubi Deus aer appellatur. Sed quia Græcè apud nos non extat, satis sit nobis locum indicasse. φάνηται.) Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 17. quo omnium deorū numina ad unum Apollinem refert, hoc illi inter cetera epitheta tribuit. Item φάνηται, inquit, appel-

lant, ἀπὸ τοῦ φαίνεσθαι, ἐπὶ δὲ τῶν φαίνεσθαι νῆσθαι, quia sol quotidie renouat sese. φαίνεσθαι.) ardens. Hoc nomine Iouis stella est. & est epitheton Apollinis. Caterum Phaetōtis fabula ex Ouidio, 10 mythologia ex Bocacio nota est. ἡδύσθη.) Anaximenem aerem rerum omnium principium fecisse, Plutarchus in Placitis li. 1. cap. 3. testatur. ἀθανάτους δὲ μῶν.) Propterea etiam alibi οἴνου θεῶν μακαρόνων appellat. Non potest enim Iouem.) Non δῖα, non Ζῶα, sed Iouem. Qui erat Saturno genitus.)

De hoc infra cap. 12. Et Philo de Mūdo sic scribit: ἄνιμιθ γός καὶ χεῖν ὁ θεός. καὶ γὰρ τὸ πατήρ αὐτῶ πατήρ, πατήρ δὲ κόσμος χεῖν. Orpheus 20 quoq; κόσμῳ τὸ πατήρ epitheton assignat, καὶ τὸ κρονότιαν.

Cœlum.) Aristoteles cœlum ex quinta essentia cōstituit. Homerus.) Ostendit tamen Cyrillus contra Iulianū, Homerum unum agnouisse Deum. Hesiodus.) Non Hesiodus modò, sed etiam Orpheus chaos asseruit rerum principium: de quo copiose Augustinus Steuchus lib. 1. cap. 10 Perennis philosophiæ. Versus Hesiodi sunt:

ἦτοι μὲν πρόπαι χεῖος γήετ', αὐτὰρ ἐπεὶ τὰ 30 γαῖ ἄνευ ὄρου, τῶν τῶν ἔδης ἀσφαλὲς αἰεῖ. Contra Hesiodum scribit etiam Theophilus. Valentinus hæsiarcha Hesiodū secutus, hoc quod ille chaos, ipse profundum appellauit. De hoc Epiphanius in 31 hæresi: ὄθην καὶ τὸ μέμημα τὸ ἡτόν ἡσιόδου θεογονίας, τῶν τῶν αὐτῶ τῶ ἡσιόδου τριάκοντα θεῶν λεγομένων, καὶ αὐτὸς τὸ αἰθνόμυθου ποίησιν εἰς τὸ αὐτῶ νῦν λαβῶν, καὶ ἀπὸ τῶ σὺν αὐτῶ καὶ πῶ αὐτῶ τὸ ἀλιθείας

ἐκπεπρωτόν τῶν ἡσιόδου καὶ ἡσιόδου καὶ 40 αὐτὸς τὰ ἴσα τῶν ἡσιόδου ἀπὸ τῶν ὀνομάτων εἰς ἑτέρων μεταποιήσας, ἡβέλυσε φαντῶσαι τὸν κόσμον. τριάκοντα γὰρ καὶ ὄντι θεοὺς καὶ ἕρανός βύλεται πῶσάγειν, ὡς ὁ μὲν πῶ τὸς ὄντι βυθός, ὡς Σ αὐτὸς ἐφη, ἀφραίνων πῶ ἡσιόδου, ὅποια ἀμέλῃ καὶ ὁ αὐτῶ πῶ βολέως τὸ γίνωσας. ἡσιόδου χεῖος πῶσάγειν θεῶν, ἐφη. χεῖος δὲ καὶ βυθός πῶν ἐκ ἀνάσταφίς ἐν, ὡς τὸ ὁμῶνυμον κῆνῆται. Hunc autem Bython etiam alijs appellat nominibus. uocat enim αἰῶνα, πῶσάγειν καὶ πῶσάγειν, teste Irenæo. Au- 50 gustinus de Genesi contra Manichæos, nō diffiteatur

DE PHILOSOPHORVM
testimonijs.

Thales Milefius.) Hæc ferè ad uerbum sunt ex primo Ciceronis de Natura deorum. Hic credidit, Deum eam esse mentem, quæ ex aqua cuncta fingeret, uel (ut alij legunt) gigneret. Laertius: ἀρχὴ δὲ πάντων ὕδωρ παρὰ τὴν φύσιν, καὶ τὸν κόσμον ἐμψυχον, καὶ δαμόνων πλάσσει. Plutarchus in Placitis libro primo, capite tertio: Θαλῆς ὁ μιλῆσιος ἀρχὴν τῶν ὄντων ἀπεφύνατο τὸ ὕδωρ. Et paulo post: ὃς ἐξ ὕδατος φησι πάντα εἶναι, καὶ εἰς ὕδωρ πάντα ἀναλύεσθαι. Causas opinionis ex ipso auctore pete. Creditur hoc dogma ex Homero manasse, apud quem sic legitur,

ὠκεανὸς δ' ὅσῳ ἔργασις πάντοισι τέτυκται. De quo Heraclides Ponticus.

Epiphanius in Syntomo de fide catholica: αὐτὸς γὰρ Θαλῆς ὁ μιλῆσιος, εἰς ὧν τῶν ἐπιπέδων ἀρχέγονου πάντων ἀπεφύνατο τὸ ὕδωρ ἐξ ὕδατος γὰρ φησι τὰ πάντα εἶναι, καὶ εἰς ὕδωρ πάλιν φησὶν εἶναι. λύσιν legere malim. Lege præterea Augustinum de Cuius Dei libro octauo, capite secundo. Meminit etiam Eusebius libro primo, capite quinto, de præparatione Euangelica. Et lib. 7. cap. 5. Cyrillus contra Iulianum: Ambros. capite secundo libri primi Hexaem. Vide ipsum etiam Lactantium infra libro secundo, capite decimo. Deum esse mentem.) Thales, ut Plutarchus et Galenus referunt, νοῦν τὸν κόσμου θεὸν ἠγνόησεν. Zenoni hoc dogma alij tribuunt. de quo infra libro septimo, capite tertio. Pythagoras.) In libro de Ira Dei capite undecimo, eadem definitio paulo alij uerbis legitur: Hic animum (Ciceronem nimirum sequutus) transtulit: illic mentem, græcam uocem respiciens. Nam apud Plutarchum et Galenū, ubi Pythagoricum dogma excutitur, ὁ θεὸς νῦς appellatur. Et rursus capite septimo: πῶς θαλάσσης τ' ἀρχῶν τὴν μὲν νόον λέγει θεὸν, καὶ τὰ γὰρ θῶν, ἢ τις ἄλλῃ ἢ τ' ἑνὸς φήσιν, αὐτὸς ὁ νῦς. Licet in Laertio ex eiusdem Pythagoræ sententia κόσμος ἐμψυχος dicitur. Obseruauit etiam Macrobius, mentem cum animo confundi, et animi nomen quandoque pro mente abusiue accipi: libro de Somnio Scipionis primo, capite decimoquarto. Et uideo certe uouὺν καὶ ψυχῶν sæpe apud Platonem idem esse. Sed de hac questione in libro de Opificio Dei uidebimus. Pythagoræ de Deo dogma paulo secius legitur apud Epiphanium: σῶμα δὲ λέγει τὸν θεὸν, τὸ δὲ ὄργανον οὐρανόν. ὀφθαλμοὺς δὲ αὐτοῦ

b 2 καὶ τῆ

fitetur mundum ex ea rudi materia factum esse, quæ Græci χαῖος appellant: sed hoc ipsum chaos a Deo ex nihilo creatum esse, his Mosi uerbis intelligit: Terra autem erat informis et inanis.

Nec Ambrosius εἰς τὴν ἐφαμύδρου negare uideatur, quamuis chaos ibi non legatur. Docti tamē solida elementorum corpora intelligunt, chaos Platonicum explodentes: sed admittent fortē hylē, non quidem ante hoc existentem, sed ab ipso

10 conditore, qui αὐτὰρκής est, subministratam.

Basilus ne ἐλιακλῶ quidem ὑπόθεσιν admittit: sed τὴν ἀρχὴν mente magis quàm sensibus comprehensibilem esse non diffitetur. Hermogenes quidam, ut de Præscriptionibus hæreticorum Tertullianus memorat, materiam non natam, elementorum matrem dixit. Vtrum materia nata sit, disputat Eusebius libro primo de præparatione Euangelica, capite octauo. Mundum ex nihilo creatum esse, bonis rationib. docet Po-

20 stellus lib. 1. de Orbis concordia, capite quinto.

Helicone.) Vide Strabonem libro octauo, nono et decimo. Principiò cælum.) Aeneid. 6. Citat hunc Vergilij locum eadem de re Hieronymus in Ezechielem, capite quadragesimo. Videtur mihi Vergilius his uerbis expressisse illa Orphica:

Ζεὺς πῶθεν γαίης τε καὶ ἔρανος ἀσδρέον-
τος. Item:

30 Ζεὺς πῶθεν πάντοισι, Ζεὺς ἀκαμάτου πῶ-
ρος ὄρμη,

Ζεὺς πῶθεν ἴφα, Ζεὺς ἠλίου ἠδὲ σελλῶν, etc.

Quòd Vergilius Deum spiritum et mentem uocat, utrumque Stoicorum est, auctore Plutarcho: πῶθεν μὲν δὲ ὅλον τὸν κόσμον. Item, θεὸν δὲ καὶ κόσμον καὶ αὐτὸν ἀσδρέας, καὶ τὴν γῆν, τῶν δὲ αὐωτάτων πάντων νοῦν ἢ αἴθερα. Vtrum Deus sit mens, etiam paulo superius disputatum est. Alio loco.) Georgicorum quarto. Reddidisse mihi propemodum illud

40 Arati uidetur:

— μεσαὶ δὲ διὸς πᾶσαι μὲν ἀγχαί,
πᾶσαι δὲ ἀνθρώπων ἀγοραί, μεσὴ δὲ θά-
λασσα,
καὶ λιμὴν δὲ πᾶσι δὲ διὸς κεχήμεθα πάν-
τες.

Sine ulla nominis dissimulatione.) Sic enim post χάρις explicationem inquit: Hanc Deus, et melior litem natura diremit.

50 Et rursus:

Sic onus inclusum numero distinxit eodem, Cura Dei.—

καὶ τὰ ἄλλα, ὡς ὅτι ἂν ἀθρώπων ἥλιον καὶ
σελιώω, καὶ τὰ ἄλλα ἄστρα, καὶ τὰ κατ' οὐ-
ρανὸν σοιχεῖται. Anaxagoras Deum
esse.) Velleius apud Ciceronē de Natura deo-
rum, Anaxagoræ dogma his uerbis refert: Ana-
xagoras, qui accepit ab Anaximene disciplinam,
primus omnium rerum descriptionem et mun-
dum mēis infinita ui ac ratione designari et con-
fici dixit. Apud Plutarchum Anaxagoras sic in-
quit: ὡς εἰσὶν κατ' ἀρχὰς τὰ σώματα, νοῦς
δὲ αὐτὰ θεῶσμισε θεοῦ, καὶ τὰς γενέσεις
τῶν ὅλων ἐπίγειον. Augustinus loco supra ci-
tato: Anaxagoras (inquit) harum rerum omniū
quas uidimus effectorem, diuinum animum sen-
sit: et dixit ex infinita materia, quæ constaret
particulis dissimilibus inter rerum omnium gene-
ra pro modulis et speciebus proprijs singula fie-
ri, sed animo faciente diuino. Hæc uerba pro-
pterea adscripsimus, quia uitiosa leguntur. nam
particulis similaribus, non dissimilibus legendum
est: id quod ex Epiphano colligi potest, eius uer-
ba sunt: ἀναξαγόρας ὁ τῶν ἡγεμισθούλου ὁ κλα-
ρομένῳ, ἀρχὰς τῶν πάντων τὰς ὁμοιομε-
τέας ἐφυσεν εἶν. item apud Plutarchum, ubi tan-
tum non eadem leguntur uerba: ἀναξαγόρας ὁ
ἑλερομένιος ἀρχὰς τῶν ὄντων τὰς ὁμοιομε-
τέας ἀπεφύλατο. Vbi ὁμοιομετέας Budæus
similaritates uertit: sicut Gazæ apud Aristote-
lem de Historia animalium ὁμοιομερῆ partes si-
miliares, quæ in sui generis partes secari possunt,
ut caro in carnem, ἀσωθετα uocat: sicut σω-
θετα, quæ diuiduntur in ἀὐμοιομερῆ: ut ma-
nus, non in manus. Atque hanc rationem impu-
gnat Aristoteles ποδὶ γένεσις καὶ φθορᾶς li-
bro primo. Cæterum quod ad mentem rerum
quiescentium motricem attinet, uerba Anaxago-
ræ refert idem philosophus de Nat. auscult. libro
octauo: φυσὶ γὰρ ἐστὶν ὁμοῦ πάντων ὄν-
των καὶ κινήσεων τῶν ἀπειροῦ χρόνου, κί-
νησιν ἐμπιῆσαι τοῦ νοῦ, καὶ ἄσχεῖναι.
Quæquam hæc quæstio huc non pertinet adeo.
Plato in Cratylo τὸ δίκαιον appellat, quod Ana-
xagoras τὸ νοῦ, nempe ipsum αὐτοκράτορα,
et c. Augustinus ad Dioscurum epistola quinquæ-
gesimasexta, hanc quæstionem inter non neces-
sarias numerat. Obseruandum porro est, quod
mentis et animi nomina sæpiusculè confundun-
tur. Antisthenes.) In eo libro qui Phy-
sicus inscribitur, citante de Nat. deorum Cic. et
cap. ii. de Ira Dei Lactantio. Libros de Natura
duos ex primo tomo Laertij, libro sexto in eius
uita recenset. Cleanthes & Anaxi-

menes.) Apud Ciceronem Anaximenes æra
Deum statuit, eumq; gigni, esseq; immensum et
infinitum. Augustinus: Anaximander (inquit)
Anaximenem discipulū et successorem reliquit,
qui omnes rerum causas infinito aeri dedit: nec
deos negauit, aut tacuit, nō tamen ab ipsis aerem
factum, sed ipsos ex aere ortos credidit. Epi-
phanus: ἀναξίμανδρος τὸ εὐρυστάτον τὸν ἀέρα
τὸ πάντων ἀρχὴν εἶν λέγει, καὶ ἐκ τούτου
τὰ πάντα. Apud Clementem uerò Alexan- 10
drinum, Cleanthis sententiam de Deo longè ali-
ter describit, et quidem optimè. Huius uerba, ut
sunt in Protreptico scripta, hisce Commentarijs
inferenda putauit: ἡλεάνθης δ' ὁ ποσειδέως, ὁ
ἀπὸ θεοῦ θεογονίαν περικ-
τικῶν θεολογίαν δὲ ἀληθινῶν γνώσειεντο, οὐκ
ἀπεκρύφατο τὸ θεοῦ ἔργον, ὁ, π. π. π. π.
ἐχον φρονῶν, εἰ τὸ ἀγαθὸν ὄρωταῖς μ' οἰοῦν-
τες, ἀκούει δ' ἡ τεταγμένον, δίκαιον, ὄσον, δὴσε-
τες, ἡρατοῦ αὐτοῦ, χρισμῶν, καλῶν, δ' ἰου, 20
αὐτοκρῶν, αὐθεκασῶν, ἀεισυμφόρων, ἀφοβῶν,
ἀλυπτῶν, λυσιστελῶν, ἀνὰ δ' ἰου, ὠφέλιμον,
δύσπεσον, ἀσφαλῆς, φίλων, ἡντιμον, ὁμολο-
γούμεν, δύκλεις, ἀτυφοῦν, ἰδιμελῆς, πρῶτον,
σφοδρῶν, χρονοζώμενον, ἀμειψῶν, ἀεισμε-
νον, ἀνελεθῆν ὄρωταῖς ὡς ὅστις εἰς δ' ὄφειν ἐλπίει,
ὡς δ' ἡ πρὸς ἐκείνους τὸν ἐξομένον ἡλεάνθης π-
ν. Cleanthes autem (scribit Cicero) qui Ze-
nonem audiuit, unā cum eo quem proximè nomi-
nauit (Aristonem puta) tum ipsum mundū Deū 30
dicit esse, tum totius naturæ menti atque animo
hoc nomen tribuit, tum ultimum et altissimum,
atque undique circumfusum, et extremum, et
omnia cingentem atque complexum ardorem,
qui æther nominetur, certissimum Deum indicat.
Eius uita extat apud Laertium libro septimo.
Tertullianus in Apologetico ait, Cleanthem hæc
assertione idem sensisse, quod nos, qui credimus
uniuersa uerbo et spiritu Dei creata esse. Clean-
this sententia de Deo aliter ab Epiphano refer- 40
tur. Nam ceteris θεῶσιν ἀσχεῖναι dixit, et
κλήσεις ἰδρᾶς. De principijs, philosophorum
sententias enumerat Theodoretus libro secundo
δοξαπυτικῆς, et c. attingit Euseb. de Præpa-
tione Euang. libro septimo, capite quinto.
Poeta noster.) Vergilius Georgic. secundo:
Macrobius libro de Somnio Scipionis primo, ca-
pite decimosextimo, Iunonem Iouis coniugem di-
cit, quia aer subiectus est cælo. Seruius uerò
hunc enarrans locum, Iouem aerem, Iunonem ue- 50
rò terram facit. Chrysippus.) Cicero
de Natura deorum refert, sub Epicurei persona,
Chrysippum

Chrysippum duos de Natura deorum libros scripsisse: & in priore asserere, uim diuinam in ratione esse positam, & uniuersae naturae animo atque mente: ipsumque mundum Deum esse, & eius animi fusionem uniuersam, tum eius ipsius principatum, qui in mente & ratione uersetur, communemque rerum naturam uniuersam, atque omnia continentem: tum fatalem umbram, & necessitatem rerum futurarum. Ignem praeterea & aethera, tum ea quae natura fluerent atque manerent, ut aquam, & terram, & aera, solem, lunam, sidera, uniuersitatemque rerum qua omnia continentur, &c. ex quibus pauca haec sunt delibata. Extant Pacuuij hac de re ex Chrysippo uersus:

Quicquid est hoc, omnia animat, format, alit, auget, creat, sepelit, recipitque in sese omnia, Omniumque idem est pater, in idemque eademque erunt de integro, atque eodem occidunt.

Zenonem.) Citiensem, Mnasei filium, Stoicæ factionis principem. Huius de Deo dogma idem Velleius bis uerbis refert: Zeno autem naturalem legem, diuinam esse censet, eamque uim obtinere recta imperantem prohibentemque contraria. Quam legem, inquit Velleius, quomodo efficiat animantem, intelligere non possumus. Quamuis idem Zeno alio quodam loco aethera Deum esse dicit, testantibus etiam Laertio & Plutarcho, quem deinde Cleanthes eius auditor est sequutus. Nos Zenonem in hoc contra Velleium defendimus, legem praesertim Euangelij uiuum quiddam esse, & latente quadam energia peccata hominum reformare. Haec inquam illa lex est, quam Dominus per Prophetam se in pectoribus humanis scripturum promissit, Hieremiae trigessimoprimum. Nec obstat appellationum diuersitas.) Cyprianus in tractatu de idolorum cultu: Nec nomen Dei quaeras, Deus nomen est illi. Illic uocabulus opus est, ubi proprijs appellationum insignibus multitudo dirimenda est. Deo, qui solus est, Dei uocabulum totum est. Aristoteles.) Hic locus sa-

tis roboris habet aduersus eos, qui negant Aristotelis eum esse libellum, quem τὸ δὲ τὸ ἰσομοῖν inscripsit, alio titulo ἰδὲ τὸ μὲν ἔστιν ἄλλο τὸ εἶναι. Nam quae in Metaphysicis, & de Caelo, de rebus diuinis scripsit, in ipsis ignorantiae tenebris scripta uideri possunt, si conferas cum illo praeclearissimo de Mundo libello, & cum ijs quae hinc inde in Ethicis occurrunt. Quia uero ea res maioris est operis, quam ut commentatiunculae haec ferant, remitto harum rerum studiosos ad Augustinum Eugubinum, nostri seculi scriptorem minime oscitantem, qui Aristotelis theologiam libro quarto Perennis philosophiae summa cum uigilantia excussit, examinauitque. Caeterum Aristotelis dissidentiam uellicat apud Ciceronem de Natura deorum libro primo Velleius, tertium Aristotelis de Philosophia librum citans, qui inter eos etiam habetur qui temporis iniuria perierunt.

Plato.) Platonicis rationibus ad monarchiam Dei probandam ipse Lactantius supra capite tertio usus est. Platonicam theologiam examinat diuus Augustinus libro octauo de Ciuitate Dei.

De Legibus quarto: ὁ θεὸς μὲν πάντα, καὶ μὴ τὰ θεοῦ τυχὴ καὶ λαοῦ τ' αὐθιγὰ πινυα ἴσχυρὸν ἐσπῶσι συμπαρτα. Et in Sophista, τῶν τῶν ἀμεινοργῶν appellat. Sed ne longior sim, accede eundem Eugubinum, qui libris quinque Platonicam theologiam prosequitur. Ab eo mundum.) Epiphanius: οἶδε γὰρ αὐτὸς θεοῦ, τὰ δὲ ἡρώδεια πάντα ἐν τῷ ὄντι & γὰρ ἡρώδεια πινὰς δυνάμεις, &c. Eusebius libro undecimo, capite decimo Praeparationis Euangelicae, credit Platonem haec ex Hebraeorum libris didicisse. De legibus.) Libro primo. Supremum.) Summum, legitur, atque sic legit ipse Lactantius infra libro secundo, cap. duodecimo. De natura deorum.) Libro secundo. Consolatione.) Quod Opus non sine magna studiosorum iactura perijt. Seneca.) De falsa immatura mortis consolatione, differit etiam ad

Martianum.

De testimonijs Prophetarum & Philosophorum, & de testimonijs Cottæ Pontificis, Trismegisti, & de decem Sibyllis.

CAP. VI.

NUNC ad diuina testimonia transeamus: sed prius unum proferam, quod est simile diuino, & ob nimiam uetustatem: & quod is quem nominabo, ex hominibus inter deos relatus est. Apud Ciceronem C. Cottæ pontifex, disputans contra Stoicos de religionibus, & de uarietate opi-

b 3 nionum;

nionum, quæ solent esse de dijs, ut more Academicorum omnia faceret incerta, quinque fuisse Mercurios ait: & enumeratis per ordinem quatuor, quintum fuisse eum, à quo Argus occisus sit: ob eamque causam in Aegyptum profugisse, atque Aegyptijs leges ac literas tradidisse. Hunc Aegyptij Thoth appellant, à quo apud eos primus anni sui mensis, id est Septem-ber nomen accepit. Idem oppidum condidit, quod etiam nunc Græcè uocatur *ἑρμούπολις*: & Saitæ seruant, & colunt eum religiose. Qui tamen si homo fuerit antiquissimus, tamen & instructissimus omni genere doctrinæ, adeo ut ei multarum rerum & artium scientia, Trismegisto cognomen imponerent. Hic scripsit libros, & quidem multos, ad cognitionem diuinarum rerum pertinentes: in quibus maiestatem summi ac singularis Dei asserit: iisdemque nominibus appellat, quibus nos, Deum & Patrem. Ac ne quis nomen eius requireret, *ἀνόνημον*, id est sine nomine esse dixit: eo quod nominis proprietate non egeat, ob ipsam scilicet unitatem. Ipsius hæc uerba sunt: *ὁ θεὸς θεὸς ἓς, ὁ δὲ ἓς ὁ ἀνόματ' οὐ προσδέεται. ἔστι γὰρ ὁ ὧν ἀνόνημον*. Deo igitur nomen non est, quia solus est: nec opus est proprio uocabulo, nisi quum discrimen exigit multitudo, ut unamquamque personam sua nota & appellatione designes. Deo autem, quia semper unus est, proprium nomen est Deus. Superest ut de responsis carminibus que sacris testimonia, quæ sunt multo certiora, proferamus. Nam fortasse ij contra quos agimus, nec poetis putent esse credendum, tanquam uana fingentibus: nec philosophis, quod errare potuerunt, quia & ipsi homines fuerunt. M. Varro, quo nemo unquam doctior, ne apud Græcos quidem, uixit, in libris Rerum diuinarum, quos ad C. Cæsarem Pontificem maximum scripsit, quum de Quindecimuiris loqueretur, Sibyllinos libros ait non fuisse Sibyllæ: sed appellari uno nomine Sibyllinos, quod omnes scæminæ uates, Sibyllæ sint à ueteribus nuncupatæ, uel ab unius Delphidjs nomine, uel à consilijs deorum enunciandis: *σιῶνς* enim deos, non *θεῶνς*: & consilium non *βουλή*, sed *βουλῶ* appellabant, Acolico genere sermonis. Itaque Sibyllam dictam esse quasi *θεοβουλῶ*. Cæterum Sibyllas decem numero fuisse, easque omnes enumerauit sub authoribus, qui de singulis scriptitauerint. Primam fuisse de Persis, cuius mentionem fecerit Nicanor, qui res gestas Alexandri Macedonis scripsit. Secundam Libysam, cuius meminerit Euripides in Lamia prologo. Tertiam Delphicam, de qua Chrysippus loquitur in eo libro quem de Diuinatione composuit. Quartam Cumæam in Italia, quam Næuius in libris belli Punici, Piso in Annalibus nominet. Quintam Erythræam, quam Apollodorus Erythræus affirmat suam fuisse ciuem: eamque Graijs Ilium petentibus uaticinatam, & perituram esse Troiam, & Homerum mendacia scripturum. Sextam Samiam, de qua scripsit Eratosthenes in antiquis annalibus Samiorum scriptum se reperisse. Septimam Cumanam, nomine Amaltheam: quæ ab alijs Demophile, uel Herophile nominatur: eamque nouem libros attulisse ad regem Tarquinium Priscum, ac pro eis trecentos Philippeos postulasse, regemque aspernatum precij magnitudine derisisse mulieris insaniam: illam in conspectu regis tres combussisse, ac pro reliquis idem precium poposcisse. Tarquinium multo magis mulierem insanire putasse. Quæ denuò tribus alijs exultis, quum in eodem precio perseueraret, motum esse regem, ac residuos trecentis aureis emisse: quorum postea numerus sit auctus, Capitolio resecto, quod ex omnibus ciuitatibus, & Italicis & Græcis, & præcipue Erythræis coacti, allati que sunt Romam, cuiuscunque Sibyllæ nomine fuerunt. Octauam Hellepontiam in agro Troiano natam, uico Marpesso, circa oppidum Gergithium: quam

quam scribit Heraclides Ponticus Solonis & Cyri fuisse temporibus. Notam fuisse Phrygiam, quæ uaticinata sit Ancyræ. Decimam Tyburtem, nomine Albuncam, quæ Tyburi colitur ut dea, iuxta ripas Anienis: cuius ingurgite simulachrum eius inuentum esse dicitur, tenens in manu librum.

Harum omnium Sibyllarum carmina & feruntur & habentur, præterquam Cumææ: cuius libri à Romanis occultantur, nec eos ab ullo nisi à Quindecimuiris inspicere fas est. Et sunt singularum singuli libri: quos quia Sibyllæ nomine inscribuntur, unius esse credunt: sunt que confusi, nec discerni ac suum cuique assignari potest nisi Erythrææ, quæ & nomen suum carmini
 60 inferuit, & Erythræam se nominatum iri præloquuta est, quum esset orta Babylone. Sed & nos confuse Sibyllas dicemus, sicubi testimonijs earum fuerit abutendum. Omnes igitur hæc Sibyllæ unum Deum prædicant, maxime tamen Erythræa, quæ celebrior inter cæteras ac nobilior habetur. siquidem Fenestella diligentissimus scriptor de Quindecimuiris dicens, ait: restituto Capitolio retulisse ad senatum Caium Curionem Consulem, ut legati Erythras mitterentur, qui carmina Sibyllæ conquisita, Romam deportarent: itaque missos esse P. Gabinium, M. Octacilium, L. Valerium: qui descriptos à priuatis uersus circiter mille Romam deportarunt. Idem dixisse Varronem, supra ostendimus. In ijs ergo uersibus quos legati Romam at-
 60 tulerunt, de uno Deo hæc sunt testimonia:

ἓς θεός, ὃς μόνος ἔστιν ἡσθερμεγέθης, ἀρχὴν ἔχει.

Hunc esse solum Deum, summum, qui coelum fecerit, luminibus que distincterit:

*ἀλλὰ θεός μόνος ἔστι πανυπέρτατος, ὃς πεποίηκεν
 ἄστρον, ἡλιόν τε καὶ ἀσδράς, ἠδὲ σελιώλω,
 καρποφόρον γαῖάν τε, καὶ ὕδατος οἴδματα πάντα.*

Qui quomodo solus sit ita ædificator mundi, & artifex reru, uel quibus constat, uel quæ in eo sunt, solum coli oportere testatur:

*αὐτὸν τὸν μόνον ὄντα σέβει δ' ἡγήθηρα νόσμος,
 ὃς μόνος ἔστι αἰῶνα, καὶ δὲ αἰῶνος ἔτυχη.*

Item alia Sibylla, quæcunque est, quum perferre se ad homines Dei uocem diceret, sic ait:

ἓς μόνος εἰμὶ θεός, καὶ οὐκ ἔστι θεός ἄλλος.

Exequerer nunc testimonia cæterarum, nisi & hæc sufficerent, & illa opportunioribus locis reseruarem. Sed quum defendamus causam ueritatis apud eos qui aberrantes à ueritate, falsis religionibus seruiunt: quod genus probationis aduersus eos magis adhibere debemus, quam ut eos deorum suorum testimonijs reuincamus?

40

COMMENTARIUS.

Apud Ciceronem Caius Cotta pontifex maximus.) Locus Ciceronis est libro de Natura deorum tertio. More Academicorum.) ἀκαδημασίαν uocant.

Quinque fuisse Mercurios ait.) Memorantur etiam ab Arnobio libro tertio. Item à Cicerone, his uerbis: Mercurius unus Coelo patre, Die matre natus: cuius obscenius excitata
 50 natura traditur, quod aspectu Proserpinæ commotus sit. Alter Valentis & Phoromidis fi-

lius, qui sub terris habetur: idem Trophonius. Tertius Ioue tertio natus, & Maia: ex quo & Penelopa, Pana natum ferunt. Quartus Nilo patre, quem Aegyptij nefas habent nominare.

Quintus, quem colunt Pheneatæ, qui argentum inuenisse, & Argum dicitur interemisse: ob eam que causam Aegypto præfuisse, atque Aegyptijs leges & literas tradidisse. Hunc Aegyptij Theutatem appellant, eodemque nomine anni primus mensis apud eos uocatur. Variat à Cicerone

Bocatus libro septimo, capite trigesimosexto. Hermes Trismegistus, cuius dialogi ab Apuleio & Marsilio translati circumferuntur, in postremo Dialogo, quo cum Aesculapio loquitur, auum hunc suum fuisse memorat. Cuius uerba etiam Augustinus refert libro octauo de Ciuitate Dei, capite uigesimosexto. Plato in Philebo dubitat, Deum ne ipsum, an diuinum hominem appellitet. Et in Phaedro Socrates refert Theuth ad Thammum Aegypti regem (qui post pro Deo habitus, Ammon fuit appellatus) uenisse, illiq; tradidisse artes & literas. Quamobrem ipsum rex *ἡρακλέους* nominat. Argus.) Ouidius libro primo Metamorphos. Hinc *ἀργεῖφόντις* perpetuo epitheto nominatur. Homeri Scholiastes Odyss. B. historiae autorem Apollodorum citat. Thot.) Variè hoc nomen legitur. nam *Θωθ* Aegyptij, quos Cic. secutus: Alexandrini Thoth, alij Theutin, alij Theutanū, Lucan⁹ Theutaten nominat. Sed cum Platone *Θωθ* legere malim. Trismegistus in suis dialogis Tatum inducit, què putant ex patrio nomine sic nominatū. Lege de hoc plura apud Euseb. de Preparat. Euangel. libro primo, capite sexto. Incipit *Θωθ* mensis 4. Calend. Septemb. de quo uide librum tertium Paulinae Pauli à Middelburg, qui est de reëta Paschæ celebratione. Hic mensis Græcis dicitur *μαμακλήσιων*. *ἑρμόπολις*.) Hermopolis, (*ἑρμούπολις* apud Græcos legitur) est magna in Aegypto ciuitas, νόμος *ἑρμόπολις*. Ab oc casu fluij (inquit Ptolemæus) mediterranea, euntibus ad mare nostrum. Superior est Crocodilopoli in septimo parallelo, climatis tertij. Stephanus, Herodiano autore, duas facit, maiorem & minorem. Saitæ.) Alij legunt Phœnicia: Phœneatæ fortè cum Cicerone legere uolentes. Saitæ malo. *σαίτις* νόμος & metropolis, apud Ptolemæum. Et *σαίσις*, *ἡ σαίσις*, urbs, ubi Mercurij Trismegisti libri inuenti sunt, quos Bitis propheta in Ammonis regis Aegyptiorum gratiam in Græcam linguam transtulit: cuius translationem Laëtantius fortè legit. Augustinus Latinum citare solet. Cicero & Arnobius etiam quinque Mineruas numerant: quarum secunda Saitica est, urbis istius, ut Plato in Timæo refert, fundatrix (*ἀρχηγός*) Nili proles, Aegyptiaco nomine *νιθ*, Græco *ἄθλωα*. Charax auctor est, quòd Sais apud Aegyptios *ἄθλωα* sit. Iohannes Stobæus in capite de Legib. ex Serimo quodam de Saitica Minerva sic refert: *τὸ δὲ γὰρ σαίσι* *ἡ ἄθλωα*, *ἡ ἰστυ νομάζουσι*, *ἡ σαίσι*, *ἡ θηρο*

φλω *ἔχου* *ταύτην* *ἔγὼ* *εἶμι* *παρὰ* *τὸ* *γεγο* *νός*, *καὶ* *ὄν*, *καὶ* *δύο* *μυρίων*, *καὶ* *τὸν* *ἐμὸν* *πῶ* *πλον* *ἔδωκας* *πῶ* *δυνάτος* *ἀνεκάλυψεν*.

Trismegisto.) Trismegistus, eo quòd rex maximus, sacerdos maximus, & sapiens maximus: si Marsilio credimus. Suidas scribit, Hermen hunc Trismegistum, Aegyptium, sapientem uirum, de diuina triade coram Pharaone multa Euangelicæ ueritati consona differuisse. De hoc infra Laëtantius capite decimo, de Ira Dei. *ἀνώου* 10 *μου*.) Hoc epitheton etiam apud Nonnum Iohannis paraphrasten legitur. Quia semper unus est.) Paulus ad Galatas capite tertio: *ὁ δὲ θεὸς* *ἓς* *ἰσθι*. Quo loco Ambrosius, Dei nomen naturæ & potentiae esse docet. Cyprianus contra idolorum cultum: Hermes Trismegistus unum Deum loquitur, eumq; incomprehensibilem atq; inestimabilem.

DE SIBYLLIS.

20

Nam fortasse hi.) Elegantissimum simulationis exemplum est, iocosum & festiuum, qua simulat aduersariorum concessionem. Quia hi homines.) Iuxta illud Terentij: Censen me hominem esse? M. Varro, quo nemo.) Etiam per hanc cõcessionem largitur aduersarijs, ut Varronem ipsorum auctorem, summam propter summam doctrinam existimationis, testem in ueritatis partes concessisse, ipsi uerisimile fiat. Quo nemo unquam do- 30 ctior.) Hunc Cicero ad Atticum *πολυγράφος* *ταύτην* appellat. Quintilianus in duodecimo, eum omnia penè tradidisse testatur. Et in decimo, Romanorum eruditissimum prædicat, ut puta qui plurimos & doctissimos libros composuerit: peritissimus linguæ Latinæ, & omnis antiquitatis, et rerum Græcarum Latinarumq; fuerit: plus tamen scientiæ collocaturus, quam eloquentiæ. Sed in Academicis Cicero eum his alloquitur uerbis: Nos (inquit) in nostra urbe peregrinantes, erran- 40 tesq; tanquam hospites, tui libri quasi domum deduxerunt, ut possemus aliquando, qui & ubi essemus, cognoscere. Tu ætatem patriæ, tu descriptiones temporum, tu sacrorum iura, tu domesticam, tu bellicam disciplinam, tu sedem locorum, regionum, tu omnium diuinarum humanarumq; rerum nomina, genera, causas aperuisti, &c. Copiosam Varronis defensionem contra Rhemnium Palamonem, inuenies apud Petrum Crinitum, libro de Honestâ disciplina decimo, capite 50 undecimo. In libris Rerum diuinarum.)

rum.) Augustinus libro de Ciuitate Dei sexto, capite tertio, diuisionem librorum Varronis posuit, his uerbis: Quadraginta & unum libros scripsit Antiquitatum. Hos in res humanas diuinasque diuisit. Rebus humanis uiginti quinque, diuinis sedecim tribuit, &c. quae breuitatis studio relinquitur. Theologiam Varronis examinat Augustinus per libros sextum & septimum. Cum de Quindecimuiris loquitur.) De Quindecimuiris sacrorum, praeter Latum & Feneftellam, uide Alexandrum ab Alex. libro Gen. dierum tertio, capite decimosexto, & nos alibi diximus plenius. Sibyllae sunt.) De Sibyllis apud Valerium in capite de Ominibus diximus, Lactantij potissimum usi auctoritate. Interea temporis & Sibyllarum oracula luci uendicauimus: & Gyraldus poetarum historias edidit, in quibus etiam Sibyllarum historias luculentissime enarrat. Quare quae praesenti loco illustrando seruiunt, breuissime explicabimus. Primum quod ad ἑτυμολογία attinet, σιβυλλὰ Phauorino dicitur, ἢ τοῖς χρισμοῖς ἠδὲ τοῖς, ἢ μαντικῶς ἔχει, ἢ χρισμοῦ φωνάξεται. Ἔσβυλλὰ μὲν, χρισμῶν ὄραση, ἢ παραληρησῶν, ἢ μέγα φρονεῖν. Et σιβυλλικῶν, ἐκθαλάξω, id est religionem facio. Cum Lactantij derivatione fere concordat Seruius in sexto. Suidas ait Latinam esse uocem. Sed Latina lingua, teste Fabio, Aeolica est similima. Et Corinthus Grammaticus Romanos Aeolum ἀρπίους appellat. Athenaeus libro octauo Δεσποσοφίας de uoce διασφ, quae chororum Bacchicorum significari testatur, ait διασφος ἐστὶ τῶ θεοῦ appellatos. καὶ γὰρ, inquit, αὐτὸς αὐτὸς θεοῦ οἱ λαῶν οὐ σὺς φασί. Aristophanes consentit, qui in Pace Mercurium inducit Laconum sermones referentem, his uerbis: καὶ τῆ σιω, νυῖ ἀθηναίων δῶσει δινκω. Quo loco Commentator: οὐτὼ αὐτὸς διουσοφους οἱ λαοκράτορες οἱ σὺς ἐλεγον, ὡς ἀθωαῖοι θεοῦ δῖμκτρα καὶ πρσεφώνω. per antonomasiam nimirum, seu exochon. Gyraldus plura quam decem numerat: Castalio uero unam tantum, uel duas ad summum. De Persis.) Alijs Chaldaea, alijs Hebraea, proprio nomine Sambethe, ex felicissimo Noe. Libyca.) λίβυσα. Lamia hodie non extat. Caterum de Lamia infra capite uigesimosexto. Delphica.) Δελφίς: quae etiam ἀρτεμῖς, id est Diana, Apollinis & Lamiae filia. Huc Chrysippi liber à Laertio non recensetur. Cummaxam in Italia.) λυμῶα, quae & Italica, eo quod in Cimmeria Italiae fuit, Vnde Gyr-

aldus Cimmeriam ipsam nominat, locum Lactantij emendans. nam de Cumana siue Cumaea paulo inferius dicitur. Erythraea.) Alio nomine Phrygia, ob excidij Troiani forte uaticinium sic dicta. Cyrillus hanc Olympiade nona floruisse scribit: quod fieri non potest, cum Troia ante hoc tempus quadringentis & amplius annis capta fuerit. Eamque Graeci Ilium per tentibus.) Vaticiniū est Serm. 3. ἰλιον οὐκ ἔστι εἴρωσε κατὰ ἀσφτω γὰρ ὄρινυς, &c. Liber est iam omnibus in manibus. Et Homerum mendacia scripturum.) Eodem loco Ἰδὸ οὐράφου appellat. καὶ γὰρ ἴα πικὰ κατ' ἰλιον οὐ μὲν ἀληθῶς, &c. Samia.) φυτὰ nomine, cuius Valerius Maximus meminit libro primo de Ominibus, ubi de Priensibus. Amalthea.) Caprae alioqui caelestis id nomen est, qua Iupiter nutritus est. A curando forte, medendo ue nomen deductum. ἀλθεῖω siquidem utrumque significat, quemadmodum etiam curandi uerbum prospicere & mederi. De hac Iustini martyris locum intelligo: ἔστω δὲ ὑμῶν ἰαθῶς τῶ ὀρθῶ θεοσέβειαν ἐν μέρους παρὰ τὴ πελαγῶς σιβυλλῆς ἐν πινθῶ δωαῶ πῆς ἀπνοίας ὄρα χρισμῶν ὑμῶς διδασκῶσις, μανθάνειν τοῦδ' ἀπὸ ἑγγύς ἐν δὲ καὶ τὴ πρὸ φητῶν διδασκαλίας. ταύτην δὲ ἐκ μὲν βαβυλωνίων ὄρα φασί, Βηρώου τὸ τῶ χαλδαίων ἰσοείαν γὰρ φασί τὸ δυγατὸρα ὄσαν εἰς τὰ μέρη τὴ λαμπανίας οὐκ οἶδ' οὕτως ὄρα φασί, καὶ αὐτὸ χρισμῶς ὄρα γορδῆν γὰρ τῆ κατὰ τὸ καλαμῶν πῆλα, ἐφ' ὅμοις διδασκῶν βαίω, γῆλα τὰ ὄρα καὶ λαμπανίας ἐν συμβαίνῃ, ἐθεοσέβειαν δὲ γὰρ τῆ πῆλα γορδῆν, καὶ τῆλα τὸ πορ, γὰρ ὄρα βασιλικῶ μεγίστω δὲ γῆλα ὄρα μῶν λῆλα ἐγνωμῶν, πῆλα γὰρ μέγιστον, καὶ πάντων δαμάματ' ὄρα φασί, γῆλα αὐτὸ χρισμῶς αὐτῶ ἀπαγγέλλειν οἱ ὡς τὰ πατρικὰ πῆλα φασί τῆλα τῆλα πρὸ γῆλα φασί. γὰρ μέστω δὲ τὴ βασιλικῶ ἐπεδείκνυον ἡμῶν τρεῖς δεξάμεναις ἐν τῶ αὐτῶ ὄρα μῶν λῆλα, ὡρ πληρῶ μῶν ὄρα φασί, λῆλα αὐτῶ γὰρ αὐτῶ ὄρα φασί καὶ σολῶ ἀλαμῶ φασί, εἰς τὸν γῆλα τῶ τῆ βασιλικῶ βασιλικῶ οἶκον γὰρ τῶ αὐτῶ ὄρα μῶν λῆλα καὶ γὰρ μέστω τῶ οἶκον καὶ φασί μῶν λῆλα ὄρα φασί τῶ φασί καὶ φασί, οὐτὼ αὐτὸ χρισμῶς ὄρα φασί. ταύτης δὲ τῆ σιβυλλῆς ὡς χρισμῶν δὲ πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι τῶν συγγραφέων μῶν λῆλα, καὶ πῆλα γὰρ τῶ φασί φασί. φασί δὲ μοι τοῖς ταύτης χρισμῶς γῆλα φασί ὄρα φασί

ὁ πλάτων αὐτὸν χρησμοφδὸν ἐκβαλέει. εἰ δὲ γὰρ τὰ ἰσὶ αὐτοῖς πάλαι πρὸς ἡμετέρας ὄψεσιν πληροῦμενα, καὶ οἱ αὐτοὶ δαυμάσας γὰρ πρὸς μύθον λόγῳ αὐταῖς λέξεσιν ἔπαυον τοὺς χρησμοφδούς, οὕτω γίγνασθαι ὁρθῶς ἀπὸ αὐτοῦ καλοῦμεν θεοῦ τε αὐτοῦ, ὅς δ' ἐν νῦν λέγουμεν χρησμοφδὸν, ὃν ἡκιστα φαῖμεν αὐτὸν τοῦτους θεοῦ εἶναι, καὶ γνῶσιν αὐτῶν ἐπιπνοῦς ὄντας, καὶ κατεχομένης ἐκ τῶν θεῶν, ὅταν κατὰ τὴν λέγοντες ποιεῖ καὶ μεγάλα πρὸς ἄλλα, καὶ γὰρ εἰδότες ὡν λέγουσι, σαφῶς καὶ φανερῶς ἄς αὐτὸν Σιβύλλης ἀφορῶν χρησμοφδόν. αὐτὸν γὰρ, ὃν ὁσπέρ οἱ ποιηταί, καὶ μετὰ τὸ γράψαι τὰ ποιήματα εἶχον ἔξουσίαν διορθῶσαι καὶ ἰδιόχειρ, μάλα οἱ αὐτὸν τῶν μετρωτῶν ἀκρίβειαν, ἀλλ' ὅτι μὴ τῶν ἰδιόπνοιας καίρω τὰ τῆς προφητείας ἐπιπνοῦν. παυσανίου δὲ τῆς ἰδιόπνοιας, ἐπέπαυτο καὶ ἡ τῶν εἰρημνῶν μνήμη. Demophile.) id est, populi amatrix. Herophile.) quasi ἡρώων φίλη. Alij legunt Erophile, ἀπὸ τῶν ἑρώων. Atq; sic legitur etiam apud Capell. Suidæ Hierophile, ut quæ fuerit rerum sacrarū cultrix. Eam nouem libros.) Historia uariè legitur: quo nomine hic locus diligentius nobis examinandus est. Scribunt hanc historiam Dionysius Halicarnassensis libro quarto, Aul Gellius libro primo, capite decimonono; Plinius libro decimotertio, capite decimoquarto; Seruius in 6. Aeneid. ex quibus tamen eam, præter Seruium, nullus nominat. Nominat autem Amaltheam, in dubiumq; uocat, Cumanā ne an Erythrea fuerit. Sed Vergilij sui autoritate nixus, credit Cumanam. Tarquinium Priscum.) Reliquorum omnium communis sententia Superbus, non Priscus legendum est. Trecentos Philippeos.) In hoc Seruius non modò consentit, sed etiam adiecit, aureos tum preciosos fuisse. Sed illud non intelligo, quomodo regale illud numisma Romæ fuerit, si modò Philippus Macedo illius autor fuit, qui multis annis post floruit: et si maxime Philippus sextus Macedonum rex percussisset, qui Anci Marci σύγγουος fuit: quod quidem minime credo. Non tamen uerisimile est, Romæ in usu fuisse: quum ex Plinio constet, quo tempore aurum Romæ signari cœperit. Ex Dionysio sane liquet, auro libros fuisse coemptos. De Philippeis Pollux libro nono scribit, aureum staterem idem cum mina fuisse. Et paulo post: καὶ οἱ μὲν, inquit, Ἀλαρεῖοι ἐνεκα τοῦ τοῦ σατῆρος, οἱ δὲ Ἀλεξανδροῖ, χρυσοῖ πάντες ὄντες. καὶ εἰ μὴ χρυσοῖ εἴποις, πρὸς αὐτὸν τὸν σατῆρον εἰ δὲ σατῆρος

εἴποις, ὅτι πάντως καὶ χρυσοῖ. Tres com-
 buississe.) posito coram rege foculo. Gellius.
 Motum esse regem.) ore iam serio, atque
 attentiore animo. Gellius. Dionysius addit, re-
 gem augures accersisse, qui dolore affecti, quòd
 donum diuinitus missum non quantocunque pre-
 cio coemerit: effecissetq; ut nihil minore precio
 reliquos emeret, quam quod erat petitum pro om-
 nibus. Plinius uerò inter omnes conuenire ait,
 Sibyllam ad Tarquinium tres attulisse libros. ex
 ijs igni duo crematos ab ipso: tertium cum Ca-
 pitolio, Syllanis temporibus. Posset etiam Plinij
 locus ad examen uocari. Sed examinauit Alex.
 loco superius citato. Grauius tamè mihi ipse Ale-
 xander Neapolitanus lapsus uidetur, qui non ani-
 maduertit, Tarquinium Superbum ante Alexan-
 dri Magni tempora fuisse. Sed antequam hinc
 discedam, alius rursus Cyrilli locus notandus est,
 apud quem hæc decima septima Olympiade uati-
 cinata legitur, quum Tarquinius Olympiade qua-
 dragesima prima regnauerit. Sed de hoc apud Va-
 lerium dictum est. Octauam Helle-
 sponticam.) Si ætatis ordine Sibyllas nume-
 rat, miror quur hanc superiori subiungat, quum
 Solon Tarquinij Prisci temporibus Athens le-
 ges tulerit. Gerythium.) Memini Pli-
 nius libro quinto, capite trigesimo, cui oppidum
 Gergythos appellatur: Stephano γεργυθίς, geni-
 tivo γεργυθῶ. Inde q; nominatiuum formari a-
 lium Gergythos ait. Quin et ipse Stephanus hu-
 ius Sibyllæ mentionem facit, citans authorem
 Phlegontem: testaturq; eandem esse cum Sphyn-
 ge, percutiq; solitam in numismate, et eius sepul-
 chrum extitisse in templo Apollinis Gergythij.
 Nona Phrygia.) Hanc Capella eandem
 cum Erythrea et Cumana facit. Anticy-
 ras.) Vide prouerbium, Nauiget Anticyras.
 Decimam Tyburtem.) Decima, inquit
 Suidas, et Tyburti nomen, et Albunea. Mar-
 tianus Capella in secundo libro Philologiæ, ne-
 gat decem Sibyllas, duas tantummodo fuisse asse-
 rens: nempe Erophilam Troianam, Marmensi fi-
 liam, et Symmachiam, Hippotensis filiam, quæ
 Erythrea progenita, etiam Cumis est uaticina-
 ta. Phauorinus Varinus Philetæ Ephesij autori-
 tate tres Sibyllas facit, Apollinis sororem, Ery-
 thræam, et Sardaniam. Confuse.) quasi
 per antonomasiam quandam: sicut Iureconsulti
 Prætorem, Imperatorem, uel Iureconsultum ci-
 tare solent. Fenestella.) Hunc autho-
 rem Plinius et Plutarchus aliquoties citant.
 Nos adiciemus, quæ Dionysius Halicarnassensis
 ca de

10

20

30

40

50

ea de re memoriae prodidit: Romani, inquit, nihil ita custodiunt neque sanctum neque sacrum, quem admodum Sibyllina diuinitus missa oracula. Viuntur autem eis, quando Senatus decernit, seditione occupante ciuitatem, aut infelicitate magna aliqua bello incidente, aut prodigijs aliquibus et laruis magnis et inexplicabilibus ipsis apparitionibus, qualia saepe eueniunt. Haecque permanserunt oracula usque ad bellum Marficum, sub terra posita, in templo Capitolini Iouis, in arca lapidea, ab hominibus decem custodita. Post centesimam autem et septuagesimam tertiam Olympiadem incenso templo, siue ex insidijs (ut putant aliqui) siue casu, simul cum alijs Deo repositis, ista quoque corrupta sunt igni. Nam quae nunc sunt, ex multis collata sunt locis: alia ex urbibus Italiae, alia ex Erythris in Asia, ex S. C. missis legatis tribus, ad eorum descriptionem: alia uero ex alijs urbibus, ab hominibus quoque rudibus transcripta, in quibus aliqua reperuntur inserta Sibyllinis, etc. Hisce recte subiungemus, quae Tranquillus de Pontificatu maximo Augusti scribit: Quicquid, inquit, fatidicorum librorum Graeci Latiniq. generis, nullis uel parum idoneis autoribus uulgo ferebantur, supra duo millia contracta, undique cremauit, ac solos retinuit Sibyllinos. Hos quoque, delectu habito, condidit duobus foculis auratis sub Palatini Apollinis basi. C. Curionem Cos.) Fuit hic consul cum Cn. Octauius, Anno Urbis conditae DCLXXVIII. Sed uide de his copiosius infra de Ira Dei, capite uigesimo secundo et

uigesimo tertio. εἰς θεός.) Scriptus Sibyllae Erythrae liber ex Corsyca ruina delatus est ad nos, qui octo sermones continet. Quibus hi uersus ueluti proceuium praemittuntur, coherentes satis confuse, quibus hic titulus praefigitur: Σιβυλλᾶς Βεβλίου α. ποδι τοῦ ἀρχαίου θεοῦ. Sed post inuenimus hos apud Theophilum ad Autolyceum lib. 2. inter plures alios. μόνος ὄσιμ.) In scripto codice, et apud Theophilum legitur pro ὄσιμ, ἀρχαί, sed scansio erit hac ratione inconcinnior. τῶν πάντων ἀρχαί.) In scripto codice legebatur, τῶν πάντων ἀρχαί. Sed genuina lectio erat in margine annotata. Caeterum hos uersus sic Latinos fecimus:

Maximus ipse Deus semper, sine origine solus. Sed Deus hic superans cunctos, et solus et unus, Condidit hic solem, phaebem, et sidera clara: Fructiferam terram, nec non maria humida poti.

αὐτῶν.) Hos sic reddidimus: Conuenit hunc mundi dominum solum uenerari: Secula praecedat solus, post secula natus. ubi ἐτέχθη, quam ἐτύχθη, multo castigatius legitur.

Item alia Sibylla.) Imo in his ipsis octo Orationibus hic uersus, si non ad uerbum, certe paucis mutatis saepius legitur. ut, αὐτὸς γὰρ μόνος ὄσι θεός, ἢ ἐκ ὄσιμ ἐτ' ἄλλος.

Item alibi: μόνος γὰρ θεός ὄσι, ἢ ἐκ ὄσιμ θεός ἄλλος. Solus namque Deus, sine eo non est Deus alter.

Caeterum tres uersus, qui hisce coherent, inuenies et infra.

De testimonijs Apollinis et deorum.

CAP. VII.

Apollo enim, quem praeter caeteros diuinum, maximeque fatidicum existimant, Colophone respondens, quod Delphis credo migrauerat, amoenitate ductus Asiae, querenti cuidam, quis esset, aut quid esset omnino Deus, respondit uiginti & uno uersibus. quorum hoc principium est:

αὐτοφύης, ἀδὲ ἀκίτος, ἀμήτωρ, ἀσυφελίςτος,
 ἔνομα μὴ δὲ λόγῳ χωρὸν μόνον, γνῶναι ναίων,
 τὸ πῶν θεός, μικρὰ δὲ θεῶν μέγιστος ἀγγελοὶ ἡμῶν.

Nunquid potest suspicari de Ioue esse dictum, qui & matrem habuit, & nomen: Quid, quod Mercurius ille Trismegistus, cuius supra mentionem feci, non modo ἀμήτωρ, ut Apollo, sed ἀπάτωρ quoque appellat Deum, quod origo illi non sit aliunde. Nec enim potest ab ullo esse generatus, qui ipse uniuersa generauerit. Satis (ut opinor) & argumentis docui, & testibus confirmavi, quod per se satis clarum est: unum esse regem mundi, unum patrem, unum Deum. Sed fortasse quaerat aliquis a nobis idem illud, quod apud Ciceronem querit Hortensius: Si Deus unus est, quare esse beata solitudo queat? Tanquam nos, qui unum esse dicimus, desertum ac solitarium esse dicamus: habet enim ministros, quos uocamus nuncios. Et est illud uerum, quod dixisse in Exhortationibus Senecam supra retuli: genuisse regni sui ministros Deum. Verum hi neque

necq; dii sunt, necq; deos se uocari aut coli uolunt: quippe qui nihil præter ius-
sum ac uoluntatem Dei faciunt. Nec tamen illi sunt qui uulgò coluntur, quo-
rum & exiguus & certus est numerus. Quòd si cultores deorum eos ipsos se
colere putat, quos summi Dei ministros appellamus: nihil est quòd nobis fa-
ciant inuidiam, qui unum dicamus, multos negemus. Si eos multitudo dele-
ctat, non duodecim dicimus, aut trecetos sexagintaquinq; (ut Orpheus) sed
innumerabiles esse arguimus eorum errores in diuersum, qui tam paucos pu-
rant. Sciant tamen quo nomine appellari debeant, ne Deum uerum uiolent,
cuius nomen expungunt, dum pluribus tribuunt. Credat Apollini suo, qui
eodem illo responso ut Ioui principatum, sic etiã ceteris dijs abstulit nomen. 10
Tertius enim uersus ostendit, Dei ministros non deos, uerum angelos appel-
lari oportere. De se quidem ille mentitus est: qui cum sit e numero dæmonũ,
angelis se Dei aggregauit: denique in alijs responsis dæmonem se esse cõfes-
sus est. Nam cũ interrogaretur, quomodo sibi supplicari uellet, ita respondit:

παύσφε, πάντο δίδ' ακτ', γνολοίς σφε κέκλυθι δαίμου.

Item rursus cum preces in Apollinem Smyntheum rogatus expromeret, ab
hoc uersu exorsus est:

ἀερμονίη κόςμοιο φαισφόρε, κεί σσφέ δαίμου.

Quid ergo superest, nisi ut sua confessione uerberib. ueri Dei, ac pœnæ subia-
ceat sempiternæ? Nam in alio responso ita dixit:

*δαίμονες οί φοιτῶσι πῶδι χθόνα κεί πῶδι πόντῳ
ἀνάματοι, δάμανται ἴσαί μάστιγι θεοῦ.*

De utrisq; generibus in secundo libro differemus. Interim nobis sat est, quòd
dum se honorare uult, & in cœlo collocare, confessus est, id quod res habet,
quomodo sint appellandi qui Deo semper assunt. Retrahant ergo se ho-
mines ab erroribus: & abiectis religionibus prauis, parentem suum, domi-
numq; cognoscant: cuius nec uirtus æstimari potest, nec magnitudo perspi-
ci, nec principium comprehendere: cum ad illum mentis humanæ intentio, &
acumen & memoria peruenierit, quasi subductis & cõsumptis omnibus uis,
subsistit, hæret, deficit: nec est aliquid ulterius, quòd progredi possit. uerum 30
quia fieri non potest, quin id quod sit, aliquando esse cœperit: cõsequens est,
ut quãdo nihil ante illum fuit, ipse ante omnia ex seipso sit procreatus, ideoq;
ab Apolline αὐτοφυής, à Sibylla αὐτογενής, & ἀχίννητ' & ἀποίητ' nominatur:
quod Seneca uir acutus in Exhortationibus uidit. Nos, inquit, aliunde pen-
demus. Itaq; ad aliquem respicimus, cui quod est optimum in nobis debeat.
Alius nos edidit, alius instruxit, Deus ipse se fecit.

C O M M E N T A R I V S.

Apollo, quem præter cæteros.)
Plato indicat in Cratylo, Thessalico more ἀ-
πλόρ ex simplicitate dictum. Diuinationem si-
quidem esse maximè rectã & simplicem. τὸ γὰρ
ἀληθές κεί ἀπλοῦ τῶν τῶν εἶν. Sed uarias
huius nominis formationes inuenies apud Cor-
nutum, siue Phurnutum. Colophone.)
Ionica urbs, antea Apollinis Clarij lucus. Strabo
lib. decimoquarto: Solinus cap. quinquagesimo-
tertio. Non longè Epheso, inquit, Colophon ciui-
tas, nobilis oraculo Clarij Apollinis. Plinius li-
bro secundo, capite centesimotertio addit, Colo-
phone in Apollinis Clarij specu lacunam esse, cu-
ius potu mira reddantur oracula, bibentium bre-

uiore uita. Interea obserua ridiculam ironia simu-
lationem. Diuersum est apud Aelianum in Varia 40
historia libro secundo. Differunt autem, quòd Py-
thius eadem hora uisus sit à multis Metaponti &
in Cratone. Delphis credo.) ubi uaticini-
um ipsius repertum fuit. Cornutus: κεί εὐρε-
θῆν' εἰ δ' ἐλφοίς μαντείου τῶ ἀπλόωνι πῶ
σωνόμασαν πύθιον, ἀπ' τῶ δ' ὕρο εὐδ' ἀνθρώ-
πος ὄρχημίδος πωυθάνεας τὰ κεί εἰσεῖν.
ἐλέχθη δὲ κεί ὁ τόπος ὀμφαλὸς φη γῆς, οὐχ
ὡς μεστέρα τοῦ ὠμ αὐφί, ἀλλ' ἀπ' φη ἀναστε-
δομίδης γὰρ αὐφί ὀμφῆς, ἢ πῆ δ' εἰρ θεία φω- 50
νή. Graphica huius loci topographia est apud Iu-
stinum in 24. Delphicum igitur phanũ Parnasi
rupibus

rupibus horridum, Colophonis aut situs in promontorio, quo sinus (ut Mela scribit) clauditur, & quod alia parte Smyrnaeum efficit, plus delatationis habuit. Quarenti cuidam.) Augustinus Eugubinus de Perenni philosophia libro tertio, aliquot ordine capitibus pluscula Apollinis oracula ueritatem de uero Deo praedicantia collegit, in quibus cap. 16. etiam hoc refertur sedecim uersibus, quod hisce tribus uersibus finitur, non incipitur. Ne igitur post Homerum Iliada scribere uideamur, studiosum iuuenem eo relegamus. αὐτοφύνης.) Sic Nonno αὐτοφύνης, καὶ λόγος αὐτοφύτιο θεῶ. Et Sibylla Erythr. Sermon. 3. αὐτοφύνης, ἀόρατος, ὁρῶν μόνος αὐτὸς ἀπαντὰ. Plutarchus in Placitis, Platonis & Socratis sententiā aliorū sententijs subiungit, qui dicunt Deum esse τὸ φῶς, τὸ μονοφύνης, καὶ τὸ αὐτοφύνης, τὸ μονόδιον, τὸ ὄντως ἀγαθόν. Hinc est quod Paulus nos Rom. 6. συμφύτους appellat. ἀδίδακτος.) Iuxta illud lud Esaiæ 40: Quis dedit ei intellectum, & docuit eum in semita iudicij, & uiam intelligentiæ indicauit ei? ἀμήτωρ.) De hoc infra libro quarto, capite septimo. ἐστυφέλιξ.) id est, inconcussus, inuictus. Sic Ecclesiastici 18. inuictus rex in aeternum appellatur. Quamuis Graeca habeant, βασιλεῖα πάντων ἡ γράτεια. μηδὲ λόγῳ.) Sive ratione incomprehensibilem, sive uerbis ineffabilem dicas, recte intelliges. Quos uocamus nuncios.) ἀγγέλους. Officij siquidem hoc nomen, non dignitatis est: ut Hieronymus apud Matthaeum de Iohanne Baptista exponit. De horum numero Philo sic scribit: ἀγγέλοι πρὸς ἀνθρώπους ἰσραὴλ καὶ θεῶν φύσεις, ὑποδίακονοὶ καὶ ὑπαρχοὶ τοῦ πρώτου θεοῦ, δι' ὧν οἶα πρὸς θεοῦ ὄντων, ὅσα αὐτῷ ἐθελίσει, ἢ ἡγέσει ἡμῶν πρὸς σωτηρίαν ἀγγέλοι. Verum hi neque dii sunt.) Deos autē Gentilium religio appellauit. De hoc rursus Philonem audiamus: ἀνωτάτω δ' εἶναι πρὸς αὐτὸν θεὸν αἰθέρης καθαροτάτης, ἧς οἱ μὲν παρ' ἑλλήσι φιλοσοφῶσιν αὐτὸν ἡρώας καλοῦσι καὶ δαίμονας. μωυσῆς δὲ ἀντιβόλῳ χρωμένῳ ὀνόματι, ἀγγέλους προσήγορον, πρὸς θεοῦ μεσῆς καὶ ἀγγελοῦσες τὰ τε παρὰ τὸ ἡγεμόνῳ τοῖς ἰσραηλιτοῖς ἀγαθὰ, καὶ θεὸν βασιλέα, ὧν εἰσιν ἰσραηλιτοὶ, χεῖροι. Et paulo inferius: ψυχὰς οὐδὲ καὶ δαίμονας καὶ ἀγγέλους, ὀνόματι μὲν ἀσφρόδοντας, φῶς δὲ καὶ ταυτοῦ ὑποκείμενον ἀσφρόδοντος ἰσραηλιτοῦ βαρύντατον ἀσφρόδοντος ἀσφρόδοντος: sed Iamblichus

quosdam gradus inter Deum, deos, daemones & animas facit. Angeli nomen alioqui in diuinis literis latius se extendit. Nam ipse Christus apud Prophetam magni consilij angelus appellatur. Appellatur angeli etiam Propheta & Apostoli, & Ioannes Baptista: quandoque etiam diaboli satellitium, Matth. 25. Diabolo & angelis eius paratus est ignis aeternus. Sed Theologi, ferè mali epitheto adiecto, à bonis secernunt. Sunt enim boni maliq; angeli, id quod Philo eodē loco his uerbis indicat: ὡς ὁρᾷ ἀγαθὸς δαίμονας, καὶ κακὸς λέγουσιν οἱ πολλοί, καὶ ψυχὰς ὁμοίας, ὅτι καὶ ἀγγέλους, εὐδὲ μὲν δὲ πρὸς ἡμᾶς ἀφίξις, πρὸς ἑτέρας ἰσραὴλ ἀνθρώπων πρὸς θεοῦ, καὶ θεῶν πρὸς ἀνθρώπους ἰσραὴλ καὶ ἀσφρόδοντος φύλακας, εἶτα τῶν ἀνυπαίτιον καὶ παγκάλῳ τῶν τῶν ἰσραηλιτοῦ εὐδὲ δὲ πάλιν αὐτῶν καὶ ἀναφίξις δὲ πρὸς ἡμᾶς καὶ αὐτὸς ἰσραηλιτοῦ ἀφίξις, ἀφίξις δὲ πρὸς ἡμᾶς καὶ αὐτὸς ἰσραηλιτοῦ ἀφίξις, ἀφίξις δὲ πρὸς ἡμᾶς καὶ αὐτὸς ἰσραηλιτοῦ ἀφίξις. Neque deos se uocari aut coli uolunt.) Sic angelus in Apocalypsi capite decimonono & uigesimo secundo Iohanni adoraturō respondet: ὁρα μὴ, σιωπῆσαι σὺ εἰμὶ, καὶ τῶν ἀδελφῶν σου, τῶν ἐχόντων τὴν μαρτυρίαν τοῦ βιβλίου, ἢ δὲ τῶν πρὸς κεύθου. Non duodecim.) Quos alij selectos, Lactantius noster maiorum gentium deos uocat: de quibus suo loco. Qui cum sit & numero daemorum, angelis.) Docet angelorū conditionem felicem esse, daemorum miseram & calamitosam. & nisi τὸ ἀπίον ipsius Apollinis testimonio roborasset, argumētatio aduersus gentes futura fuisset admodū frigida, siue uocis interpretationē intueamur, siue Platonis, Porphyrij, Iamblichii de daemolib. dogmata. Platoni siquidē in Cratylo δαίμονες, quasi δαίμονες, id est φρόνιμοι dicti sunt: nisi fortè à δαίμαίνω, id est ex terreo (quod quibusdam placere uideo) deducere malint. Quamuis huius instituti non est, hunc locum pertractare. qui uolet, legat Augustinum Steuchum in posteriore parte libri octauī Perennis philosophiæ. Lactantius, ut Theologus, magis respicit ad ingenium Scripturæ diuinæ, quæ daemonis nomine nullo in loco angelum uel felicem spiritum intelligit, sed ubique Gentilium deos. ut 1 Cor. 10. ἃ δὲ τὰ ἔθνη, δαίμονιους θύει, καὶ εἰ θεῶν. Et Psalm. πάντες οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαίμονια, ὁ δὲ κύριος εὐδὲ θεῶν ἐποίησεν. Quo loco, Hebraicam ueritatem sectantes, transferūt Deos nihili: quā nulla certa Hebraeis

uox sit, quæ demonem significet. Apollinem Sminthium.) A muribus hæc epitheton ductum est, qui *σμιθβοι* appellantur: auctoribus Pausania, Strabone, & Homeri commentatore. Cum enim sacerdos quidam Apollinis, Crinis nomine, sacra Dei neglexisset, atque ob hoc nihil penitus fructuum eo anno collegisset, omnibus rebus à muribus corrosis, tanto detrimento commotum sacerdotem consueta deo sacra peregisse, deusq; ilicò mures omnes sagittis suis per-

didisse, atque ex ea re Sminthium uocatum esse. Nam Cretenses, mures sminthas uocauerunt. Sed ut Macrobius exponit, ἐστὶν ἑὸν θεῖ, quia feruēs currit. Colitur hic Chrysa, & in Tenedo. Homerus Iliad. 1.

— τρεῖς δὲ τὸ ἱεὶ ἀνδρῶν
σμιθβοῖ.— In libro secundo.) Capite decimoquinto. αὐτοῦ γένος.) Athanasius in Symbolo: ὁ πᾶσις ἀπὸ θεοῦ ὄντα πρὸς τοῦ, ὅτι μὴ κτιστός, ὁ δὲ ἕρηντος.

Quod Deus sine corpore sit, nec sexu ad procreandum egeat.

CAPVT VIII.

His igitur tot & tantis testibus comprobatur, unius Dei potestate ac prouidentia mundum gubernari, cuius uim maiestatemque tantam esse dicit in Timæo Plato, ut eam neq; mente concipere, neq; uerbis enarrare quicquam possit ob nimiam eius & inæstimabilem potestatem. Dubitet ergo aliquis, an quicquam difficile aut impossibile sit Deo, qui tanta tamq; miracula opera prouidentia excogitauit, uirtute cōstituit, ratione perfecit: nunc autem spiritu sustētet, potestate moderetur, inexcogitabilis, ineffabilis, & nulli alij satis notus, quàm sibi. Vnde mihi de tanta maiestate sæpius cogitanti, qui deos colunt, interdum uideri solent tam cæci, tam incogitabiles, tam excordes, tam non multum à mutis animalibus differentes, qui credant eos qui geniti sunt maris ac fœminæ coitu, aliquid maiestatis diuinæ que uirtutis habere potuisse: cum Sibylla Erythræa dicat,

— ὁ δὴ αὐτὸς ἀνδρῶν

ἐκ μητρῶν μητρῶν τε θεὸς τετυπωμένος εἶν.

Quod si est uerum, sicuti est: apparet, Herculem, Apollinem, Liberū, Mercurium, Iouemque ipsum cum cæteris homines fuisse: quoniam sunt ex duobus sexibus nati. Quid est autem tam remotum à Deo, quàm id opus, quod ipse ad propagandā sobolem mortalibus tribuit, & quod sine substantia corporali nullum potest esse? Dijs ergo, si sunt immortales & æterni, quid opus est altero sexu? nimirum ut generent, ipsa progenie quid opus est? cū successione non egeant, qui futuri sunt semper? Nam profectò in hominibus cæteris que animantibus diuersitas sexus, & coitio, & generatio nullam habet aliam rationem, nisi ut omnia genera uiuentium, quando sunt cōditiōne mortalitatis obitura, mutua possint successione seruari. Deo autem, qui est sempiternus, neque alter sexus, neque successio necessaria est. Dicit aliquis: Vt habeat uel ministros, uel in quos possit ipse dominari. Quid igitur opus est sexu fœmineo, cum Deus, qui est omnipotens, ut uocatur, sine usu & opera fœminæ possit filios procreare? Nam si quibusdam minutis animalibus id præstitit, ut sibi è folijs natos & suauibus herbis ore legant: cur existimet aliquis, ipsum Deum nisi ex permixtione sexus alterius non posse generare? Illos igitur, quos imperiti & insipientes tanquam deos & nuncupant & adorant, nemo est tam inconsideratus, qui non intelligat fuisse mortales. Quomodo ergo, inquiet aliquis, dijs crediti sunt? nimirum quia reges maximi ac potentissimi fuerunt, ob merita uirtutum suarum, aut munerum, aut artium repertarum, cum chari fuissent ijs quibus imperitauerant, in memoriam sunt consecrati. Quod si quis dubitet, res eorum gestas & facta consideret, quæ uniuersa tam poetæ quàm historici uer-
teres prodiderunt.

COMMENTARIUS.

In Timæo Plato.) Ex operis admiratione in Opificis admirationem raptus, sic effatur: τὸν μὲν ἐν περικτῷ καὶ πατρὶα τῷδε τῷ πατρὸς εὐρεῖν τε ὄργον, καὶ ἐργόντα εἰς πᾶν τὰς ἀδωῖα τοῦ λέγειν. Sibylla.) Maiorem Sibyllino testimonio confirmat. Minorem inductione fabulosa, in qua ostendēda tria sequentia capita continuat: quæ ex Hesiodi Theogonia nata sunt. Vide de his Bocatium de Genealogia deorum. Hæc Sibyllina in scripto libro non inueniebantur, sed apud Theophilum extant, ubi τὸ τυπωμὸν & rectius legitur. Atq; hæc sequitur uersus supra capite sexto citatus, ἀλλὰ θεός.

Quid est autem.) Alterum argumentum ex causis petitum est, hoc modo: Sexus est animalibus procreandæ sobolis gratia inditus. Deus ob id quia æternus est, sobole opus non habet. Ergo sexus in Deo non requiritur. ἀλτιον robur in in Genesi habet cap. 1. Masculum creauit, & feminam, &c. Et consentit pulchrè Aristoteles in Oeconomicis, qui ob id ipsum coniunctionem masculi & feminae maxime secundum naturam esse dicit. Sexus.) Græci carēt uoce alia, qua maris & feminae coniunctionē, id est σὺνδύασι μου ἀνδρός καὶ θήλε & significāt, quàm φύ-

σεως: & sexus aliquando naturæ uocabulo appellatur. Sexus è Græcis fontibus fluit, est enim ἴψις, quæ prima qualitatis species est, & significat habitum. Latini sexus nomine utuntur, ut φύσεως Græci: ueluti Plato in Symposio, ubi de ἀνδρῶν γένει uerba facit, & Lucianus Timotheam διφύα uocat in Astrologia, qui ancipitis sexus à poetis fingitur. Deorum sexum explodit etiam Arnobius lib. 3. Quid opus est.)

Est in Orphicis, his uersiculis:

Ζεὺς ἀφ' ἧν γένετο, Ζεὺς ἀμύροτος ἐπλετο
νυμφῶν. Soranus reddidit:

Progenitor genitrixq; deum, Deus un' et omnis. Minutis animalibus.) apibus. nam mimesis Vergiliana est ex Georg. 4. Cæterum quomodo materia generandarum apum in folijs & herbis consistat, lege Plinium. Et suauibus herbis.) Obserua locum comparationis à minore. Quomodo dii cum mulieribus commisceantur, disputat Plutarchus in Numæ, & Aphthonius rhetor in fabula Daphnidis. Quia reges maximi.) Τηττες in Varia historia, de Hercule scribens, Ptolemæum autorem citat, quod reges omnes δῖας, reginas uerò θεῖας appellari fuerit solitum.

De Hercule, & eius uita & morte. CAP. IX.

30 **H**ercules, qui ob uirtutem clarissimus, & quasi Africanus inter deos habetur: nonne orbem terræ, & quem peragrassè ac expurgassè narratur, stupris, libidinibus, adulterijs inquinauit: nec mirum, cum esset adulterio genitus Almenæ. Quid tandem potuit in eo esse diuini, qui suis ipse uitijs mancipatus, & mares & fœminas contra omneis leges infamia, dedecore, flagitio affecit: Sed ne illa quidē, quæ magna & mirabilia gessit, talia iudicanda sunt, ut uirtutibus diuinis tribuenda uideantur. Quid enim tam magnificum, si leonem aprumq; superauit: si aues sagittis deiecit: si regium stabulum egressit: si uiraginem uicit, cingulumq; detraxit: si equos feroces cum domino interemit: Opera sunt ista fortis uiri, hominis tamen. Illa enim quæ uicit, fragilia & mortalia fuerunt. Nulla enim est (ut ait Orator) tanta uis, quæ non ferro ac uiribus debilitari frangiq; possit. At animum uincere, iracundiam cohibere, fortissimi est: quæ ille nec fecit unquam, nec potuit. Hæc qui faciat, non modò ego eum summis uiris comparo, sed similitimum Deo iudico. Vellem adiecisset de libidine, luxuria, cupiditate, insolentia, ut uirtutem eius imple-

40 ret, quem similem Deo iudicabat. Non enim fortior iudicandus est, qui leonem, quàm qui uiolentiam, & in seipso inclusam feram superat iracundiam: aut qui rapacissimas uolucres deiecit, quàm qui cupiditates auidissimas coeret: aut qui Amazonem bellatricem, quàm qui libidinem uincit, pudoris ac famæ debellatricem: aut qui simum de stabulo, quàm qui uitia de corde suo egerit: quæ magis sunt perniciofa, quia domestica & propria mala sunt, quàm illa quæ & uitari poterant, & caueri. Ex quo fit, ut ille solus uir fortis debeat iudicari, qui temperans est, & moderatus, & iustus. Quod si cogitet aliquis quæ sint Dei opera, iam hæc omnia quæ mirantur homines ineptissimi, ridi-

cula iudicabit. Illa enim non diuinis uirtutibus, quas ignorant, sed infirmitate suarum uirium metiuntur. Nam illud quidem nemo negabit, Herculem non tantum Eurystheo seruisse regi, quod aliquatenus honestū uideri potest: sed etiam impudicæ mulieri Omphale, quæ illum uestibus suis indutum, sedere ad pedes suos iubebat pensa facientem: detestabilis turpitudine, sed tanti erat uoluptas. Quid tu, inquiet aliquis, poetis ne credendum putas? Quidni putem? Non enim ista Lucilius narrat, aut Lucianus, qui dijs & hominibus nō pepercit: sed hi potissimum, qui deorum laudes canebant. Quibus igitur credemus, si fidem laudantibus non habemus? Qui hos mentiri putat, proferat alios quibus credamus autores, qui nos doceant qui sint isti dii, quomodo aut unde orti, quæ sit uis eorum, qui numerus, quæ potestas, quid in his admirabile, quid cultu dignum, quod deniq; certius ueriusq; mysterium. nullos dabit. Credamus igitur istis, qui non ut reprehenderent sunt locuti, sed ut prædicarent. Nauigauit ergo cum Argonautis, expugnauitq; Troiam, iratus Laomedonti ob negatam sibi pro filia salute mercedem: unde, quo tempore fuerit, apparet. Idem furore atq; insania percitus, uxorem suam cum liberis interemit. Hunc homines Deum putant. Sed Philoctetes eius hæres non putauit, qui facem supposuit arfuro, qui artus eius ac neruos cremari ac diffuere uidit, qui ossa eius ac cineres in Oetæo monte sepeliuit: pro quo munere sagittas eius accipit.

20

COMMENTARIVS.

Hoc caput uersatur in genere iudiciali, in statu qualitatis, uel potius finitimo. Quæstio siquidē finita est, utrum Hercules sit Deus. Illi aiunt, nos negamus. Hercules.) Cornutus dictum sic ait, quod ipse sit κλέϊσθαι, id est, eos illustrare gloria, qui facinus aliquod magnum gesserunt. Τζετζες κλέϊσθαι γῆς φησι. Alcæus prius uocatus, ut ex Menecrate Isacius refert. Deinde ex oraculo ἠρακλῆος cognominatus:

ἠρακλῆω δὲ σε φοῖβος ἐπῶνυμον ἔδονομαζει.

ἠρα γὰρ ἀνθρώποισι φόβου κλέϊσθαι ἄφθετον ἔφες.

Quasi Africanus.) Antonomastia non infestius, quæ mirificæ ad elevationē diuinitatis Herculeæ facit. Nam hic nōnihil splendoris Herculi deo ex hominis Scipionis cōparatione accedit, cū alioqui minora ex maiorib. sibi lumen acquirant. Nō celebratur alius inter Romanos uirtute præstantior Scipione: sic inter heroes ἀφθετον ἠρα Hercule non alius maiore fama claret. Stupris, libidinibus.) Clemens Alexandrinus illi hoc idem obiicit in Protreptico. Thespij enim filias quinquaginta compressit: Elienses mulieres cum exercitu suo concubere permisit: Chalcio pen Eurypyli filiam compressit: Iolen Euryti filiam ui abstrulit. Eius concubitus cum Alcimedontis filia, cum Omphale, & Thestiensibus, cum Auge, Pausanias diuersis locis tradit. Apud Arnobium libro 4. Thestius pro Thespio male le-

gitur, qui & in historia ab alijs uariat: nempe q̄ eas una nocte uirginitatis nomē deponere docuerit qui secundum alios singulis noctibus singulas mulieres fecerit. Nec mirum.) luxta prouerbium, Malus coruus malum ouum.

Alcmenæ.) Electryonis filia, Amphitryonis Thebani uxoris. Vide Amphitr. Plauti. Si leonem.) Nemæum, qui cū nec ferro, nec ære,

nec lapide uulnerari posset, obdurato ipsum ore, 30 manibus comprehensum suffocauit, pellem ipsius detractam corporis tegumentum ad futura pericula sibi sumpsit. Diodorus in 5. Addit Bocatius etiam Temnesium leonem. Aprum.) Mæ-

nalium (sue Erymanthium, Arcadiæ montem uastantem, caput iuuum. Aues sagittis.)

Stymphalidas, à Stymphalo Arcadiæ oppido & Stymphalide palude dictas: Harpyias, si Bocatio credimus. Pherecydes & Apollonius scribunt,

non sagittis, sed χαλκείω πλαταγῶν ἧνι χερσὶν τινάσσοντα. id est, æreo crepitu aculo timuentem deiecisse. Τζετζες χιλ. 6. Variæ historiae: ἐκτοῦ, ἑροτάλω τε χαλκῶ καὶ τόξοις ὄνους κτείνει τὰς τρέφουσας τοῖς ἄστροις ἢ συμφοὰ λίδι λίμνη. Si regium stabulum.)

Augiæ Phorbantidis: uel (ut alij uolunt) Neptuni, filij Solis, Heliensum regis stabulū, in quo tantum simi contractum erat, quantum ter mille bouum uix multis annis reddere potuerant. Is flumine Alphæo superinducto, purgauit aulā unius diei opere. Augiæ stabulum prouerbio locum fecit.

Si uirginem uicit.) Αμαζονῶν reginam. Iustinus,

Iustinus, qui lib. 2. Herculis cum Amazonibus bellum describit, non balteum, uel cingulum (ζωσῆς) sed arma habet. Varias de hac re sententias refert Isaacius Tzetzes in Lycophroniano commentario. Si equos feroces.) Diomedis Thracis equos, qui non communi equis pabulo, sed carnibus illuc diuertentium uescebantur. Captū Hercules Diomedem equis comedendum obiecit, equos postea Eurystheus sibi adductos Iunoni sacravit. Diodorus in 5. Palæphatus αὐτοφάγους Diomedis equos dictos putat, quod ἰπποτροφία eius facultates absumpserit. At animum uincere.) De hac uictoria lege Ambrosium in Off. ubi de fortitudine: & Erasmmum in milite Christiano. Virtutum cum uitijs monomachia elegantissima sunt apud Prudentiū. Eurystheum.) Ἐγυθίου ἀνδρὸς πρῶτος πρόνοια: Homerus Iliad. 7. Iupiter temere iactat, puerum eo die nasciturum, regem futurum fortissimū. Quibus Iuno intellectis, Lucinam obstetricē instruxit, ut præpedito Alcmenæ partu, Eurystheum in lucem proderet. Falsus itaq; Iupiter Iunonis docto, Eurystheo regnū concessit, ijs conditionibus, ut Hercules labores sibi ab Eurystheo iniunctos perficeret. Ioannes Tzetzes in 2 Chiliade uariæ historiæ hanc fabulam bifariam exponit: primum μάθυμα πικρότερος, deinde etiam ἄθυμα πικρότερος. Omphalæ.) Lydiæ reginæ, Iardanū filia, Tmoli coniugi: quæ
 30 (ut inquit Statius)
 Amphitryoniden exutum horrentia terga,

Pendere Sidonios humeris ridebat amictus,
 Et turbare colos, & tympana rumpere dextra.
 Et ut illi Aesculapius apud Lucianū exprobrat, πρῶτον δὲ τὸ ὀμφάλῃς χευστῶσαν δάλαρον. Phurnutus per Omphalen intelligit rationē, cuius dictamini Hercules post uitam sæuiorem se subiecerit. Lucilio.) Satyrico, uitiorū notatore acerrimo. Lucianus.) blasphemus, maledicus, imò potius atheos, teste Suida, cognominatus. Nauigauit cum Argonautis.) De quibus Orpheus, Apollonius, Valerius Flaccus. Extat etiam Catulli carmē. Licet de Argonautarum tempore nō certum aliquid propter uetustatem traditur, creduntur tamen nauigasse ante Euandri tēpora, anno ab orbe cōdito 2716. hoc est, ante Urbem conditam circiter 920. Pro filia salute.) Hesiōne, quæ pro sorte mōstro uoranda, saxo affixa erat. Promiserat autem Herculi equos diuino semine procreatos. Flaccus in Argonaut, 2. Bocatius lib. 6. cap. 6. Vide Comment. Homeri Iliad. 9. Furore atq; insaniam.) quo Iunone infesta correptus fuerat. Vide Herculem furentem apud Senecam, actū 4. Vide item Herculem furentem Euripidis. Uxorē.) Megaram, Creontis Menæcei filij natam. Sed Philoctetes.) Lege de hoc omnino Seruium Aeneidos tertio. Est etiam apud Sophoclem tragædia Philoctetis nomine. Cæterum de interitu eius, et ἐπεὶ θάσσε, lege Ouidium lib. 9. Metamorph. Eius historia est apud Philostratum in Heroicis, cap. 6.

De Aesculapio, Apollinis, Neptuni, Martis, Castoris & Pollucis, Mercurij atq; Liberi uita, & gestis. CAP. X.

Aesculapius & ipse non sine flagitio Apollinis natus, quid fecit aliud diuinis honoribus dignum, nisi quod sanauit Hippolytū? Mortem sanè habuit clariorem, quod à Deo meruit fulminari. Hunc Tranquillus, de uiris illustribus differens, ait incertis parentibus natum, expositum, & à uenatoribus inuentum, canino lacte nutritum: Chironi traditū, didicisse medicinam:
 40 fuisse autem Messeniū, sed Epidauri moratum. Tullius etiam Cynosurris urbe Arcadiæ ait sepultum. Quid Apollo pater eius? nōne ob amorem quo flagrabat, turpissimè gregem pauit alienum, & muros Laomedōti extruxit? cum Neptuno mercede conductus, quæ illi negari potuit impune: ab eoq; primò rex perfidus, quicquid cum dijs pepigisset, didicit abnegare. Idem foris mosum puerum & dum amat, uiolauit: & dum ludit, occidit. Homicida Mars, & per gratiam cædis crimine ab Atheniensibus liberatus, ne uideretur nimis ferus & immanis, adulterium cum Venere commisit. Castor & Pollux, dum alienas sponfas rapiunt, esse gemini desierunt. nam dolore iniuriæ concitatus Idas, alterum gladio transuerberauit. & eosdem poetæ alternis uiuere, alternis mori narrant: ut iam sint nō deorum tantum, sed omnium mortalium miserrimi, quibus semel mori non licet. Hos tamen Homerus ambos simpliciter (non ut poetæ solent) mortuos esse testatur. Nam cum faceret in

muris assidentem Priamo Helenam, cunctos Græciæ principes recogno-
scere, solos autem se fratres suos requirere, subiecit orationi eius huiusmo-
di uersum :

ὡς φάτο, τὸς δ' ἠδὲ κατέχον φουίλοος αἶα.

Fur ac nebulo Mercurius, quid ad famam sui reliquit, nisi memoriã fraudum
suarum? Cælo scilicet dignus, quia palæstram docuit, & lyram primus inue-
nit. Liberum patrem in senatu deorum summę autoritatis, primæq; esse sen-
tentię necesse est: quia præter Iouem solus omnium triumphauit, exercitum
duxit, Indos debellauit: sed inuictus ille Imperator Indicus Maximus, ab a-
more ac libidine turpissimè uictus est. Delatus enim Diam cum semiuero co-
mitatu, nactus est impudicam mulierem in littore, ac fiducia uictoriæ Indicæ
uir esse uoluit, ne nimium mollis uideretur: atq; illam patris proditricem, fra-
tris interemptricem, ab alio relictam & repudiatam, in coniugium sibi uendi-
cauit, & liberam fecit, & cum ea pariter ascendit in cælum. Quid omnium ho-
rum pater Iupiter, qui in solenni precatione Optimus Maximus nominatur?
nonne à prima sua pueritia impius, ac penè parricida deprehenditur? cum pa-
trem regno expulit ac fugauit: nec expectauit mortem decrepiti senis, cupi-
ditate regnandi: & cum paternum solium per uim, per arma cæpisset, bello
est à Titanibus laesissus, quòd humano generi principium fuit malorum,
quibus uictis, & pace in perpetuum comparata, reliquam suam uitam in stu-
pris adulterijsq; consumpsit. Omitto uirgines quas imminuit: id enim tole-
rabile iudicari solet. Amphitryonem ac Gyndarum præterire non possum:
quorum domos dedecore atq; infamia plenissimas reddidit. Illud uerò sum-
mæ impietatis ac sceleris, quòd regium puerum rapuit ad stuprum. Parum e-
nim uidebatur, si in expugnanda scæminarū pudicitia maculosus esset ac tur-
pis, nisi etiam sexui suo iniuriam faceret: hoc est uerum adulterium, quod fit
contra naturam. hæc qui fecit, uiderimus an maximus, certè optimus non est.
quod nomen à corruptoribus, ab adulteris, ab incestis abest: nisi fortè nos er-
ramus homines, qui talia facientes sceleratos uocamus, ac perditos, omni-
búsque pœnis dignissimos iudicamus. Stultus autem Marcus Tullius, qui

C. Verri adulteria obiecit: eadem enim Iupiter, quem colebat, admisit.

qui P. Clodio sororis incestum: at illi Optimo Maximo
eadem fuit & soror & coniunx,

COMMENTARIUS.

Aesculapius & ipse non sine flagi-
tio Apollinis.) Bocatius libro nono, capite
uigesimo sexto de hoc. Sed inter authores de no-
mine matris non conuenit. Hesiodo, Homero, O-
uidio, Coronis Phlegæ filia, mater Aescula-
pij est. Sed Pindaro eadem Arsinoc. Alij eam
Leueippi Lacedæmonij filiam faciunt. Autorem
citatur Ianus Parrhasius Aristidē. Tzetzes in Va-
ria historia refert ἠπίου ante uocatum fuisse: po-
stea uerò ἄσκληπιου, quòd Asclen Epidauri ty-
rannū sarrarit. uel ὡς δ' σκελετωῶν, καὶ θνή-
σκεν εὖς ἀσθεώπους, eo quòd non sineret labe
factari & mori homines. Sive, ut alter Tzetzes
Isacius apud Lycophronē, ὡς ἀσκελοπιός τις
ἔω. Hic Epidauri tyrannum non Asclen, sed Au-
nen nominat: Hæpium uerò ipsum Aesculapium,

ἢ τὸ πρῶτον καὶ ἠσχυρὸν εἶν. Varias sententias
refert Pausanias in Corinthiacis. Quid fe-
cit diuinis honoribus dignum.) Non
negat Lactantius, quòd Diodorus in quinto de eo
scribit, quòd nimirum quamplurimos de sanitate
desperantes, à morte liberarit: neque quòd Pinda-
rus τῶν τὸ δ' ἀπαῦ ἀλκίτῃρα νόσῳ facit.
Hoc fortè cum alijs commune habuit. Sed Medi-
ci, & cum primis Galenus, scribunt τὸ λέγειν ἰα-
τρικῶν, καὶ τοῖς ἑαυτοῖς μόρσι συμπλε-
ρωμένῳ, τὴν μὲν ὡς ἀληθῶς θεῖον, ἀσκλη-
πιου μόνου εὐεργεσίαν. Socrates quoque apud
Platonem Politic. 3. an Dei filius fuerit ambigit:
εἰ μὲν (φίσι) θεὸς ἴν, ἢ κὼ φήσομεν αἰχμο-
κόρδης· εἰ δὲ αἰχμοκόρδης, ἢ κὼ θεὸς.
Hippolytum.) Alio nomine Virbius dictus,
Hippoly

Hippolyti nomen ab eueitu habet, ὅτι ἀπὸ τῆς ἱππο-
 πω λυόμενος. Fugiens enim patris irā, eo quod
 a Phædra nouerca sollicitati stupri falso accusa-
 batur (ut est apud Euripidem & Senecam) ab
 equis marino monstro territis discerptus est. Oui
 dius in 15. fabulam enarrans, etiā hoc addit, quo-
 modo ab Aesculapio curatus sit. Et certē admi-
 rationem meretur, quod curarit illud unum, ut Oui-
 dius ait, quod erat omnia uulnus. Vide ad hæc Bo-
 10 catus libro decimo, capite quinquagesimo. Ma-
 crobius libro primo Saturnalium, capite uige-
 simo, ait Aesculapium uim esse salubrem de sub-
 stantia solis, subuenientem animis corporibusq;
 mortalium. Mortem sanē habuit cla-
 riorē.) De hoc Vergilius libro septimo Aeneidos:

Pæonijs reuocatum herbis, & amore Dianæ.
 Tum pater omnipotens, aliquem indignatus ab
 umbris

20 Mortalem infernis ad lumen surgere uitæ,
 Ipse repertorem medicinæ talis, & artis,
 Fulmine Phœbigenam Stygias detrusit in undas.
 Lege præterea Diodorum Siculum in quin-
 to. Plato libro tertio de Republica disputat, u-
 trum uir bonus fuerit Aesculapius. Quia ue-
 rō pecuniæ cupiditate adductus, hominem di-
 uitum uitæ restituerit, fulmine periit. Vnde
 colligit ex Iouis præiudicio Plato, in uiris bonis
 Aesculapium non esse habendum. Tertullianus
 30 in Apologetico. Arnobius libro quarto, capite
 decimotertio, Pindarum huius auaritiæ citat
 authorem. Pindari locus est ode tertia Py-
 thiorum:

ἀλλὰ κέρδιαι καὶ σοφία δίδεται,
 ἔτραπε καὶ κέρδιον ἀγαθόν ἐστι
 δῶ. χρυσὸς γὰρ χρὸς ἰφάνει,
 ἀνδρῶν ἐκ θανάτου κωμιοσαι,
 ἢ δὴ ἐαλωσῶτε: & quæ sequuntur.

Tranquillus ait incertis parenti-
 40 bus natum.) Bocatus libro quinto, capite
 decimonono. hunc locum citat, ut Theodontij o-
 pinionem roboret, qui negat Aesculapium ex A-
 polline, sed ex Aemonio quodā & Coronide na-
 tum. Sed hæc diuersitas ferē uniuersum in tri-
 bus Aesculapijs inuenitur singulis, quos Cicero
 de Natura deorum enumerat: unde illa quæ La-
 ctantius porrō habet, desumpta uidentur.
 Chironi traditum.) De hoc idem Pinda-
 rus, eadem oda. Germanicus Cæsar in Arati
 50 Phænomenis scribit, Cheironem in Pelio mon-
 te inter homines æquissimum habitasse, ab eodq;
 Aesculapium medicina, Achillem cithara, Her-

culem astrologia institutum fuisse. Cyno-
 furis urbe Arcadiæ.) λευόστρα, inquit
 Stephanus, ἀπὸ ἀρκάδας, ἀπὸ κνωστῶν τῶν
 ἔργων. Cæterum Clemens Romanus episcopus
 in Epidauro eius sepulchrum fuisse dicit, & (ut
 hæc obiter dicamus) Mercurij Hermopoleos,
 Veneris in Cypro, Martis in Thracia, Liberi a-
 pud Thebas, Herculis apud Tyrum. Quid
 Apollo pater eius? Hoc de Apollinis a-
 pud Admetum seruitute uariē narratur. Vna
 est, eā que communior sententia, quod quam
 Apollo, interclusa sibi uindictæ uia, nō posset
 Ioui nocere, quod Aesculapium fulmine neca-
 set, fulminum fabros Cyclopas interfecit: ob
 quod factum datus est Admeto regi Thessaliæ in
 seruitutem, ab eo tamen liberaliter tractatus,
 apud Hyginum & Seruium legitur, capite quin-
 quagesimo. Bocatus ex Theodontio docet, A-
 pollinem apud Arcadas seuerius regnasse, ibiq;
 propter crebras leges Nomium fuisse uocatum:
 & ob id a subditis pulsus, ad Admetum Thes-
 salia regem confugisse, ibi que secus Amphryo-
 sum flumen populis imperasse: atque hinc na-
 tam esse fabulam. Nomios Arcas quartus est
 apud Ciceronem de Natura deorum: ille qui ex
 Latona & Ioue, tertius. Suggillant hoc nomi-
 ne Apollinem etiam Tatianus & Arnobius li-
 bro quarto. Et Laomedonti mu-
 ros.) Meminit Tertullianus in Apologetico, ca-
 pite decimotertio: atque item Tatianus contra
 Græcos. Si fabulis credimus, non impune frau-
 dem tulit Laomedon. Neptunus siquidem inun-
 dationem, Apollo pestem in urbem immise-
 runt. Quod malum ut arceret, consuluit oracu-
 lum. Responsum que accepit, uirgines ceto obij-
 ciendas esse: de quo supra de Hercule dictum
 est. Ouidius libro undecimo Metamorphoseon
 fabulam habet. Hyginus capite octuagesimo no-
 no paulo aliter refert: nempe quod cete Neptu-
 nus in uisionem miserit. Hoc dissimulat Lactan-
 tius, nisi forte ad Homeri relationem magis
 respexerit, apud quem tamen Iliad. φ. Neptunus
 sic Apollinem alloquitur:

ἦτοι ἐγὼ τρώεσσι πόλιμ καὶ τείχος ἔδειμα
 ἐρέω τε, καὶ μάλα κελόν, ἢ ἀφηνήσας πό-
 λιν εἶν,
 φοίβῃ σὺ δ' εἰλίπιδας ἔλασας βῆς βυκ-
 λείσκαδ,
 ἴδης γὰρ κνημοῖσι πολυπύχῃ ὑλκίεσθς.

Vnde Neptunus Lycophroni τεχρόπιος δι-
 ctus: Laomedon νερό κώραως ψαυδομύπη,
 c 4 ni que

ut qui Herculi, cui equos immortales religiose promiserat, iusiurandū sefellit: quod etiam Hyacinthi epitheton est apud Nicandrum. Porro hic etiam locum habere potest πολύθλωος, siue (ut alij legunt) Χαλόθλωος, ὅς ὁ φάει ἐθλώσων. Alij putāt esse eum, qui in folijs habet αἰ αἰ, quib. doloris affectus à Græcis exprimitur. Vnde Politianus:

Hic Salaminici scribunt sua nomina flores.

Formosum puerum.) Hyacinthū Amyclæ & Diomedæ filii, Cynorti fratrem, qui ab Apolline ualde adamatus est. Sed ab eodem per imprudentiam quoq; occisus, lusu disci, qui ab Apolline iactus, in Hyacinthi caput cecidit. & cum Apollo diu multumq; artem suam nequicquam experiretur, Hyacinthum in florem sui nominis conuertit: qui flos suauiter rubens Vergilio dicitur. Fabula est apud Ouid. lib. 10. Metamorph. apud Nicandrum in Theriacis, apud Lucianū in dialogo Mercurij & Apollinis priore. Mythologia est apud Palæphatū: & apud Ioan. Tzetzen Chil. 1. uariæ historiæ. Traditur hæc de Hyacintho fabula etiam à Tatiano contra Græcos, ab Arnobio libro 4. quorum hic lōgum amorum eius recenset catalogū. Mars.) Ab hoc iudicio, apud Valde Inst. antiquis, Areopagum dictū, ex Pausania & Suida indicauimus. Et Suidas dictum ait à priuatiuo α, & ῥῶ, τὸ λέγω, eo quod in bello manibus, non uerbis opus est. Heracles uero Ponticus, ὁ ἀρῆς ὁ δ' ἰδὲν ἄλλο, πλὴν ὁ πόλεμος, πρὸ τῶ ἀρῶ ἀνομασμένῳ, ἢ πρὸ δὲ Βλάειν, id est damnū. & id manifestū esse docet autoritate Homericā, qui eum nominat μακρόμυρον, τυκτὸν κακόν, ἄλλο πρὸ σπῆλλον. & præsertim Iliad. 6. ἀρῶν ἀρῶν, βροτολοιγέ, μιαιφόνε, τέλει χροσι πλῆντα. Hinc Pindaro βιατῆς & ἄλλῳ dictus est. Latinorum alijs funestus, alijs sanguineus, alijs sæuus, &c. Adulterium.) Describitur ab Homero Odys. 8. ab Ouid. lib. 4. Metamorph. & apud Lucianum Apollinis & Mercurij dialogo. Mythologias quære apud Plut. in uita Homeri. & apud Proclū in Cōment. in Plat. de Repub. cap. 14. Arnobius aduersus gentes lib. 5. dum recenset, cōsutat. Andron quidam statuarius Harmoniā ex hoc adulterio natā finxit. quæ fabula etiā apud Ouid. lib. 6. extat. taxatur à Tatiano. Castor & Pollux alienas sponsas.) Leucippii filias, Phœben & Næiran, Idæ & Lyncei Apharæi filiorum sponsas. Historia extat apud Ioan. Tzetzen Chil. 2. uariæ historiæ. nuptiæ pietæe fuere à Polygnoto, teste Pausania. Idas.) Quem, ut Homeri commentator ait, Lu-

pter iratus fulmine petijt. Ouid. in 5. Fastorum nonnihil dissentit. Vide præterea Bocatium lib. 11. cap. 7. & Hyginum capite 80 fabularum. Lucianum in dialogo Apollinis & Mercurij.

Homerus.) Locus est Iliad. 7. & apud Ciceronem de Natura deorum 3. Versus Homeri est, ὅς φάτο, τὸ σὸ' ἴδου κατέχων φυσίσοος αἰα. Hinc Arnobius libro quarto probat, eos esse mortales. Mercurius fur ac nebulo.) Aristophanes in Pluto, eum τοιχογύχου, id est effractorem parietum uocat. Alij Βυκλόπυρον, id est boum furem. alij δόλιον καὶ ἐλεπῆσω, per quod uim occultorum ostendere uoluerunt, teste Phurnuto. Et apud Suidam ἐρμαίου δὲ τῷ κακόνθω, ἀπὸς ἰδριεύς. Vide prouerbium Mercuriale, apud Erasmus. Astrologi dicunt, quum Mercurius sit in sexto loco ab horoscopo, & decimo ab horoscopo loco nulla sit stella, geniturā quæ noctu fiat, furtis & malis artibus operam daturam. Author Iulius Firmicus libro tertio, capite octauo. Fulgentius in Mythologicis: Hunc, inquit, deum furti, & præfulem uolunt, quod nihil intersit inter negociantis rapinam atq; periurium, furantisq; deierationem & raptum. Palæstram docuit.) Horatius lib. 1. ode 10. Mercurij artes enumerat:

Mercuri sacunde nepos Atlantis,

Qui feros cultus hominum recentum

Voce formasti catus, & decora

More palæstræ.

Te canam magni Iouis & deorum

Nuncium, curuæq; Iyræ parentem,

Callidum quicquid placuit iocoso

Condere furto.

Vide eundem Horatium libro tertio, ode 11. & omnino Homeri hymnum in Mercurium.

Liber pater.) Liberi patris historia extat apud Diodorum libro 5. Orosius libro primo, capite nono, Lactantio subscribit his uerbis: Ea tempestate subactam Indiam Liber pater sanguine madefecit, cædibus oppleuit, libidibus polluit, gentem utique nulli unquam hominum obnoxiam, uernacula tantum quiete contentam. Eius stratagemata aliqua enumerat Polyænus prima Chibiade. Vide ad hæc Bocatium libro 5. cap. 25. & Arrianum libro octauo. In senatu deorum.) Allegoria ridicula. Intellige duodecim Consentes deos. quamuis ab Ennio inter cæli senatores nō numeretur, ubi hoc disticho totiū complectitur Senatū:

Iuno, Vestā, Minerua, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Iouis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Sed

Sed his adscribitur Liber pater cum alijs quibusdam, quos alij Selectos, alij Patres conscriptos, alij Patricios: Lactantius noster alicubi Maiorū gentium deos uocat, ubi de his plura. Præter Iouem solus.) Macrobius & Diodorus sine exceptione solum triumphasse testantur. Sed de Ioue post. Dia.) Ex hac & Nysa uidetur Dionysij nomen acquisiuisse. Sed alij aliter: & Phurnutus uarias opiniones recenset. Semi uiro.) Quia nō modō uiros in exercitu, sed etiam mulieres secum habuit, Bacchantes nimirum thyrigeras, de quo uide etiam Augustinum de Ciuitate Dei lib. 18. cap. 13. Scribit etiam Diodorus, Bacchum in India amoribus fuisse implicatū. Sed nondum expeditum est, quo, aut cuius Veneris amore captus fuerit. Verū qui finem quarti libri apud eundem Diodorū legunt, facile animaduertunt, uni Dionysio tribui, quæ pluriū fuerunt. Sed hos errores Lactantius pulchrè dissimulat, ut errantes capiat. Mirum quod de miserabili ipsius interitu nihil, de quo scriptorum libri sunt referri. Iupiter in solenni precat.) cuius Cicero pro C. Rabirio meminit. Opt. max.) Iouem Capitolinum propter beneficia populus Romanus Optimum, propter uim Maximum nominauit: ut author est Cicero in epilogo orationis pro Domo sua, & de Natura deorū 2. Bocatius lib. 2. cap. 2. Cum patrem regno expulit.) Historiæ sensus est, Saturnum Cretæ regem à Ioue filio regno pulsum, se contulisse ad Ianum in Italiam. Atqui sic quidem Latini. Græci uerò Iouem scribunt, eo quod liberos uorauerit, uinctum tenuisse parentem. Vergil. 3. sub persona Euandri:
Primus ab æthereo uenit Saturnus Olympo,
Arma Iouis fugiens, &c. Augustinus libro 7. de Ciuit. Dei, cap. 26. negat se moras facturum in huius erroris confutatione, cum plures exiiterint qui græcè latineq; Euhemeri & Ennij

sacras historias impugnarint. Apud Ciceronē de Natura deorū 2. & Macrobi. lib. Saturn. 1. cap. 8. hæc fabulæ ad physicam referuntur. Vtrum hoc iustè factum sit, disputatur etiam à Platone in Euthyphrone. Et Lucianus suggillat in oratiōe de Sacrificijs. Petrus Martyr lib. 2. legationis Babylonice, negat hodie quicquā in Creta uel de Saturno uel de Ioue sciri. A Titanibus.) De Gigantomachia scripserunt Hesiodus in Theog. & Ouidius in 5. Metamorph. Extat de hac carmen Claudiani non absolutum. Lege plura apud Bocatium lib. 4. Amphitryonem! ac Tyndarum.) De Amphitryone supra dictum est. Tyndarus rex Lacedæmoniorū Ledam Thestij filiam coniugem habuit. Quæ ex Ioue Castorem & Pollucem, Helenam item & Clytemnestram peperit. Congressus autem cum Leda, in cygnum conuersus dicitur. Ouid. in 6.

Fecit olorinis Ledam recubare sub alis, &c. Bocatius lib. 11. cap. 7. Regium puerum.) Ganymedem, Trois filium. De huius raptu Homerus Iliad. v. Vergil. Aeneid. 5. Lucianus aliquot ordinē dialogis: Germanicus Cæsar in Aquario: Bocatius libro 6. capite 4. Iouis libido prouerbio locum fecit, Iupiter orbis. Et soror & coniunx.) Mimesis. Verg. Aeneid. 1. Ast ego quæ diuū incedo regina, Iouisq;
Et soror & coniunx, &c. Item Ouid. lib. 3.

— perdam, si me gemmanita dextra
Sceptra tenere decet: si sum regina, Iouisq;
Et soror & coniunx, &c. Mythologiam quære apud Macrobiū, Plutarchum, Phurnutum, & alios: Iouis metamorphoses & adulteria, stupræq; criminatur etiam Arnobius lib. 9. & Epiphanius in Ancorato. Theologus quasdam metamorphoses, ad Nemesium scribens, uno uersiculo est complexus:
τρούργος, λίκυρος, ἕξις, ὄψις, πείσις, ἑπάρωτα.

De Iouis ortu, uita, regno, nomine & morte: & de Saturno & Vrano. CAP. XI.

Q Vis est igitur tam excors, qui hunc in cælo regnare pūtet, qui ne in terra quidem debuit? Nō infulse quidam triumphum Cupidinis scriplit: quo in libro nō modō potentissimū deorum Cupidinē, sed etiā uictorē facit. Enumeratis enim amorib. singulorū, quib. in potestatē Cupidinis ditionēq; uenissent: instruit pompā, in qua Iupiter cū cæteris dijs ante currū triumphantis ducit̄ catenatus. Eleganter id quidē à poeta figuratū: sed tamen nō multū distat à uero. Qui em̄ uirtutis est expers, qui cupiditatib. ac libidinibus malis uincitur: nō Cupidini (ut ille finxit) sed morti subiectus est sempiternæ. Sed omittamus de morib. dicere, rem cōsideremus: ut intelligāt homines, in quibus miseri uersent̄ erroribus. Regnare in cælo Iouē uulgus existimat: id & doctis

doctis pariter & indoctis persuasum est, quod & religio ipsa, & preces, & hymni, & delubra, & simulachra demonstrant. Eundem tamen Saturno & Rheam genitum confitentur. Quomodo potest Deus uideri, aut (ut ait Poeta) hominum rerumque repertor, ante cuius ortum infinita hominum millia fuerunt: eorum scilicet, qui Saturno regnante uixerunt, ac priores luce quam Iupiter sunt potiti. Video alium deum regem fuisse primis temporibus, alium consequentibus. Potest ergo fieri, ut alius sit postea futurus. Si enim regnum prius mutatum est, cur desperemus etiam posterius posse mutari? nisi forte Saturnus generare potuit fortiolem, Iupiter non potest. Atqui diuinum imperium aut semper immutabile est, aut si est mutabile (quod fieri non potest) semper utique mutabile est. Potest ergo Iupiter regnum amittere, sicut & pater eius amisit ita plane. Nam cum idem neque uirginibus neque maritatis unquam peperisset: abstinuit se tamen una Thetide, quod responsum fuit, maiorem patre suo futurum, quisquis ex illa natus esset. Primum in eo imprudentia, non Dei: cui nisi Themis futura dixisset, ipse nesciret: si autem diuinus non sit, ne Deus quidem sit: unde ipsa diuinitas nominatur, ut ab homine humanitas. Deinde conscientia imbecillitatis, qui timuit utique maiorem. quod qui facit, scit utique profecto, non esse se maximum, quando quidem potest aliquid maius existere. Idem per Stygiam paludem sanctissimè iurat,

Vna superstitio superis quæ reddita diuis.

Quæ est ista superstitio? aut à quo reddita? Est ergo aliqua potestas maxima, quæ peierantes deos puniat. Quæ tanta formido est paludis infernæ, si sunt immortales? quid metuunt eam, quæ uisuri non sunt, nisi quos mori necesse est? Quid igitur homines oculos suos in cælum tollunt? quid per superos deierant, cum ipsi superi ad inferos deuiuantur, ibique habeant quod uenerentur & adorent? Illud uerò quale est? esse fata, quibus dii omnes & ipse Iupiter pareat? Si Parcarum tanta uis est, ut plus possint quam cælestes uniuersi, quamque ipse rector ac dominus: cur non illæ potius regnare dicantur, quarum legibus ac statutis parere omnes deos necessitas cogit? Nunc cui dubium est, quin is qui alicui rei obsequitur, maximus non sit? nam si sit, non accipiat facta, sed faciat. Nunc ad illud quod omiseram redeo. In una itaque sola fuit contentior, cum eam deperiret, & non uirtute aliqua, sed metu successoris. Quæ formido utique eius est qui sit & immortalis, & imbecillis, & nihili: quippe qui potuit & tunc cum nasceretur extingui, sicut frater eius ante genitus extinctus est: qui si uiuere potuisset, nunquam minori concessisset imperium: ipse autem furto seruatus, furtim que nutritus, Ζεὺς siue Ζῶν appellatus est, non ut isti putant, à seruore cælestis ignis, uel quod uitæ sit dator, uel quod animantibus inspiret animas: quæ uirtus solius Dei est (quam enim possit inspirare animam, qui ipse accepit aliunde?) sed quod primus ex liberis Saturni maribus uixerit. Potuerunt igitur homines alium deum habere regem, si Saturnus non fuisset ab uxore delusus. At enim poætæ ista finxerunt. Errat, quisquis hoc putat, illi enim de hominibus loquebantur: sed ut eos ornaret, quorum memoriam laudibus celebrent, deos esse dixerunt. Itaque illa potius ficta sunt quæ tanquam de dijs, non illa quæ tanquam de hominibus locuti sunt: quod clarum fiet exemplo quod inferemus. Danaen uiolaturus Iupiter, aureos nummos largiter in sinum eius infundit. Hæc stupri merces fuit. At poætæ, qui quasi de Deo loquebantur, ne auctoritatem creditæ maiestatis infringent, finxerunt ipsum in aureo imbri delapsum, eadem figura qua imbres ferreos dicunt, cum multitudinem telorum sagittarumque describunt. Rapuisse dicitur in aquila catamitum. Poeticus color est. Sed aut per legionem rapuit, cuius insigne aquila est: aut nauis in qua est impositus, tutelam habuit in aquila figuratam: sicut taurum, cum rapuit & transiit Europam. Eodem

Eodem modo conuertisse in bouem traditur Io Inachi filiam, quæ ut iram Iu-
 nonis effugeret, ut erat iam sētis oblita, iam bos, tranasse dicitur mare, in Aeg-
 yptumque uenisse: atq; ibi recepta pristina forma, dea facta, quæ nunc Isis
 uocatur. Quo igitur argumento probari potest, nec Europam in tauro se-
 disse, nec Io factam bouem? Quod certus dies habetur in Fastis, quo Isidis na-
 uigium celebratur, quæ res docet non tranasse illam, sed nauigasse. Igitur qui
 sapere sibi uidentur, quia intelligunt uiuum terrenumq; corpus in cælo esse
 non posse, totam Ganymedeam tabulam pro falso repudiant: nec sentiunt in
 terra id esse factum, quia res ac libido ipsa terrena est. Non ergo res ipsas ge-
 stas finxerunt poetæ (quod si facerent, essent uanissimi) sed rebus gestis ad-
 10 diderunt quendam colorem. Non enim obtrectantes illa dicebant, sed orna-
 re cupientes. Hinc homines decipiuntur: maxime quod dum hæc omnia fi-
 cta esse arbitrantur à poetis, colunt quod ignorant, nesciunt enim qui sit poe-
 ticæ licentiæ modus, quousque progredi fingendo liceat: cum officium poe-
 tæ sit in eo, ut ea quæ gesta sunt uerè, in alias species obliquis figurationibus
 cum decore aliquo conuersa traducat. Totum autem quod referas fingere,
 id est ineptum esse, & mendacem potius quam poetam. Sed finxerunt ista
 quæ fabulosa creduntur: num etiam illa quæ de dijs foeminis, deorumq; con-
 nubijs dicta sunt? Quæ igitur sic figurantur, sic coluntur? nisi forte non
 20 tantum poetæ, sed & pictores etiam, fictores que imaginum mentiuntur. Si
 enim hic Iupiter, qui à uobis dicitur Deus, non is est qui ex Saturno & Ope
 natus est: non oportuit nisi unius simulachrum in templis omnibus colloca-
 ri. Quid sibi mulierum effigies uolunt? quid sexus infirmus? In quem si ceci-
 dit iste Iupiter, tum uerò ipsi lapides hominem fatebuntur. Mentitos aiunt
 esse poetas, & his tamen credunt: imò uerò non esse mentitos, re ipsa pro-
 bant. Ita enim deorum simulachra confingunt, ut ex ipsa diuersitate sexus ap-
 pareat esse uera quæ dicunt poetæ. Nam quod aliud argumentum habet
 imago Catamiti, & effigies aquilæ, cum ante pedes Iouis ponuntur in tem-
 plis, & cum ipso pariter adorantur: nisi ut nefandi sceleris ac stupri memoria
 30 maneat in æternum? Non igitur à poetis totum fictum est: aliquid fortasse
 traductum, & obliqua figuratione obscuratum, quo ueritas inuoluta tegeretur:
 sicut illud de sortitione regnorum. Aiunt enim Ioui cælum obtigisse,
 Neptuno mare, inferna Plutoni. Cur non terra potius in sortem tertiam uenit?
 nisi quod in terra gesta res est. Ergo illud in uero est, quod regnum or-
 bis ita partiti sortiti que sunt, ut Orientis imperium Ioui cederet, Plutoni
 (cui cognomen Agesilao fuit) pars Occidentis obtingeret: eo quod plaga
 Orientis, ex qua lux mortalibus datur, superior, Occidentis autem inferior
 esse uideatur. Sic ueritatem mendacio uelauerunt, ut ueritas ipsa persuasioni
 publicæ nihil derogaret. De Neptuni sorte manifestum est, cuius regnum
 40 tale fuisse dicimus, quale M. Antoni fuit, infinitum illud imperium, cui totius
 oræ maritimæ potestatem senatus decreuerat, ut prædones persequeretur,
 ac mare omne pacaret. Sic Neptuno maritima omnia cum insulis obuenerunt.
 Quomodo id probari potest? Nimirum ueteres historiæ docent.
 Antiquus author Euhemerus, qui fuit ex ciuitate Messana, res gestas Iouis
 & cæterorum qui dij putantur, collegit: historiam que contexit ex titulis
 & inscriptionibus factis, quæ in antiquissimis templis habebantur, maxi-
 me que in fano Iouis Triphylj, ubi auream columnam positam esse ab ipso
 Ioue, titulus indicabat: in qua columna gesta sua perscripsit, ut monumen-
 tum posteris esset rerum suarum. Hanc historiam & interpretatus est En-
 50 nius, & secutus. cuius hæc uerba sunt: Iupiter imperium Neptuno dat ma-
 ris, ut insulis omnibus, & quæ loca secundum mare essent, omnibus regna-
 ret. Vera sunt ergo quæ loquuntur poetæ, sed obtentu aliquo, specièque uelata.
 Potest

Potest & mons Olympus figuram poetis dedisse, ut Iouem dicerent coeli regnum esse sortitum, quod Olympus ambiguum nomen est, & mōtis & coeli. In Olympo autem Iouem habitasse docet historia eadem, quæ dicit: Eadem tempestate Iupiter in monte Olympo maximam partē uitæ colebat, & eò ad eum in ius ueniebant, si quæ res in controuersia erant. Item, si quis quid noui inuenerat, quod ad uitam humanam utile esset, eò ueniebat, atq; Ioui ostendebat. Multa in hunc modum poetæ transferunt, non ut in deos mentiantur quos colunt, sed ut figuris uarijsq; coloribus uenustatem ac lepōrem carminibus suis addant. Qui autem non intelligunt quomodo aut quare quidq; figuretur, poetæ uelut mendaces & sacrilegos insequuntur. Hoc errore decepti etiam philosophi, quod ea quæ de Ioue feruntur, minimè in Deum conuenire uidebantur, duos Ioues fecerunt: unum naturalem, alterum fabulosum. Viderunt ex parte quod erat uerum, eum scilicet, de quo poetæ loquuntur, hominem fuisse. In illo autem naturali Ioue uulgaris consuetudine religionis inducti, errauerunt, quod in Deum nomen hominis transtulerunt: qui (ut supra diximus) quia solus est, non indiget nomine. Iouem autem illum esse, qui sit ex Ope Saturnoq; natus, negari non potest. Vana igitur persuasio est eorum, qui nomen Iouis summo Deo tribuunt. Solent enim quidam errores suos hac excusatione defendere, qui conuicti de uno Deo, cum id negare nō possunt, ipsum se colere affirmant: uerum hoc sibi placere, ut Iupiter nominetur: quo quid absurdius? Iupiter enim sine contubernio coniugis filiaq; coli non solet. Vnde quid sit, apparet: nec fas est id nomen eò transferri, ubi nec Minerva est ulla, nec Iuno. Quid, quod huius nominis proprietates non diuinam exprimit, sed humanam? Iouem enim, Iunonemq; à iuuando esse dictos, Cicero interpretatur. Et Iupiter, quasi iuuans pater dicitur, quod nomē in Deo minimè congruit: quia iuuare hominis est, opis aliquid conferentis in eū qui sit alienus, & exigui beneficij. Nemo sic Deum precatur, ut se adiuuet, sed ut seruet, ut uitam salutemq; tribuat: quod multo plus ac maius est, quam iuuare. Et quoniam de patre loquimur, nullus pater dicitur filios iuuare, cum eos generat aut educat. Illud enim leuius est, quam ut eo uerbo magnitudo paterni beneficij exprimat. Quanto id magis inconueniens est Deo, qui uerus est pater, per quē sumus, & cuius toti sumus, à quo fingimur, animamur, illuminamur, qui nobis uitam impertit, salutem tribuit, uictum multiplicem subministrat? Non intelligit beneficia diuina, qui se iuari tantummodo à Deo putat. Ergo non imperitus modò, sed etiam impius est, qui nomine Iouis uirtutem summæ potestatis imminuit. Quare si Iouem ex rebus gestis, & ex moribus hominem fuisse, in terraq; regnasse deprehendimus: superest, ut mortem quoq; eius inuestigemus. Ennius in sacra historia, descriptis omnibus quæ in uita sua gessit, ad ultimum sic ait: Deinde Iupiter postquam terram quinquies circūiuit, omnibusq; amicis atq; cognatis suis imperia diuisit, reliquitq; hominibus leges, mores, frumentaq; parauit, multaq; alia bona fecit, immortalis gloria memoriaq; affectus, sempiterna monimēta suis reliquit: ætate pessima acta, in Creta uitam commutauit, & ad deos abiit, eumq; Curetes filij sui curauerunt, decoraueruntq; eum: & sepulchrum eius est in Creta, in oppido Gnofo: & dicitur Vesta hanc urbem creauisse: inq; sepulchro eius est inscriptum antiquis literis Græcis, ὁ ζεὺς τῶ κρήνης, id est Latine, Iupiter Saturni. Hoc certè non poetæ tradunt, sed antiquarum rerum scriptores: quæ ad deò uera sunt, ut ea Sibyllinis uersibus confirmentur, qui sunt tales:

*Δαίμονας ἀψύχους, νεκρῶν εἰδῶλα καμὸν τῶ
ὄμ κρητι καύχουμα τῆφους ἢ δ' ὕσμωρος ἴχει.*

Cicero de Natura deorum, cum tres Ioues à theologis enumerari diceret, ait tertium fuisse Cretensem, Saturni filium, cuius in illa insula sepulchrum ostenditur:

ditur. Quomodo igitur potest Deus alibi esse uiuus, alibi mortuus: alibi habere templum, alibi sepulchrum? Sciant ergo Romani, Capitolium suum, id est summum caput religionum suarum publicarum, nihil esse aliud quam inane monumentum. Veniamus nunc ad eius patrem, qui ante regnauit, & qui fortasse plus habebat in se, quod ex coitu tantorum elementorum genitus esse dicatur. Videamus quid in eo fuerit Deo dignum. In primis illud, quod aureum seculum narratur habuisse, quod iusticia sub eo fuerit in terra. Teneo aliquid in eo, quod in eius filio non fuit. Quid enim tam conueniens Deo, quam iustum regimen, ac pium seculum? Sed quum eadem ratione natum esse cogito, non possum putare Deum summum, quod uideam esse aliquid antiquius, coelum scilicet, atque terram. At ego Deum quaero, ultra quem nihil est omnino, qui fons & origo sit omnium rerum. Hic sit necesse est, qui coelum ipsum condidit, terramque fundauit. Saturnus autem si ex his natus est (ut putatur) quomodo potest Deus esse principalis, qui alijs ortum suum debet: aut quis praefuit mundo, antequam Saturnus gigneretur? Sed hoc poeticum est (ut dicebam paulo ante) figmentum. nec enim fieri poterat, ut elementa insensibilia, tantoque interuallo separata, in unum coirent, ac filium procrearent: aut is qui natus esset, non potissimum genitoribus similis existeret: sed eam formam gereret, quam parentes sui non habebant. Quaramus ergo, quid ueritatis sub hac figura lateat. Minutius Felix in eo libro qui Octavius inscribitur, sic argumentatus est: Saturnum, cum fugatus esset a filio, in Italiamque uenisset, Coeli filium dictum: quod soleamus eos, quorum uirtutem miremur, aut qui repentinò aduenerint, de caelo cecidisse dicere: terra autem, quod ignotis parentibus natos, terrae filios nominemus. Sunt haec quidem similia ueri, non tamen uera: quia constat etiam tum, cum regnaret, ita esse habitum. Potuit & sic argumentari: Saturnum, cum potentissimus rex esset, ad retinendum parentum suorum memoriam, nomina eorum caelo terraeque indidisse: cum haec prius alijs uocabulis appellarentur. qua ratione & montibus & fluminibus nomina scimus imposita. Neque enim cum dicunt poetae de progenie Atlantis, aut Inachi fluminis, id potissimum dicunt, homines ex rebus sensu carentibus potuisse generari: sed eos utique significant, qui nati sunt ex ijs hominibus, qui uel uiui uel mortui nomina montibus aut fluminibus indiderunt. nam id apud ueteres, maximeque Graecos usitatum fuit. Sic maria eorum traxisse nomina accepimus, ab ijs qui deciderant in ea: ut Aegeum, Icarium, Helleponticum: & in Latio Auentinus uocabulum monti dedit, in quo sepultus est: Tyberinus, uel Tyberis amni, in quo mersus est. Non ergo mirandum, si nomina eorum caelo terraeque attributa essent, qui reges genuerint potentissimos. Apparet ergo, non ex caelo natum esse, quod fieri non potest: sed ex eo homine, cui nomen Vrano fuit. quod esse uerum, Trifmegistus autor est: qui cum diceret admodum paucos extitisse, in quibus esset perfecta doctrina, in his Vranum, Saturnum, Mercurium cognatos suos nominauit. Haec ille quia ignorauit, alio traduxit historiam: qui, quonia quomodo potuerit argumentari, ostendit: nunc dicam quomodo, ubi, a quo sit hoc dictum. non enim Saturnus hoc, sed Iupiter fecit. In sacra historia sic Ennius tradit: Deinde Paneum deducit in montem, qui uocatur coeli stella. Postquam eò ascendit, contemplatus est late terras, ibique in eo monte aram creat caelo: primusque in ea ara Iupiter sacrificauit: in eo loco suspexit in caelum, quod *ερανος* nominatur: idque quod supra mundum erat, quod aether uocatur, de sui aui nomine Coelo nomen indidit: idque Iupiter, quod aether uocatur, placans primum Coelum nominauit: eamque hostiam, quam ibi sacrauit, totam adoleuit. Nec hic tantum sacrificasse Iupiter inuenitur. Caesar quoque in Arato refert, Aglaosthenem dicere, Iouem cum ex insula Naxo aduersus Titanas proficisceretur, & sacrificium

cium faceret in littore: aquilam ei in auspiciu aduolasse: quam uictor bo-
no omine acceptam, tutelæ suæ subiugarit. Sacra uerò historia etiã ante con-
sedisse illi aquilam in capite, atq; ei regnum portendisse testatur. Cui ergo sa-
crificare Iupiter potuit, nisi Cælo auctorem quem dicit Euhemerus in Oceania
mortuum, & in oppido Aulatia sepultum.

COMMENTARIVS.

Qui ne in terra quidem.) A' minori.
Cupidinis.) Sicut quidam nostro seculo Ve-
neris. Apud Lucianum in secundo Deorum dialo-
go, Iupiter Cupidini exprobrat, quod ipsum fece-
rit σατυρον, ταιουρον, χυουρον, λυκνον, αετον.
Sed morti subiectus.) Nam qui seruit pec-
cato, peccati seruus est, iuxta Paulum. Obsonium
autem peccati, mors. Quod & religio
ipsa.) Vide omnino Lucianum, ἠδὲ θυσιῶν.

Hymni.) Callimachus:
ὦν δ' εἰσε παρ' ἑρασίη φέην τέκνη, ἤχι μάλιστα
χαῖρε μέγα χροιάδην παυυπὸρ' ἄτατε δ' ὠτορ
ἑσῶν.

Saturno & Rhea.) Græcum hoc nomen
est, ἀπὸ τῶν φέην: ut etiam Heraclides Ponticus
exponit, hanc fabulam allegoricòs enarrans. La-
tinis Ops, uel Opis. De hac alio loco plura.

Vt poeta ait.) Locus est Aeneid. 1.

Ante cuius ortum.) Diuinitatem Saturni
& Iouis his ipsis ferè argumentis confutat Ter-
tullianus in Apologetico, capite decimo. Si
enim regum.) Dicunt enim Physici, omne
quod initium habuerit, finem esse habiturum. &
Aristoteles lib. 4. de Physica auscultatione, tem-
pus corruptionis quàm generationis magis causam
esse. Sed idem Aristoteles in libello de Mundo,
hanc de Ioue fictionem his uerbis exponit: λέγο-
ντο δὲ καὶ χροὸν λέγεσθαι, δίκην ἔχοντα αἰῶνα
ἀτέρμονα εἰς ἑτέρον αἰῶνα: aternitatem dei
significans. Thetide.) Hyginus capite 54.

Fabularum. Themis.) Pindarus ode po-
strema Isthmiorum, Cleandrum Aeginetam cele-
brans, cecinit de hoc: nimirum Iouem & Neptu-
num in concione deorum contendisse, ac utrumq;
eam in coniugium sibi concupiuisse, eorumq; con-
tentionem suffragijs sublatam, fati nempe senten-
tia ex Themide intellecta. εἶπε δὲ θυβόλος ὦν
μῆσοισι θεῖμιν· εἴνευεν περὶ σωμάτων φέρ-
ταρον γόνου ἀνεκτὰ πατρός τε κείν' ἰοντίου
θεοῦ, ὃς λέγοντες λέγεσθαι ἄλλο βέλθ' ἀώ-
ξει χειρὶ, τριόδ' οὐτός τ' ἀμαμακίτης δι' ἰμο-
γυμνάων, ἢ διός τ' ἄδ' ἐλφοῖσιν. Atq; sic eorū
dirempta fuit lis. Obserua obiter argumentum à
præiudicio & analogia, &c. Hoc argumentum
confirmat epistola ad Hebræos cap. 6. Ἐπὶ γὰρ
ἑβραῖοι ἐπεγαγγελέμενος ὁ θεός, ἐπέειπεν ὁ

θεός ἔχει μέζοντα ὁμοίαι, ἀμοσὶ καὶ ἑσῶν
τόν, &c. Stygiam.) Vnde Lycophron
θεομοτύος ἑσῶας appellat. ubi uide etiam Tze-
tzen.

Vna superstitio.) Locus est Ae-
neid. 12. Citatur etiã infra lib. 4. cap. 18. Iurat au-
tem ibi Iuno, non Iupiter. Seruius ibidem citat Ho-
meri uersus ex Iliad. 6. ubi etiam Iuno iurat:
ἴσῳ νῦν τὸ δὲ γαῖα καὶ ἔρανος εὐρύς ὑπὸρ-
θῶν, (εἰ
καὶ τὸ κατεβόρνον στυγὸς ὑδάτος, ὃς τε μέγ
ἄριστος, δεινότατος τε μέγ' ἀκακίαισι θεοῖσι.
Sunt hi idem in hymno Apollinis. De hoc plura
apud Hesiodum in Theogonia. Esse fata,
quibus dii omnes & Iupiter ipse.) Pro

uerbum est, ἀνάγκη ἔδδ' θεοὶ μάχουτο. Ne-
cessitatem quidam poetarum, siue fatum Parca-
rum fingunt. μοῖραι apud poetas quandoq; pro
fato, quandoque pro ipsis Parcais accipiuntur. Fa-
tum philosophi ἐμαρμύλων uocant, id est ordi-
nem seriemq; causarum, quum causa causam ex se
gignit. ea est ex omni aternitate fluens ueritas
sempiterna. Vide Ciceronem in lib. de Diuinat.
& Philippum in Physicis. Quid ἀνάγκη, quid
ἐμαρμύλων secundum philosophorum opiniones,

docet Plutarchus in Placitis lib. 1. cap. 25. & se-
quentibus. Aristoteles de Mundo, quicquid tale
est, Deum unum eundemq; uerum esse censet: οἷ-
μαί ἢ καὶ τὴν ἀνάγκην ἐκ ἄλλο τὴν λέγονται,
πλὴν τῶν, οἷον ἀκίνητον ὄσιον ὄντα. εἰ-
μαρμύλων δὲ, εἴτε τὸ εἶρην τε καὶ χωρεῖν ἀκω-
λύτως· περὶ σωμάτων δὲ, εἴτε τὸ περὶ αὐτῶν
ἔσθαι πάντα, καὶ μηδ' ὦν ὦν τοῖς ὄσιον ἀπειροῦ
εἶναι καὶ μοῖραν μὴ ἀπὸ τῶν μετέθεσθαι, &c.

Si Parcarum.) Dialogus apud Lucianum est,
inscriptus θεὸς ἐλεγχόμενος, in quo Cyniscus
quidam Iouē ἢ Idem ferè argumentis mirifice exa-
gitat, cultum deorum eleuans, deorumq; cōditio-
nem humana nihilò meliorem esse affirmans. Sed
Aristot. ex Platonica autoritate tres μοῖρας ad
unam unius Dei naturam refert. Furo ser-
uatus.) Rhea Iouem enixa, metu patris infantē
in Creta occultauit, nutriendum à duabus nym-
phis, Adrastea & Ida, Melissei filibus. De quo
Ouidius Fast. 5. Erasmus in prouerbio Copie cor-
nu. Lactantius autem sequitur sententiam Sibyl-
la. Nam Serm. 3, de Iouis nomine sic legitur:

30

30

30

40

40

50

50

ἡγία

— καὶ ἐπειτὰ εἶναι τὴν ἀρσενία πῦρ δὲ
τοῦ ταχέως διέπεμψε, λαβηνίδι δὲ πρὸς
φωδῶν

ὅν φεγγίλλω πρὸς ἀνδρας γόργους λεγῆτας
ἐλοῦσα,
τὸν ἐκὰς οἱ δ' ἐπιπνόμεσάν δ' ὅτι οἱ διέπεμ-
φθη.

A' feruore coelestis ignis.) A' ζέω for-
tassis, quod ferueo significat. Macrobius ait ob
hoc τὸν δία Cretenfibus ἡμῶραν uocari, Salijs
Lucetiū, Romanis Diespitrē. Fulgētius Heraclij
cuiusdā auctoritate docet, quod ζέως idē significet
quod ignis siue calor, atq; etiam uita. Sed apud
Fulgentium pro Heracli, Heraclidis legendum ar-
bitror. nam Heraclides Ponticus in Allegorijs
Homericis de hoc sic refert: εἶναι δ' αὖ οἴμαι ἄσπερ
ζέως ἐπ' ἄνυμῳ, ἢ τοι τὸ ζῶν πρὸς χόμῳ αὖ
θρῶποις, ἢ πρὸς τῶν ἐμπυροῦ ζέου ἄτως ἀνο-
μασώδῳ. De quo in sequentibus clarius.

20 Vel quod uitæ sit dator.) Plato in Craty-
lo: συμβαίνει δὲ ὁρθῶς ὀνομαζέσθαι δὲ τὸ ἄ-
θεός εἶναι, δι' ὃν ζῶν ἀεὶ παρὰ τοῖς ζῶσι πᾶσι
χει, ἔσθ. Cum hoc facit Aristoteles de Mundo.
Citantur in hanc sententiam uersus Orphici ex
Cratete:

ἔστι δ' ἡ πᾶν τῶν ἀρχῶν ζῶν. ζέως γὰρ ἔδωκε,
ζῶντα ἑξ ἄνοιαν καὶ γὰρ ζῶν αὐτὸ καλέουσι,
καὶ δία τ' ἡδ' ὅτι εἶς ἄσπερ ἀπᾶντα τέτυ-
κται,

30 εἰς δὲ πατρὸς αὐτῶν πάντων τε θεῶν τε
θεῶν τε.

Lactantij locum uellicat Budæus de Studio insti-
tuendo, qui Symbolicæ ueterum theologiæ pluri-
mum tribuit, à fabulis ad mythologiam cuncta
transferens. Sed Lactantius facile animaduertit,
quib. modis à sincera ueritate ad tenebras obscu-
rissimas aberratum sit. Vide cum Budæo Bocatium
lib. 2. cap. 2. Deos esse dixerunt.) Vide prouer-
bium apud Erasmum in Chiliadibus,

40 Deum esse, Deum facere. Danaen.) Hinc
Iupiter Pindaro γέσσω νίφωυ dicitur. Danaes
fabulæ meminit Terentius in Eunucho: Ouidius
libro sexto, ἔσθ secundo de Tristibus: Horatius li-
bro tertio Carm. Germanicus Cæsar in Aratū,
ubi de Perseo loquitur: Hyginus in cap. 63. Fabu-
larum: Erasmus in prouerb. Orci galea. Sed lege-
tu quæ Epiphanius in Ancorato scribat. In my-
thologia consentiunt, August. de ciu. Dei lib. 18.
cap. 13. ἔσθ Fulgētius: Bocatius libro 2. cap. 33.

50 Veritas autem historiæ habet, eam nō à Ioue, sed
à patrio Præto fuisse compressam. Imbres
ferreos.) Leuit. 26. ferreum cælum, terram æ-

neam minatur Deus, si à lege cesserint. Qualis
apud Vergilium Aeneid. 12.

— It toto turbida cælo

Tempestat telorum, ac ferreus ingruit imber.
Catamitum.) Catamiti, pueri meritorij sunt.
Catamitum pro Ganymede dictum fuisse, etiam
Festus testatur. Hoc nomine Arnobius eum no-
minat, κατ' αὐτονομασίαν. Poeticus
color est.) Amphibolon est, metonymia uel sy-
nechdoche. Tatianus Græcis exprobrat, qd Gan-
ymedem propter Leocharis sculptoris artificij,
tanquam eximium aliquid, colant. Cuius
inlignæ aquila.) Huic expositioni subscribit
Fulgētius, auctoritate cuiusdam Anacreontis,
Iouem nimirum in bello Titanico, quum Cælo sa-
crificium fecisset, aquilam sibi auspiciatissimam ui-
sam fuisse: quam uictor auream in signis milita-
ribus pinxisse, ἔσθ tutelæ suæ dedicasse traditur.
Hinc etiam Ioui sacra, ἔσθ Iouis sinistra fingitur,
ut Homeri cōmentator Iliad. A. refert. Aliam ex-
positionem Bocatius tradit lib. 6. cap. 4, Fulgen-
tium citans: licet apud Fulgentiū nulla nauis men-
tio sit. Vide de Ganymede quadam apud Hero-
dianum lib. 1. apud Orosium lib. 1. cap. 12. Cæte-
rum fabula est apud Homerū Iliad. v. et suggilla-
tur aliquoties à Luciano. Plato in primo de Legi-
bus huius fabulæ fictores reprehendit, qui ausi
fuerint tantū facinus Ioui, unde omnes leges ma-
nare debent, tribuere. Xenophon in Symposio di-
cit, Ganymedem non propter corpus, sed pro-
pter animum in cælum esse translatum. Cui rei
confirmandæ ipsam etymologiam adducit Home-
ri auctoritate sultam. Compositum siquidem non
est à γανυμι λέτορ, ἔσθ μὴ δ' ἔσθ consilium.

Sicut taurum.) Baptista pius legit, taurum fi-
guratum. Europam Agenoris filiam in tauro ra-
puisse fertur (cuius simulacrum Pythagoras fe-
cit) id est, in nauis, tauri picturam habente: expo-
nente sic eodem Fulgētio. Eandem mythologiam
unā cum fabula refert Bocat. li. 2. cap. 62. Cæte-
rum fabula est apud Ouid. lib. 2. Transform. ἔσθ
apud Lucianum de Syria dea. Aliter exponitur à
Palæphato. 10.) Fabula iſs est apud Ouid. in
1. Transform. Apud Lucian. in dialogo Zephyri et
Noti. Mythologia ibidem apud Fulgētium, ἔσθ a-
pud Bocatium lib. 7. cap. 22. De cultū Iſidis, He-
rodianus lib. 2. Diodorus lib. 1. Eusebius lib. 2. de
preparat. Euangel. cap. 1. Epiphanius in Anco-
rato, eam alio nomine etiam Atmin nominat, ἔσθ
Inachen, patrem eius Aspidem Capadoca.

Non ergo res ipsas.) Colorem illum, quod
Ganymedes δὲ οἶνον ὄνει, δ' πινόντων οἶνον,
d 2 Arist.

Arist. in Poetica appellat Ψ τὸ ἔθος τ' ἰδέωσι.
 Atq. totum hoc negocium, quo ποιήσις, hoc est
 fictio recte $\epsilon\sigma\tau\alpha\iota$ apte constituitur, $\mu\acute{\iota}\mu\eta\sigma\iota\varsigma$ appel-
 lat. $\epsilon\sigma\tau\alpha\iota$ alibi, poetam ipsum imitatore[m] dicit, his
 uerbis: ἔπει γὰρ ὄσι μίμητις ὁ ποιητής, ὡ-
 σπερ αὐτὸ ζῶν γράφει, ἢ τις ἄλλος εἰκονοποιὸς
 αὐτῶν μίμειδαι. Quousq. autem fingendi li-
 centia se extendat, hoc indicat p[re]cepto: δὴλον
 ἐν ἐκ τούτων, ὅτι τὸν ποιητὴν μᾶλλον τ' μύ-
 θων εἶναι δ' εἰ ποιητὴν, ἢ τῶν μύθων, ὅσα ποιη-
 τὴς Ψ τῶν μίμησιν ὄσι μίμειται ἢ τὰς πρῶ-
 ξεις, καὶ σφᾶσιν συμβῆναι γηρόμηναι ποιῆν, οὐδ' ἐν
 ἡθῶν ποιητὴς ὄσι. τῶν γὰρ γηρόμηνων γῆρα οὐ
 δὲν λιωλύνει τοιαῦτα εἶναι, οἷα αὐτὸς εἰκὸς γηρότης,
 καὶ δωματὰ γηρότα, καὶ δ' ὁ κείνῳ αὐτῶν
 ποιητὴς ὄσι. De quo Musæ Hesiodi sic profi-
 temur:

ἰδ' ἄλλ' ἦ δὴ δ' ἔα πολλὰ λέγειν ἐτύμοισιν ὁ-
 μοῖα,
 ἰδ' ἄλλ' ἦ δ' εἴτ' ἐθέλω μιν ἀλθίεα μυθήσασθαι.
 Arist. autem ἐπεισσοδῶ δ' εἰς μύθους explodit:
 sicut Horatius laudat, si
 Ficta uoluptatis causa sint proxima ueris,
 Nec quodcumq. uolet poscat sibi fabula credi,
 Neu pransæ Lamie uiuum puerū extrahat alio.

Postquam hæc annotaueramus, incidimus in
 Annotationes Ioannis Baptistæ Pij posterioris,
 qui cap. 93. super hunc locum quædam annota-
 uit: quæ qui uolet, uideat. Sicut illa de for-
 titione regnorum. Extat Iliad. o. sub per-
 sona Neptuni Iridem alloquentis:

τρῆς γὰρ τ' ἐκ λεόντος εἰμὲν ἀδελφοί, ὅς τέ
 κε ρέει
 Ζεὺς καὶ ἐγὼ, τρίτατ' ὁ δὲ αἰΐδης γῆροισιν
 αὐάσσωρ
 τριχθὰ δὲ πάντα δίδασται, ἕκαστ' ὁ δ' ἐμ-
 μορε τιμῆς.
 ἡ ποίεγών ἐλαχρον πολέω ἀλα ναίεμιν αἰεὶ
 παλλομηνών, αἰΐδης δ' ἐλαχρον ζόφου ἠδρό-
 ρητα.
 Ζεὺς δ' ἐλαχ' ἄρα δ' ὄσι δ' ἐγὼ, γῆ αὐθόρι καὶ νε-
 φέλισι.
 γαῖα δ' ἐπ' ἑσσηνὴ πάντων, καὶ μακρὸς ὄλυμ-
 πος.

Physicam expositionem Plutarchus in uita Ho-
 meri ponit: καὶ ὅτι γῆ τῆς τῶν πάντων νομῆς Ζεὺς
 μὲν ἐλαχε τῶν τῶν πυρὸς ἄσιαν, ποσειδῶν ἢ
 τῶν τῶν ὕδατ' ὁ δ' αἰΐδης δὲ τῶν τ' ἄστρος τῶν
 τῶν γὰρ λέγει ζόφου ἠδρόρητα, ἐπειδὴ ἡ φῶς
 οἰκείου δ' ἔχει, ἀλλ' ἔσθ' ἡλίου καὶ σελήνης καὶ
 τῶν ἄλλων ἀστροῦν καταλάμπεται. πταρ-
 πι δὲ κατατέλει φθν καὶ κωνὴ πάντων ἢ γῆ, ἢ ἢ

γὰρ τριῶν στοιχείων ἄσιαν λιβεῖται αἰεὶ, μόνῃ ἢ
 ἀκίνητος ἢ γῆ μὲν, ἢ καὶ τ' ὄλυμπον πρὸς ὁ-
 θηκην. εἰ μὲν γὰρ ὄσι δ' ὄσι, ὡς μὲν ὄσι Ζεὺς
 εἰ δὲ τῶν ἄρα τὸ λαμπρότατον καὶ καθαρό-
 τατον, ὡς καὶ ταύτης ἄσιαν γῆ τῶν στοιχείοις
 τῶν μὲν ἄσιαν, ὁ πρὸς ἀθήνησιν αὐτῶν τῶν γῆ δ' ὄ-
 σιν ὄλυμπος, ὄσι. Aristoteles nempe. Vide
 ad hæc Bocatium lib. 10. cap. 1. Sed Fulgentius
 quoq. suas expositiones mythologicas adfert.

Agésilau.) Vide Bocat. lib. 8. capite sexto. 10
 M. Antonij.) Caesar Augustus, M. Antonius
 et Lepidus, in quadam insula imperium inter se,
 ueluti hæreditatem paternâ diuiserūt, anno 712,
 autore Plutarcho: neque hoc Senatus iussit, sed
 inuitis omnibus. Hoc imperium triumuiratum hi-
 storici uocant. Euhemerus.) Theopil. An-
 tiochensis episcopus Serm. 3. τὰ πρὸς δ' ὄλυμπος
 τὸ ἀθεωτάτῃ πρὸς ὄλυμπος ἡμῶν καὶ λέγειν. πολ-
 λά γὰρ πρὸς θεῶν τοιμήσας φέρεται, ἔγρα-
 πται καὶ τὸ ὄλυμπος μὴ εἶναι θεός, ἀλλὰ τὰ πάντα 20
 αὐτοματισμῶν δόκον εἶναι βέβαιον. Vide præ-
 terea Bocatium lib. 3. cap. 1. Alexandrū Neapol.
 lib. 2. cap. 2. Genial. dierum. Cic. de Nat. deor. 1.
 August. de consensu Euangelist. lib. 1. capite 23.
 Crinitum in uita Ennij. Cous fuit, sicut ab Athe-
 næo libro 14 eius ἰδ' ἄρα ἀναγραφεῖν citatur. Ma-
 lim tamen Messaniam, quia Triphylia Iouis men-
 tio est. Triphylia siquidem et Messania eadē est,
 siue etiā Olympia. Ergo Triphylus Iupiter idem
 est qui Olympius. Adde quæ de hoc Iulianus Au- 30

relius de cognominibus deorum ex Diodoro et
 Strabone refert. Quod Olympus am-
 biguum nomen est.) ὁ μὲν ὄλυμπος. Errores
 siquidem plerique ex amphibologia: amphibolon
 autem ex homonymia nasci solet. Vnde autē ist-
 hæc homonymia nata sit, ostēdit Plut. in uita Ho-
 meri his uerbis: τὸ γὰρ καθαρότατον τ' ἄστρος
 αὐτάτω ὄσι, καὶ τὸ μάλιστα ἀπέχει τ' ἄσιαν, καὶ
 τ' ὄσι αὐτῶν ἀναδυμιάσων, ὡς ὄλυμπος λαμπροῦ
 φασιν ὄλυμπον πρὸς ἄστρον ὄσι. Aristot. ἄρα 40

νοῦ ἀπ' ὄσιν εἶναι τῶν ἀνω, ὄλυμπον δὲ οἶον ὄλυ-
 λαμπρῶν. Vnde Iliados α. ὄλυμπος καὶ ὄλυμπος,
 id est Olympi uertex dicitur. Sic uiceuersa (si do-
 lino credimus) huius montis summa cælum acco-
 læ uocant. Causam quâ Plutarchus dicit, Clau-
 dianus indicat his uerbis: altus Olympi
 Vertex, qui spacio uentos, hyemesq. relinquit,
 Perpetuum nulla temeratus nube serenum. ex-
 primens illud Homericum:

ὄλυμπος δ' ὄβι φασί θεῶν ἰδ' ὄσι ἀσφαλῆς 50
 αἰεὶ (ὄμβρον
 ἔμμελαι, ὅτ' αὐτοῖσι πνέσσειται, ὅτε ποτ'
 δ' ὄσιται,

ὁ δὲ τῶν ἑστὶ χιῶν ἀδιπλίναται, ἀλλὰ μάλ' αἰθρου
 πῆμα τῶν ἀνιφελος, λουκὸν δ' ἀνὰ δὲ δρο-
 μῶν αἰγλῆ. Hinc etiam poetae cla-
 rum, aetherei, & celestē uocant. In Olym-
 po autem Iouem habitasse. Eundem lo-
 cum ex Lactantio citat Bocat. lib. 11. cap. 1. Cæ-
 terum de Ioue Olympio hic uerba facere, uidetur
 superfluum. Duos Ioues. Imò tres po-
 tius, siue (ut Epiphanius affirmat) multos non Ioues
 10 modo, sed etiā alios deos. Sed hic intelligimus na-
 turales, fabulosos & ciuiles. Quos confutat Au-
 gustinus de ciu. Dei lib. 4. cap. 27. aduersus Pon-
 tificem Scæuolam, & lib. 6. cap. 6. aduersus Var-
 ronem. Atq; simili analogia Plut. in Placitis tripli-
 cem religionis causam perhibet: primam Ἐφου-
 σικῶν, alteram Ἐμυθικῶν, tertiam Ἐτῶν μαρτυ-
 εῖαν ἐκ τῶν νόμων εἰληφότος. Quia solus
 est. Vide eundē August. lib. de ciu. Dei 4. cap.
 25. Iupiter enim sine contubernio. Licet
 20 propria hæc nomina sunt, pertinent tamen
 ad locū τῶν πῶς τῶν. Cæterum de hac relationis
 necessitate nonnihil est apud August. in eodem
 Opere lib. 1. cap. 16. Cicerō interpretatur.
 De Nat. deor. 2. Sequentis disputationis lo-
 ci proficiscuntur ex etymo, ex proprio, ex compa-
 ratione minoris ad maius. Et licet σῶτῆρος Ιο-
 λίου Dei opus est, Βουβῆς tamen sape à Dauide
 inuocatur. Pessumatum. Apud Bocatiū,
 30 qui hunc locum citat lib. 7. cap. 1. pessimè actam
 legitur. ut antiqua Ennii lectiōe uel ipsius autor,
 uel alius quispiam emendator offensus esse uidea-
 tur. Sed meo consilio, de antiqua lectione nihil tem-
 merè immutandum: intelligendumq; ex actā iam,
 siue ad ualitudinem respicias, siue ad uirā, siue à
 supino uel aduerbio pessum deducas, siue à super-
 latiuo pessumus. Vel si omnino mutare uoles, mu-
 ta cum Gryphio, qui legit pessum acta. Nā quid
 prohibet, quin eodē modo pessum agere, quemad-
 40 modum pessum premere, apud Plautū, & pessum
 ire dicimus? Curetes filij. De Curetibus
 (quos & Corybates, & Idaeos Dactylos dicūt)
 tam uaria referunt auctores, ut, citatis dumtaxat
 locis, diuersitatem infinitā supersedere consilium
 sit. Videre igitur licet Strabonē lib. 10. Hyginum
 cap. 139 Fabularū, & quæ Micyllus in citato Bo-
 catij loco congestit. Ego historiam intelligo de Cu-
 retibus, id est Cretensibus: cum ex Plinio & So-
 lino constet, Cretam olim Curetū dictam fuisse.
 50 Et sepulchrum eius. Mela lib. 2. ca. 7. scri-
 bit, Cretam Iouis fuga statione & morte celebrē
 fuisse (quamuis hæc quidam ad Diedatū referre

malini) maxime tamen eo, quod ibi sepulti Iouis
 penè clarū uestigium, sepulchrum sit, cui nomen
 eius insculptū esse accolæ ostendant. Varro quoq;
 (ut Solinus cap. 16. testatur) suis temporib. affir-
 mat, Iouis sepulchrum ibi uisitatū. Quamuis ho-
 die in Candia, ut supra ex Petri Martyris testi-
 monio dixi, nec Iouis ulla, nec Saturni memoria
 est. Sed Theophilus ad Autolyicum, et Arnob. lib.
 2. atq; adeo Epiphanius in Ancorato, testantur,
 suis quoq; temporib. etiam in Iouis sepulchrum
 in Creta, in mote Iasio digito ostēsum fuisse. Sunt
 qui putant Picum fuisse quendam potentem, & do-
 minum totius Orientis, qui Iupiter cognominare-
 tur. Hunc, quum uixisset annis 120. tradidisse re-
 gnum filio suo Mercurio, madaſſeq; corpus suum
 humari in insula Creta. Factumq; ita esse, monu-
 mentoq; inscriptum fuisse, ἡνθάδε κείνου θανά-
 τῶτος ὁ ζεύς. Callimachus in hymno Iouis, reli-
 quiq; scriptores ob hoc maxime Cretas menda-
 cij insimulant, quod apud se Iouis sepulchrum esse
 mentiuntur: cum ipse sit immortalis, & semper ui-
 uens. Scholiastes Callimachi testatur Minois se-
 pulchro inscriptum fuisse, μίνως Ἐδῶς τῶτος.
 Temporis autem edacitate obliteratum fuisse, τὸ
 μίνως: relictum, Ἐδῶς. Quanquam interim
 neq; Callimachus digna reprehensione caret. Nā
 Epiphanius Marcionis in priorem ad Corinthios
 scholia confutans, Paulumq; Græcorum linguæ
 peritum fuisse probans, sic scribit: κὶ πάλιν φη-
 σάντι, ἐπὶ τῆς ἰδίου αὐτῶν πεφάντις,
 κρηῖτες αἰεὶ ψυσαὶ, κακὰ θήρια, γαστῆρες ἀφ-
 γαί, ἡνὰ τῆς ἐπιμνήστω, ἀρχαῖον ὄντι
 φιλόσοφον, κὶ μύθεα τῆς ἀκρησιμείδωτος,
 ἀφ' ὅπου κὶ λαλῆμαχος ὁ λῆβος τῆς μαρτυ-
 εῖαν εἰς ἑαυτὸν σιωπῆτενε, ψυδῶτος πῶδι
 δῶς λέγων:
 κρηῖτες αἰεὶ ψυσαὶ: Ἐδῶς τῶτος, ὡς ἀνα, σείο
 κρηῖτες ἐτεκίλωσαντο: οὐδ' ὡς δαίτες, ἑοσι γὰρ
 αἰεὶ. Arnobius lib. 4. multorum se-
 pulchra commemorat, ex quibus colligit, morta-
 les eos fuisse, quia sepulti sint. Gnosfo. Ἰανώσ-
 σος. Verum apud Bocat. non Gnosfos, sed Anlatia
 legitur. Sibyllinis uersibus. Qui in
 Serm. 8. leguntur hoc modo: (τῶν
 δαίμονας ἀψυχῶς, νεκρῶν εἰδῶτα λαμόν-
 ῶν κρηῖτη λαύχημα τῶτος ἢ δῶτος μοσος ἔξει.
 Hoc est:
 Demones exanimis, simulacra cadaveris instar,
 Quæ Creta ostētat monumenta in sella sepulchris.
 δαίμονας ἀψυχῶς.) Plut. li. 1. Placit. capite 3.
 δαλῆς, πῶθα γόρας, πλάτῶν, οἱ σῶτοι, δαίμο-
 νας τῶτος ἀρχεῖν ὁσίας ψυχικῶς. εἰν δὲ κὶ ἡρωας

τῆς λυχωρομῆδης θυχῆς τ' ὁμοῦν, &c. Cicero.) de Nat. deor. 3. Arnob. aduers. Gent. lib. 3. Capitolium suum.) Cato ipse. Linius, Dionysius, Plutarchus, & quorumcunq; hodie de Romanis antiquitatib. monumenta extant, ignorasse uidentur, unde Capitolium sit dictum. atq; unus Arnobius, Capitoline religionis destrutor fortiss. Laetantij in qua nostri præceptor, libro aduersus Gentes 6, ex Toli cuiusdam capite uerius, quam ex Iouis, dictū asserit: Sammonici, Granij, Valeriani & Fabij autoritatibus nixus: quisq; Tulus ille, cuius, quare & a quo interemptus, subindicans. DE SATVRNO. Tantorū elementorū.) Cæli nimirum, & terræ. Aureū seculū.) quod ab eo Saturni regna dictū fuit. De hoc infra lib. 5. c. 4 et 5. In Italiā uenisset.) De Saturni in Italiam aduentu, lege Fab. Picatore lib. 1. Catonē in fragmento Originū, Plut. in Probl. Macrobi. lib. 1. cap. 7. Diod. lib. 4. Dionys. Halic. lib. 1. Minutius Felix.) De hoc infra lib. 5. cap. 1. De cælo cecidisse.) Lege omnino Tertull. in Apol. cap. 11. & Eras. in prouerb. Terræ filius. & Budæum in Annotationib. prioribus: Bocat. lib. 1. cap. 12. lib. 8. cap. 1. ubi hunc locū citat, nisi quod pauculis uerbis aliter legit. Item & lib. 10. cap. 2. Terræ fil. Præter Erasmi adagia, uide Politianum cap. 18. Miscell. Cæliū lib. 2. cap. 28 antiqu. Lectionū. Vtriusq; prouerbij eandē rationē, eadē in re, indicat etiam Arnob. lib. 8. Sed historice terra sunt, quæ apud Sibyllas de hoc leguntur, ἡ βασιλίδουσε λερόνος, ἡ τῆσάν, ἡ πετὸς τε, γαίης τέκνα φέρῖσα, ἡ δὲ γαίης δὲ κελδραυ ἀνθρωποῖ γαίης τε ἡ δὲ γαίης ἄνομα θῆρες, ἔνεκα οἱ πεφάρῖσοι ἔσαν μὲρόπων ἀνθρωπων. Atlantis.) regis Mauritaniæ, qui in montē sui nominis transformatus dicitur. Fabula est apud Ouid. lib. 4. Cælius lib. 9. ca. 16 ex Iohanne Grammatico, Atlantē exponit axem, qui sphaerā in duo hemisphaeria diuidit. Nam ab hoc Atlantes populus, ἀτάνται alioquin omnes, & proprijs carentes nominibus. Inachus.) Solinus cap. 13. Inachus Achaicæ amnis, Argolicū secat tractum, quem rex Inachus a se nominauit, qui exordiū Argiucæ nobilitati primus dedit. Fabula est apud Ouid. lib. 1. λεαυάωγ prius dictus: deinde Haliacmō, ab Tirynthio quodam, qui se ipsum in fluuiū præcipitauit, cognominatus. Postremō Inachus, ab Oceani filio, qui propter stupratā filiam cōmicia in Iouem cōgesserat: qui ob id a Tisiphone in tantū actus est furorē, ut in fluuiū se præcipitarit. Plut. de Fluminib. Obseruandū aut

hoc loco est, q; ipse etiam fluuius Terræ filius fingitur. Aegæū.) Ab Aegæo Neptuni filio, Thesei patre, qui ob mortem filij falso sibi annunciatam, se in mare præcipitauit. Bocat. lib. 10. ca. 48. Atq; sic quidem fabulæ. Plin. lib. 4. cap. 11. a scopulo uult dictum, qui inter Tenedum & Chiu eminet. quæ a capræ specie ἀγρῶ dicunt. Straboni uerisimilius est, ab Aegis Eubœæ oppido nomē accepisse. Sunt qui ab ἀγρῶ, id est superbio, nominatum credunt. Icarium.) Ab Icaro Dædali filio. Fabula est apud Ouid. lib. 8. Geographi credunt, ab insula Icaro nomē hoc mare habere. Solinus Varronis autoritate refert, Icarum Crentensem ibi naufragio periisse, & de exitu hominis nomen impositum loco. Atq; ita rursus ex fabula historiam habes: quod eam etiam Palæphatus refert. Helleponticū.) Ab Athamantis filia, cui Helle nomen, dictus. Fabula uariè narratur. Lege Hyginū, & Germanicum Cæsarem in Ariete: Bocat. lib. 13. cap. 67. & quæ ibi Micylus ex Cōment. annotauit. Vide rursus Bocat. in libro de Maribus. Auentinus.) Auētinus Sylluius XIII Latinorū rex, in eo sepultus est, cognomenq; colli fecit, ut autor est Linius lib. 1. Pomp. Lætus dicit ab aubus esse dictum. Plures huius cognominationis rationes inuenies apud Marlianum Rom. antiq. ep. lib. 5. cap. 1. & Bocat. in libro de Montibus. Tyberim.) Vulgarior fama est, Tyberinum Capeti filium, Albanorum regem X, insignem latronē, cum in traiectu Tyberis submergeretur, nomē dedisse fluuiō, qui prius Albula dicebatur. Linius lib. primo. Plura & nomina & nominū rationes inuenies apud Bocatium in lib. de Flum. Cæterum quod Tyberinū & Tyberim appellat, nota illud Seruij, quod in sacris Tyberinus, in communi Tyberis, in poemate Tybris dicitur. Apparet.) Citatur & hic locus a Bocatio lib. 8. cap. 1. Trismegistus.) In Pœmandro, dialogo 10. Sic Ennius tradit.) Hæc uerba paulo aliter leguntur apud Bocat. lib. 3. cap. 1. Huic præterea, ut in sacra historia dicit Ennius, Iupiter nepos eius primō in Pangæo monte arā statuit, atq; sacrificium adoleuit, & ab eo cœlum ipsum uerum denominauit. Aristoteli δὲ γαίης θεὸς οἰκονομῆτορ, summitas totius uniuersitatis uocatur. Atq; hoc nomen Philoni ἀπὸ τ' ὄρω, id est termino deductum uidetur. Quadrabit huc magis ab ἀνω ὄρω, quod etiā Phurnutus posuit. ἀπὸ τ' ὄρω uerò Aristoteli, ἀπὸ τ' ὄρω, quod semper modo circumductili currat. Theon ab ἀπὸ dictum mauult, id est ardeo. ἔρω γὰρ ἀπὸ πύρου. Cæsar.) Hunc locum supra quoq;

quoque citauimus, cum de Ganymede diceremus. Est autem in descriptione aquilæ. Quem dicit Euhemerus.) Citatur hic locus à Bocatio, loco iam suprâ allegato, his uerbis: Euhemerus uerò dicit, hunc Cælum siue Cœlum in Oceano mortuum, & in oppido Aulatia sepultum. &

lib. undecimo, cap. primo: Euhemerus autem dicit, eum in Oceania mortuum, sed bene in Aulatia oppido sepultum. Forsan & hoc nomē Oceaniae Cretæ fuit, antequam à Creta nymphea Hesperidis filia (ut Plinius ait, ubi de historia naturali dicta fuerit. Plinij uerò locus est lib. 4. cap. 12.

Quomodo Stoici fragmenta poetarum ad philosophicam transferant rationem. C A P. XII.

10 **Q**uoniam reuelauimus mysteria poetarum, & Saturni parentes inuenimus: ad uirtutes eius & facta redeamus. Iustus in regno fuit. Primum ex hoc ipso iam deus non est, quod fuit. Deinde quod ne iustus quidem fuit, sed impius, non modò in filios, quos necauit, uerum etiam in patrem, cui dicitur abscidisse genitalia: quod forsitan uerè acciderit. Sed homines respectu elementî, quod dicitur cœlum, totam fabulam explodunt tanquàm ineptissimè fictam, quam tamen Stoici (ut solent) ad rationem physicam conantur traducere. quorû sententiam Cicero de Nat. deorum differens, posuit. Cœlestem, inquit, altissimam, æthereamque naturam, id est igneam, quæ per sese omnia gigneret, uacare uoluerunt ea parte corporis, quæ cõiunctione alterius egeret ad procreandû. quæ ratio in Vestam potuit conuenire, si mas diceretur. Idcirco enim uirginem putant Vestam, quia ignis inuiolabile sit elementû, nihilque nasci possit ex eo, quippe qui omnia que arripuerit absumat. Ouid, in Fastis:

Nec tu aliud Vestam quam uiuam intellige flammam:

Nataque de flamma corpora nulla uidet.

Iure igitur uirgo est, quæ semina nulla remittit:

Nec capit, & comites uirginitatis amat.

Vulcano quoque id potuit adscribi, qui quidem putatur ignis, & tamen eum poetæ non absciderunt. Potuit & Soli, in quo est natura & causa gignentium. nam sine solis igneo calore neque nasci quicquam, neque augeri potest: ut nulli alij elemento magis opus sit genitalibus quàm calore, cuius fetu concipiuntur, nascuntur, sustinentur omnia. Postremò, etiam si ita sit (ut uolunt) qui magis abscissum esse cœlum putemus, quàm omnino sine genitalibus natum: Nam si per se gignit, non indigebat utique genitalibus, cum Saturnum ipsum procrearet. Si uerò habuit, & à filio abscissa sunt: ortus rerum & natura omnis interisset. Quid, quod ipsi Saturno non diuinum modò sensum, sed humanum quoque adimunt: cum affirmant esse eum Saturnum, qui cursum & conuersionem spaciõrum & temporum continet, eumque græcè id ipsum nomen habere. *Λόγος* enim dicitur, quod est idem quod *χρόνος*, id est spaciû temporis. Saturnus autem est appellatus, quod faturetur annis. Hæc Ciceronis uerba sunt, exponētis sententiam Stoicorum: quæ quæ uana sit, cuius intelligere promptissimum est. Si enim Saturnus Cœli est filius, quomodo potuit aut tēpus ex cœlo gigni, aut cœlum à tempore abscindi, aut postea tēpus imperio spoliari à Ioue? Aut quomodo Iupiter natus est ex tēpore? Aut, quibus annis faturari possit eternitas, cui nullus est finis?

C O M M E N T A R I V S.

Exiit hoc capite Saturnum diuinitate. Quod fuit.) Ab antecedentibus. Sed noster Deus semper est *ὁ π.* Exo. 3. Filios quos uorauit.) Notatur etiam ab Arnobio lib. 5. & totam hanc questionem Socrates excogitat aduersus Eutyphronem, circa *τῶν θεῶν* definitiones uacillantem. Cic. de Nat. deorum 2. Ex se natos comedisse fingitur solitus: quia consumit ætas temporum spacia. Phur-nutus exponit, quo quidam motu oriatur, eodem

etiam interire. Macrobius, qui libro Sat. 1. cap. 8. physicam Saturni mythologiam exponit, sic ait: Hunc aiunt filios suos solitum deuorare, eosdemque rursus euomere: per quod significatur, eum tempus esse, à quo uicibus cuncta gignantur, absumantur que, & ex eo denuò renascantur. D. Augustinus uerò de ciuitate Dei libro septimo, capite decimonono, hoc idem agens negocium, Varronis super hac re citat uerba. Satur-

num (inquit) dixerunt, quæ nata ex eo essent, solitum deorare, &c. Atq; ibi consutat totū illud, quod ad feminis naturam refertur. Cui dicitur abscidisse genitalia.) Eusebius de Phœnicum Theol. sic ait: Post triginta annos regni Cœli, Saturnus eius filius insidijs prope fontes ac fluuios locatis, patrem captum execut: unde sacer sanguis in fontes ac fluuios stillauit, qui locus & his temporibus uisitur. Macrobius ex Physicorū sententia hinc intelligit, cum chaos esset, tempora non fuisse. Siquidē tempus est certa dimensio, quæ ex cœli conuersione colligitur. Porro propter abscissorum pudendorū fabulam, etiam Latinus Saturnum dictū, κατὰ τὴν ὀνόματι, quod membrū uirile declarat, ueluti Saturnū. Unde Satyros etiam, ueluti Satyros, quod sint in libidinem proni, appellatos opinantur. Augustinus ex Varrone: Hoc (inquit) significat penes Saturnum, non penes Cœlum, semen esse diuinū. Hocq; propterea, quantum intelligi datur, quia nihil in cœlo de sem. inbus nascitur. Elementi quod dicitur cœlum.) κατὰ φυσικὴν hoc intelligendū, πρὸς τὴν ἀπορίαν ὅτι, quam Aristoteles asserit σωματικὸν ἀμετέλλου. Stoici.) Tatianus Metrodori Lampasceni allegorias exhibat. Exhibendæ sunt igitur & Heraclidis, & aliorum: & exhibat Augustinus dignis modis omnes hoc genus uanitates. Cic. de Nat.) Libro 2. Si mas diceretur.) Sicut apud Latinos Lar, de quo uide pro uerbum, Ab ipso Lare. Eam uirginem putant Vestam.) Duæ Vestæ celebrantur: altera mater Saturni, altera filia: cui cum Iupiter de Titanibus uictor optionem daret, uirginitatem optauit. Mater autem pro terra colitur, & eadem habetur quæ & Magna mater, & Δημήτηρ, id est Ceres est dicta. Confundunt has poetæ, ut ipse etiam Ouidius in 6. Fastorum:

Vesta eadē est, & terra subest, subit ignis utriq;:

Significat sedem terra focusq; suam.

Sed hanc confusionem digere Bocatius libro 8. capite 3. Ouid. in Fastis.) Libro sexto. De hac Cicero 2. de Natura deorum sic scribit: Nam Vestæ nomen à Græcis. ea est enim, quæ ab illis ἑστία. Vis autē eius ad aras & focos pertinet. Et in secundo de Legib. Vestam quasi focum urbis, ut græco nomine est appellata, &c. Sed Ouidius ad terram referens, aliam adfert interpretationem:

Stat ui terra sua, ui stando Vesta uocatur.

Et in Cratylo Platonis, ἡ ἑστία uox aliter exponitur: ubi ἑστία pro ἑστία, quasi ἑστία uel ὠστία

dicitur. Verum quod ad Lætantij sensum attinet, collidit inter se ignis nomina: sicut eius magister Arnebius terra, Vestam, Cererem, & Magnam matrem. lib. 3. Comitibus uirginitatis amat.) Hinc Romani sacro igni uirgines custodes fecerunt. quas à Vestæ cultu Vestales appellarunt. Qui quidem putatur ignis.) Licet à poetis Iouis deorumq; faber, non ignis fingatur: sunt tamē epitheta, ipsius igneam uim exprimentia, ueluti à Vergilio ignipotens, ab Horatio ardens, à Silio flammeus, ab alijs aliter appellatur: & uiceuersa, ignis Vulcanus. Claudianus de raptu Proserpinæ:

— Quo fonte ruat Vulcanus ignis.

Quo loco Ianus Parrhasius, absolute doctus commentator, ex Diodoro, problemate quodam causam adducit, quod is autor ignis fuerit, usumque ignis primus mortalibus indicauerit: in cuius beneficij memoriā solenni die, quem Lampadon appellabant Athenienses, accensis à foco Vestæ facibus per urbem curtebant. Citantur ab eo auctores Ister & Polemon. Proclus in Timæum Platonium libro 1. μολογίας Vulcani explicans, inquit: ἔργων μὲν ἐν ὑφαισίου ὄρει τὸ πῦρ ὕλην ἢ γῆν, ἢ τὸ πῦρ ἐν λινῶν κῆρ, καὶ ἰσοζονόσα, &c. Sed Plato in Politico: πῦρ μὲν πρὸς τὸ μὲν ἑστίας, τὸ γὰρ ἢ πρὸς ὑφαισίου καὶ τὸ σὺν ἑστίας. Cæterum de Vulcano uide plura apud Bocat. lib. 12. cap. 70. Videamus nunc quid nominum ratio sibi uelit. Plato in Cratylo docet ἡ φαισίου dictum, quasi φάειος ἴσοσα, id est lucis præsidem, assumpto ad principium. Vulcanus Seruio dictus, quasi uolcanus, quod per aerem uolet: quod fabulose ad casum, physice ad ignem referri potest. Rabano (ut Bocat. citat) quasi uolās candor: Fulgentio, quasi Βολικῆ πῦρ, id est uoluntatis calor. Nam sine solis igneo.) Plato in sexto Politico, soli ἡ ἑστία, αἰθρῶν καὶ τροφῶν τριβῆν. Vide præterea Macrobiū & alios. Qui cursum.) Intelligit fortassis Saturni annum, qui triginta annorū periodo conficitur: uel respicit ad uniuersam temporū rationē, quod ex sequentibus colligitur. γόνθ.) Aristoteles: λέγονθ δὲ καὶ γόνθ λέγεται, διὰ τὸν δὲ αἰῶνα ὅτ' ἀπόμουνθ εἰς ἑτέρον αἰῶνα. Vide de hoc etiam alios, ut Macrobiū, Heraclidis Pontici allegorias, Fulgentiū, Bocatiū, sed in primis Augustinū lib. de ciu. Dei 17. cap. 19. Interim quoq; obserua, quod Græci λέγονθ, quasi νορόνον καὶ τὸ λέσον ὅθ' interpretantur: sicut etiam Latinorum quidā Saturnū, quasi sacrā ὄθ' Sic Phurnū ὄθ' τὸ λέσον, hoc est à cōmiscendo dictū putat.

Quomodo

Quomodo poeta & historici Stoicorum interpretationes de Ioue & Saturno,
& alijs dijs, uanas & inanes ostendant. CAP. XIII.

SI ergo uanae sunt istae rationes philosophorum, quid superest, nisi ut uere
factum esse credamus: id est, hominem ab homine abscissum? nisi forte a-
liquis existimat Deum fuisse, qui timuit cohæredem: cum, si quid diuinitatis
habuisset, non patris genitalia debuerit amputare, sed propria, ne Iupiter na-
sceretur, qui eum regni possessione priuauit. Idem sororem suam Rheam,
quam Latine Opem dicimus, cum haberet uxorem, responso uetitus esse di-
citur, mares liberos educare: quod futurum esset, ut à filio pelleretur. quam rem
10 metuens, natos sibi filios non utiq; deuorabat (ut ferunt fabulae) sed necabat.
quanquam scriptum sit in sacra historia, Saturnum & Opem, ceterosq; tunc
homines humanam carnem solitos esitare: uerum primum Iouem leges ho-
minibus moresq; condentem, edicto prohibuisse, ne liceret eo cibo uesci.
quod si uerum est, quæ potest in eo fuisse iusticia? Sed fictum sanè putemus,
Saturnum filios deuorasse, modò cum aliqua ratione: num idcirco, quod ait
uulgus, comedisse filios suos eum qui extulerit, sepulturæq; mandauerit?
Ops autem cum Iouem peperisset, subtrahit infantem, eumq; nutriendum fur-
tim misit in Cretam. Rursum imprudentiam reprehendam, necesse est. Cur
enim responsum ab alio potius accepit? Cur in cælo constitutus, quæ gere-
bantur in terra non uidebat? Cur eum Corybantes cymbalis sefellerunt? Po-
20 stemò cur extitit uis aliqua maior, quæ illius uinceret potestatem? Nimirum
senex à iuvene facile uictus est, ac spoliatus imperio. Fugit igitur expulsus, &
in Italiã nauigio uenit, cum errasset diu, sicut Ouidius in Fastorũ libris refert:

*Causa raris superest: Thuscã rate uenit ad amnem,
Antè pererrato falcifer orbe deus.*

Hunc errantem atq; inopem Ianus excepit. Cuius rei argumeta sunt nummi
ueteres, in quibus est cum duplici fronte Ianus, & in altera parte nauis, sicut
idem poeta subiecit:

*At bona posteritas puppim formauit in ære,
Hospitis aduentum testificata dei.*

Omnes ergo non tantum poetæ, sed historiarum quoq; ac rerum antiquarũ
scriptores hominem fuisse consentiunt, qui res eius in Italia gestas memoriæ
prodiderunt: Græci, Diodorus & Thallus: Latini, Nepos, Calsius & Varro.
Nam quum agresti quondam more in Italia uiueretur,

*Is genus indocile, ac dispersum montibus altis,
Composuit, legesq; dedit, Latiumq; uocari
Maluit, his quoniam tutus latuisset in oris.*

Censet ne aliquis deum esse, qui pulsus est, qui fugit, qui latuit? Nemo tam
stultus est. Qui enim fugit, aut latet, & uim & mortem timeat necesse est. Or-
40 pheus, qui temporibus eius recentior fuit, aperte Saturnum in terra & apud
homines regnasse commemorat:

*πρωτισος μὲν ἀναστει ἀρχοντων λεγονος αὐ δὲ οὐρανῳ.
ἐκ δὲ λεγονος ἦν ἐκ αὐτὸς ἀναξ μείγας ἀρπύρατος ἔδωκε.
Aureus hanc uitam in terris Saturnus agebat.
Aureaq; (ut perhibent) illo sub rege fuere
Secula: sic placida populos in pace regebat.*

Item Maro noster:
Et alio loco:

Neq; superius dixit in cælo egisse uitam, neque inferius superos in pace re-
xisse. Vnde apparet, illum regem fuisse terrenum, quod alibi apertius declarat:

— Aurea condet

50 *Secula, quæ rursus Latio regnata per arua
Saturno quondam.* —

Ennius

Ennius quidem in Euhemero non primū dicit regnasse Saturnum, sed Vranum patrem. Initiō, inquit, primus in terris imperium summum Vranus habuit. Is id regnum unā cum fratribus suis instituit atq; parauit. Nō magna dissensio: siquidem maximorum autorum de filio ac patre dubitatio est. Sed tamen utrumq; fieri potest, ut & primus Cœlus eminere inter cæteros potentia cœperit, & principatum habere, nō regnū: postea Saturnus maiores sibi opes comparauerit, ac regium nomen asciuerit.

COMMENTARIUS.

De historia Saturni supra capite 11. abunde dictum est. Cuius ueritatem etiam Clemens confutat libro decimo, unā cum alijs id genus fabulis. Vanitatem uel ipsa uarietas arguit. Historicotata uerò sunt, quæ Sibylla de hoc refert. nempe cum in diuisione imperij Saturnus à propinquis Titanis esset praelatus,

ἐνεὶά τοι πρῆσιός τ' ἰώ γε, καὶ εἶδ' ἄρι
σθ
ὄρκος δ' αὐτὲ λόγος μεγάλος τταῦ ἐπὶ
θυκε,
μὴ θρῆψ' ἄρσυνα, καὶ παίδων γήθ', ὡς βα
σιλεύσει (λυταί.
αὐτός, ὅταν γῆρας τε λόγος καὶ μοῖρα πῆ-
δπόπε κεν δὲ ῥῆν τίνισιν, πῆδ' τλώδ' ἐκεί-
θλωτο
πτῶνες, καὶ τέκνα δὲ αὐτοῦ ἄρσυνα πάντα,
θῆλια δὲ ζῶντ' εἶω, οἱ πῆδ' ἀμτροὶ πρῆφραδ.
ἐκ' ὅτε τῆ τριτάτη γῆρῆ τέκε πότνια ῥῆθ,
πικτ' ἠδ' ἰω πρῶτω καὶ ἐπὶ ἰδου ὀφθαλ-
μοῖσι
θῆλυ γήθ', ὠχοντο πῆδ' αὐτῶν ἄρσιοι ἀν-
δρῶδ

Qui timuit.) Affectus siquidem in Deum cadere non potest. Sed propria.) Sublata siquidem causa, tollitur etiam effectus. Opem.) uel ab ope prestanda, uel ab opere: uel (si maui) ab opulencia, qua affluit. unde & ῥῆα, ἄ ῥῆω. Corybantēs.) Quos supra Curetes appellauit. Dicuntur ἰογυλαῦτες, ut Diodorus uoluit, à Corybanto Iasij & matris Ideæ filio, qui sacra Cybeles simul cum Dardano in Phrygiam detulit. Strabo à ἰογυλαῦται, id est capitis rotatione, ut Parrhasius interpretatur. Cæterum ἰογυλαῦται, id est Corybantum more insanire, in prouerbij ab Erasmo refertur. Ut ferunt fabulæ.) Præsertim Hesiodus in Theogonia, ibi: καὶ αὐτὸ μὲν ἰαα τέπινε κρόνον, &c. Cur enim responsum.) Deus siquidem fatorum est autor, etiam ethnicis consentientibus: quamobrem ipsum ἐμαρμύλιω ἢ περὶ ἠμύλιω uocant, quod & fata regit, & omnia terminat. Ouidius.)

Lib. 1. ubi Ianus poetæ sciscitanti in hunc modū: Multa quidem didici: sed cur naualis in ære Altera signata est, altera forma biceps?

Respondet:

Noscere me duplici posses in imagine, dixit: Ni uetus ipsa dies extenuasset opus. Causaratis superest: Thuscū rate uenit in annō Antè pererrato falcifer orbe deus. Hac ego Saturnum memini tellure receptum, Cœliibus regnis ab Ioue pulsus erat. Inde diu genti mansit Saturnia nomen, Dicta fuit Latium terra latente deo. At bona posteritas puppim formauit in ære, Hospitis aduenium testificata dei.

Quod ad nummū attinet, Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 7. sic scribit: Quū primus quoq; æra signaret, seruauit & in hoc Saturni reuerentiam, ut quoniā ille nau fuerat aduectus, ex una quidem parte sui capitis effigies, ex altera uerò nauis exprimeretur, quo Saturni memoriam etiam in posteros propagaret. Aes ita fuisse signatum, hodieq; intelligitur in alicuius, cum pueri denarios in sublimē iactantes, capita aut nauim lusu teste uetustatis exclamant. Plinius libro 33. capite 3. Nota æris fuit ex altera parte Ianus geminus, ex altera rostrum nauis, in triente uerò & quadrante rates. Cyprianus de Gentium uanitate, testatur Saturnū primū æs signasse, & ob id illi ærarium fuisse sacrum. Vide ad hæc Polydorum de Inuentoribus rerum, libro 2. cap. 20. Diod. & Thallus.) Arnobius lib. 8. eadem de re eosdem citat autores. Is genus indocile.) Vergiliana hæc sunt ex Aeneid. 8. uerba Euandri ad Aeneam. Citantur eadem ab Augustino libro 7. ciuit. Dei, cap. 26. & à Bocatō libro 8. cap. Aureus.) In fine secundi Georg. Aurea condet.) Anchises pater filio Aeneæ de Augusto Cæsare hæc uaticinatur Aeneid. 6. Cæterum de aureo seculo uide Fabium Pictorē.

Ennius quidem in Euhemero.) Vide Bocatium libro octauo, capite primo.

Quid

Quid idem Ennius doceat in sacra Historia. CAP. XIII.

NVnc quoniam ab his quæ retulimus, aliquantulum sacra historia diffen-
tit: aperiamus ea quæ ueris literis continentur, ne poetarum ineptias
in accusandis religionibus sequi ac probare uideamur. Hæc Ennij uerba sunt:
Exin Saturnus uxorem duxit Opem. Titan, qui maior natu erat, postulat ut
ipse regnaret. ibi uerò Vesta mater eorum, & sorores, Ceres atq; Ops, sua-
dent Saturno, uti de regno ne concedat fratri. Ibi Titan, qui facie deterior es-
set quàm Saturnus, idcirco quòd uidebat matrem atq; sorores suas operam
dare ut Saturnus regnaret, concessit ei ut is regnaret. Itaq; pactus est cum Sa-
turno, uti si quid liberorum uirilis sexus ei natum esset, ne educaret. Id eius
rei causa fecit, uti ad suos gnatos regnum rediret. Tum Saturno filius qui pri-
mus natus est, eum necauerunt. Deinde posterius nati sunt gemini, Iupiter
atq; Iuno. Tum Iunonem Saturno in conspectum dedere, atq; Iouem clam
abcondunt, dantq; eum Vestæ educandum, celantes Saturnum. Item Neptu-
num clam Saturno Ops parit, eumq; clanculum abscondit. Ad eundem mo-
dum tertio partu Ops parit geminos, Plutonem & Glaucam. Pluto Latine
dictus est Diespiter: alij Orcum uocant. Ibi Glaucam filiam Saturno osten-
dunt, ac filium Plutonem celant atq; abscondunt. Deinde Glauca parua emor-
ritur. Hæc (ut scripta sunt) Iouis fratrumq; eius stirps atq; cognatio in hunc
modum nobis ex Sacra scripture tradita est. Item paulo post hæc refert:
Deinde Titan, post quã rescuuit Saturno filios procreatos, atq; educatos esse
clam: seducit secum filios suos, qui Titani uocantur, fratremq; suum Saturnum
atq; Opem comprehendit, eosq; muro circumegit, & custodiam his apponit.
Hæc historia quàm uera sit, docet Sibylla Erythræa, eadem ferè dicens: nisi
quòd in paucis, quæ ad rem non pertinent, discrepat. Iupiter ergo liberatur
summi sceleris crimine, quòd patrem uinxisse compedibus perhibetur. id e-
nim Titan patruus fecit, quòd ille contra pactiõnem iusq; iurandum mares
liberos sustulisset. Reliqua historia sic contextitur: Iouem adultum, cum au-
diuisset patrem atq; matrẽ custodijs circumseptos, atq; in uincula coniectos:
uenisse cum magna Cretensium multitudine, Titanemque ac filios eius pu-
gnando uicisse, parentes uinculis exemisse, patri regnum reddidisse, atq; ita
in Cretam remeasse. Post hæc Saturno datam sortẽ, ut caueret, ne filius eum
regno expelleret: illum eleuandæ sortis atq; effugiendi periculi gratia insi-
diatum Ioui, ut eum necaret: Iouem cognitis insidijs regnum sibi denuò uen-
dicasse, ac fugasse Saturnum, qui cum iactatus esset per omnes terras, perse-
quentibus armatis quos ad eum comprehendendum uel necandum Iupiter
miserat, uix in Italia locum in quo latèret inuenit.

COMMENTARIUS.

Eleuat istius historiae autoritatem, ab eo quòd
40 parum inter scriptores conuenit. Caterum hæc
tota historia repetitur à Bocatio lib. 4. cap. 2. ple-
risque uerbis immutatis. Quantum ad Opem &
Cererem pertinet, uide eundem Bocatiũ de Cla-
ris mulieribus. (Ut ad suos gnatos.)
Quos Homeri commentator enumerat Iliad. f.
λεγονοι, λεγειαν, ναοπισωνα, ιαπετου, ιουου, δ-
του δε ειση δεγων προδου. Vide de his etiam
Diodorum libro quarto. Pluton Latine
est Diespiter.) Apud Macrobiũ li-
bro primo Saturnalium, capite decimoquinto,
50 non Pluton, sed Iupiter Diespiter, id est diei pa-
ter appellatur. Quidam legunt Dispater, quasi

diuitiarum pater. de quo Bocat. libro octauo, ca-
pite 6. Cicero de Natura deorum lib. 2. Terrena
autem uis omnis atq; natura Diti patri dedicata
est, qui Diues, ut apud Græcos Pluton, quia &
recedant omnia in terras, & orientur ex terris.
Orcum Bocatius ex Theodontio dictũ ait, quasi
scelerum exactorem. Certum est, & Græcis
esse iusurandum. Vocatur Græcis *διδυς* uel
αΐδης, ab *ε* & *ιδειν*. Sic enim & in Cratyllo
scribit Plato, & Herachides Ponticus in Allego-
rijs. Plutarchus *πρωτι τοι λαβει βιωσας τοι δε
ε γωνιας λευκου μολεας, ετε θεος, ετε δ αλ-
μων δειν, εδλω ονομασται, ως αυ εις εχθρας ην
εδρα του ημων εταν εσταλθημεν θεοι τον εθ-*
υνητος

τυκπῆς αἰδανῆς ἀδρυγλισῖοδ' ὕπνου κούρανον.

Sibylla longè aliter sentit, ab Adamo dictum pronuncians:

αἰδῶ δ' αὖτε κάλεισαν, ἐπεὶ πρῶτ' ὄμο-
λον ἀδ' αἶμα,

γδυσάμεν ὄθανάτο, γαῖα δ' ἔμιν ἀμφεκά-
λυψεν.

Pluton autem, siue πλῆτος citra controuersiam diuitias significat. Vnde rectè Opes filius fingitur, quia opes diuitia sunt, ex terra eruta. Vnde Plato eum ἀδρυγῆτιον appellat. Glau-
cam filiam.) Vide Bocatium lib. 8. capite 5.

Sibylla Erythraea.) Verba sunt Sermone 3.

λίονα δ' ἠκκοσαν πιτῶνις, πῶιδ' ας ἰόντας
λάθειον, δς ἑσπῆρα κρόνος τε, ῥῆκ τε σωῖδονος,

ἔξῆκοντα δ' ἔποι πῶιδ' ας σιωατῆρα το τῖσαν,
καί ρ' εἶχ' ῥῆ δεσμοῖσι κρόνον τε ῥῆλω τε σωῖ-

δονον,
κερῶν δ' ῥῆ γαῖην, κῆ ῥῆ ζωσμοῖς ἐφύλασσε.

καὶ τότε δὴ μιν ἠκκοσαν ὑοῖ κρεατόροιο κρο-
νοιο,

κῆ οἱ ἐπίγερων πόλεμον μέγαν, ἠδὲ κλυδμιόν. 10

Extant iam Sibylla Castalionis beneficio Latina, quare hos uersiculos transferre supersedeo.

Quomodo, quum fuerint illi homines, dij fuerint nominati.

CAPVT XV.

Quibus ex rebus cum constet illos homines fuisse, non est obscurū, quare ratione dij cœperint nominari. Si enim nulli reges ante Saturnum uel Vranum fuerint propter hominum raritatem, qui agrestem uitam sine ullo rectore uiuebant: non est dubium, quin illis temporibus homines regem ipsum, totamq; gentē summis laudibus ac nouis honoribus iactare cœperint, 20 ut etiam deos appellarent, siue ob miraculum uirtutis (hoc uerè putabant rudēs adhuc, & simplices) siue (ut fieri solet) in adulationem præsentis potentia, siue ob beneficia quibus erant ad humanitatem compositi. Deinde ipsi reges, cum chari fuissent ijs quorum uitam composuerant, magnum sui desiderium mortui reliquerunt. Itaq; homines eorum simulachra finxerunt, ut haberent aliquod ex imaginum contemplatione solatium. progressiq; longius per amorem, memoriam defunctorū colere cœperunt: ut & gratiam referre benemeritis uiderentur, & successores eorum allicerent ad bene imperandi cupiditatem. quod Cicero de Natura deorum docet, dicens: Suscepit autem uita hominum, consuetudoq; cōmunis, ut beneficijs excellentes uiros in cœ- 30 lum fama ac uoluntate tolleret. Hinc Hercules, hinc Castor, hinc Pollux, hinc Aesculapius, hinc Liber. Et alio loco, atq; alio in plerisq; ciuitatibus intelligi potest, ac uendæ uirtutis gratia, aut quo libentius reipublicæ causa periculum adiret optimus quisq; uiroꝝ fortium memoriam honore deorum immortalium consecratam. Hac scilicet ratione Romani, Cæsares suos consecrauerunt, & Mauri reges suos. Sic paulatim religiones esse cœpere, dum illi primū, qui eos nouerant, eo ritu suos liberos ac nepotes, deinde omnes posterios imbuerunt. Et hi tamen summi reges ob celebritatem nominis in prouincijs omnibus celebrantur. Priuatim uerò singuli populi gentis aut urbis conditores, seu uiri fortitudine insignes erant, seu fœminæ castitate mirabi- 40 les, summa ueneratione coluerūt: ut Aegyptus Isidē, Mauri Iubam, Macedones Cabyriū, Pœni Vraniam, Latini Faunū, Sabini Sancū, Romani Quirinū. Eodem utiq; modo Athenę Mineruam, Samos Iunonē, Paphos Venerē, Vulcanum Lemnos, Naxos Liberum, Apollinem Delphi. Sic per populos atq; regiones uaria sacra suscepta sunt, dum homines grati esse in suos principes cupiunt: & quos alios honores uita carentibus deferant, inuenire non possunt. Præterea pietas eorum qui successerant, plurimum contulit ad errorem, qui (ut diuina stirpe nati uiderentur) diuinos honores parentibus detulerūt, deferriq; iusserunt. An ne potest aliquis dubitare, quomodo religiones deo-
rum sint institutæ: cum apud Maronē legat Aeneæ uerba, socijs imperantis: 50

Nunc pateras libate Ioui, precibusq; uocato

Anchisen genitorem. —

Cui non tantum immortalitatem, uerum etiam uentorum tribuit potestatem:

Poscannus uentos, atq; hæc mea sacra quotannis

Urbe uelit posita templis sibi ferre dicatis.

Idem scilicet de Ioue Liber, & Pan, & Mercurius, & Apollo fecerunt: ac postea de his ipsis successores eorum. Accesserunt etiam poetæ, & compositis ad uoluptatem carminibus, in cœlum eos sustulerunt: sicut faciunt qui apud reges etiam malos panegyricis mendacibus adulantur, quod malum à Græcis ortum est: quorum leuitas instructa dicendi facultate, & copia, incredibile est quantas mendaciorum nebulas excitauerit. Itaque admirati eos, & susceperunt primi sacra illorum, & uniuersis gentibus tradiderunt. Ob hanc uanitatē Sibylla sic eos increpat:

*Ἰλλας δ' ἢ τί π' ἐπιθας ἐπ' ἀνδράσι ἡγεμόνεσι;
πρὸς τί δὲ δῶρα μάταια κατὰ θμβυλίοις ἀνατίθης;
δύεις εἰδώλοισι, τίς τοι πλάνην βάλεν γυνῶν;
ὥσέ σε τάδε ποιεῖν μεγάλῳ θεοῖο προσώπῳ
λειπομένῳ;*

M. Tullius, qui non tantum perfectus orator, sed etiam philosophus fuit (siquidem solus extitit Platonis imitator) in eo libro quo seipse de morte filiaē consolatus est, nō dubitauit dicere, Deos qui publice colerentur, homines fuisse. Quod ipsius testimonium eō debet grauissimū iudicari, quod & augurale habuit sacerdotiū, & eosdem se colere uenerariq; testatur. Itaque intra paucos uersiculos duas res nobis dedit. Nam dum imaginem filiaē eodem se modo consecraturū esse profiteretur, quo illi à ueteribus sunt consecrati: & illos mortuos esse docuit, & originem uanae superstitionis ostendit. Cum uerò, inquit, & mares & foeminas complures ex hominibus in deorum numero esse uideamus, & eorum in urbibus atq; agris augustissima delubra ueneremur: assentiamur eorum sapientiaē, quorū ingenijs & inuentis, omnem uitam legibus & institutis excultam, constitutamq; habemus. Quod si ullum unquā animal consecrandū fuit, illud profectō fuit. Si Cadmi, aut Amphionis progenies, aut Tyndari in cœlū tollenda fama fuit: huic idem honos certē dicandus est: quod quidem faciam, teq; omnium optimam, doctissimamq; approbantibus Dijs immortalibus ipsis in eorum cœtu locatā, ad opinionem omnium mortalium consecrabo. Fortasse dicat aliquis, præ nimio luctu delirasse Ciceronem. Atqui omnis illa oratio, & doctrina, & exemplis, & ipso loquendi genere perfecta, non ægri, sed constantis animi ac iudicij fuit, & hæc ipsa sententia nullum præfert indicium doloris. Neq; enim puto illum tam uariē, tam copiosē, tam ornate scribere potuisse, nisi luctum eius & ratio ipsa, & cōsolatio amicorum, & temporis longitudo mitigasset. Quid quod idem dicit in libris de Republica: idem de Gloria? Nam de Legibus, quo in opere Platonem secutus est, leges uoluit ponere, quibus putaret usuram esse iustam, & sapientem ciuitatem. de religione ita sanxit: Diuos, & eos qui cœlestes semper habiti sunt, colunto: & illos quos in cœlo merita locauerunt, Hercule, Liberum, Aesculapium, Pollucem, Castorem, Quirinū. Item in Tusculanis, cum diceret totum penē cœlum humano genere completum: Si uoluerō, inquit, scrutari uetera, & ex illis ea quæ scriptores Græciæ prodiderunt eruere coner: ipsi illi maiorum gentium dij qui habentur, hinc à nobis profecti in cœlum reperientur. Quare, quorum demonstrantur sepulchra in Græcia: reminiscere, quoniam es initiatus, quæ traduntur mysterijs: tum deniq; quā hoc latē pateat, intelliges. Testatus est uidelicet Attici cōscientiā ex ipsis mysterijs intelligi posse, quod omnes illi homines fuerunt qui coluntur. & cum de Hercule, Libero, Aesculapio, Castore, Polluce, incunctanter fateretur: de Apolline ac Ioue, patribus eorū, item de Neptuno, Vulcano, Marte, Mercurio, quos maiorū gentium deos appellauit, timuit apertō confiteri.

Et idcirco ait, latè hoc patère, ut idem de Ioue, cæterisque antiquioribus dijs intelligamus: quorum memoriam si eadem ratione ueteres consecrauerunt, qua se imaginem, nomenq; filia consecraturū esse dicit, ignosci in cærentibus potest, credentibus non potest. Quis enim tam demens, qui consensu & placito innumerabilium stultorū, aperiri cælum mortuis arbitretur? aut aliquē, quod ipse non habeat, dare alteri possit? Apud Romanos Deus Iulius, quia hoc scelerato homini placuit Antonio: Deus Quirinus, quia hoc pastoribus uisum est: cū alter gemini fratris extiterit, alter patriæ parricida. Quod si Cos. fuisset Antonius: C. Cæsar pro suis in Rempublicā meritis etiam defuncti hominis honore caruisset, & quidem consilio Pisonis soceri, & L. Cæsaris propinqui, qui uetabant funus fieri: & Dolabellæ Cos. qui columnam in foro, id est tumulū eius euertit, ac forum expiauit. Nam Romulū desiderio suis fuisse, declarat Ennius, apud quē populus amissum regē dolēs, hæc loquitur:

— O Romule Romule dic, o,

Qualem te patriæ custodem dii genuerunt?

Tu produxisti nos intra luminis oras.

O pater, o genitor, o sanguen dijs oriundum.

Ob hoc desiderium facilius creditum est Iulio Proculo mentienti, qui subornatus à patribus est, ut nunciaret plebi, uidisse se regem humano habitu augustiorem, eumq; mandasse ad populum, ut sibi delubrū fieret, se Deum esse, & Quirinum uocari. Quo facto & ipsi populo persuasit, Romulum ad deos abijisse: & senatum suspicione cædis regis liberauit.

COMMENTARIVS.

In hoc capite ciuili Gentilium Theologia taxatur, quæ reliquis eo plus authoritatis habet, quod per ultricem legum maiestatem defenditur. Sed cælesti sapientiæ humanis præsidij opus nõ est. Quare Romanus hierarcha nec suas ferro tuebitur uanitates, nec reginam cælestem de sua maiestate deturbabit. Si enim nulli reges antè.) Berofus Babylonius li. 3. scribit, Noam post diluuium, eo quod scientiam astrorum traderit, Olybama & Arsa, id est Cælum & Solem cognominatum fuisse: item Chaos, semen mundi, patremq; deorum maiorum et minorū: ipsiq; post obitū honores diuinos exhibitos, & reliqua quæ ibi memorantur, nõ malè quadrant cū hisce quæ hic traduntur. In adulationem.) Vide August. lib. 2. de Ciuit. cap. 15. Simulacra finxerunt.) Atq; sic paulatim inoleuit idololatria, quam Zelotes Deus ut auerteret, prohibuit nullas cuiusquæ imagines fieri. Vt & gratiam.) Nec effectus, nec finalis causa uitium habent: sed modus uitiosus est. Cic. de Nat. deorum.) Locus est li. 2. Hac ratione Romani Cæsares.) De hoc in prologo Valerij annotauimus. Sed lege insuper priorē Theophili ad Autolyicum sermonem, in quo inter cætera disputat, uti Cæsar sit diuino cultu prosequendus. Et Mauri reges suos.) Certum hoc est de Persis, Medis, & Indis. Sed quia Persæ, Medi & Armenij, nauibus (teste Salustio) trans-

uecti sunt, & pro Medis Mauri barbara lingua sunt appellati: uerisimile est, eosdem mores apud ipsos permansisse. Videtur Lact. hoc ex Cypriano habere, qui in eo tractatu qui est de Vanitate gentium, sic scribit: Mauri manifestè reges colūt, nec ullo uelamento hoc nomen prætexunt.

Sic paulatim.) Versutissima hæc uasfrices ca 30 codæmonis est, ut res per se non malas in summā mortalium perniciem conuertat. Veterator ille nunquam ab ingenio suo decedit, qui noctu bonū semen lolio uitiat. Hac arte Christi crucifixi primum, deinde sanctorum, adeoq; patris cælestis, quem nemo uidit unquam, imagines in Ecclesias inuexit, hoc prætextu, ut essent simplicium scripturæ: & primum pingebantur modò, tandem etiam sculpi cœperunt. Quæ res postremis hisce temporibus in execrabilem idololatriam degenerauit. 40 Vt Aegyptij Isidem.) Enumerati iam aliquot dijs τοπωνύμους, id est locales deos. Esaias ca. 19. in Aegyptiorum Aisid' αμυβία inuehitur. Quo loco Hieron. significari ait, quod Aegyptij heroas & deos autores suæ gentis simulent, Oron, Isin, Osirin, Typhonem. Non eadem uerò omnes tradunt. De Aegyptiorū Theologia copiosè scripsit Euseb. de præparat. Euang. lib. 2. cap. 1. Cæterum de Isidis cultu Diod. in 1. Herod. in 2. Macrobi. lib. 1. Saturn. cap. 20. Berofus lib. 5. Boccat. lib. 4. cap. 46. Mauri Iubam.) Iubam quoq; regē Mauritaniæ in Aphri-

ea Deum factū et existimatum à Mauris legimus: quod cum alij tradunt, tum scribit Tertullianus in Apologet. & Arnobius his uerbis in ultimo: Nisi forte (inquit) post mortē finguis Deos: & peierante Proculo Deus Romulus, et Iuba Mauris uolentibus deus est: & diui ceteri reges, qui consecrantur non ad fidem numinis, sed ad honorē emerita potestatis. Macedones Cabir.) Nō Cabirum ab Argiuis pulsum, à Thebanis cultum intelligo, cum Macedon hic expressē legatur. de Cabiris illis si legere cupis, pete ex Pausania. Collegerūt multi multa: Caelius Rhodiginus, Nicolaus Leonicus, Eustathius, Parrhasius. Pœni Vranum.) Ὠφειλὸς Caelus à quibusdā, & cœlestus, nescio an idē ille qui et Ὠφείων dicitur, de quo nos in Natura deorū diximus. Cultus fuit Vranus cum multis locis, tum humanis etiam uictimis, & præcipuē in Africā & Libyā, & in Occidentibus insulis, ut est apud Cortesiu. Latini Faunum.) Is Aboriginū rex fuit, autore Dionysio, Martis nepos: Pici filius, teste Vergilio, Pater Faunorū & Satyrorū. Faunū, Latinū deum Varro dicit. Annō Aegypti regis Aegyptiorū trigesimo septimo, floruisse fertur: quo apud Athenienses Pandion regnauit, ut Manethon in libro de Regibus Aegyptiorū memoriæ prodidit. Hunc colebāt Non. Decemb. ut est apud Horat. li. 3. ode 18. de hoc plura infrā cap. 22. Sabini Sanctum.) Legunt alij Sangum, alij Sancum: textum clarum nequicquam, imo temere corrigentes. In fragmentis Originum Catonis sic legimus: A Nare porro anne usq; ad Equiculos tenet Sabini, à Sabo cōditi, Sabatio Sangni gentili edito: inde ad fontes Arni amnis, Sabelli Sabinorum proles incolunt. Sangni gentilem, Sabi pronunciant Sabini, Sanctum Romani, Sangam Barbari: à quo & Sagi primi Thusci, id est pōtiffices, et sacri expiatores. Ex quo patet leuitas cū loquacitate Græcica, qua à Lacedæmonijs ortos scribunt Sabinos, & a Græca origine σέβουα dictos fingunt. Repetit hæc Dionys. Halicar. li. 2. Rom. antiq. Sangum illum gentilem appellans, Pistiumq; à quibusdā uocari referens. Sanctum tamē expressius legimus, quā ut dissimulari possit: Sanctus Fidius, Semipater, sicut sexto Faustorum scriptum est, Querebam Nonas Sancto, Fidio ne referrem, An tibi Semipater. tunc mihi Sanctus ait: Cuiusq; ex illis dederis, ego munus habebō, Nomina trina fero, sic uoluere Cures. Hunc igitur ueteres donarunt æde Sabini, Inq; Quirinali constituere iugo, Quirinum Romani.) Hæc ex Liuiō, Dio-

nysio, Plutarcho, et alijs notiora sunt, quā ut explicatione opus habeant. Athenæ Mineruam.] Nā ex ipsa Athenæ cognominatæ sunt, quæ & Ἀθηνᾶ νῆπι ἀδλωαία Græcis dicta est. De hac Pausanias in Atticis, Plut. in Themistocle, Isocr. in Panathenæico. August. de Ciuit. li. 18. cap. 9. fabulā ex Varrone referēs, cōtentionē inter Neptunū & Mineruā præstigijs dæmonum factam fuisse asserit. Samos Iunonē.) Vbi habuit fanū ab Argonautis conditū. Verg. 1. Aen. Quam Iuno terris fertur magis omnibus unam Posthabita coluisse Samo. De hac infrā capite 17. plura dicentur. Paphos Venerem.) Verg. in 1. Ipsa Paphum sublimis adit, sedesq; reuifit Læta suas, ubi templum illi, centumq; Sabeo Thure calēt aræ. — Pomp. Mela est autor, quod loco primum ex mari Venerē egressam accollæ af firmant, Palæpaphon dictā fuisse. Lemnos Vulcanū.) Fabula est apud Hom. Iliad. 1. Vulcanū in Lemnū fuisse præcipitatū. Hinc Dionysius Alexandrinus λεγαίον τῆς ὄψης ἠφαιστῆος, id est sterile Vulcani solū. Lemnū appellat, quæ et Latinis Vulcania dicta est. Mythologiā nūc trāsilius. Naxos Liberū.) Naxos (inquit Solin. ca. 20.) Dionysia prius dicta, uel quia hospita Libero patri, uel quod fertilitate uitium uincat cæteras. Bacchicā etiam Statius nominat. Est autē una inter Cyclades. Stephanus ait unius insulæ mulieres ὀκταμῆνας, id est octauo mense parere, uel quia Iuno Dionysio amica est, uel quia Dionysius ipse sic natus sit. Apollinē Delph.) Ouid. Placuit tibi Delphice certē. Orpheus in hymno: τρωίη καὶ σμινθεύ, τρωοκτῶν δ' ἐλθεῖν μάντι. Si per populos.) Topicos deos collegit Gyraldus Syntag. 1. De hoc in primo Valerij libro dictū est. Sed de his ferē singulis personant hymni Homeri & Callimachi. Nunc pateras.) Verg. li. Aen. 7. Poscamus uentos.) Aen. 5. Panegyricis.) Panegyrici sermones sunt celebres in frequētī cœtu, in laudē alicuius habiti. Nam πανηγυριῶν alioqui σιωπῆθεν σιωπῆσιν uocāt, καὶ διαφορᾶ τῶν ἀγέσεων. Talis est Isocratis in laudē Atheniensiu, Plinij in laudē Traiani, &c. Sibylla.) Sermonē tertio. Sed in libro Sibyllino non modō lectio uariet, uerum etiā uersus inter primum & alterum interferitur. Legitur autem hoc modo: (νεοσι εἰκᾶς δ' ἠτί τῆς ποίθας ἐπ' αὐδ' ἔρασιμ ἠγέμο θυσίαις, οἷς ἐκ' ἐστ' φρυγῆν θανάτοιο τελευτῶν. πρὸς τὴν δ' ὄρα μᾶτα κατὰ φθιμῶσι ποίησιν;

ἄνευ τ' εἰδώλοισι; τί τοι πλαῖνον γ' ἔφρασι
 δῆκε,
 πῶς τε λελῆν, πῶς λιπῶσα θεῶν μεγάλω προῶ
 σῶπος
 ἔνομα παρ' ἄλλοις τε ἄβας δέχε, μὴ δὲ λά
 βῃ σε. Hoc est:

Græcia quid fides ducibus mortalibus ergo
 His, quibus haud licet ut fugiant fatalia mortis?
 Ecquid dona ferens functus lucrabere uita?
 Eidolis' ue facis sacrum? quis te occupat error?
 Quid facis ista, Dei linquens pia numina summi?
 Nomen cunctipotentiis habe, maneat reuerentia
 cultus.

Platonis imitator.) Sic Quintil. lib. 10. Pla
 tonis in philosophia æmulum uocat: Aemulus au
 tem adeo addictus fuit, ut cū ipso errare, quàm cū
 alijs bene sentire maluerit. Augur.) De quo
 ipse tū alibi, tū in Epistolis ad Appiū mentionē fac
 it, & Plut. in eius uita. Cæterum quàm cōstanter
 filia obitū tulerit: de q; hoc ipso libro ipsius, iudi
 cū inuenies in Epist. ad Att. li. 12. Lege etiā Seruij
 Sulpitij consolationē, quæ est in lib. 4. Familiariū.
 Consecrandum.) Papistæ canonizare uo
 carunt, quod græci ἀγιάζειν, hoc est in diuorum
 numerum referre. Cadmi.) Ino, quæ dea ma
 rina facta, Leucothea est appellata, Latinis Matu
 ta: et Bacchus, ex Semele Cadmi nepos. Am
 phitryonis.) Sic enim, mea sententia, rectius
 leges, quàm Amphionis, quum Amphionis liberi
 calamitatis prouerbium fecerint, Niobes filij. Sed
 Amphitryonis filius Hercules in deorum numerū
 esse relatus fingitur. Tyndari.) Castor &
 Pollux, qui ob id Tyndarides dicti sunt. In li.
 de Rep.) Atq; adeo in ipso fragmento de Som
 nio Scipionis, ubi aliud facit nihil, quàm ut osten
 dat, uirtutibus iter ad cælum patere. Dele
 gibus.) Lib. 2. Locauerunt.) Apud Cic.
 legitur uocauerunt. Sed hæc lectio mihi magis
 probatur, & Cic. ex hoc loco uidetur emendan
 dus. Item in Tusculanis.) Lib. 1. Deos ma
 iorum gentiū uocat. ad imitationē Reip. Romanæ,
 eos qui duodecim. Consentes appellatur: Patres,
 quos Romulus legerat. Maiorū gentiū appellaban
 tur. Tarquinius deinde Priscus centum patres in

Qua ratione Dij esse non possint, quos sexus discernit: & quod in naturam Dei
 non cadit sexus, aut coitus, aut officium generandi.

C. A. P. XVI.

Poteram ijs quæ retuli, esse cōtentus: sed supersunt adhuc multa suscepto
 operi necessaria. Nam quamuis ipso religionum capite destructo, uniuersa
 sustulerim: licet tamen persequi cætera, & redarguere plenius inueteratam
 persuasionem, ut tandem homines pudeat suorum, ac pœniteat errorum. Ma
 gnum hoc opus, & homine dignum,

Curiam legit, qui Minorum gentiū, et Patres con
 scripti sunt appellati. Consentes dij Ennians nu
 merantur uersibus:

Iuno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,
 Mercurius, Iouis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Quibus deinde Ascripticios addiderunt octo, ut
 essent numero xx. Atq; hæc numina propter ma
 iores in mundo administrationes Seleeta diceban
 tur, ut Augustin. ex Varrone indicat. Coniungun
 tur aut hoc modo: Iupiter & Iuno, Saturnus & 10
 Tellus, Mercurius & Minerva, nō cōiugio, sed cō
 munitate artiū, sicut Liber pater et Ceres: tum fra
 tres, Apollo & Diana: & quos coniunxit amor,
 Mars & Venus: item quos coniunxit ignea facul
 tas, Vulcanus et Vesta: & duo lumina mundi, Sol
 & Luna. Cæterum Ianus, Neptunus, Genius &
 Orcus, sunt sine paribus, ob ignobilitatem mulie
 rum. Simili modo Seneca in ludo de Morte Clau
 dij Cæsaris, Senatū deorum facit, & Ianum patrē
 Cos. designatū inter P. C. introducit, qui senten
 20
 tiam rogatur à Ioue. Sed in eum deorum senatum
 etiā Augustus nequaquā pedarius senator coopta
 tus est. Apud Aegyptios similes ferè deorū ordi
 nes & gradus fuerūt. sicut apud Herod. in Euter
 pe legimus: πέντε τοι οὐκτώ, ὁ δὲ ὄψις οὐκ δωδεκίμη, et
 quæ ex his duodecim nati sunt νεώτεροι et ἑσπε
 ροί dicuntur. Sepulchra in Græcia.) Ut
 supra Iouis in Creta audiuius, in Oeta Herculis,
 in Nysa Bacchi. Antonio.) Consuli: qui, au
 tore Tranquillo, per præconē pronunciauit sena
 30
 tuscultum, quo omnia simul & diuina & humana
 decreuerat. Vide ad hæc Philippicā Ciceronis se
 cundam. Deus Quirinus.) Lege de hoc
 Dionys. Plut. & Liviū. Meminit Cypr. de idolorū
 cultu. August. li. 3. de Ciuit. Dei, cap. 4. confutat
 Varronis sententiam, qui utile putauit, ut se homi
 nes ex dijs genitos mentiantur. Patriæ parrici
 da.) Hoc etiā ipsius ciuis Cicero fatetur. Off.
 3. Potest enim, dij immortales, cuiquā esse utile sce
 dissimū et teterrimū parriciidū patriæ. quamuis is 40
 qui se eo obstrinxerit, ab oppressis ciuibus parens
 nominetur? L. Cæsaris.) Scribit de
 hoc ad Dolobellam Cicero,
 libro 9. Epist.

Religionum

Religionum animos nodis exoluere pergo,

(ut ait Lucretius) qui quidem hoc efficere non poterat: quia nihil ueri afferre
bat. Nostrum est hoc officium, qui & uerum Deum asserimus, & falsos refu-
tamus. Illi ergo qui poetas finxisse de dijs fabulas opinantur, & deas fœmi-
nas esse credunt, & colunt: reuoluuntur imprudentes ad id, quod negauerāt,
coire illos, ac parere. Nec enim fieri potest, quin duo sexus generandi causa
sint instituti. Recepta uerò sexuum diuersitate, non intelligunt cōsequens esse,
ut concipiant: quod in Deum cadere non potest, ut isti putant: nam & Iouis
esse filios dicūt, & ceterorum deorum. Nascuntur ergo, & quotidie quidem,
10 dii noui: nec enim uincuntur ab hominibus fœcunditate. Igitur deorum innu-
merabilium plena sunt omnia, nullo scilicet moriente. Nam cum hominū uis
incredibilis, numerus sit inestimabilis, quos tamē, sicuti nascuntur, mori ne-
cesse est: quid deorum esse tandem putemus, qui tot seculis nati sunt, immor-
talesq; manserūt? Cur ergo tam pauci coluntur? nisi fortē arbitramur, nō ge-
nerandi causa, sed tantummodo capiendæ uoluptatis, duos esse sexus deorū,
& ea exercere, quæ homunculos & facere & pati pudet. Cū uerò dicantur
aliqui ex aliquibus nati: consequens est, ut semper nascantur, si quidē aliquan-
do sunt nati: uel si aliquando nasci desierunt, scire nos conuenit, cur aut quan-
do desierint. Non illepidē Seneca in libris moralis philosophiæ: Quid ergo
20 est, inquit, quare apud poetas salacissimus Iupiter desierit liberos tollere?
Vtrum sexagenarius factus est, & illi lex Papia fibulam imposuit: an impetra-
uit ius trium liberorum? An tandem illi uenit in mentem, Ab alio expectes: al-
teri quod feceris? & timet, ne quis sibi faciat quod ipse Saturno? At isti qui
deos asserunt, uideant quomodo respondeant huic argumento quod infere-
mus: Si duo sunt sexus deorum, sequitur concubitus: & si coeunt, & domos
habeant necesse est: nec enim carēt uirtute ac pudore, ut hoc promiscuē, aut
in propatulo faciant, sicuti muta uidemus facere animalia. si domos habent,
consequens est, & ut urbes habeant, & quidem autore Nasone, qui ait:

30 *Plebs habitat diuersa locis: a fronte potentes
Cœlicolæ, clariq; suos posuere penates.*

Si habent urbes, & agros igitur habebunt. Iam quis non uideat, quæ sequan-
tur? arare illos, & colere: quod quidem uictus causa fit: ergo mortales sunt.
Quod argumentum retrouersum idem ualeat: Si enim agros non habent, ne
urbes quidem: si non urbes, ne domos quidem: si domibus carent, ergo &
concubitus: si concubitus ab his abest, & sexus igitur fœmineus. In dijs autem
uidemus & fœminas esse: ergo dii non sunt. Dissoluat hoc argumentum, si
quis potest. Ita enim res rem sequitur, ut hæc ultima necesse sit confiteri. Sed
ne illud quidem dissoluet aliquis: Ex duobus sexibus alter fortior, alter infir-
mior est: robustiores enim mares sunt, fœminæ imbecilliores. Imbecillitas au-
tem nō cadit in Deum: ergo nec fœmineus sexus. Huic additur superioris ar-
gumenti extrema illa cōclusio, ut dii non sint: quoniā in dijs & fœminæ sunt:

C O M M E N T A R I V S.

Laetantius perinde facit ut strenuus uictor, qui
suis fugatisq; hostibus, ad occupandā etiā hostiū
terrā se cōuertens, hostē persequēdo uictoria uti-
tur. Prosequitur autē eam quæstionē, quā supra ca.
8. cōtra deorum sexū disputādo obtinuit. Ipso
religionū.) Animaduertere est, religionis no-
men in plurali ferē in malam partē usurpari. pro eo
50 quod Græcis est *θεοὶ ἀνομία*. hanc differen-
tiam Cic. nō seruat. Lucretius.) Lib. 1. Vide
infra li. 4. ca. 28. Quin duo sexus.) A cau

sa finali. de qua lege eundē Laet. li. de Opificio ho-
minis cap. 12. & 13. Et deas fœminas.) Sa-
tis fuerat illis respondisse, quod Christus Saddu-
cæis, in cœlo nec sexū esse, nec matrimonij leges.
Sed stultis respondet pro stultitia sua, sicut etiam
Arnobius li. 3. In Deū cadere.) Quia in
Deū accidēs cadere nō potest. Itē quia (id quod
etiā Cic. fatetur, et Plato) Deus est *ἀσώματος*.
Sexagenarius.) Sunt qui putant, legi Papia,
cuius multa capita fuere, hoc Tyberii Casarem
adiecisse,

adiecisse, ne quis sexagenarius uxorem ducat, eo quod ætas illa generandis liberis inutilis sit. Constituit tamen, autore Tranquillo, Caius Cæsar, pro cuiusq; ciuiũ cõditione, huius legis uacatione: & Iustin. omne tempus masculino post XIII. puellæ post XII. ad nuptias idoneum permisit. l. sancimus. tit. de nupt. qui est quartus quinti lib. Cod. Viros autem extrema ætate soboli augenda idoneos esse, docet Plin. li. 7. cap. 14. Solim. ca. 4. Tertul. cap. 4. Apol. leges Papias nouissimas uocat, quæ ante liberos suscipi cogunt, quàm Iulie matrimonium contrahi, easq; à Seuero cõstantissimas exclusas fuisse scribit. Cæterum fibula utebantur ad coercenda genitalia, ut Martialis auctoritate Beroaldus apud Tranquillum docuit, hunc Lact. locũ emendãs. Nam perperã legebatur fabulam, uel tabulam. Citatur hic locus à Budæo de Assel. 2. An impetrauit.) Alciat. in l. ter enixa. ff. de uerb. sig. opinatur etiã hac de re ali-

quid lege Papiæ Popæa fuisse cõstitutũ, & si hunc uidebit locum, eo magis crediturus est. Nam cum Claudius uacatione legis huius, ut dictũ est, certis ex causis cõcessisset, Latine cõditionis uiris ius Quiritium cõcessit, feminis uero ius quatuor liberorum. Quod enim Romæ mulieri priuilegiũ ex tribus filiis cõpetebat, libertinae uel Latine cõditionis ex quatuor dabatur. Ab alio expectes.) Talionis illa lex adparet prouerbij loco fuisse iactata. Si duo sunt sexus.) Sorites hoc genus argumẽti à Dialecticis appellatur, quod per ἀλλήλων propositionũ acerrimum colligit. Quod deinde inuersum, ex sterefi gentium deos diuinitate sua exiit atq; spoliat. Nasone.) Pri. Metamorph. Robustiores enim mares.) Physici calorẽ causam assignat in uiro quàm in muliere maiorem. Plato in 5. de Rep. ait, mulieres ad res omnes obeundas æquẽ ut uiros idoneas, nisi quod uiribus sunt infirmiores.

Quod Stoici fidem historiarum, & poetarum figmenta in ani physica ratione peruertunt: & quæ miseriæ & turpitudines de Dijs referantur. CAP. XVII.

OB has rationes Stoici aliõ uersus deos interpretantur. & quia nõ peruident quid sit in uero, conantur eos cum rerum naturalium ratione coniungere. quos Cicero secutus, de dijs ac religionibus eorũ hanc sententiã tulit: Videtis ne igitur, ut à physicis rebus bene atq; utiliter inuentis tracta ratio sit ad cõmenticios ac fictos deos: quæ res genuit falsas opiniones, erroresq; turbulentos, superstitiones penẽ aniles: & formæ enim deorum nobis, & ætates, & uestitus, ornatusq; noti sunt: genera præterea, coniugia, cognationes omnes, omniaq; traducta ad similitudinẽ imbecillitatis humanæ. Quid plinius, quid uerius dici potest: Romanæ philosophiæ princeps & amplissimo sacerdotio præditus, cõmenticios ac fictos deos redarguit, quorũ cultus, superstitiones penẽ aniles esse testatur: falsis opinionibus, erroribusq; turbulentis implicatos esse homines queritur. Nam totus liber tertius de Natura deorum omnes funditũs religiones euertit ac delet. Quid ergo à nobis expectat amplius? Nũ eloquẽtia superare possumus Ciceronẽ? minimẽ id quidẽ: sed fiducia illi defuit, ignorati ueritatẽ, quod ipse simpliciter in eodẽ opere cõfiteatur. Ait enim facilius se posse dicere quid nõ sit, q̃ quid sit: hoc est, falsa se intelligere, uera nescire. Clarũ est igitur, homines fuisse illos qui dij putantur, & eorũ memoriã post mortẽ cõsecratã esse: ideo etiã ætates diuersæ sunt, & certæ imagines singulorũ, quod in eo habitu & ætate singulorũ simulachra cõfigurata sunt, in qua quemq; mors deprehendit. Cõsideremus (si placet) ærum nas infelicium Deorũ. Isis filiũ pexdidit: Ceres filiã. Expulsa, & per orbẽ terræ iactata Latona, uix insulam paruã in qua páreret, inuenit. Deũ mater & amauit formosum adolescentẽ: & eundẽ cum pellice deprehensum, exectis uirilibus semiuirũ reddidit: & ideo nunc sacra eius à Gallis sacerdotibus celebrantur. Iuno pellices acerrimẽ persecuta est, quia párerẽ ipsa nõ potuit ex fratre. Insulã Samũ scribit Varro prius Partheniã nominatã, quod ibi Iuno adoleuerit, ibiq; etiã Ioui nupserit. Itaq; nobilissimũ & antiquissimũ templũ eius est Sami, & simulachrũ in habitu nubentis figuratũ: & sacra eius anniuersaria nuptiarũ ritu celebrantur. Si ergo adoleuit, si uirgo fuit primò, postea mulier: ho-

minem

minem fuisse qui nō intelligit, pecudē se fateatur. Quid loquor obscenitatē Venenis, omnium libidinibus prostituta; nō deorū tantū, sed & hominū? Hæc enim ex famoso Martis stupro genuit Harmoniā: ex Mercurio Hermaphroditum, qui est natus Androgynus: ex Ioue Cupidinē: ex Anchise Aeneam: ex Bute Erycen. ex Adone quidem nullū potuit, quod etiam tum puer ab apio ictus & occisus est. quæ prima (ut in Historia sacra cōtinetur) artē meretriciā instituit, autorēq; mulieribus in Cypro fuit uti uulgō corpore quæstū facerēt: quod idcirco imperauit, ne sola præter alias mulieres impudica & uirorū appetens uideretur. Etiam ne habet hæc aliquid numinis: cuius plura numerantur adulteria, quā partus. Sed ne illæ quidē uirgines illibatā castitatē seruare potuerūt. Vnde enim putemus Erichthoniū esse natū: an ex Terra, ut poetæ uideri uolunt? At res ipsa clamat. nā cū Vulcanus dijs arma fecisset, cū Jupiter optionē dedisset præmiū, quod uellet, postulādi, iurassetq; (ut solebat) per infernā paludem, se nihil negaturū: tum Iabes claudus Mineruæ nuptias postulauit. Hic Iupiter optimus maximus tanta religione cōstrictus, abnuere nō potuit: Mineruam tamen monuit repugnare, pudicitiamq; defendere: tum in illa colluctatione Vulcanū in terram profudisse aiunt semen, unde sit Erichthonius natus: idēq; illi nomē impositū ἐκ τῆς γῆς Ἰδαίου καὶ χθονός, id est ex certamine atq; humo. Cur igitur uirgo eum puerum cū dracone conclusum & obsignatū tribus uirginibus Cecropidis commendauit? euident (ut opinor) incestum, quod nullo modo possit colorari. Altera cū penē amatorē suum perdidisset, qui erat turbatis distractus equis: præstantissimū medicum Aesculapium curando iuueni aduocauit, eumq; sanatum

— secretis alma recondit

Sedibus, & nymphae Egeria, nemorūq; relegat:

Solus ubi in syluis Italus, ignobilis animum

Exigeret, uersūq; ubi nomine Virbius esset.

Quid sibi uult hæc tā diligēs, tā sollicita curatio? quid secretæ sedes? quid religatio uel tā lōgē, uel ad mulierē, uel in solitudinē? quid deinde nominis cōmutatio? Postremo, quid equorū tā pertinax abominatio? Quid significant hæc omnia, nisi cōsciētia stupri, & amorē minimē uirginalē? Erat planē, cur tantū laborē pro tā fideli iuuenē susciperet, qui amātū noueræ obsequiū pnegaret.

C O M M E N T A R I V S.

Prosequitur hoc capite, quæ suprà cap. 12. misa fecerat. QUITOS Cic. secutus.) li. de Nat. deorum 2. Augustin. de ciuit. Dei lib. 4. cap. 30. hunc eundem locum his uerbis confutat: Cicero augur irridet auguria, et reprehēdit homines coruū & corniculæ uocibus uitæ moderantes. Sed iste Academicus qui omnia esse contendit incertam, indignus est qui habeat ullam in his rebus autoritatem. Disputat apud eum Q. Lucil. Balbus in 2. de Deorum nat. libro, & cum ipse superstitiones ex natura rerum uelut phisicas & philosophicas inserat, indignatur tamen institutioni simulacrorum, & opinionibus fabulosis, ita loquens: Videtis ne, &c. Et formæ deorum.) Saturnus pædophagus, Vulcanus claudicans, Ianus bifrons. Aetates.) Cupido, Bacchus, Aesculapius, Apollo. Vestitus.) arma a Pallas, Hercules leonina pelle amictus. Ornatusq;.) ut Neptunus tridente, Mercurius alatis pedibus

& caduceo. Religio Romana in effingendis diuis eosdem est imitata errores. nam

Clauiger est Petrus, Ianum fortasse se quutus:

Armiger ac crepitans ecce Georgius est.

Castora tu dices, si Pollux additus esset,

Sic Matri similis Barbara turritigeræ est.

Pisces Huldricus gestat, Marinus equestris;

Diues Nicoleos aurea mala gerit.

Sic alij referunt alios insignibus amplis,

Sic sua quisq; sibi munera diuus habet.

Amplissimo sacerdotio.) augurio, ut dictū est. Nā tertius liber.) Nā in eo Cotta partes Academiae defendit. At enim facilius.) Sub persona Cottæ pōtificis, ab initio sec.

Imaginib.) Exēpla quære apud Philostratiū et Pliniū. Simulacrorū quorundā habitū taxat etiā Tatian. & Theophil. Isis filium perdidit.)

Varia à uarijs, nec certa, de Epapho traduntur, Vide Boccac. cūm alibi, tum lib. 4. cap. 46.

Herod.

Herod. ait Epaphū Gracis esse, qui Aegyptijs est Apis. Ceres filiā.) Proserpinā, de cuius raptu Claudian. scripsit libros tres. Scribit eandem fab. Ouid. in 5. Boccac. li. 8. ca. 4. Latona.) Insula Ortygia dicta fuit: unde etiā Diana ibi nata Ortygia est dicta. Hom. Odyss. ε. εως μιν γν' οργυγιν χερσὸν βαρ' ἀπτεμας ἀγνν, &c. De Orionis nece verba faciens, & Pind. δ' ἐμνιοῦ ἀπτεμάδης, id est Dianae cubile uocat in Nemae. postea Delos. Fabula est apud Ouid. in 6. apud Boccac. li. 4. cap. 20. Formosum adolescentē.) Atyu Phrygium, quem ijs adamabat cōditionibus, ne alieno uteretur amore: complexus ille Sangaridem nympham, de qua cum ipsa supplicium sumpisset, adolescens sibi uirilia amputauit. Dea deinceps per castratos homines sibi sacra fieri uoluit, qui Galli à fluuio Gallo, apud quem sacra fiebant, dicti sunt postea, etiā Romanis. Hæc communis historiae exegeſis est: sed diuersitates ad examen uocare, animus hic non est. Historiam ex quodā Timotheo theologo gentilicio refert Arnobius lib. 5. Lege præterea Diod. li. 4. longè ab alijs uarietatem. meminit Herodianus li. 1. Catullus in Carmine quod incipit, Super alta uectus Aty, &c. Lucian. in dialogo Veneris & Cupidinis, ubi Attis scribitur. Fenestella ca. 12. Pomp. Letus ca. 11. de Sacerd. Rom. Mythologiam uide apud Fulg. et Boccac. li. 3. cap. 2. Contra quā differit Arnob. lib. supra citato: item Augustin. de Ciuit. Dei. li. 7. cap. 25. insectantur etiam Theoph. & Tatianus. Iuno pellices.) ut Latonam, Iō, Europam, Denaen, & alias. Insulā Samum scribit Varro. Hæc eadem repetit Boccac. li. 9. cap. 1. Meminit August. lib. 6. de Ciuit. Dei, cap. 7. ubi etiā superioris exempli mentionem facit. Partheniā.) Dum nempe Ceres eam habitauerunt, sed à fluuio Parthenio Strabo sic dictam refert. Deinde Dryusa Plinio & Stephano uocata est. Postea Anthemusa: sic enim apud Steph. legitur, & Plin. & à floribus sic dictam puto, quæ pro uerbo locum fecerunt. alij Stephanem ob id etiam dictam putant. Postea Melamphylus, postea Samus à quodam indigena, colomis ex Ithaca & Cephalenia ductis. Quamquā Strabo ab altitudine dictam malit: cui sententiæ doctiores assentiuntur. Hinc Dionys. eam πελάσγιδος ἰσθμοῦ ἡρῆς appellat. Verg. Posthabita coluisse Samo. Obscenitatē Veneris.) Deorum, ut cum Marte: hominum, ut cum Anchise, &c. Harmoniā.) Harmoniam Electræ ex Ioue filiam alij faciunt, ex quibus est Diod. in 6. Cæterum Hesiod. in Theogonia:

ἡ δ' ἄρ' ἀρμονίη, θυγάτηρ χροῦς ἀφροδίτης, ἰνὼ καὶ σμιέλλῃ, καὶ ἀγαλῶ καλλιπάρειον, αὐτονομῶ δ' ἰὼ γῆμων ἀριστῶ. Βαθυχάρτης. τένατο καὶ πολὺ δ' ὄρωρ' εὐσεφάω γνὶ δ' ἄβη. Vbi Ioan. Commentator eam ἀρμουμῶν ἠνο- cat. Fuit autem hæc secundum communiorē sententiam Martis & Veneris adulterio nata, de quo uide Boccac. li. 9. cap. 37. & nos supra huius loci mentionem fecimus. De Veneris & Martis adulterio lege Hom. Ody. 8. Ouid. in 4. Metamorph. De cuius rei mythologia alibi abundè dictum est. Hermaphroditū.) Ouid. in 4. Metamorph. Mercurio puerum, & diua Cythereide natum, Naiades Idaeis enutritū sub antris, Cuius erat species, in qua materq; paterq; Cognosci possent, nomen quoq; traxit ab illis. Vide ad hæc Boccac. lib. 3. cap. 21. Plinius lib. 7. cap. 3. Gignuntur & utriusq; sexus, quos Hermaphroditos uocamus, olim ἀνδρογῶνους uocatos, & in prodigijs habitos, nunc uero in delicijs. Mis- 20 sas facimus illas Aristophanis nugas, quibus ait in Platonis Symposio tria hominum generā ab initio fuisse, ἀρσεν, θῆλυ, καὶ ἀνδρόγαμον. Cupidīnē.) Cic. de Nat. deor. ait eum Martis & Veneris esse filium, de quo plura uide apud Boccac. li. 9. cap. 4. Varias opiniones recenset Gesnerus no- ster, in Onomastico. Ex Anchisa Aeneā.) Aeneas ipse apud Hom. suam genesin edisserit his uerbis, Iliad. v.

αὐτὰρ ἐγὼν ἦος μεγαλήτορος ἄγχιστο, 30
δύχομαι ἐκ γαίῳ, μήτηρ δ' ἐμοί ἐσ' ἀφροδίτη.

Et in Catalogo:

δ' ἀρδ' αἰνίωρ αὐτ' ἠρχην εἰς παῖς ἀγχιστο αἰνείας. τὸν δ' ἰὼ ἀρχισυ τέκε δ' ἀφροδίτη, ἰδ' ἡς γν' κνημοῖσι, θεὰ βροτῶ δύνουθεῖσα. Vide ad hæc Boccac. lib. 6. cap. 53. Ex Bute Erycen.) Sic Hyginus cap. ducentesimo sexagesimo Fabularū. Sic Theodentius apud Boccac. lib. 10. cap. 5. Licet Seruius 5. Aen. Neptum filium 40 dicat. Sed Lycaste quædam meretrix, quam amabat, ob elegantiam formæ Venus dicta fuit. Est autem Erycis nomine in Sicilia mons Veneri sacer, celeberrimus apud Vergilium, maxime propter Veneris templum, & Anchise sepulchrum. Ex Adone.) Fabula hæc describitur ab Aphthonio rhetore: ὁ τὸ πρόθυ θάυμαζόντων ἡρώδης, τὴν δ' ἀφροδίτης ἀρμυζέδω πη- γλῶ. ἡ γὰρ μὲν γὰρ ἡ θεὸς τ' ἀδωνίδος, αὐτῆρα δ' ἡ καὶ ὁ ἀρῆς αὐτῆς. καὶ ὅσοι ἡ θεὸς ἰσθμοῦ ἀδωνίδος, ὅσοι ἀφροδίτη ἀρῆς ἐτιγγαυον. θεὸς ἡ γὰρ θεῶ, καὶ θεὸς ἐδωκον αὐ βρωποῦ. πῆδ'.

πόθος ὁμοίος, καὶ τὸ γένος δὴ Ἰλλυαίων. Ἰλλυοῖσι
 πῶν δὲ ὁ ἀφῆς, ἢ ἀδωνίου ἀνελκῆν ἐβλήθη, λυ-
 σιμὸν ὄρωτος τὴν ἀδωνίδος ἠγροτέμνιος θάνα-
 τος. ἢ πληθῆς μὲν ἀφῆς τοῦ ἀδωνίου. μαθεῖται
 δὲ τὸ ποικίλον ἢ θεός, ἀμύειν ἢ πείγειτο. καὶ
 ἢ ἀποδῶν ἐμβαλεῖσα τῷ ῥόδῳ, ταῖς ἀκαύ-
 θαις πρὸς ἔλαιον, καὶ τὸν μὲν τασσόν τὸ
 ποδὸς ποδὸν εἶρεται. τὸ δὲ κατὰ ῥόδον αἶμα
 τὸ τραύματος, τὴν τὸ ῥόδον χροῖαν εἰς τὴν
 10 οἰκίαν ὄχι μετέθηκεν. ἢ τὸ ῥόδον τὴν ἀφῆν
 λυσιμὸν γένος, εἰς ὃ νυῖ ὄρεται μετῆλθε. Vi
 de præterea Ovidiū sub finem 10. qui scribit Ado-
 nin ab apro interfectum, id quod etiā Theocritus
 exprimit in Adonidis epitaphio, quod est Idyllio
 23. Cuius Physicā rationē ostendit Maer. li. 1. Sat.
 ca. 21. Has diversitates ex Nonni autoritate cō-
 ciliat Polit. cap. 11. Miscellaneorū. Vide præterea
 Boccac. li. 2. cap. 54. & li. 11. cap. 4. Artem
 meretriciā instituit.) Locis iam supra cita-
 20 tis legitur, vulgato corpore: sed mea sententia non
 recte. Antisthenes Socratis familiaris, Diogenis
 præceptor: γὰρ δὲ τὴν ἀφῆν δὲ τὴν κατὰ τοξόβυ-
 σαι μοι ἀν, εἰ λάβοιμι, ὅτι πολλὰς ἡμῶν κα-
 λὰς καὶ ἀγαθὰς γυναικὰς διεφθέρου. Theo-
 doret li. 3. ὁδὸν π. Minervā.) τὴν τὸ
 λεγόμεν Ἰων. Τζετζ. Homerus Iliad. v. Darda-
 ni filium facit. Cæterum eius genealogiā vide apud
 Io. Τζετζ. in Varia historia, Chiliade pri. ca.
 de Cōdro. Erichthonium.) August. li. de
 30 Ciuit. Dei 18. cap. 12. hanc fabulā historica uerita-
 tate detegit. Dīs arma fecisset.) Alij ma-
 lunt, quod Ioni Minervā parturienti fuerit securi
 obstetricatus. De Erichthonio lege Pausan. in At-
 ticis, Isocratē in Panathenæico, Hygin. cap. 166.

fab. Item poeticōn astronomicōn li. 2. cap. de He-
 niocho: & Germanicū Cæsare in Arato. Seru. in
 3. Geor. ibi, Primus Erichio. Fulgent. in Myth. de
 Vulcano & Minerva. Boccac. li. 12. ca. 71. ἢ
 ὁδὸς καὶ χθονός.) Vocatur Erechtheus frequentius,
 præsertim ab historicis. sicut Herod. in Vrania:
 ὁδὸν γὰρ ἀκροπόλιν ταύτην ὄρεχθεῖος, ἢ γηγένος
 λεγομένης εἶν. Sic Hom. in Catalogo:
 οἱ δ' ἀφ' ἀθλῶος εἶχον δὴκίμνον ἠολίεθρον,
 δῆμον ὄρεχθεῖος μεγαλήτορος, ὃν ποτ' ἀθλῶν
 ὄρεχθεῖος θυγάτηρ, τέκε ἢ ἰσθμῶος ἀφῆρα.
 Quo loco cōmentator Homeri, atq; item Isacius
 Τζετζ. Lycophronis cōmentator, etymologiā
 ἀφῆ τὸ ὄρεχθεῖος, id est lana, qua illa effusum semen
 deterfit, et χθονός deriuat. Lycophron æquē atq;
 Herodotus γηγένῃ nominat. Hyginus in 2. A-
 stron. ait, λυσιμῶος, id est aurigā, propter currū
 inuentū fuisse dictū, postquā in cælum fuit subla-
 tus. Cæterum Seruius cum Lactantio consentit.
 Neq; Aratus eum aliter in Phænomenis nominat,
 licet German. Cæsar sibi aliquid indulsit.
 Cum igitur uirgo.) Ouid. in 2.
 Pallas Erichthonium prolem sine matre creatā,
 Clauserat Actæo texta de umine cista,
 Virgimbusq; tribus geminō de Cecrope natis,
 Seruandum dederat, &c.
 Hygin. & German. Cæsar Aglauri & Pandoræ
 custodiæ traditum scribunt. Altera.) Dia-
 na, uel Aretia, nobilis Atticæ regionis femina:
 quam Dianam, eo quod uenationi uacaret, uoca-
 bant. Alij etiam non Hippolytū, Virbium faciunt:
 sed eius filium ex Aretia susceptū ita appellant, eū
 qui contra Aeneā in Turri auxiliū profectus est.
 Sed totā Hippolyti fabulā habes apud Ouid. in 12.

Quomodo refellantur ij qui deos esse factos ex hominibus mentiuntur.

CAP. XVIII.

Hoc in loco refellendi sunt etiam ij, qui deos ex hominib. esse factos non
 tantum fatentur, sed, ut eos laudent, etiam gloriātur, aut uirtutis gratia,
 40 ut Herculem: aut munerum, ut Cererem ac Liberum: aut artium repertarum,
 ut Aesculapium, uel Mineruam. Hæc uerò quàm inepta sint, quàmq; non dī-
 gna, propter quæ homines inexpiabili se scelere contaminent, hostesq; Deo
 uero fiant, quo contempto, mortuorum sacra suscipiunt: ex singulis rebus o-
 stendam. Virtutem esse dicunt, quæ hominem tollat in cælum: non illam de
 qua philosophi dixerunt, quæ posita est in bonis animis: sed hanc corpora-
 lem, quæ dicitur fortitudo, quæ quoniam præcipua in Hercule fuit, immorta-
 litatem meruisse creditur. Quis tam stultē ineptus est, ut corporis uires diui-
 num, uel etiam humanū bonum iudicet: cum sint & maiores pecudibus attri-
 butæ, & uno morbo sæpè frangātur, uel ipsa senectute minuātur, & corruāt.
 50 Itaq; idem ille, cum deformari ulceribus toros suos cerneret, nec sanari se uo-
 luit, nec senem fieri, ne quando seipso minor, aut deformior uideretur. Hunc
 à rogo, quo uiuū seipsum cōbusserrat, ascendisse in cælū putauerūt: eaq; ipsa
 quæ

quæ stultissimè admirati sunt, simulachris & imaginibus expressa & cōsecrata posuerūt, ut in perpetuū uanitatis eorū monimēta perstarēt, qui ob necem bestiarū deos fieri credidissent. Sed hæc Græcorū fortasse culpa, qui res leuissimas pro maximis semper habuerūt. Quid nostri? nū sapientiores? qui athleticā quidē uirtutē cōtemnūt, quia nihil obest: sed regiā, quia latè solet nocere, sic admirantur, ut fortes & bellicosos duces in deorū cœtū locari arbitrētur: nec esse ullā aliam ad immortalitatē uīā, quā exercitus ducere, aliena uastare, urbes delere, oppida excindere, liberos populos aut trucidare, aut subijcere seruituti: uidelicet quò plures homines afflixerint, expoliauerint, occiderint, eò se nobiliores, & clariores putant, & inanis gloriæ specie capti, sceleribus suis nomē uirtutis imponūt, iam mallē, ut à ferarū cædib. deos sibi fingerēt, quā immortalitatē tā cruentā probarent. Si quis unū hominē iugulauerit, pro contaminato ac nefario habetur: nec ad terrenū hoc domiciliū deorū admitti eū fas putant. Ille autē, qui infinita hominū millia trucidauerit, cruore campos inundauerit, flumina infecerit, non modò in tēplū, sed etiā in cœlum admittitur. Apud Enniū sic loquitur Africanus:

Si fas cædendo cœlestia scandere cuiquam est:

Mi soli cœli maxima porta patet.

Scilicet quia magnā partē generis humani extinxit, ac perdidit. O' quātis in tenebris Africane uersatus es: uel potius, ô poeta, qui per cædes & sanguinē patere hominib. in cœlū ascensum putaueris: Cui uanitati & Cicero assensit. Est uerò, inquit, Africane: nam & Herculi eadē ista porta patuit. Tanquā ipse planē, cum id fieret, ianitor fuerit in cœlo. Equidē statuere nō possum, dolendum' ne potius, an ridendū putē, cum uideā & graues & doctos, & (ut sibi uidentur) sapiētes uiros, in tam miserādis errorū fluctibus uolutari. Si hæc est uirtus, quæ nos immortales facit, mori equidē malim, q̄ exitio esse quā plurimis. Si aliter immortalitas parari nō potest, nisi per sanguinē: quid fiet, si omnes in cōcordiā consenserint? Quod certē fieri potest, si pernicioso & impio furore proiecto, innocēter esse ac iusti uelint. Num igitur nemo erit cœlo dignus? nū peribit uirtus, quia hominib. in homines sæuire non dabit? Sed isti, qui euerfiones urbiū populorūq̄, summā gloriā cōputant, ociū publicū nō ferent, rapiēt, sæuiēt, & iniurijs insolēter illatis, humanæ societatis scœdus rumpent, ut habere hostē possint, quem sceleratius deleāt q̄ lacessant. Nunc ad reliqua p̄gamus. Nomē deorū Cereri ac Libero traditio munerū fecit. Possum diuinis docere literis, uinū atq̄ fruges antē progeniem Cœli atq̄ Saturni fuisse in usu hominū: sed ab his sanē inuēta esse fingamus. Nū potest maius uideri, collegisse fruges, hisq̄ fractis panē facere docuisse, aut uuas de uitibus lectas expressisse, uinumq̄ fecisse, q̄ fruges ipsas, aut uires generasse, aut protulisse de terra? Reliquerit hæc sanē Deus humanis ingenijs eruenda: tamen fieri nō potest, quin ipsius sint omnia, qui & sapientiā tribuit homini, ut inueniret: & ipsa illa, quæ possent inueniri. Artes quoq̄ suis inuentorib. immortalitatem peperisse dicunt, ut Aesculapio medicina, Vulcano fabrica. Colamus igitur & illos, qui fullonicā, sutrinamq̄ docuerunt. Cur autē figulinæ reperiōri honos nō habet? An quia isti diuites uasa Samia cōtemnunt? Sunt & aliæ artes, quarū reperiōres humanæ uitæ plurimū profuerūt. Cur non etiā illis attributa sunt templa? sed nimirū Minerva est, quæ omnes reperit: ideoq̄ illi opifices supplicāt. Ergo ab his sordibus Minerva ascendit in cœlū? Est uerò causa, cur quisquam derelinquat eum, qui terram cum animantibus, cœlum cum astris & luminib. exorsus est, ut eam ueneretur, quæ telā docuit ordiri? Quid ille qui uulnera in corporibus sanare docuit, num potest esse præstantior q̄ qui corpora ipsa formauit, sentiendī ac uiuendī rationē dedit? herbas deniq̄ ipsas, & cætera quibus medendī ars constat, excogitauit ac protulit?

Prosequitur iam hæc latius, de quibus supra cap. 15. differuerat. Vt Herculem.) Hinc græcis Poetis θερασμαχων, ὑπερβιος, δεινιος, λεγατισίμαχος, ἀριστόμαχος, ἀλεξίκακος. Hesiod. ferè id quod hic est exprimit, dum subinde Βίλιν ἠρακλειδέων uocat, καὶ ἐν ἠρακλειῶσι. Cæterum de Hercules fortitudine alibi dictum est. Vt Cererem.) Vnde Verg. ab initio Georgicorū: Liber est alma Ceres, de quo Macrob. lib. 5. Sat. cap. 18. Hanc Latini, teste Tullio, à gerendo dictam uolunt, et alma epitheto honorant. Platoni δὲ δόσα ὡς μήτις διμνήτηρ λεκλιῶσαι, et ὑπερπεφανεῖας μήτις, hoc est fertilitatis mater: et ob id σάχυστιρ ἐσεφαναυράν, teste Phurnuto, à poetis fingitur. Ac Liberum.) πολυσάφυλος Homero, Pindaro δὲ γμήτρος παρὰ δέρος. Aesculapium.) Homer. λεανῶν θελήτηρ ἰδωῶν. Pindarus πάντοια πῶν ἀλαϊσῆρα υἱοῦ εὐμ uocat. sed de hoc inferius plura. Mineruam.) Nā apud Hesiodum in Ergis inducitur, πάνδ' ὄρων ἔργα διδάσκουσαι, καὶ πολυδάδαλον ἰδὸν ὑφαίνει. Horat. eam operosam, Ouid. ingeniosam uocat. Plato εὐλόσοφον θεῶν. De qua lege Martianum li. 6. Nupt. Virtutem esse dicunt.) Hercules uirtutis typus à Philosophis fingitur: exprimitur is apud Xenophontē, ex Prodicō. Vt aut Lact. Hercule uera exuat uirtute, uirtutis nomine in cōtrouersia uocat, amphibologia ex homonymia natā tollit. Virtus illa de qua in Ethicis philosophi scribūt, ἀρετὴν græcè uocatur. ab ea longissime absiūt Hercules, alia est ἡ δεινότης: eā si cōcesseris Herculi, nō propterea pro deo colendus erit, quū etiā res non animata hoc modo uirtutes uarias habere uideatur. Porro si uirtutē pro fortitudine, hoc est genus pro specie usurpare uolēt, quod à latinissimis autoribus fieri uidemus, meminerint ex Ciceronis doctrina, nemini unam concedi, nisi reliquas quoque habeat. insolubile siquidē illarum est necessitudinis uinculū. ἀνδρεία hæc Græcis dicitur, quæ ἀρετὴ ἀνδρῶν nomē habet, unde ἀνδρεία Aristoteli dicitur: Ciceroni ediuerso uirtutē à uiro dictā uidetur, reliquasque relictas animi affectiones idem generale nomē inde fuisse sortitas. Sed quia ne is quidē eam habuit, qui turpissimè dolori succubuit, relinquatur, illi nullū uirtutis titulū deberi, nisi τὸ βίον, quam Hesiodus illi adscribit, pro uirtute accipere uelinus: quod tamē ipsorum autores nō permittent, qui τὸ βίον nūc uiolentiū, nunc necessitudinē uel necessitatē interpretatur, uirtutē nunquā. Apud

Enniū.) Seneca lib. 19. epist. 108. memorat hos uersus à Cicerone in libris de Rep. ex Ennij epigrammatis desumptos fuisse: Enniū ex Homero, Vergiliū ex Ennio surripuisse. Lege ad hæc Petriū Crinitū li. 4. de honesta disciplina, cap. 12. et li. 19. cap. 3. Dolendum ne.) Elegās dubitatio. Nā stulti risum, miseri misericordiā merentur. Stulti aut miseri sunt, quia errorū fluctibus in huius seculi pelago iactantur. Ocium publicum.) Pacis περίφρασις. Societ. humanæ foed.) ius humanū, quod Gentium appellatur. Vt habere hostem.) Confutat causas. Finalis iusta est, formalis sanguinolenta, materialis hostis et bellū: quæ ut ipsis suppeterēt, contulerunt se ad aliam finalem multo iniustissimam, nempe ut hostem lacefferent belli causa. Possum diuinis docere.) Agricultura originē ecclesiastici referunt ad Cain, sicuti rem pecuariam ad Abel, Adæ filios. Sed August. lib. 8. cap. 2. in Genesi ad literam, ipsum Adamum primum agricolā facit, eo quod Dominus Gen. 2. ipsi cultum horti mandauit. Vim cultus statim à diluuiō cœptus, autore Noa: Gen. 9. quum constet reliquos Gentilium homines inuētores multis post temporibus uixisse. Quorum rationem inire ut non est necesse, ita non est huius instituti. Legere de his plura potes apud Verg. Vrbinitatem lib. 3. Sed ab his fanē.) Concessio, ut obtineat summam rei, nempe ipsum Deum autorem rerum bonarum omnium esse. Aesculap. medicina.) Homer. Odyss. 8. Pœoni cuidam medicina inuentionem tribuit. Plato et Ouid. Apollini in 1. Metamorph. Galenus Asclepio. Pindarus uerò Odē 3. Pyth. item 3. Nemeorum, Chironem Aesculapij in medicinis præceptorem facit. Sorano medicinam inuenit quidam Apollo, amplificauit Aesculapius, perfecit Hippocrates. Plura huius generis nugamenta reperies apud Polidorum Vergilium lib. 1. cap. 20. de Inuentoribus medicina. Ego Adæ tribuere malo, qui ut omnium rerum cognitionem habuit, sic rebus omnibus imposuit nomina. ἀρχίατρος autem est ipse Dominus, qui rebus salubritatis uirtutes indidit. Quæstum suum Aesculapio exprobrat etiam Tertul. in Apolog. cap. 13. Lege ad hæc, quæ de hoc Theodoretus li. 3. θεῶν ἀντίκτυπος. qui est de dijs secundarijs inscriptus, ex quarto Bibliothecæ Diodori Siculi refert. Vulcano.) Huic Iupiter mandauit apud Hesiod. Pandoræ opificiū. Fingitur faber, et Ioui arma aduersus Titanas fabricasse, officina eius in insula Hiera fingitur.

Et apud Hom. Iliad. 6. apud Eurynomen Thetis deniq;

— ἐν αἰτέρας χάλκδνε δαίδαλα πολλὰ,
πὸρπασε, γναμπίας ἕλικας, καλυπᾶσε ἰὺ
ἄρμους,

ἢ ἄπιν γλαφυρῶ. —

Item Achillis arma ibidem, sicut apud Verg. Aeneas. Mineruæ coronam, apud Hesiod. Habet epitheta apud Hom. κλυτοτέχνης ἔ πολύφρων: Hesiod. πορρικλυτος, ἀμφύμεις, id est, ὁ ἀμφοτέρωθεν βλάπτωρ, quæ ignis natura est: Latinitus Mulciber. Plato in Politico, ubi de deorum muneribus uerba facit, artes ab eo manasse testatur. Rationem Phurnutus assignat, ἄρα τὰς πλείστας τῶν τεχνῶν, ἄρα πύρος τὰ ἑαυτῶν ἐργὰ ἀποδιδόναι, &c. Nam hic idem ἠφρασεον ἀπὸ τῶ ἠφθαί, id est ab accendendo denominauit. Vasa Samia.) Plin. li. 35. cap. 12. quo de plasticis inuentoribus scribit, ex quorundam opinione tradit, Rhæcum ἔ Theodorum primos omnium plasticen inuenisse. Atq; rursus eodē capite: Maior, inquit, pars hominum terrenis utitur uasis. Sa

mia etiamnum in esculentis laudantur. De Samia terra lege eundem Plinium cap. 16. eiusdem libri. Sed nimirum.) Subiectio hyperbolica.

Ergo Minerua.) Quæ sicut Vulcanus χάλκείας, ita Minerua ἰσχυρίας θεός à Platone in Symposio dicitur. Mitto quod supra ex Hesiodo indicauit, eam docuisse Pandoram πολυδαίδαλου ἰσὸν ὑφαίνειν. Nam apud Homerum quoq; Odyss. B. Penelopæ dedit non modò δῖγα ἐπισαδου ποδκαλλία, sed etiam φεγγίας ἐδάλας, ἰο ἠδὲ δαί τε. Et quemadmodum Vulcanus ἔ Minerua eandē naturam, idemq; templum à Platone habere dicuntur: ita hæc illius σῶν τεχνῶν in Politia appellatur. Sicut apud Martianum Vulcanus Mineruæ cooperatores est, ἔ apud Augustin. lib. de Ciuit. 4. cap. 10. Est uerò causa.) Lactantius totus in hoc est, ut stultorum animos in mediarum causarum admiratione hærentes, ad primariæ causæ cultum euehat. August. di. iam supra citato cap. 11. multa multorum deorum mune

ra ad unum Iouem referentes confutat.

Quòd deos uanos ἔ Deum uerum nemo simul potest colere.

C A P. X I X.

AT enim, dicit aliquis, & huic summo qui fecit omnia, & illis qui partim profuerunt, suam uenerationem esse tribuendam. Primum nec factum est unquam, ut qui hos colit, etiam Deum coluerit: neq; fieri potest, quoniam si honos idem tribuitur alijs, ipse omnino non colitur: cuius religio est, illum esse unum ac solum Deum, credere. Clamat summus Poeta, eos omnes qui inuentas uitam excoluere per artes, apud inferos esse: ipsumq; illum medicinae repertorē, ad stygias undas fulmine esse detrusum: ut intelligamus, quantum ualeat Pater omnipotens, qui & deos fulminibus extinguat. Sed homines ingeniosi hanc secum habebant fortasse rationem, quia Deus fulminari non potest, apparet non esse factum: imò uerò, quia factum est, apparet hominem fuisse, non Deum. Mendacium enim poetarum nō in facto est, sed in nomine. Metuebant enim malum, si contra publicam persuasionem faterentur, quod erat uerum. Quòd si hoc constat inter ipsos, ex hominibus deos factos: cur ergo non credunt poetis, si quando illorum fugas & uulnera, & mortes & bella & adulteria describūt? Quibus ex rebus intelligi datur, non potuisse ullo pacto fieri deos, quia ne homines quidem probi fuerunt: eaq; in uita sua gesserunt, quæ mortem pariunt sempiternam.

C O M M E N T A R I V S.

Hæc sunt ἀδελειπύμδνα capitis noni. Respondens obiectioni, indicat poetarum errorem non in facto magis quam in nomine fuisse: ut qui ueritatem scientes, fateri non fuerint ausi. Ut qui hos coluerit.) Nemo siquidem potest duobus dominis inter se dissidentibus seruire. Nā qui non cum Domino colligit, ille dispergit. Et licet Athenienses uerum Deum non agnatum multo tempore, unā cum idolis coluerunt, irritus tamen ille idem cultus fuit, ob hoc ipsum, quia nec

Deus ipse, nec eius uoluntas ἔ Zelotypia, nec colendi ratio cuiquam cognita fuit: ἔ ἢ quibus innotuerat, ἢs ipsis conditionibus accessus ad uerū cultum patebat, si idolis ualedicerent. peccatore uni ἔ uero Deo consecrato. Hinc sunt militia Christianæ seminaria: quia Christus cum Belial non modò nihil commune habet (ut inquit Scriptura) sed etiam utriusq; regna, grauissimis inter se bellis, neq; unquam finiendis aestuant. Cuius religio.) Locus argumenti à proprijs desumptus

ptus est. Qui inuentis uitam.) Vergilius Aeneid. 6. Ipsumque medicinae re-
pertorem.) Hoc corollarium est capitis de-
cimi, ubi haec eadem ex 7. Vergilij sunt annotata.
Imò.) Ab instantia. Apparet non esse
factum.) Ab effectu ad causas. Forma uerò ra-

tiocinationis ἀντιστροφῶν appellatur à Dialecti-
cis. Metuebant enim malum.) Si-
cut supra quodam loco de Scaeuola ex Augusti-
no indicauimus, qui ciuilem theologiam aperte ta-
xare ausus non fuit. Si quando illorum
fugas.) Breuis dictorum recapitulatio.

De dijs Romanorum proprijs, & eorum sacris. CAP. XX.

- 10 **V**ENIO nunc ad proprias Romanorum religiones, quoniam de commu-
nibus dixi. Romuli nutrix lupa honorib. est affecta diuinis. Et ferrem,
si id animal ipsum fuisset, cuius figuram gerit. Author est Liuius, Larentiae
esse simulachrum: & quidem non corporis, sed mentis ac morum. Fuit enim
Fauftuli uxor, & propter uulgati corporis uilitatem, Lupa inter pastores, id
est meretrix nuncupata est: unde etiam lupanar dicitur. exemplum scilicet
Atheniensium in ea figuranda Romani secuti sunt: apud quos meretrix quaedam
nomine Leena, cum tyrannum occidisset, quia nefas erat simulachrum constitui
meretricis in templo, animalis effigiem posuerunt, cuius nomen gerebat.
Itaque ut illi monumentum ex nomine, sic isti ex professione fecerunt. Huius
nominis etiam dies festus dicatus est, & Larentinalia constituta. Nec hanc
20 solum Romani meretricem colunt, sed Faulam quoque: quam Herculis scortum
fuisse, Verrius scribit. Iam quanti ista immortalitas putanda est, quam etiam
meretrices assequantur: Flora, cum magnas opes ex arte meretricia quaes-
iuisset, populum Romanum scripsit heredem, certam pecuniam reliquit, cuius
ex annuo foenore suus natalis dies celebraretur, editione ludorum, quos
appellat Floralia. Quod quia senatui flagitiosum uidebatur, ab ipso nomine
argumentum sumi placuit, ut pudenda rei quaedam dignitas adderetur, deam
finxerunt esse, quae floribus praesit, eamque oportere placari, ut fruges cum ar-
boribus ac uitis bene prospereque florescerent. Eum colorem secutus in Fa-
stis poeta, non ignobilem nympham fuisse narrauit, quae sit Chloris uocata:
30 eamque Zephyro nuptam, quasi dotis loco id accepisse muneris a marito, ut ha-
beret omnium florum potestatem. Honestè quidem ista dicuntur, sed inho-
nestè turpiterque creduntur. Nec debent, cum ueritas quaeritur, huiusmodi nos
uelamenta decipere. Celebrantur ergo illi ludi cum omni lasciuia, conuenien-
tes memoriae meretricis. Nam praeter uerborum licentiam, quibus obsceni-
tas omnis effunditur, exuuntur etiam uestibus, populo flagitante meretrices,
quae tunc mimorum funguntur officio, & in conspectu populi usque ad satietatem
impudicorum luminum cum pudendis motibus detinentur. Cloacinae
simulachrum in cloaca maxima repertum, Tatius consecrauit: & quia cuius
esset effigies ignorabat, ex loco illi nomen imposuit. Pauorem, Palloremque
40 Tullus Hostilius figurauit, & coluit. Quid de hoc dicam, nisi dignum fuisse,
qui semper deos suos (sicut optari solet) praesentis haberet? Ab hoc illud
M. Marcelli de consecratione Honoris atque Virtutis, honestate nominum
differt, re congruit. Eadem uanitate Mentem quoque inter deos collocauit Se-
natus: quam profecto si habuisset, eiusmodi sacra nunquam suscepisset. Ma-
gnus Cicero, audaxque consilium suscepisse Graeciam dicit, quod Cupidinum
& Amorum simulachra in gymnasijs consecrasset: adulatus est uidelicet At-
tico, & irrisit hominem familiarem. Non enim illud magnam, aut omnino con-
siliium dicendum fuit: sed impudicorum hominum perdita & deplorata ne-
quitia, qui liberos suos, quos erudire ad honesta deberent, prostituerunt libi-
50 dini iuuentutis: a quibus flagitiorum deos, & in illis potissimum locis, ubi nu-
da corpora corruptorum luminibus patent, & in illa colit a tate uoluerunt, quae
simplex & improvida prius irretiri, & in laqueos potest cadere, quam caue-
f re. Quid

re. Quid mirum, si ab hac gente uniuersa flagitia manarunt, apud quam ipsa uitia religiosa sunt: eaque non modo uitantur, uerum etiam coluntur? Et ideo huic sententiae, tanquam Graecos prudentia uinceret, adiecit: Virtutes oportere, non uitia consecrari. Quod si recipis, o M. Tulli, non uides fore, ut irrum pant uitia cum uirtutibus: quia mala bonis adherent, & in animis hominum potentiora sunt: quae si uetas consecrari, respondebit tibi illa eadem Graecia, se alios deos colere ut profint: alios, ne noceant. Haec enim semper excusatio est eorum, qui mala sua pro dijs habent, ut Romani Rubiginem ac Febrem. Si ergo uitia consecranda non sunt, in quo tibi assentior, ne uirtutes quidem. Non enim per se sapiunt, aut sentiunt: neque intra parietes, aut aedículas luto factas, sed intra pectus collocandae sunt, & interius comprehendendae: ne sint falsae, si extra hominem fuerint collocatae. Itaque praeclearam illam legem tuam derideo, quam ponis his uerbis: Ast olla, propter quae datur homini ascensus in caelum, mentem, uirtutem, pietatem, fidem, earumque laudem delubra sunt. Atqui haec separari ab homine non possunt. Si enim colenda sunt, in homine ipso sint necesse est. Si autem sunt extra hominem, quid opus est ea colere quibus careamus? Virtus colenda est, non imago uirtutis: & colenda est non sacrificio aliquo, aut thure, aut precatone solenni: sed uoluntate sola, atque proposito. Nam quid est aliud colere uirtutem, nisi eam comprehendere animo, & tenere? quod unusquisque simulacrum cepit uelle, consequitur. Hic solus uirtutis est cultus: nam religio & ueneratio nulla alia, nisi unius Dei tenenda est. Quid igitur opus est, o uir sapientissime, superuacuis extructionibus occupare, quae possint humanis uisibus cedere? quid sacerdotes constituere, uana & insensibilia culturos? quid immolare uictimas? quid tantos sumptus uel fingendis uel colendis imaginibus impendere? Firmius & incorruptius templum est pectus humanum: hoc potius ornatur, hoc ueris illis numinibus impleatur. Has ergo falsas consecrationes sequitur, quod necesse est. Qui enim uirtutes sic colunt, id est, qui umbras atque imagines uirtutum consecrantur: ea ipsa quae uera sunt, tenere non possunt. Itaque nulla in quoquam uirtus est, uitijs ubique dominantibus: nulla fides, omnia pro se uno quoque rapiente: nulla pietas, nec consanguineis, nec parentibus parcente auaricia, & cupiditate in uenenum & ferrum ruente: nulla pax, nulla concordia publice bellis saeuientibus, priuatim uero inimicitijs usque ad sanguinem furentibus: nulla pudicitia, libidinibus effrenatis omnem sexum, & omnes corporis partes contaminantibus: nec tamen desinunt ea colere, quae fugiunt & oderunt. Colunt enim thure, ac summis digitis, quae sensibus intimis horrere debuerunt. qui error omnis ex illius principalis ac summi boni ignoratione descendit. Urbe a Gallis occupata, obsessi in Capitolio Romani, cum ex mulierum capillis tormenta fecissent, aedem Veneri Caluae consecrarunt. Non igitur intelligunt, quam uanae sint religiones, uel ex eo ipso, quod eas his ineptijs cauillantur. A Lacedaemonijs fortasse didicerant, deos sibi ex euentis fingere, qui cum Messenios obsiderent, & illi furtim deceptis obsessoribus egressi, ad diripiendam Lacedaemonem cucurrissent: a Spartanis mulieribus fusi, fugati que sunt. Cognitis autem dolis hostium, Lacedaemonij sequebantur. His armatae mulieres obuiam longius exierunt. quae cum uiros suos cernerent parare se ad pugnam, quod putarent Messenios esse, corpora sua nudauerunt. At illi uxoribus cognitis, & aspectu in libidinem concitati, sicut erant, armati permisti sunt, utique promiscue: nec enim uacabat discernere. sicuti iuuenes ab iisdem antea missi, quum uirginibus, ex quibus sunt Parthenij nati, propter huius facti memoriam aedem Veneri armatae, simulachrumque posuerunt. Quod tamen ex causa turpi, tamen honestius uidetur Armatam Venerem consecrasse, quam Caluam. Eodem tempore Ioui quoque Pistori aera apposita est, quod eos in quiete

quiete monuisset, ut ex omni frumento quod habebant, panem facerent, & in hostium castra iactarent: eoq; facto soluta est obsidio, desperantibus Gal-
 lis inopia subigi posse Romanos. Quæ ista religionum derisio esset? si earum
 defensor essem, quid tam grauiter queri possem, quàm deorum numen in tan-
 tum uenisse cõtemptum, ut turpissimis nominibus ludibrio habeatur? Quis
 non rideat Fornacem deam? uel potius doctos uiros celebrandis fornacali-
 bus operari? quis, cum audiat deam Mutam, tenere risum queat? Hanc esse
 dicunt, ex qua sunt nati Lares: & ipsam Laram nominant, uel Larundam.
 Quid præstare colenti potest, quæ loqui non potest? Colitur & Caca, quæ
 10 Herculi fecit indicium de furto bouum: diuinitatem consecuta, quia prodidit
 fratrem. Et Cunina, quæ infantes in cunis tuetur, ac fascinum summouet.
 Et Sterculius, qui stercorandi agri rationem primus induxit. Et Mutinus, in
 cuius sinu pudendo nubentes resident, ut illarum pudicitiam prior deus de-
 libasse uideatur. Et mille alia portenta: ut iam uaniores qui hæc colenda
 susceperint, quàm Aegyptios esse dicamus, qui mōstrosa & ridicula quædam
 simulachra uenerantur. Et hæc tamen habent aliquam imaginem. Quid, qui
 lapidem colunt informem atq; rudem, cui nomen est Terminus? Hic est quæ
 pro Ioue Saturnus dicitur deuorasse: nec immeritò illi honos tribuitur. Nam
 cum Tarquinius Capitolium facere uellet, eoq; in loco multorum deorum sa-
 20 cella essent: consuluit eos per auguria, utrū Ioui cederent: & cedentibus cæ-
 teris, solus Terminus mansit. Vnde illum Poeta Capitolij immobile saxū uo-
 cat. Iam ex hoc ipso uides, quàm magnus Iupiter inuenitur, cui non cessit la-
 pis: ea fortasse fiducia, quòd eum de paternis faucibus liberauerat. Facto ita-
 que Capitolio, supra ipsum Terminum foramē est in tecto relictum: ut, quia
 non cesserat libero cœlo frueretur: quo ne ipsi quidem fruebantur, qui lapi-
 dem frui putauerunt. Et huic ergo publicè supplicatur, quasi cūstodi finium
 deo: qui non tantum lapis, sed etiam stipites interdum est. Quid de his dicam,
 qui colunt talia? nisi ipsos potissimùm lapides ac stipites esse?

C O M M E N T A R I V S.

30 Procedit in hoc capite ferè ordine historico,
 ratione temporum seruata. Si animal ip-
 sum.) Non desunt, qui Romulum & Remum
 reuera à lupa nutritos credunt. Et Plutarchus sa-
 nè in Parallelis, Aristidem quendam Milesiū hu-
 ius autorem citat. quinetiā πρὸς τὴν ἑρμῶναιων
 τυχῆς, asseueratione quadam hanc fabulam affir-
 mare uidetur, dum λέγουσαν νεοτόνους ἀπὸ ἀρ-
 γῶσαι καὶ πλημμυρῶσαι εὐὸς μασὸς γέλα-
 κῆ facit. Hyginus capite 252. Romulum & Re-
 40 mum inter eos numerat, qui lacte ferino sunt nu-
 triti. Scribit hoc idem Vergilius Aeneid. 5.
 Fecerat & uiridi foetam Mauortis in antro
 Procubuisse lupam, &c. Sed poetico colore
 ueritas tecta latet. Iustinus tamen libro 43 fortu-
 næ hoc adscribit, ex Trogi autoritate, rem ut ue-
 ram asserens. Plinius libro octauo, capite 17. ma-
 gnitudini fatorū accepta hæc ferri æquius, quàm
 naturæ ferarum, arbitratur. Cuius figu-
 ra.) Plinius libro 15. cap. 18: Colitur ficus ar-
 50 bor, in foro ipso ac comitio Romæ nata, sacro sul-
 guribus ibi conditis. Magisq; ob eius memoriam,
 quæ nutrix fuit Romuli ac Remi cõditoris appel-

lata, quoniam sub ea inuenta est lupa infantibus
 præbens rumen (ita enim uocabant mammam)
 miraculo ex ære iuxta dicato, tanquam in comi-
 tium sponte transisset. Liuius.) Cui ipse etiā
 Plutarchus in Romuli uita, & Dionysius Hali-
 carnassæus astipulantur. Propter uul-
 gati corporis utilitatem.) Nam Diony-
 sius hoc & græcum & antiquum fuisse testatur,
 ut rei obscenitatem uoce aliqua tegeret: hone-
 stius tamen postea Φιλῆς amicas uocatas. Cice-
 ro in Philipp. Antoni scorta lupas uocat. Quis
 & nos hodie meretrices uulgo se prostituentes,
 wūlpin appellamus: & Nonio Marcello lu-
 pari idem est quod scortari, & prostitui. Hinc e-
 tiam lupanaria, ut Lactantius hic noster testatur,
 dicuntur. De quibus etiam infra libro sexto, ca-
 pite uigesimotertio. Sed obseruandum est, nomen
 paululum fuisse inflexū: eamq; deam non lupam,
 sed Luperam esse dictā, unde Luperalia. Apud
 Plutarchum in Problematibus, atq; item in Ro-
 mulo, cuiusdam Accæ Laurentiæ mentio fit, me-
 retricis uulgatæ quæ Flauia fuit appellata: cuius
 etiam Bocarius meminit libro nono, sub finem.

& Gellius libro sexto, capite septimo. Ceteris
 de ea copiosius Macrobius libro primo Saturnal.
 capite decimo. **Nomine Leæna.**) Memi-
 nit huius etiam Septimius Tertul. lib. 6. ad Mar-
 tyres scripto, & in fine Apologetici. In sexto li-
 bro apud Thucydidem legitur, quomodo Hippar-
 chus Pisistrati filius per Harmodium & Aristo-
 gitonē fuerit interfectus. Quibus Pausanias adij-
 cit, Hippia inter cetera quæ propter Hipparchi
 cædem crudelius ageret, mulierem nomine Leæ-
 nam in quæstione habuisse, ad necemq; excru-
 ciasse, quam sciebat scortum Aristogitonis fami-
 liarē fuisse. In cuius mulieris monumentum Athe-
 nienses post extinctum Pisistrati genus, ob cru-
 ciatus quos passa fuerat, leænam aneam posue-
 runt. Huius Leæne tolerantia celebratur à Plin.
 libro 7. capite 23. ab Athenæo libro 13. Dipnoso-
 phistarū, & ab Eusebio in Chronicis. Fuit Olym-
 piade 65. qua Tarquinius Superbus Romæ reg-
 nauit. Quare fieri non potest, ut Romani in effi-
 gie animalis exprimenda sint Athenienses secuti,
 si ab Anco Marcio lupa sculpta fuit, qui triginta
 ferè Olympiadibus ante Hipparchi excidium rex
 Romanis imperitauit. Miratur Tertullianus hu-
 ius patientiam, sub finem Apologetici. Memora-
 tur hæc à Bocatio inter claras mulieres, ubi pro
 Hyssax, Hipparchus emendandum est. Alioqui
 non animalis modò elegans hic est similitudo, sed
 si græcam *Ἰλυνκίονος* uocem respicis, festiua
 profonomasia. **Laurentalia.**) Celebran-
 tur decimo Calend. Ianuarij. Vide Macrobiū li-
 bro primo Saturn. cap. 10. **Faulam.**) Sunt
 qui eam putant esse alterā (quam paulo superius
 dixi) Accam Laurentiam, quam ædituus siue sa-
 cerdos Herculi in cōuiuio adhibuerat. Nam eam
 Plutarchus *φαῖδαν* cognominatam fuisse au-
 tor est, nomine ab hoc non dissimili: nō, ut suprā
 interpretis scriptione deceptus, Flauiam dictam
 indicauit. Tria sunt quæ concurrunt: similitudo
 quæstus, & nominis, atq; diuersitas sacrorum.
 Nam huius in Decembri sunt, decimo Cal. Ian.
 illius in Aprili, eodem Plutarcho autore. Vnum
 hic obiter lectorem admonuerim, ut apud alios
 cautus sit, ubi Fauna pro Faula scriptū reor, quū
 tamen professio uitæ illius ab huius moribus alie-
 nissima legatur. **Flora.**) Hic locus à Gyal-
 do & Bocatio excutitur: & in Claris mulierib.
 uarias de ea refert sententias. Sunt præterea qui
 Melibœam, Niobes filiam, eam dicunt: quam &
 cum Apollinis & Dianæ metu colorē mutasset,
 Chlorin esse dictam, Latinosq; nominis fortasse
 similitudine ductos, Floram eam florū præsidem

fecisse. Quod Augustinus libro de ciuitate Dei
 quarto, capite octauo exprobrat Romanis, inter
 ceterorum deorum munera, quibus singulis uix
 singuli sufficiunt. Plinius lib. 18. cap. 29. lidē itaq;
 Floralia quarto Calend. Aprilis instituerunt, Vr-
 bis anno 516. ex oraculis Sibyllæ, ut omnia bene
 deflorescerent. Ouidius libro Fastorum 4.
 Melle uenit uarijs florum dea nexa coronis, &c.
 & lib. quinto copiosissimè de ritu floraliū legere
 licebit. Plin. lib. 36 Naturalis hist. capite quinto
 scribit, Floram Praxitelis opus Romæ fuisse. Flo-
 ram & Accam Laurentiam taxat etiam Arnobius
 libro octauo. Tatianus multa scorta numerat,
 quorum imagines à uarijs artificibus fuerunt effi-
 ctæ. Ceterum si insignium meretricum catalogū
 requiras, inuenies apud Athenæum libro decimo
 tertio. **Quod quia Senatui uitio-
 sum.**) Hoc ingenium est turpitudinis, ut hone-
 stas prætextum aliquem quærat. Apud Plutar-
 chum *ἡ γυναικῶν θεός, ἢ ἀγαθὴ λαλῶσα*, si
 modò interpreti credimus. Verūm ritus sacrorū
 pugnant. Castissima Bonæ deæ sacra fuerūt, Flo-
 ræ uerò omni spurcitia referta: quæ etiam Cæsa-
 ris temporibus Plutarchus in Antonio celebrata
 testatur. Sed ne longior sim, relego te ad ea quæ
 Alex. Neapolitanus tum de his, tum de alijs solen-
 nibus diligentissimè explicat, libro Genialiū die-
 rum sexto, capite octauo. **In Fastis poe-
 ta.**) Libro quarto. **Celebrantur ergo.**)
 Contra horum sacrorum obscenitatem plura et
 grauius scribit Augustinus libro de ciuitate Dei
 quarto, capite 26. **Venus Cloatia.**) Cy-
 prianus de Idolorum uanitate, tractatu 4. Arno-
 bius libro 8. & Augustinus libro de Ciuitate 4.
 semel atque iterum Cloacinam uocant: licet sint
 qui illis controuersiam faciant, Cluatiam legen-
 dum esse cōtendentes. Sed dum illi ita uolunt, suā
 ipsis Cluatiam concedemus. Valet enim etiam
 apud nos in huiusmodi rebus Pliniana autoritas,
 apud quem libro decimoquinto, cap. decimonono
 ita traditum legitur: Myrtea, Verbena, Roma-
 nos Sabinosq;, cum propter raptas uirgines di-
 micare uoluissent, depositis armis pacificatos, in
 eo loco qui nunc signa Veneris Cluatinae habet.
 Cluere enim antiqui pugnare dicebant. Ideo tum
 electa, quoniā coniunctioni, & huic arbori præ-
 est Venus. Nolumus interim sanctissimam gra-
 uissimamq; nostrorum autoritatem collabi, quū
 nostris temporibus inuenti sint, qui Cloacinæ Ve-
 neris templum Ouidiano testimonio in sacra uia
 constituant. Iuxta Cloacinæ uerò, teste Liniō,
 Virginius filiam nece castitati uindicauit.

Pauorem

Pauorem Palloremq.) De haecenus enu-
meratis sic scribit Cyprianus: Deã quoq; Cloa-
cinam Tatius adinuenit, & coluit: Pauorem Ho-
stilius, atq; Pallorẽ. mox à nescio quo Febris de-
dicata, & Acca & Flora meretrices. Hi dij Ro-
mani. Quæ uerba in suum octauum librum Ar-
nobijs transcripsit, Lilius lib. 1. Tullus in re tre-
pida duodecim uouit Salios, fanãq; Pallori ac Pa-
uori. Finguntur Pauor & Pallor Herebi filij esse,
10 apud Ouidium Fastorum 5.

Confedere simul Pudor & Metus. —

Marci Marcelli.) Lilius libro 9. Decad. 3.
Aedem Virtutis eo anno (549) ad portam Cape-
nam M. Marcellus dedicauit, septimo anno post-
quam à patre eius primo Consulatu uota in Gal-
lia ad Claustrum fuerat. Hic unius tantum Virtu-
tis mentio fit, non item Honoris. Plutarchus in
Marcelli uita scribit, eum à Pontificibus prohibi-
tum, quod negarent unam aedem duobus deis ha-
20 beri posse, eumq; deinde aliud ædificare cœpisse.

Et Valerius libro primo, capite primo, Plutarcho
subscribens refert, Marcellũ separatis ædib. Ho-
noris ac Virtutis simulachra statuisse. Quo loco
quia satis diximus, iam data opera tacebimus: hoc
unum adijcimus, quod Honor Virtutis filius fin-
gitur, ideo quod honos soli uirtuti debetur. Vtrũ
autem Virtus dea habenda sit, disputat Augusti-
nus lib. 4. ciuit. Dei, cap. 20. Fuit item alia Hono-
ris ædes ante portam Collinam, de qua Cic. in 2

30 de Legibus, Arnobijs sub initium quarti libri, ne-
gat Pietatem, Concordiam, Salutem, Honorem,
Virtutem, Felicitatem, & alia huiusmodi nominũ,
quibus magnifica delubra ex ædificata uideantur,
uim habere diuinam. Mentem quoque
inter deos.) Ouidius 6. Fastorum:

Mens quoq; numen habet, Menti delubra uidemus
Vota, metu belli per fide Pœne tui.

Et Attilius prætor Menti aedem uouit anno quin-
gentesimo trigesimo septimo, quo sc. Qu. Fabius

40 Max. Veneri Erycinæ. Lilius libro secundo, De-
cadis tertiæ. Quæ duo templa, si Marliano cre-
dimus, unico canali diuisa fuerunt. Quod

Cupidinum.) De hoc nihil dum apud Cice-
ronem legi, & locus hic mihi uehementer suspi-
ctos Ciceronis de Legibus libros facit, ne sint bo-
na ex parte manci. Cupidinis quidem, Voluptatis
& Veneris Libertinæ uocabula consecrata le-
guntur in secundo de Natura deorum. Cupidinis
à Praxitele facti, qui Verri à Cicerone obijcitur,
50 meminit Plinius libro trigesimo sexto, cap. 5.

Eum describit Callistratus: in Prytanæo fuisse,
Pausanias in Atticis memorat, Atq; rursus ibidẽ

legitur, in Academia uestibulo aram fuisse Cu-
pidinis, cum inscriptione, quod Charinus Athe-
niensium primus Cupidini eam dicarit. Qui
liberos suos.) Locus cõmunis de puerorum
educatione, amplificatur à loco & ætate.

Virtutes enim, non uitia.) Cicero siqui-
dem in secundo de Legibus, legis mox sequentis
uerba interpretatur, Cõtumeliæ & Impudentiæ
fana explodit. Pausanias in Atticis, in Areopago
saxa argentea fuisse scribit, in quibus rei omnes
accusatoresq; consistant, alterum Contumeliæ,
Impudentiæ alterum nuncupatum. Gymnasiõũ
uanitatem dignis excipit modis Anacharsis apud
Lucianum, homo barbarus alioqui, sed Athenien-
sibus Soloneq; ipso multo prudentior. Quia
uitia uirtutibus proxima.) Limite tan-
tummodo modi, hoc est, & μερόντιος auulsa
sunt, extrema nimirum, & præsertim & ὑπερ-
βολῆς. Conqueritur etiam Salustius ex Platonis
doctrina, res iam pridem sua amisisse uocabula,
&c.

Vt Romani Rubiginem ac
Febrem.) Satis acutẽ homini Romano, ui-
tiorum apud Græcos cultum improbant, dome-
stica eiusdem uanitatis exempla obijcit. Est e-
nim in confesso, Romanos uitia huiusmodi colu-
isse, ne officerent. Nam doctus ille Varro non sa-
tis habuit (ut Vergilius) Cererem & Liberum
inuocare, & agrestia numina Faunos: Floram e-
nim & Robigum (sic enim ille uocat) quarto lo-
co coniungit, his uerbis: Quarto Robigum &
Floram, quibus propitijs neq; rubigo frumẽta atq;
arbores corrumpit, neque non tempestiuæ flo-
rent. Itaque & publicẽ Robigo serici Robigalia,
Floræ ludi floralia instituti. Robigalia Numas
instituit: agebantur autem septimo Cal. Maij.

Plinius libro decimo octauo, cap. uigesimo nono.
Canis illi mactabatur, autore Ouidio in 4. Fast.
Huius cultum etiam Augustinus impugnat libro
quarto de Ciuitate Dei, capite uigesimo primo.

Est autem rubigo segetum & arborum morbus,
ex rore putrefacto natus, ad auroram silente cœ-
lo, ut ait Plin. hoc uitium segetibus solet accidere.
Ouidius Fastorum 4.

Flamen in antiqua lucum Rubiginis ibat,

Extæ canis flammis, exta daturus ouis, &c.

Febrem.) Huius aram ueterem dicit Cicero
in palatio stare. Et Plinius libro secundo, capite
de Deo, non aram, sed fanum Febris in palatio di-
catum testatur. Sugillant Febrim etiam Cypria-
nus, Arnobijs, & Augustinus. Contra hanc gen-
tilium suorum uanitatem, ut grauissimẽ, ita iustissi-
mẽ quoque inuehitur Plinius eo, quem modò ci-

taui, loco. Sed quod sanctissime asseruit, turpissima adulatione subuertit, dum Vespasianum suum numinibus adscribit. De Febrin in Valerio diximus. Ne uirtutes quidem.) Virtus enim, inquit Augustinus, non Deus, sed Dei donū est. Si extra hominem.) Hypocritas Scriptura uocat, & sepulchra dealbata, quando forinsecus uirtus apparet, intus uerò latet uitorū lues. Virtus est, secundum Philosophos, qualitas animi. Qualitas autem & quantitas, iuxta Dialecticos, subiectis inhaerent, reliquis accidentibus. duntaxat circumstantibus. Vel ex Stoicorum dogmate loquitur, qui uirtutes in nobis esse dicunt, res fortuitas extra nos. Preclaram.) εἰς τὴν αὐτὴν φερόμενος. Huic legi cohaeret: Nec ulla uitorū sacra solennia obeūto. Sapiūt hęc doctrinam Platoniam, apud quem in Theæteto, ὁ θεὸς δεῖς δ' ὕψους τοῖς ἀνθρώποις; neque mali cuiusdam causa, ut in Politicis docuit. Superuacuis extructionibus.) Multo prudentior, ὁ Cicero, prudentior inquam fuit Xerxes, quàm uel tu, uel maiores tui, qui Græcia templa, magnis autoribus, conflagraut. Sciebant illi, mundi opificem, ut Lactantius noster ex Esaiā alibi retulit, quum totum orbis opificium pugillo contineret, templo includi & conueneri minime posse. Et Paulus in Actis, capite decimo septimo, quum in ignotum Atheniensem deum incidisset, disidamoniā ipsis exprobrans, sic ait: ὁ θεὸς, ὁ ποιῶν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὰ ὕδατα καὶ τὰ ἄσπερα, οὐκ ἐστὶν ἰδωτὸς καὶ ἠκροῦται τῶν ἱερῶν, οὐκ ἐστὶν ἠκροῦται τῶν ἱερῶν, οὐκ ἐστὶν ἠκροῦται τῶν ἱερῶν. Hoc suis etiam temporibus Esaias (ut apud ipsum capite postremo scriptum est relictum) Domini iussu his uerbis exequitur: Cœlum sedes mea, & terra scabellum pedum meorum. Vbi igitur erit domus, quam ædificabitis mihi? & ubi erit locus meæ quietis? &c. Quæ igitur uasania, quod demonis præstigium tam fuit potens, ut obscuratis tam liquidis diuinæ uoluntatis monumentis, nobis tantas ueritatis caligines inueheret, ut magis Persicis fieremus cæciores? Sed hæc uiderit Romana ecclesia, poenitere nescia. In fingendis imaginibus.) Quid quod etiam tua lex, Marci Tulli, sumptum à cultu diuino remouet? Sed Lactantius noster aduersus gentes disputās, rationibus professionis dogmata roborat. Non dicit legis uerba, Non facies tibi sculptile: sed aduersarios suis configit telis. Templum est pectus.) Est & hoc Apostolicum, & ob id catholicum quoque, Sic enim in priori ad

Corinthios epistola, capite sexto, inter cetera sic scribit: ἢ οὐκ οἶδ' ἄρα, ὅτι τὸ σῶμα ὑμῶν ναὸς τοῦ ἁγίου καὶ ἀνθρώπου ἐστίν, &c. Itaque nulla in quoquam uirtus est.) A contrarijs, nam diuersæ qualitates eodē temporis momento in eodem subiecto ritè esse nequeunt. Qui error omnis ex illius principalis.) De hoc plenius in libro de Origine erroris. Urbe à Gallis occupata.) Huius rei neque apud Liniū, neque apud Plutarchum mentio fit, neque alibi, quod ego sciam, uspiam. Nisi quod eius templum in Capitolio positum legimus. Hanc Venerem risui piorum exponit etiam Cyprianus his uerbis: Est, inquit, & Venus calua. Multo hic turpius calua, quàm apud Homerum uulnerata. Et Augustinus eandem uirā cum alijs deridendam propinat Maximo cuidam Maudarensi grammatico. Si (inquit) ridere delectat, apud nos magnā materiā facetiarū habes: deum Sterculium, deam Cloaciam, Venerem Caluam, deum Timorem, deum Pallorem, deam Febrin, & cetera innumera huiuscemodi, quibus Romani antiqui simulachrorum cultores templa fecerunt, & colenda censuerunt. Quintilianus monet, inter themata proponendū, quæ apud Lacedæmonios sit Venus armata. Narratur historia paulo aliter à Iustino, libro tertio: neque ulla Veneris ibi mentio fit. ἀσπληγὸς autem uirginem significat. Hi postea sedes in Italia, ubi Tarentum est, quæ siue Fabulæ mentionem facit Ouidius libro quarto Fastorum. Fit etiam mentio in Epigrammatis græcis. Est de hac carmen Ausonij. Pausanias in Laconicis scribit, quale huius simulachrum fuerit apud Lacedæmonios. Caluæ uerò Veneris, describitur à Vegetio libro quarto. A Suida refertur aliter: mulieres nempe Romanas, quum pestilentis prurigne laborarent, ut tonsis comis pectines parum usui essent, Veneri supplicasse ut comam eis restitueret: quo facto, mulieres Veneri simulachrum pectinem tenens fecisse. Ioui quoque Pistori ara apposta est.) Festū huius sexto Id. Iunij. Ouid. 6. Fastorum: Nomine quàm precio celebratior. — Ceterum in historijs ea de re nihil. Sed cædis expiandæ gratia, Locutio à Camillo dictatore in noua uia fieri iussum. Sed apud Plutarchū est φημὶς καὶ ἀέδονος: id est, Famæ & Vaticinij. Fornacem deam.) Ouidius in Fastis lib. 2. de Fornacalibus: Facta dea est Fornax: lati fornace coloni Orant, ut uires temperet illa suas.

Curio legitimis tunc fornicalia uerbis

Maximus indicit, nec scuta sacra facit.

Laram nominant.) Fabula est apud Ouidium in secundo libro Fastorum, apud quem Lar nomen habet filia Almonis cuiusdam. Nomen ab euentu impositum habet. nam quum Iouis amores Iunoni prodidisset, huic linguam eripuit:

— Prima sed illi (inquit Ouidius)

Dicta, bis antiquum syllaba nomen erat.

10 Hanc Mercurius, cui à Ioue negocium fuerat datum, ut eam ad infernam paludem duceret, in itinere in luco ui compressit. ex eo ipsa fit grauida, geminos que parit (inquit Poeta) qui compta seruant,

Et uigilant nostra semper in urbe Lares.

Lares autem sunt genij. *ἑταίμοις*. Horum feriae undecimo Calendas Maij. Macrobius libro primo Saturnalium: Ouidius libro quinto Metamorphos. Colitur & Caca.) Fabula

20 Caci scribitur à Vergilio in octauo, ab Ouidio in primo libro Fastorum. Sed illic est furtum ex bouum boatu fuisse proditum. Seruius cum Latantio facit: & addit præterea, eam sacellum meruisse, in quo ei per uirgines Vestæ sacrificabatur. Et Cumina.) Numeratur hæc ab Augustino inter plures alios eiusdem loci atq; ordinis deos, libro quarto de ciuitate Dei, capite undecimo. Adscriberem locum, nisi longior esset.

Alij Cubam eam uocant. Donatus apud Terentium in Phormione, quo loco in prima scena poeta seruorum onera enumerat. Vbi puerum initiabunt: Legitur, inquit, apud Varronem, initiari pueros Eduliæ, & Poiciæ, & Cubæ, diuis edendi & potandi & cubandi, ubi primum à lacte & à cunis transferunt. Atque huc refert illud Vergilij, ubi nec deus mensa Vulcanum, nec dea dignata cubili est. Cui auctorem Probum.

Et Sterculius.) Superius ex Augustino hunc Stercutium nominauimus: nisi fortassis Sterculius est etiam ibi legendum. Sed Plinianæ lectioni magis credendum censeo, ubi libro decimo septimo, capite nono, Sterculius Fauni filius, ob stercorationis inuentum immortalitatem asequutus legitur. Apud Septimum Tertullianum ex Sterculo, Sterculius est emendandum, capite uigesimo secundo Apologetici. Macrobius libro primo Saturnalium, capite primo, Sterculium Saturnum facit, quod primus stercore fecunditatem agri

comparauerit. Et Tutinus.) Quidam legunt Futinus. Apud Augustinum de ciuitate Dei libro quarto, capite undecimo sic legitur: Ipse sit Motunus uel Tutinus, qui est apud Græcos Priapus, si non pudet. Ludouici Viuis censura Mutinus, pro Motinus, apud Augustinum subrogat. Apud Tertullianum loco iam supra citato Mutinus est, sicut etiam hoc loco quidam ex Tutino Mutinum emendarunt. Sed mihi magis probatur Augustiniana scriptio, quã ne tum quidem Erasmus Roterodamus mutauit, quum ego in editione Augustiniana Frobeniano prælo præessem.

Hic est, quem pro Ioue Saturnus dicitur deuorasse.) De hoc iam sæpius habuimus. Sed placet etiam Hesiodi uerba ex Theogonia delibare:

ὅψ' δὲ σαργανίσασσε μέγαν λίθον ἔγγυά-
λιξον

ὄφρα γὰρ ἐμὲ δ' ἀνάκτι θεῶν πρῶτος βασι-
λῆϊ.

τοῦ, τὸ δ' ἐλάω χεῖραςιν, ἐμὲ ἔγκλιτο νε-
δύω

χίτλιθ, &c. Hunc quum Saturnus euomisset, Iupiter ad Parnasi radices pro monumento posuit. Quam fabulosa hæc sint, supra ex Sibyllis didicimus. Nam quum Tarquinius Capitolium facere uellet.) Historia est apud Titum Liuium in primo, & sub finem quinti. Dionysius Halicarnassæus libro secundo, & Plutarchus in Numæ uita, Terminaliorum institutionem ad Numam referunt. Vide præterea Plutarchum in Problem. Totum negocium eleganter describitur ab Ouidio libro secundo Fastorum. Vide præterea Florum libro primo, capite septimo, & Seruuum Aeneid. nono: Alexandrum Neapolitanum in Genialibus diebus libro quinto, capite decimo: Blondum libro primo Triumph. Rom. Apud Cellium lib. duodecimo, capite sexto, de hoc amigma est:

Semel, minus ue, an bis minus sit. non sat scio,
An utrumq; eorum, ut quondam audiui, ipsi
Dicier Ioui regi noluit concedere.

Hunc deum dignis modis diuexat Augustinus libro quarto de ciuitate Dei, capite uigesimo quarto. Apollo præterea ὄψιθ, id est terminalis ab Hermionensibus cultus fuit, cum in agrorum lite superiores

essent.

De dijs barbarorum quibusdam proprijs, & eorum sacris, & itidem
de Romanis. CAP. XXI.

Diximus de dijs ipsis, qui coluntur: nunc de sacris ac mysterijs eorū pauca dicenda sunt. Apud Cypri Salaminem humanam hostiam Ioui Teucrus immolauit, idēq; sacrificium posteris tradidit: quod est nuper Hadriano imperante sublatum. Erat lex apud Tauros, inhumanam & feram gentem, uti Dianæ hospites immolarentur: & id sacrificium multis temporibus celebratum est. Galli Esūm atq; Teutaten humano cruore placabant. Nec Latini quidem huius immanitatis expertes fuerūt: siquidem Latialis Iupiter etiam nunc sanguine colitur humano. Quid ab his boni precant, qui sic sacrificāt? Aut quid tales dii hominib. præstare possunt, quorum pœnis propitiantur? Sed de barbaris non est adeo mirandum, quorum religio cum moribus congruit. Nostri uerò, qui semper mansuetudinis & humanitatis gloriam sibi uen dicarunt, nōne sacrilegis his sacris immaniores reperiūtur? Hi enim potius scelerati sunt habendi, qui, cum sint liberalium disciplinarum studijs expoliti, ab humanitate desciscunt, quàm qui rudes & imperiti ad mala facinora bonorum ignoratione labuntur. Apparet tamen, antiquum esse hunc immolandorum hominum ritum: siquidem Saturnus in Latio eodem genere sacrificij cultus est, non quidem ut homo ad aram immolaretur, sed uti in Tyberim de ponte Miluio mitteretur. quod ex respōso quodam factitatum, Varro autor est: cuius responsi ultimus uersus talis est,

ἡγὴ λευκάδες κρονίδης, ἡγὴ ἔσ' πατρὶ ἠέμπετε φῶτα.

Quod quia uidetur ambiguum: & fax illi, & homo faci solet. Verūm id genus sacrificij ab Hercule, cum ex Hispania rediret, dicitur esse sublatum: ritu tamen permanente, ut pro ueris hominibus imagines iacerentur ex scirpo, ut Ouidius in Fastis docet:

Donec in hæc uenit Tirynthius arua, quotannis

Tristia Leucadio sacra peracta modo.

Illum stramineos in aquam misisse Quirites:

Herculis exemplo corpora falsa iace.

30

Hæc sacra Vestales uirgines faciunt, ut ait idem:

Tum quoq; priscorum uirgo simulachra uirorum

Mittere roboreo scirpea ponte solet.

Nam de infantibus qui eidem Saturno immolabantur propter odium Iouis, quid dicam non inuenio. Tam barbaros, tam immanes fuisse homines, ut patricidium suum, id est tetrum atq; execrabile humano generi facinus, sacrificium uocarent: cum teneras atq; innocentes animas, quæ maximè est ætas parentibus dulcior, sine ullo respectu pietatis extinguerent, immanitatemq; omnium bestiarum, quæ tamen foetus suos amant, feritate superarent. O dementiam insanabilem. Quid illis isti dii amplius facere possent, si essent iratissimi, quàm faciunt propitij? cum suos cultores parricidijs inquinant, orbitatibus mactant, humanis sensibus spoliant? Quid potest esse his hominibus sancti? Aut quid in profanis locis facient, qui inter aras deorum summa scelera committunt? Pescenius Festus in libris historiarum per satyram refert, Carthaginenses Saturno humanas hostias solitos immolare: & quum uicti essent ab Agathocle rege Sicularum, iratum sibi deum putauisse: itaq; ut diligentius piaculum soluerent, ducentos nobilium filios immolasse:

Tantum relligio potuit suadere malorum,

Quæ peperit sæpe scelerosa atq; impia facta.

Cui ergo dementissimi homines illo sacrificio cōsulebant, cum tantam partē ciuitatis

50

ciuitatis occiderent, quantam fortasse ne Agathocles quidem uictor occiderat. Ab isto genere sacrorum non minoris insanix iudicanda sunt publica illa sacra, quorum alia sunt Matris deum, in quibus homines suis ipsi uiriliter, litant: amputato enim sexu, nec uiros se, nec foeminas faciunt. Alia Virtutis, quam eandem Bellonam uocant, in quibus ipsi sacerdotes non alieno, sed suo cruore sacrificant. Sectis namque humeris, & utraque manu districtos gladios exerentes currunt, efferuntur, insaniunt. Optime igitur Quintilianus in Fanatico: Istud, inquit, si Deus cogit, iratus est. Etiamne haec sacra sunt? Nonne satius est pecudum more uiuere, quam deos tam impios, tam profanos, tam sanguinarios colere? Sed unde isti errores & haec tanta flagitia manauerunt, suo loco differemus, interim uideamus & caetera, quae carent scelere: ne studio insectandi uideamur eligere peiora. Isis Aegyptia sacra sunt, quatenus filium paruulum uel perdidit, uel inuenerit. Nam primo sacerdotes eius deglabrato corpore sua pectora tundunt, lamentantur, sicut ipsa, cum perdidit, fecerat. Deinde puer producitur quasi inuentus, & in laeticiam luctus ille mutatur, ideo Lucanus:

— *Nunquamq; satis questus Osiris*

Semper enim perdunt, & semper inueniunt. Refertur ergo in sacris imago rei, quae uere gesta est, quae profecto, si quid sapimus, declarat mortalem mulierem fuisse, ac penes orbam, nisi unicum reperisset, quod illum ipsum poetam minime fugit, apud quem Pompeius adolescens, morte patris audita, haec loquitur:

*Euoluam busto iam numen gentibus Isini,
Et tectum ligno spargam per uulgus Osirim.*

Hic est Osiris, quem Serapim & Serapidem uulgus appellat. Solent enim mortuis consecratis nomina immutari: credo, ne quis putet eos homines fuisse, Nam & Romulus post mortem Quirinus dictus est, & Leda Nemesis, & Circe Marica: & Ino, postquam se precipitauit in mare, Leucothea, materque Matuta: & Melicertes filius eius Palamon, atque Portunus. Sacra uero Cereris Eleusinae, non sunt his dissimilia. Nam sicut ibi Osiris puer planctu matris inquiritur: ita hic ad incestum patris matrimonium rapta Proserpina, quam quia facibus ex Aetnae uertice accensis quaesisse in Sicilia Ceres dicitur, idcirco sacra eius ardentium tadarum iactatione celebrantur. Apud Lampfacum Priapopolitabilis uictima est asellus, cuius sacrificij ratio in Fastis haec redditur: Cum dii omnes ad festum Matris magnae conuenissent, epulisque satiati noctem lullibus ducerent, quieuisse humi Vestam, somnumque capisse: ibi Priapum somno eius ac pudicitiae insidiatum, sed illam intempestiuo clamore aselli, quo Silenus uehebatur, excitatam: libidinem uero insidiatoris esse deceptam. Hac de causa Lampfacenos asellum Priapo, quasi in ultionem mactare consueuisse: apud Romanos uero eundem Vestalibus sacris in honorem pudicitiae conseruatae panibus coronari. Quid turpius, quid flagitiosius, quam si Vesta beneficio alini uirgo est? At poeta fabulam finxit. Num ergo illud est uerius, quod referunt qui *φαινόμην* conscripserunt: cum de duabus cancri stellis loquuntur, quas Graeci *δύο* uocant, asellos fuisse, qui Liberum patrem transiterint, cum amnem transire non posset: quorum alteri hoc praemium dederit, ut humana uoce loqueretur: itaque inter eum Priapumque ortum esse certamen de obsceni magnitudine: Priapum uictum & iratum interemisse uictorem. Hoc uero multo magis ineptum est, sed poetis licet quicquid uelint. Non executio tam deforme mysterium, nec Priapum denudo, ne quid appareat risu dignum. Haec sane poetae: sed necesse est, alicuius maioris turpitudinis tegendae gratia ficta sint. Quae sint ergo quaeramus. At ea profecto manifesta est, nam sicut Lunae taurus mactatur, quia similiter habet cornua, &

Placat

*Placat equo Persis radijs Hyperiona cinctum,
Ne detur celeri uictima tarda deo.*

Ita in hoc, quia magnitudo membri uirilís enormis est, nõ potuit ei monstro aptior uictima reperiri, quàm quæ ipsum, cui maçtatur, possit imitari. Apud Lindum, quod est oppidum Rhodi, Herculis sacra sunt, quorũ à cæteris longè diuersus est ritus. siquidẽ nõ *Διφνύια* (ut Græci appellat) sed maledictis & nõ execratione celebrantur: eaq; pro uiolatis habent, si quãdo inter solènes ritus uel impudenti alicui exciderit bonum uerbum. Cuius rei hæc ratio redditur, si tamen ulla esse in rebus uanissimis potest. Hercules, cum eò delatus esset, famemq; pateretur, aratorem quendam conspexit operantem: ab eoq; petere coepit, ut sibi unũ bouem uenderet. Enimuerò ille negauit fieri posse, quia spes sua omnis colendæ terræ duobus illis iumentis niteretur. Hercules solita uiolentiã usus, quia unum accipere non potuit, utrumq; sustulit. At ille infelix, cum boues suos maçtari uideret, iniuriã suã maledictis ultus est: quòd homini eleganti & urbano gratissimum fuit. Nam dum comitibus suis epulas apparat, dumq; alienos boues deuorat, illum sibi amarissimè cõuiciantem, cum risu & cachinnis audiebat. Sed postquam Herculi diuinos honores ob admirationem uirtutis deferrí placuit, à ciuibus ei ara posita est, quam de facto *Βύφηρον*, id est bouis iugum nominauit: ad quam duo iuncti boues immolarentur, sicut illi quos abstulerat aratori: eumq; ipsum sibi constituit sacerdotem, ac præcepit, ut iisdem maledictis semper in celebrandis sacrificiis uteretur, quòd negaret se unquam epulatum esse iucundius. Hæc iam non sacra sunt, sed sacrilegia, in quibus id sanctum ducitur, quod in alijs si fiat, etiam seuerissimè uindicatur. Ipsius autẽ Cretici Iouis sacra quid aliud quàm quomodo sit aut subtractus patri, aut nutritus, ostendunt: Capella est Amaltheæ nymphæ, quæ uberibus suis aluit infantem. de qua Germanicus Cæsar in Aratæo carmine sic ait:

— *Illaputatur*

*Nutrix esse Iouis, si uerè Iuppiter infans
Vbera Creteæ mulsit fidissima capra,
Sidere quæ claro gratum testatur alumnum.*

Huius capellæ corio usum esse pro scuto Iouem contra Titanas dimicantem, Musæus autor est. unde à poetis *αγυίος* nominatur. Ita quicquid est gestum in abscondendo puero, id ipsum per imaginem geritur in sacris, sed & matris eius mysterium idem continet. quod Ouidius exponit in Fastis:

*Ardua iam dudum resonat timentibus Ide,
Tutus ut infanti uagiat ore puer.
Pars clypeos sudibus, galeas pars tondit inanes:
Hoc Curetes habent, hoc Corybantes opus.
Res latuit, priscaq; manent imitamina facti:
Aera decæ comites, raucaq; terga mouent.
Cymbala pro galeis, pro scutis tympana pulsant:
Tibia dat Phrygios, ut dedit ante, modos.*

Hanc totam opinionem, quasi à poetis fictam, Salustius respuit: uoluitq; ingeniose interpretari, cur altores Iouis dicantur Curetes fuisse, & sic ait: Quia principes intelligendi diuina fuerunt, uetustatem ut cætera in manus componenteis, altores Iouis celebrauisse. Quantum errauerit homo eruditus, iam res ipsa declarat, si enim princeps est Iupiter & deorum & religionum, si ante illum dii nulli colebantur uulgo, quia nondum nati fuerant qui coluntur: apparet, Curetes ex diuerso principes fuisse diuina non intelligendi, per quos error omnis inductus est, & Dei ueri memoria sublata. Ex ipsis itaque mysterijs & ceremonijs intelligere debuerunt, hominibus se mortuis supplicare.

Non

Non igitur exigo ut aliquis poetarum fictionibus credat. qui hos mentiri putat, Pontificum ipsorum scripta consideret, & quicquid est literarum ad sacra pertinentium, reuoluat: plura fortasse, quam nos afferimus, inueniet: ex quibus intelligat, inania, inepta, cōmenticia esse omnia, quæ pro sanctis habentur. Si quis autem percepta sapientia deposuerit errorem, profectò ridebit ineptias hominum penè dementium: illos dico, qui uel inhonesto saltatu tri pudiant, uel qui nudî, uncti, coronati, personati, aut luto obliti currunt. Quid de scutis iam uetustate putridis dicam? quæ cū portant, deos ipsos se gestare humeris suis arbitrant. Nam Furius Bibaculus inter præcipua pietatis exem-

pla numeratur: qui quum prætor esset, tamen lictoribus præeuntibus ancile portauit, cum haberet magistratus beneficio muneris eius uacationem. Non ergo ille Furius, sed planè furiosus fuit, qui præturam hoc ministerio se putauit ornare. Meritò igitur, cum hæc à uiris non imperitis ac rudibus fiant, Lucetius exclamat:

*O stultas hominum mentes, ô pectora cæca:
Qualibus in tenebris uitæ, quantisque periculis
Degitur hoc æui, quodcumque est.*

Quis hæc ludibria non derideat, qui habeat aliquid sanitatis? quum uideat homines uelut mente captos ea seriò facere: quæ si quis faciat in lusu, nimis lasciuus & ineptus esse uideatur.

C O M M E N T A R I V S.

Hoc capite barbarorum sacrilega & impia quædam sacra, maxime quibus humano sanguine litatur, enumerat. Numerantur quædam à Nazariano in oratione de Epiphania, Clemēte Alexandrino in Protreptico, ab Eusebio libro 4. præparationis Euangelicæ, cap. 7. Theodoro libro 7 Therapeutices, Arnobio libro 3, Augustino de ciuitate Dei libro 7. cap. 19. & post hos à Paulo Middelburgensi, libro 17. posterioris Paulinæ. Taceo Alexandrum, Urbinate, Textorē, & alios. Apud Cypri Salaminem.) Cornelius Tacitus libro 3. scribit, Cyprum tribus delubris celebrem fuisse, quorum uetustissimum Paphiæ Veneri autor Aerias. post filius eius Amathus Veneris Amathusiæ, & Ioui Salaminio Teucer Telamonis patris ira profugus posuerūt. Causa profugij erat, quod Teucer sine fratre Aiace, qui se ob indignitatem armorum Ulyssis interemerat, è bello Troiano redierat. Dido apud Verg. Aeneid. 1. Aeneæ & socijs referebat, quomodo casum Troianū ex Teucro profugo intellexerit, qui Beli tum Cyprum armis tenētis auxilio sedes quæstierit. Seruius ibi Teucrum, antequam ad Didonem uenerit, etiam Salamine pulsum scribit: quod mihi non uidetur historię consentaneum. Meminit huius profugi etiam Horat. lib. Carm. 1. ode 7. Testatur etiam Strabo lib. 14.

Salaminem Cypri à Teucro profugo conditam esse. Fani Ammianus Marcellinus meminit li. 14. Cæterum Adrianum hæc sacra antiquasse, neq;

apud Dionē, neq; apud Spartianū, nec Eutropiū legitur. Eusebius scribit, Adriani tēporib. has impij erroris nebulas Euāgelici solis splendore fuisse discussas. Eutropius uerò, Traiani temporibus Salaminiam (sic enim ipsam cum Plinio uocat) à Iudæis deletam fuisse ait. Spartianus quidem autor est, Adrianum Romana sacrificia diligenter curasse, cæterum externa neglexisse. Ex Actis Apostolicis capite decimotertio certū est, Paulum & Barnabam Salamine Cypri in synagogis Iudæorum uerbum Dei annunciaſſe. Hæc à Constantio, Constantia fuit postea appellata.

Erat lex apud Tauros.) Huius sacrificij Thoas rex autor fuit. Vnde Diana Thoantea Silio: Sacra Thoanteæ ritusq; imitata Diana. & Tauropolitana sacrificia. Pomponius Mela libro secundo, capite de Scythia Europea: Tauri Iphigeniæ & Orestis aduentum maxime memorati, immanes sunt moribus, immanemq; famam habent, solere uictimis aduenas cedere. Vide quæ ibi Vadianus & alij ex Herodoti quarto libro annotarunt. Eusebius ait, Euripidem hanc immanitatem in scena decantasse. Extat autem inter Euripidis fabulas Iphigenia in Aulide, ubi Iphigenia Agamēnonis filia Dianæ sacrificatur: deinde alia Iphigenia in Tauris, ubi Orestes mastrandus, deæ iussu à Thoante absoluitur. Referuntur hæc etiam à Seruio, Aeneid. 2. ibi: Sanguine placastis, &c. Damis apud Lucianum in Ioue Tragedo, immania hæc sacra execratur, his uerbis:

εὐδὲ δὲ γὰρ ταύροις ἢ ἀρτέμιδι ἢ ἠδὲως αὐτῶν ἐπέδωκεν, ἐκ θεῶν ἠδὲ κεφαλῶν ἀνατρέποντο μύθους, ὅφρα ἴσῃ τοιαῦτα ἢ πρὸς θεῶν ὄψιν ἔχουσι.

Galli Esum & Teutaten.) Theutatem Middelburgensis legit: nisi Aldus mentiatur, Lucanus lib. 1.

Et quibus immitis placatur sanguine diro Teuthates, horrensque feris altaribus Hesus, Tauranae Scythicae non mitior ara Dianae.

Per Druidas sacerdotes haec fiebat sacra, qui a quercibus nomen acceperunt. Lege de hoc Pomponium Melam libro 3. Plinius libro trigesimo, capite primo autor est, Tyberij Caesaris principatum prodigiosi huius sacri celebrationem sustulisse, una cum Druidibus. Tranquillus non a Tyberio, sed a Claudio diram hanc immanitatem penitus sublatam scribit: nec sub Tyberio, sed sub Augusto civibus interdictum, ne hominem immolarent. Plinius autem, 657 demum anno Urbis conditae, Corn. Lentulo, P. Licinio Crasso consulibus, S. C. factum esse tradit, ne homo immolaretur.

Cum Plinio consentit Tertullianus cap. 8. Apologetic. nisi quod Mercurio haec fieri commemorat. cum quo Arnobius consentit. Sed supra quodam loco intelleximus, etiam Aegyptijs Mercurium Theuth appellari. Caesar in sexto, ubi de Druidibus scribit, testatur Gallos Mercurium religiosissime colere. Meminerunt huius sacrilegij etiam Augustinus et Eusebius. Latialis Iupiter.) Hic sacratus est a Tarquinio Superbo in monte Albano. De hoc Halicarnassensis. Huius immanitatis pertinax est apud Gentilium scriptores silentium. Verum Eusebius astipulatur Lactantio, et Tertullianus acerrime contra eam disputat. Porro neque hodie passim illa barbaries profusa ubique terrarum extincta est. Scribit enim Cortesius sua priore ad Carolum V. de Occidentalibus insulis narratione, quam immania sacra in magna civitate Temixitana inuenerit: nempe quae ex omni genere farinae massa humani sanguinis humore humectata, idolum fieri solitum sit: sanguis exspirantis adhuc pectore exhauriri, indeque inducta massae idoli forma, sanguinolento sanguine humano conspergi, cordibusque humanis adhuc tepentibus sacrificari solitum. Quam barbariem Cortesius a se sublatam memorat. Saturnus in Latio.) De hoc Augustinus et Athanasius. Deinde ideo dicit a quibusdam pueros ei solitos immolari, sicut a Pœnis: et a quibusdam etiam maiores, sicut a Gallis: quia omnium seminum optimum est, genus humanum. De hac crudelissima uanitate quid opus est plura dicere?

Varro autor est.) Haec eadem scribuntur a Macrobio libro primo Saturnalium, capite septimo: apud quem in hoc responso non legovides, sed ad hunc legitur. Sed responsum ex Macrobio integrum uidebimus:

εἴχετε καὶ οὐκ οὐκ Σικελῶν σκευῶν αἰῶν ἠδὲ Ἀβοεργυῶν ἰοτύλλω δ' ἄσπος ὀχέεται αἶς ἀναμύχθρητον δ' ἐκείτω ἐκπέμψατε φοίβω,

καὶ κεφαλῆς ἄδ' η, καὶ τῶν πατρῶν ἰμπερῆ φῶτα.

Plutarchus in libello λαθε Βιώσεις, ratione reddit, cur φῶς et lumen et uirum significet. Versus Ouidij extant libro 5. Si plura desideras, adito Ludouici Viuis in Augusti. commentaria: Bocatium libro octauo, capite primo. Ouidius in Fastis.) Libro quinto. Tirynthius.) Hercules. Leucadio.) Antonius Constantius Apollinem intelligit, eo quod secundum Strabonem mos patrius fuerit, ut in Apollinis sacrificio quotannis fontem aliquem auertendae deorum irae gratia e montis specula deijcerent.

Vt ait idem.) aliquot uersibus ante. Pescennius Festus.) De hoc nihil dum legi, ne apud Gyraldum quidem, in quo haec diligentia desideratur, homine alioqui multae lectionis, quique fuit in colligendo diligens obseruator. Sed mihi letio suspecta est. Quid si Pescennius legas, unde Pescennij uersus. Carthaginenses Saturno.) Meminerunt etiam huius rei Tertulianus, Eusebius et Augustinus, atque insuper ex historicis Qu. Curtius libro quarto, Iustinus libro decimo octauo: Orosius libro quarto, capite sexto. Nos Platonis uerba habemus ex Mimoe: ἐπεὶ αὐτῶν ἡμῶν μὲν οὐ νόμος ἔστιν ἀνθρώπων θύειν, ἀλλ' ἀπόστον. ἡ ἀρχὴ δὲ θύειν, ὡς ὄστον ὅν καὶ νόμιμον αὐτοῖς. καὶ ταῦτα, γῆνοι αὐτῶν ἡεὶ τῶν λέγοντων, ὡς ἴσως καὶ ἀκνήσας.

Ab Agathocle rege Siculorum.) Quae Agathocles Siculorum tyrannus in Africa gesserit Olympiade centesima et undecima, scribunt Iustinus libro uigesimo primo, Diodorus Siculus libro undecimo et decimo septimo. Meminit et Orosius loco iam citato, Plutarchus in Pyrrho: Bocatius libro quarto de casibus illustrium uirorum, capite decimotertio. Quantum fortasse.) Tria millia Pœnorum ceciderant. Nisi de uictoris crudelitate, non de praetij caede intelligere uelis. Legimus huius sacrilegi sacrificij plura exempla cum apud Barbaros, tum apud Graecos, Latinosque. Nam apud Heliopolim Aegypti tres Lacedaemonij Marti sacrificaban-

10

20

30

40

50

crificabatur, Syriae * Libycæq; Carthagini memo-
rauimus sacra fiebāt homines. Aristomenes Mes-
senius trecentos Ioui Ithonio immolabat, si Phi-
loni historico credimus: eum enim Theodoretus
citāt. Quid de Occidentalibus insulis dicemus,
apud quos homines nuper admodum Carolus
Quintus ea sacra abrogauit? Sed hæc longè supe-
rant, quæ pullati monachi exercēt, sancti nimirū
homines, & ab omni (si dijs placet) impietate alie-
10 ni, qui & ipsi humanis sacris, si quæ nocentē inter
se habebūt, eum nō sine impietate citare dicuntur:
fortassis dæmonio Molochin Tophet sacrificātes.
Huiusmodi quædā collegit Alexander ab Alexan-
dro, de Genialibus diebus. Matri deūm.)
Galli matris deūm sacerdotes dicti sunt, à Gallo
fluuio Pefinuntis, cuius rei locupletissimus testis
est Herodianus in primo: *ὅτι δὲ τῶν περὶ ἑρμιῶν
πρὸς ἰνδῶν, πάλαι μὲν φέρυγες ὠγυῖα ζῶν ἔδει
τῶν ποταμῶν πάλαι ἠεὶ ἀφ' ἑ τὴν*
20 *ἑπὼνυμῶν φέρυγες οἱ τῆ δειῶ ποταμῶν ἰδρό-
μυοι.* In eadem sententia est Ouid. li. 4. Fast.
quibus subscribūt Lætus et Feneſtella. Sed Stepha-
nus fluuium à Gallo nomē habere testatur. Nam
postquam Attis & Gallus pudenda sibi amputas-
runt (de quo supra cap. 17. dictum est) Gallus
(inquit) ad fluuium Terian (*τερῆων*) uenit, qui
ab eo Gallus est nominatus: accolæ uerò Potamo
galleni (*ποταμογαλλωνοῖ*) dicti sunt: sed à flu-
uio deinde sacerdotibus nomē cecit, quorum præ-
30 sidem Tertul. Archigallum appellat. Quam
eandem Bellonam.) Multa huius nomina
sunt. nam antiqui etiam Duellonam dicebant, au-
tore Varrone. *ὅν δὲ* Græcis dicitur, ut Pompo-
nius Sabinus in 7. Aen. annotauit. nam ea uox fu-
rorem belli significat. Hinc Platoni *Θελοπόλε-
μος*, Pallas scilicet, quam eandē esse credunt, quæ
ἄρ' ἔ' πάλαι, id est hasta uibranda nomen ha-
bet: quæ etiam Nafoni dea Bellica & Bellatrix di-
cta est, & Virgilio Armifona, sicut Pindaro *ἑγ-*
40 *χέβομος.* De hisce sacris ante Lactantium retu-
lit Tertul. cap. 24. his uerbis: Vnde Cybele si ur-
bem Romam, ut memoriam Troiani generis ada-
mauit, uernaculi sui scilicet, aduersus Achiuorum
arma protecti: si adulteros transire, quos sciebat
Græciā Phrygiæ debellatricem subacturos. Itaq;
maiestatis suæ in urbem collatæ grande documen-
tum nostræ etiam ætati proposuit, cum M. Aure-
lio, apud Syrmium (Pannoniæ ciuitas Plinio &
Ptolemæo) Reip. exempto, die XVI Cal. Mar.
50 Archigallus ille sanctissimus die IX. Calend. ea-
rundē, quo sanguinē impurū lacerto quoq; castran-
do libabat, pro salute Imperatoris Marci, iā inter-

preti solita æquē imperia mandauit. O' nuncios
tardos, o' somniculosa diplomata, quorum uitio ex-
cessum Imperatoris nō antè Cybele cognouit. Næ
deam talem Christiani riderent, Gallos castratos
fugillat etiam August. de Ciuit. lib. 7. cap. 25. &
Arnob. loco citato. Quod ad historiam attinet,
Aelius Lampridius de huius in sacerdotes crudeli-
tate sic scribit: Sacra Isidis coluit, ut & caput ra-
deret, et Anubin portaret. Bellonæ seruientes ue-
re execare brachium præcepit studio crudelitatis:
Isiacos uerò (sic Isidis sacerdotes autor appellat)
pinea usq; ad perniciem pectus tundere cogebat,
cum Anubis portaret, capita Isiacorum grauius
obtundebat, ore simulachri. Hæc libentius adscri-
psi, quū alioqui hic mentio Isidis sacrorū fiat. Vide
præterea quæ Pomponius Sabinus, & Alexander
ab Alexandro, ex his autoribus annotarunt. Hu-
ius ædes, teste P. Victore, in circo Flamimio fuit,
uersus portam Carmentalem. (Isidis.) Augu-
stin. li. 6. Ciuit. cap. 10. eandem eleuat uanitatem:
et ante Augustinū Theophilus, sermone ad Autoly-
cum primo. Varia Euseb. li. 2. Præparat. cap. 1. de
Osiride & Iside memorat. Fabula extat apud
Diod. lib. 4. Lucanus.) In Lucano hæc non
inuenio: sed apud Ouid. lib. 9. Metam. simile quid-
dam est. Hæc loquitur.) Hæc sunt apud
Lucanum lib. 9. Pharsal. (Isis.) De Iside & Se-
rapi extat Plutarchi liber. Et tectum li-
gno.) De Serapi tanta me adobruit copia, ut ne
glectis plerisq; ea tantum delibaturus sum, quæ
ad præsens negocium spectabunt. Apim taurum,
sive (ut Eusebio placet) Argiuorū regem, dicunt
eundem esse cum Serapi, quem dictum ferunt *ὄ-
γοπις*, ac deinde Serapin appellatum, cuius nomi-
nis rationē Varro talē reddit, quia mortuus pone-
batur in arca, quā *σάραπος* uocāt, *ὄγοπος* dici-
tur græcè, & ibi uenerari sepultū cœperūt, prius-
quā templū eius esset extructū, uelut *ὄγοπις* pri-
mò, deinde una litera cōmutata, Serapis dictus est.
Varia feruntur ipsius nomina: alij Osirin, alij Plu-
tonē, sive Ditiē, alij Aesculapiū, alij Iouē Ammonē
fuisse credūt. si plura quæris, pete ex Gyraldo. Vi-
de etiā quæ Ludouic. Viues annotauit apud Augu-
stinū lib. 8. cap. 5. Petriū Crimitū de honesta disci-
plina lib. 25. cap. 15. Tripartitā historiā lib. 9. So-
phronius, ut de seipse testatur, *πρὸς τὴν ἑρμιῶν
σάραπος* in signē cōscripsit librū. Qui-
rinū.) Dionysius Halicarn. Linius, Plutarchus,
& alij, de hoc alibi fortè latius. Et Leda Neme-
sis.) Ouidius, & ferè alij qui hæc fabulā enar-
rant, nesciūt Ledā esse Nemesim, hanc Oceani fi-
liā, Lycophronis commentator facit. Germanicus

Caesar in Arato, de Cygno: Cygnū, inquit, dicunt inter astra constitutū, eo quod Iupiter in cygnum transfiguratus euolauerit in Atticā regione, ibiq; cōpresserit Nemēsin, quae & Leda dicitur (ut refert Crates tragicarū scriptor) quae enixa est ouū, unde nata est Helena. Pausanias uerō in Atticis, Nemēsin quidē matrē esse Helenae, Ledā uerō ubera ei praebuisse, & educasse: patrem autē nō Tyndarū, sed Iouē fuisse Hyginus in Olore, compressam quidē scribit Nemēsin, quae mēsi bus actis ouū procreauit, quod Mercurius spartā detulerit, uel ut Isacio placet pastor et Ledā in gremiū proiecerit, ex quo natā esse Helenā quā Leda suā filiā nominari. Vide etiā Crinitū libro de Honestā disciplina 19. cap. 6. Caterum Nemēsis, Platoni in 4. de Legib. *Ἡ δίκης ἀγγελος* dicitur, ἀπὸ *Ἡμεμίσιος*, id est ab indignatione, exponēte Phurnuto. Sed Aristot. de Mundo, ἀπὸ *Ἡμεμίσιος* διαμεμίσιος, quod sit distributrix quaedā diuina eorum quae cuiq; uellet. Sed Philosophi ferē pro Parca, siue etiā Ioue ponūt. Et Circe Marica.) Collegerunt sic: Circe fuit Latini mater, Marica fuit Latini mater: igitur Circe & Marica est eadem. Propositio ex Hesiodi Theogonia nota est, *Ἡ δὲ Κίρκη δ' ἑλπίς θυγατρὶς Ἰσπερίδαο* (π, γ, ε, α, τ' ὀδύνοσ ἦος τὰ λαοσ ἰσπερόσ γι' Ἰλίοσ τ' ἄρ' ἰοῦ ἦ δὲ λατίνου ἀμύμονα τ' ἰσπερόσ ἰας. la quod assumitur, ex Virgilio probari potest. nā is 7 Aeneid Latinum Marica filium facit: Hunc (Latinū) Fauno & nympha geniū Laurēte Marica Accipimus. — Sed haec ex Fauno, illa ex Vlysse, quanquā etiam Maro Latinū Solis nepotē fecit, dum ait: Solis aui speciem. 12. Aeneid. Circe siquidē Solis filia fuit. Præterquā quod Seruius de Topicis dñs narrat, accedit uariatio Poetica, qua saepe diuersos eundem, eundē saepe diuersos faciūt. Putant enim sibi omnia licere, alij aliū Vlyssis ex Circe filiū faciūt, nescio quem Telegonū, patris occisorē. Apud Hesiodū Latinus Circes filius est, apud Vergil. in 7. Faunus (qui idē cū Latino est) Marica. Marica igitur & Circe est eadē, cuius & Horatius & Martialis meminerūt. Nō desunt tamē, qui Maricā etiā Venerē dicūt. Ino, postquā se.) Ino Cadmi filia, Athamātis Aeoli filij secunda uxor, nouerca le odiū in priuignos exercebat: unde Athamas de ultione cogitās, ut Learchū Inus filium occideret. unde Ino insequente marito, furore percita, se & filiū infantē, quē fortē habebat Melicertē, in mare praecipitauit de saxo Moluride, qui postea ipsis sacer fuit. Vnde ipsa Veneris precib. in Leucothean, id est Albuneā marinā deā, Melicertes uerō in Pa-

lamonē transmutatus est. Fabula est apud Ouid. 4. Metamorph. Hyginū cap. 2. & alibi. Pausanias cum alibi, tū uerō in Atticis, mentionē faciunt etiā Pindari & Apollonij scholiastae. Ouid. in Fastis: Leucothea Graijs. Matuta uocabere nostris.

Pindarus Ode secundo Olympiorum:

*λέγοντι δ' ὅτι καὶ θαλάσσης,
μετὰ κέραςι νεφέης
ἀλίας, βιοτοῦ ἀφθιτοῦ
ἴνοι τε τὰ χεῖρα, τὸν δ'
λοῦ ἀμφι χέρον.*

Cicero lib. Tusc. quaest. 1. & de Natura deorū lib.

2. Et Melicertes.) Portunus, & ipse marinus deus, ut mater. Plautus in Rudent. Sed ὁ Παλαμόν ἅγιος Neptuni comes. Citatur & Lactānius Grammaticus in Theb. Statiana, citatur & prouerbum *ἴνους ἀχθῶ*. Legūtur ad haec & duo Orphei hymni: alter Leucotheae, cū thymiamate aromatu: alter Palamoni, cum manna. Hic Vlyssi naufrago succurrit, Od. 2. Portunus uerō à portubus dictus 20 est, quibus praesse creditus est. sanē Portunū pro Neptuno antiquitas credula coluit. Legitur & aliās Portunus. Sacra uerō Cereris Eleusinae.) Eleusina Ceres dicta ab Eleusine, quae una ex duodecim ciuitatib. Atticae fuit, ubi (auctore Strabone) Eleusina Cereris templū extabat, & fanū mysticū, id quod Istinus apparauerat, turbae theatrialis capacissimū. Phurnutus uerō: Eleusis (ἐλεούσις) locus est, ubi hordei usus primō est repertus. Ceres etiam nomē à loco iraxit, ut dica 30 tur Eleusina, quasi istic planē inuētus sit cibus homini cōueniēs, qui sanē reurra beatae uitae hominibus causa est. Pausanias in Arcadiis scribit, etiā Pheneatis fuisse templū Cereris, cognomēto Eleusinae. Huic deae initia celebrari, quo tū Eleusina celebrabātur. Haec *θεομικρόεσσα* dicta putāt. De huius sacris Augustinus lib. 7 cap. 20. ubi Lud. Vies uidēdus. Clemēs praeterea Alexandrinus in sermone hortatorio ad gentes, Orphei uersus de mysterijs citat, quorū symbolū est: *γῆνός δ' ἰσπερὶ τοῦ λυκεῶνα, ἐλαθὸν ἐκ λίσσης ὄργασσάμεθα. & ἀπεβίβωμεν εἰς καλαθόν, καὶ ἐκ καλαθῶν εἰς λίσσω, καλὰ γὰρ τὰ θεάματα, καὶ θεῶν πρὸς ἴππωντα.* Lege ad haec Tertullianū aduersus Valēntianōs. Sacra uerō Cer.) Phurnutus quoq; similitudinē facit inter utranq; inquisitionē, nempe Cereris filiae per totū orbē, & inquisitū Osyridē ab Iside, & tandē repertū, uariē narrātur fabula. Scribūt quidā, eundē esse Osyridē & Serapim, de quo supra dictū. illū uerō à Typhæo fratre occisū, 50 & mēbratim discerptū, & ab Iside diu cōquisitū, tandem repertū esse. Lege de hoc Boccatiū lib. 2.

- cap. 4. Iuvenalem satyra 6. Diodorū Siculū lib. 4. Ouidiū lib. 5. Metamorph. & 4. Fastorū: Claudia num de raptu. Hæc fabula quibusdā ineptè pijs, et præposterè religiosis præbuit occasionē, ut crederent, hinc festū purificationis esse ortū. Tanta est ueneratio diuis. Apud Lampfacū.) Lampfacus Straboni insignis Helleponti urbs, in qua matris Deorū templū est, quod Plutarcho teste à Lampface Mandronis filia nomen habuit. Vnde
- 10 Priapus dictus est Lampfacenus, & Helleponti-
tacus. Ouidius lib. 6. conuuiuium Deorum descri-
bit, unde hæc fabula de sumpta est:
Cōuocat et Satyros, et rustica numina nymphas:
Silenus, quamuis nemo uocarat, adest.
Nec licet, & longum est, epulas narrare deorū,
In multo nox est peruigilata mero.
Hi temerè errabant in opacæ uallibus Idæ,
Pars iacet, & molli gramine membra leuant.
Hi ludunt, hos somnus habet: pars brachia nequit,
20 Pars uiridem celeri ter pede pulsat humum.
Vesta iacet, placidamq; capit secura quietem,
Sicut erat positum cespite sulca caput.
At ruber hortorum custos nymphasq; deasq;
Captat, & errantes fertq; refertq; pedes.
Aspiciat & Vestā: dubium, Nympham ue putarit,
An scierit Vestam: scisse sed ipse negat.
Spem capit obscœnam, sursumq; accedere tentat,
Et fert suspensos, corde micante, gradus.
Fortè senex, quo uetus erat, Silenus asellum
30 Liquerat ad ripas leuè sonantis aquæ.
Ibat, ut inciperet, longi deus Helleponti
Intempestiuo cum rudit ille sono.
Territa uoce graui surgit dea, conuolat omnis
Turba, per infestas effugit ille manus.
Lampfacos hoc animal solita est mactare Priapo,
Apta asini flammis indicis exta damus.
Quem tu diua memor de pane monilibus ornas.
Priapū ruricolā idem Ouidius in lib. Tristiū appel-
Et te ruricola Lampface tuta deo. (lat:
- 40 Quomodo Priapus ex Baccho & Venere natus
sit, scribit Apollonij cōmentator. Phurnutus Pana
& Priapū eundem esse putat. Silenus.) alum-
nus Bacchi. Sileni dicti Phurnuto, & τὸ σιλαι-
νειν. σιλαινεὺς prouectioris ætatis satyros appel-
latos fuisse, Pausanias in Atticis scribit. Cæterum
genus Silenorū, idē in Eliacis tradit mortale fuis-
se. Documento esse monumēta eorum, quæ refert
apud Hebræos & Pergamenos uisa. Vestā.)
Ouid. in 1. Fastorū, hoc nō de Vesta, sed de Lothi-
de quadā nymphā scribit. Hi qui Phæno-
mena.) Nō ipse Aratus, sed apud Aratū Theon
Alex. καλῶνται δὲ αὐτῶν τινὲς ἀστέροι ὄνοι,

δὲ Νόνυτος ἀνὴρ γὰρ ἔστι τὰ ἀστέρα. Sed Ger-
manic⁹ Cæsar in cæcro, ait à Ioue inter sidera re-
latū: & Hyginus li. de signis cœlestibus 2, in ca. de
Cancro, cū Lactantio cōsentit. qui tamē præterea
etiā aliā fabulā ex Eratoſthene refert, quod Tita-
nas in bello Gygantæo asini suo clamore in fugā
egissent, cœlū meruisse. Meminit asinorū etiā Pro-
cius. Meridionalis oritur quarto Ianuarij, uesperis:
Septentrionalis octauo Ianuarij, uesperis. Quia
similiter.) Sic apud Claud. in 1. de raptu Proser-
pinæ, uiculi cornua noua lunatæ germina frontis
appellatur, quæ species Græcè μῶν οὐδ' ἴσ' ἔστι
nominatur. μῶν siquidē luna, præses mēstrui, ab Au-
gustino sigillatur. Sic uicissim luna Horatio in car-
mine seculari bicornis appellatur. Cæterum de
tauro illi immolato, nihil dum legi. Placat
equo.) Astris & stellis uolucres fuerūt sacræ,
anſeres Isidi, Lunæ taurus, Iunoni agnus, Veneri
colūba, Mimeruæ iuuenca. Versus hi sunt ex 1. Fa-
storum, quo loco uaria uariorū animalū sacra enu-
merantur. Strabo lib. 15. ὡς ὅραται τὸν ἰω ἀγῶν
ματὰ μὲν καὶ βοῦν ἐκ ἰδριούονται. θύουσι
δὲ γὰρ ἰψιλῶ τὸ πῶ, τὸ ἔρανον ἠγῶ μῆνοι δὲ
πῶσι δὲ καὶ ἠλιου, ὅν καλῶσι μῆβαν. Parthi
quoq; pugnā mituri, solē salutabāt. Herodianus in
fine 4. ἀπὸ ἀστέρων δὲ τὸν ἠλιου, ὡς ἔθος αὐ-
τοῖς. Hyperionē, qui hic pro Sole accipitur, Hefio-
dus Cœli & Terræ filiū facit: Solē deinde, Lunā,
& Aurorā, Hyperionis ex θεῶν liberos esse pro-
creatos. Quo loco Τρεῖς Hyperionis nomine
intelligit τῶν ἑσπέρων ἢ γυναικῶν τῶν
Nō dissentit Phurnutus, & astipulatur Homeri
Scholiastes. Nā uocis ueriloquio τὸ πῶν εἶς si-
gnificat, qui in sublimi incedit. Clemēs Alexādri-
nus in adhortatione ad Gētes. Alij enim statim in
cœlo cōtemplando decepti, & soli uisui credētes,
motus astrorū cōtemplātes, admirati sunt. & deos
esse censuerūt: astra deos, nēπε θεῶν ἀπὸ τῶν
hoc est à cursu nominātes: et solē adorarūt, ut Indi:
& Lunā, ut Phryges. Apud Lindū.) Hæc
eadē memoratur à Philostrato in Imaginib. lib. 2.
Lindū asperrimā tellurē dicit Rhodi insula. Agri-
colā Thiodomantē nominat: bouē uerò totiū deuo-
rasse dicit Hercule, ut ne ossa quidē omiserit. Mes-
munit & Clemēs alicubi. Lege Erasmi in prouer-
bio, λίνδοι τῶν θυσιῶν, &c. ὀφθαλμοῖς.) Vel
ex Lactāio apparet, hoc sacrorū uerbū esse, nam
nō simpliciter laudē significat, sed enthusiaſmon
aliquē in se cōtinet. Sic legitur Ammon oraculo præ-
ces Lacedæmoniorū, sacrificijs Græcorū prætu-
lisse: φησὶ γὰρ, Βόλεθαι αὐτῶ τῶν λακιδαι-
μόνιου ὀφθαλμοῖς εἶν μᾶλλον ἢ τὰ σῆμα πᾶντα

ἐλλώωω ἰδρᾶ. Βῆζυγομ.) Nō sine pleonasmō.
 nam Grammatici ζῶνυυδω proprie de bobus
 dici arbitrantur, de ceteris uerō animantib. κατὰ
 ἕκαστῶς usurpant. Et ob id, cum Vlysses bouē et
 equum iungeret, ζῶγομ minimē dicendum fuisse.
 Lurconē Herculem fuisse, et uoracissimū, scripto-
 res multis epithetis celebrant. nam πολυφάγομ,
 πύμφαγομ, ἀδδὸν φάγομ, id est cruda uorantē,
 βοβοίωω, id est bouis uoratorē (βοινάωω enim con-
 uior significat) appellāt. Quin βοφάγος in grae-
 cis Epigramatib. dicitur. Grego. Ναζιαί ζ. nus: ὁ
 βοβοίωωσ τῶν γεώργων τυραννίσωωσ, καὶ τὸ ἀρό-
 τῶωω βοῶωω λαφύξωωσ, καὶ τῶωω κελῆσιρ λαβῶωω ἐκ
 τῶωω πρᾶξωωωσ. Quin à Theocrito τωροφόνος,
 propter hanc fortē historīā nominatur: et ab Epi-
 charmo (ut Athenaeus citat) in Busiride, scriptū
 de eo est, ut inter edendū molarib. infrenderet, ma-
 xilla striderēt, aures mouerēt, guttur inius re-
 sonaret, naribus sterteret, solidaq; interdū mēbra
 inhaerentibus adhuc carbonibus deglutiret: quae
 utiq; spectantib. terrorē incutiebat. Cretici
 Iouis.) De hoc alibi diximus. Amaltheae.)
 Legerurus Erasmus in proverbio, Copiae cornu.
 Germanicus.) Vbi de Erichthonio scribit.
 Testatur alumnū.) Apud Caesarem ipsum
 legitur hoc modo: — Vna putatur
 Nutrix esse Iouis, si uerē Iuppiter infans
 Vbera Cretae multū fidissima caprae,
 Sidere quae claro gratum te gestat alumnū.
 Sed haec lectio melius arridet. Versus ipsius Ara-
 ti sunt:
 αἰετὶ ἰδρᾶ, τῶωω μὲν τε λόγος ἀνὴρ μαζῶωω ὑδραῖωωω,
 ὠλκῶωωω δὲ μὴ αἰγᾶ δῖος ἱαλῆωωωσ ὠροφῆωωωτ.
 ἀλλ' ἢ μὲν πολλῆ τε καὶ αἰγᾶωωω.
 Hanc caprā etiā Ouid. in 5. Fast. Oleniam uocat:
 Nascitur Oleniae signum pluuiiale capellae,
 Illa dati caelum praemia lactis habet.

Quis auctor praedictarum uanitatū in Italia apud Romanos fuerit, et quis apud
 alias gentes. CAP. XXII.

HARUM uanitatū apud Romanos auctor & constitutor, Sabīnus ille rex 40
 fuit, qui maximē animos hominū rudes atq; imperitos, nouis supersti-
 tionibus implicauit: quod ut faceret aliqua cū auctoritate, simulauit cum dea
 Egeria nocturnos se habere congressus. Erat quaedam spelunca peropaca in
 nemore Aricino, unde riuus perenni fonte manabat. huc remotis arbitris, se
 inferre consueuerat, ut mentiri posset monitu Deae coniugis, ea sacra popu-
 lo se tradere, quae acceptissima dijs essent. Videlicet astuciā Minois uoluit imi-
 tari, qui se in antrum Iouis recondebat, & ibi diu moratus, leges tanquam sibi
 à loue traditas afferebat: ut homines ad parendū non modō imperio, sed etiā
 religione cōstringeret. Nec difficile sanē fuit persuadere pastoribus. Itaq; Pō-
 tifices, Flamines, Salios, Augures creauit, deos per familias descripsit. sic noui 50
 populi feroces animos mitigauit, & ad studia pacis à rebus bellicis auocauit.
 Sed cum alios falleret, seipsum tamē non sefellit, Nam post annos plurimos,
 Cornelio

Nais Amalthea, Cretae nobilis Ida,

Dicitur in syluis occuluisse Iouem.

Et cetera quae sequuntur. Cur Olenia dican-
 tur, non est huius loci dicere, sed cur uocetur α-
 μαλθεῖα, nō cōsentiūt auctores. Quidā nymphā
 hoc nomine cōpellarūt, quidā caprā: ita per meto-
 nymā nominandā magis censuerūt, quae inter si-
 dera relata αἰετὶ γαυῖα dicitur. Quod si plura de
 hac re legere aues, pete Aratū in Erichthonio, et
 Hyginum in Poetica astronomia, in Auriga. 10

Aegiochus.) Alij quasi αἰγίδια ἔχωωω (uocat
 aut αἰγίδια, scutū à Vulcano factum) alij ἀπὸ τῶ
 ὄχῆωωω καὶ αἰγῶωω, à cibo et capra. Phurnutus ἀπὸ
 τῶ αἰῶωωωω, id est impetu ferri. Est Homero cre-
 brum, nec Hesiodo inusitatū. In Theogonia:

μῶσσε ὀλυμπία δῖος ἱεραῖος αἰγιοχοῖωωω.

Vbi diuersa dicuntur ab ijs qui poetas istos Scho-
 lijs illustrant. Pindarus Ode 4. Isthm.

νῶωω δὲ πᾶσιν αἰγίδια καὶ μῆωωωω ὄλεωωωω ἀμφὲρ
 πωωωωω. Alij alias huius rationes adferunt: sed 20
 nihil ad uersum. Gyraldum omnino uide.

Quod Ouidius.) Fast. lib. 14. Verba sunt
 Eratus, referentis Saturni et Iouis historiam.

Ide.) mons Cretensis. Tutus.) Ex sacra hi-
 storia Emij supra ca. 14. haec referuntur, quae ad
 explicationem huius loci pertinet. Pars clypeos.)

Hodie apud Ouidiū legitur, Pars clypeos manib.
 Hoc Curetes.) Alij eosdē, alij di-
 uersos faciunt Curetes et Corybantes: de quo

Strabo lib. 10. Diodorus li. 4. ca. 5. li. 6. cap. 11. et 30

15. ex quorū collatione diligētē annotarūt Anto-
 nius Constantius, et Paulus Marsus in explica-
 tione Ouidij, quae huc etiā faciūt. Sallustius.)

Ista hodie desiderantur. Furius.) De hoc Va-
 lerius li. 1. ca. 1. Lucretius lib. 2. O' stultas.)

Aliās, ὁ miseris hominum mentes. Quamli-
 bet.) Aliās, Qualibus.

Aliās, Qualibus.

Cornelio & Bebio Cofs. in agro scribæ Petilij sub Ianiculo, arcæ duæ lapideæ sunt repertæ à fossoribus: quarum in altera corpus Numæ fuit: in altera septem Latini libri, de iure Pontificio: item Græci totidē, de disciplina sapiētię scripti: quibus religiones non eas modò quas ipse instituerat, sed omnes præterea dis soluit. Qua re ad Senatū delata, decretū est, ut hi libri abolerentur, ita eos Qu. Petilius Prætor urb. in concione populi concremauit. insipienter id quidem. Quid enim profuit, libros esse combustos? cū hoc ipsum, quòd sunt ideo cō busti, quia religionibus derogabant, memoriæ sit traditum: Nemo ergo tunc in Senatu non stultissimus. Potuerunt enim & libri aboleri, & res tamē in me
 10 moriam non exire. Ita dum uolunt etiā posteris approbare, quanta pietate defenderint religiones: auctoritatem religionum ipsarum, testando minuerūt. Sed ut Pompilius apud Romanos institutor ineptarū religionū fuit, sic ante Pompiliū Faunus in Latio: quia & Saturno nefaria sacra cōstituit, & Picū patrem inter deos honorauit, & sororē suā Fatuā Faunā, eamq; coniugē cōsecre uit. quam C. Bassus Fatuā nominatā tradit, quòd mulieribus fata canere consueuisset, ut Faunus uiris, eandē Varro scribit tantæ pudicitiaē fuisse, ut nemo eam quoad uixerit, præter uirū suū, mas uiderit, nec nomē eius audierit. Idcirco illi mulieres in Operto sacrificāt, & Bonā deam nomināt. & Sex. Clodius in eo libro, quē Græcè scripsit, refert Fauni hanc uxorē fuisse: quæ quia cōtra
 20 morē, decusq; regiū clam uini ollā ebiberat, & ebria facta erat, uirgis myrteis à uiro usq; ad mortē casta. postea uerò cū eum facti sui pœniteret, & desiderium eius ferre non posset, diuinū illi honorem detulisse. Idcirco in sacris eius obuolutam uini amphoram poni. Reliquit ergo posteris Faunus quoq; non parum erroris, quem tamen prudentes quicq; perspicunt. Nam Lucilius eorū stulticiam qui simulachra deos putant esse, deridet his uerbis:

*Terricolas Lamias Fauni quas, Pompilijq;
 Instituire Numæ, tremit has, hic omnia ponit.
 Ut pueri infantes credunt signa omnia abena
 30 Viuere, & esse homines: & sic isti omnia ficta,
 Vera putant: credunt signis cor inesse in eius.
 Pergula pictorum ueri nihil, omnia ficta.*

Poeta quidē stultos homines infantib. cōparauit: at ego multo imprudentio res esse dico. Illi enim simulachra homines putāt esse, hi deos: illos ætas facit putare quod nō est, hos stulticia: illi utiq; breui desinūt falli, horū uanitas durat, & semper crescit. Sacra Liberī patris primus Orpheus induxit in Græciā, primusq; celebrauit in monte Bœotiaē Thebis, ubi Liber natus est, proximo. qui cū frequēter citharæ cantu personaret, Citheron appellatus est. Ea sacra etiā nūc Orphica nominātur, in quibus ipse postea dilaceratus, & carptus est. Et fuit per eadē ferē tēpora, quibus Faunus. sed quis ætate præcesserit, dubitari potest. siquidē per eosdē annos Latinus, Priamusq; regnauerūt, itē patres eorū Picus & Laomedon: quo regnante, Orpheus cū Argonautis ad Iliensium littus accessit. Procedamus igitur ulterius, & quæramus, quis omnino colendorū deorū primus autor extitit. Didymus in libris *Ἐπιπέριον τῆς ἱστορίας* ait, Melissea Cretensium regē primū dijs sacrificasse, ac ritus novos, sacrorumq; pompas introduxisse. Huius duas fuisse filias, Amaltheā & Melissam: quæ Iouē puerū caprino lacte, ac melle nutrierūt. unde poetica illa fabula originē sumpsit, aduolasse apes, atq; os pueri melle cōplexisse. Melissam uerò à patre primā sacerdotē Matrī magnæ cōstitutam. unde adhuc eiusdē Matrīs antistites Melissæ nuncupant. Historia uerò sacra testatur, ipsum Iouē, postq;
 40 rerū potitus est, in tantā insolentiā uenisse, ut ipse sibi fana multis in locis constitueret. Nā cū terras circuiret, in quacūq; regionē uenerat, reges, principes ue populorū hospitiū sibi, & amicitia copulabat: & cū à quoquā digre
 50 deretur,

deretur, iubebat sibi sanū creari hospitis sui nomine, quasi ita posset amicitiaē & foederis memoria cōseruari. Sic constituta sunt templa Ioui Atabyrio, Ioui Labradeo. Atabyrius enim, & Labradeus, hospites eius, atq; adiutores in bello fuerūt. Itē Ioui Laprio, Ioui Molioni, Ioui Casio, & quæ sunt in eundē modum. quod ille astutissimē excogitauit, & ut sibi honorē diuinū, & hospiti-
 suis perpetuū nomē acquireret, cum religione cōiunctū. Gaudebāt ergo illi, & huic imperio eius libētē obsequebant, & nominis sui gratia ritus annuos & festa celebrabāt. Simile quiddā in Sicilia fecit Aeneas, cū cōditæ urbi, Ace-
 stę hospitis nomē imposuit, ut eā postmodū latus ac libēs Acestes diligeret, augeter, ornaret. Hoc modo religionē cultus sui per orbē terræ Iupiter semi-
 nauit, & exemplū cæteris ad imitandū dedit. Siue igitur à Melisseo, sicut Di-
 dymus, colendorū deorum ritus effluxit, siue ab ipso quoq; Ioue, ut Euheme-
 rus tradit: de tempore tamen cōstat, quando dij coli cœperint. Melisseus qui-
 dem multum antecessit ætate: quippe qui educauerit Iouem nepotem. Et id-
 circo fieri potest uel ut antē, uel adhuc puero Ioue deos colere instituerit: id
 est alumni sui matrem, & auiam Tellurem, quæ fuit Vrani coniux, & patrem
 Saturnum: & ipse hoc exemplo atq; instituto Iouem ad tantam superbiam
 prouexerit, ut postea sibi diuinos honores auderet assumere.

C O M M E N T A R I V S.

Egeria.) Scribitur eadē historia à Liuiο, li. 1. ab v. Cōd. Dionysio Halicarnassēo li. 2. antiq. Valeriolī. 1. ca. de simulata religione. Cicerone li. 1. de Legib. Ouid. in 3. Fast. Plutarchus in Numæ uita disputat, utrū homines cū dijs cōgredi possint. Plinius de Viris illustrib. Egeriā Numæ uxorem fuisse, etiā ex Plutarcho colligit. Dicta est autē ab egeredo: cui prægñates sacrificabāt, ut uterū faci-
 lus egereret. autor est Festus. Quia uerò Ecclesia sticū autorē explicamus, uidendū est quid Eccle-
 siastici scriptores de hoc senserint. Vide igitur Ar-
 nobiū ab initio 5. Tert. de præscriptionib. hæreti-
 corū in Apolog. ca. 25. August. li. 7. Ciuit. ca. 35. Itē li. 2. cap. 16. Euseb. Præpar. li. 9. ex Clemente. Clemēs uerò scribit, ipsum tantum hausisse Philo-
 sophiæ, ut simulacra coleret. Lege item Cyrillum li. 6. contra Iulianum. Minois.) Lege de hoc Dialogū Platonis qui Minos inscribitur, Diodo-
 rum Siculum li. 2. Ex Valerio & Platone cōstat, eum nouem annis audiuisse Iouem, ut Sophistam. hinc opinio, Minoa Iouis fuisse filiū: de quo Home. Odyf. λ. δὸς μεγάλῃ δαεινός. Hor. Iouis armis Minos admissus. Hesio, βασιλὺν τῶν, Lucian. iustissimū. Cyrillus uerò τὸν αὐτῶν τῶν uocat. Bebīo Cofs.) Lege Plutarchum in Numa, Li-
 uū li. 10. Dec. 4. Valerū li. 1. ca. de neglecta reli-
 giōe, Pliniū li. 13. ca. 13. Augustinus de ciuit. Dei li. 7. cap. 34. postquam docuit solam Christianam religionem Dæmonum præstigia posse detegere, iudicat hoc exēplo, Romanos suæ religionis adeo puduisse, ut quibus ea comprehendebantur, abole-
 rent. Faunus.) Virgilius in 7. Hunc Fauno, & nymp̄ha genitum, &c. Vbi Seruius: Quidam, inquit, deus est Fatuellus: huius uxor est Fatua.

idem sunt Faunus et Fauna. dicti autē sunt à uaticio-
 nando, id est fando: unde & fatuos dicimus, incō-
 sideratē loquentis. Ergo Faunæ & Fatuæ nomē
 quasi asperū fugit poeta. Vide ad hæc Iustinū lib. 43. Lex fuit Romuli, ne quis peregrinos deos cole-
 ret, præter Faunū. Picū patrē.) Virg. ibid. Fauno Picus pater, &c. Quo loco Seruius Fau-
 num etiam Fatullum nominat, sicut Faunam fa-
 tuam. Bonam deam.) Varia huius ferun-
 tur nomina, quæ recensentur à Macrobio lib. 1. Satur. ca. 12. & Gyrardo Syntag. 4. Cōtra morē
 decusq; ante urbē cond. receptū fuit: post Romā
 uerò conditā, à Romulo lege cautū est, ne qua ui-
 num biberet: & quæ bibisset, permissum est mari-
 to ut eam uelut adulteram puniret, quam legem do-
 ctissime (ut oīa) explicuit Erācisus Baldumus. Le-
 ge de hac Dionysū Halicarnassēū li. 2. Pliniū lib. 14. Plutarchū in Problematibus, Athenæū li. 10. Gelliū li. 10. ca. 23. Valerū de institutis antiquis. Seruius excipit sacra. Cælius, Italicæ in uniuersum mulieres abstemias fuisse scribit: Polybius
 passo usas fuisse Romanas: Gellius passum, loreā,
 murinā bibere solitas testatur. Sed Tertullianus
 exprobrat Romanis, quod à pristinis morib. re-
 ceserint. Virgis myrteis.) Plutarchus in Pro-
 blem. ita hæc historiam recitat: Flauū diuinatoris
 uxore fuisse, quæ clam cū largius uinū biberet, à
 marito deprehēsa, flagris cæsa est. atq; inde factū,
 ut myrtus in eius deæ ædē nō inferretur: uinumq;
 cū mulieres ebiberēt, non uinū, sed lac appellaret.
 Terricolæ Lamias.) Philostratus in uita Apolloniū Tyanæi, elegantē de Lamia narrat fabu-
 lā. Lamias Empusas uocari ait, & Mormolyctias,
 siue laruas, et lemures: unde Politianus suā Lamā
 deflexit.

deflexit, uide puerbiū, Empusa magis uarius: quæ
 à pellice Iunonis nomē habet. Lamia Euripidis mē
 tio facta est suprà, ca. 6. Pergula pictorū.)
 Budæus: Pergula, inquit, pars est domus exporre
 ctā, & propendēs, eius generis quas salientes artifi
 ces nostri appellāt. Plin. li. 35. de Apelle: perfecta
 opera proponebat in pergula trāseuntib. atq; post
 ipsam tabulā latens, uitia quæ notarentur ausculta
 bat. Optices picturas intelligi puto, quas perspe-
 10 ctiuas uocāt, nisi malis ad illud referre, quod Apel
 les legitur perfecta opera ē pergula proposuisse.
 Sacra Liberi.) Bocacius lib. 5. ca. 11. de Bac
 cho agēs, hūc locū citat. Orpheus.) Oeagri
 filius, Thracius ἰσοφάντης, ἢ ποιητὴς ἄμα,
 ut Clemēs uocat. Orphica.) Quæ mysteria
 Orgia dicūtur, ἀπὸ τῶν ὄργων, de quib. Clemēs Ale
 xandrinus sic scribit: Διοχυστὴν μακρόλω ὄργια
 ἔσει βένχου, ὁμοφάγια τῶν ἰσομακίαν, cele
 brātes crudatū nimirū carmī esum, & cæsariū car
 20 niū peragūt diuisionē, coronati serpentib. ululātes
 Eua, Eua illā per quā error est cōsecutus: et signū
 Bacchicorū orgiorū est, serpens mysterijs inuit.
 Nazia Zenus in oratione de luminib. Epiphania,
 εὐὲ ὄργων τελευτῆς ἢ μυστήρια, ὅν τοσούτων
 ἔλλωδον ἔστι σοφία ἐθαύμασαν, ὡς ἢ λόγων
 αὐτῶ ποιητῶν τῶν ἰσομακίαν ἔλασαν.
 Theodoretus quoq; istius meminit li. 2. Therapeu
 tices, qui est de principijs: & Macrobi. li. 1. in som
 niū Scipionis, ca. 12. Melissea.) μελισσῆος,
 30 ἰωσ. Variē narratur fabula. Adrastea & Ida filia
 Melissei uocātur alibi, ut in prouerbio ἀμαλθείας
 ἰωσῆος, & apud Hyginū, Athemis & Amalthea:
 ut ex Musæo uel Musæa citat. Quin & Seruius
 ex Salustio Cretētib. religionis inuentionē tribu
 it. Ioui Atabyrio.) Stephanus Iouē ἀτὰρ Ἐ
 ριοῦ δεικνύειν αὐτὸν ἐξ ὄρους Ἰουῖος Ἰουῖος
 εἰοῦ δεικνύειν αὐτὸν ἐξ ὄρους Ἰουῖος Ἰουῖος
 Atabyriā insulā Rhodi dicit, quæ à rege nomē, Io
 uis fortē hospite, habet. li. 5. ca. 31. Huius Iouis Pin
 darus meminit ode Olymp. 3. ἀλλ' ὅσον πᾶσι τῶν
 40 νῶτον ἄτρυφον μεδῶν. Labradæus.)
 Labradæus, uel Labraden. Plut. in Quæstionib.
 Huius simulacrū, nō sceptrū aut fulmē tenet, sed se
 curim. nā Gyges, postq; Candaulē occidit, unā cū
 alijs spolijs in Cariā detulit, ibiq; Iouis simulacro
 extructo, securim in manus illius dedit, & Labra
 denū Iouē appellauit. nā Lydi securim uel bipennē
 λέβηλον δεικνύει. Quæ expositio longē quidē à La
 ctātiana dissetit, nec min⁹ à Strabone, q. li. 14. etiā
 diuersa scribit. Mylasi, inquit, duo Iouis tēpla ha
 bent, eius q. ὠσωγῶ, & eius qui Labradenus uoca
 50 tur: hoc quidē in urbe, Labrada uerò uicus est in
 mōte. Idē tradit & Stephanus. Laprio.) De
 Laprio Ioue, præter Lactantiū, altissimū est apud

scriptores silentiū. Vide nū Elaphrū, cū Gyraldo
 itelligas, quē in Creta cultū fuisse, apud Hesychiū
 legi testatur. Molioni.) Fortē μολών, ὁ ἀπὸ
 τῶν πῶτος siue pistori intelligendus est, à mola, sed
 hæc quoq; à Lactātij instituto aliena sunt. Cas
 sio.) νέσσιος etiā à Theophilo nominatur, quan
 quā Cassiū prima breui Lucanus dixit li. 8. Et Cas
 sio pferre Ioui. A' Cassio monte Aegypti dicitū uo
 lūt, ubi phanū habuit. Vide quæ Gyraldus ex Ste
 phano & Strabone amotauit. Ut & hosp.)
 Inde ἑπιήκει, id est hospitalis: ἑπιήκει & ἐπιήκει
 ἑσος, quasi amicitia præses fingitur. Melisæ
 quidem.) Variat hæc lectio. Legitur enim sic
 quoq;: Melissea quidē Uranus antecessit ætate. V
 traq; satis probabilis est. Ioues M. Cic. plures de
 Nat. deor. cōmemorat: Varro CCC. Et quæ singu
 lorū fuerūt, uni tribuūt. id quod etiā in Hercule et
 alijs factū esse, nemo eruditus ambigit. Poteramus
 hoc labore carere, chartæq; parcere. quia cū alijs
 quidā haud uulgaritur doctū, tū uerò Aurelius ille
 quē paulo antē citauimus, diligēter multa inuestiga
 uit: quia tamen in utraq; lingua plura passim apud
 autores inueniuntur, nemo (opinor) philologus no
 strā hæc opellā tanquā superflua calūniabitur. Nā
 hinc etiā uanitas ista gētilitia magis magisq; in
 notescit, quā post Romanæ superstitionis autores
 imitati, Calēdaria sua numinib. cōpleuerūt. Inno
 tescit etiā Christiano lectori, quantis fraud. b. epi
 theta, quæ opt. max. Deo soli debebantur, eiq; in
 sacrorū Bibliorū monumentis tribuūtur passim, fi
 cticio illi Ioui non sine blasphemia assignentur.

NOMINA, COGNOMINA, ET
 Epitheta Iouis.

Αγκυλομήτης, Hom. & Pind. quod aliud foris
 ostendat, aliud habeat in pectore reconditum.
 ἀγαθός, apud Mænalum. Paus. (Equitibus.
 ἀργαῖος, quod Siculis foro præsit. Aristoph. in
 ἀσπασία, infallibilis causa. Arist.
 ἀθάνατος, immortalis.
 ἀγίος, Pind. et Hom. ἀγία ἔχων, ut uulgus
 interpretū habet. Phurnuto ἀπὸ τῶν ἀγίων εἶναι,
 id est impetu ferri.
 ἀβδρῖος, ἢ ἀβδρῖοὶ ναίον.
 ἀβωψ, apud Chios colebatur.
 ἀβελος, Arist. serenator, Apul. ἀβναῖος, Pind.
 ἀολοβρόντης, Pind. cuius fulminis uarius est co
 ἄσπε, semper existens. Aristot. (lor.
 ἀεμωτοπῶς, qui cursu non succumbit.
 ἄλειος pro ἄλιος, Doricē. Pind. nā sol etiā Iupi
 ter est apud Macrobi. (luco.
 ἀλάστος, impurus. Phurnut. ἄλπιος, ab Alti
 ἀμωψ, quod Libyes solē occidentem sic uocant.
 ἀναξ, Callimacho. ἀνάγκη, necessitas. Arist.

ἀπίμος, id est innoxius. in Partheno. Paus.
 ἀρεῖα, pugna, à Marte. Huic sacrificabant re-
 ges Epirotarum. Plut. in Pyrrho.
 ἀρσῶ, masculus. Orpheo.
 ἀρχικέραυνος Orpheo, fulminator. de quo Plin.
 lib. 1. cap. 20.
 ἀρχὴ ἀπάντων. Orpheo.
 ἀσδρυγὴς, quòd quorundam sacrificia nō curavit.
 ἀστραπέτιος, fulgurator. Arist. & ἀστροπέτιος,
 Phurn. ἀστροπικῆς, ἀπὸ γνῶ, id est figo.
 ἀταβύλιος, Lact. ἀταβυλὶς νότισι μιδεῶν.
 Pind.
 ἀτροπος, Arist.
 ἀφίσιος, remissor: quòd siccitatem in Græcia re-
 misit. Paus. in Atticis.
 ἀφθιτος, incorruptus.
 Βαρύγλυπος, horrifonus.
 Βαρύοπυς.
 Βαρυσσάτης, σδροπαὺ λέραωνῶν τε πρύτανις,
 grauisonus fulgurum fulminumq; rex. Pind.
 Βαρυσφάγος, grauisstrepus. Pind.
 βασιλεύς. Orph. βασιλεύς θεῶν καὶ ἀθανά-
 των. Pind.
 Βεῦς, pro ζεὺς, ueteribus Comicis.
 Βολαῖος, consiliarius, quòd hominibus ab eo deli-
 berandi facultas est. Huius τέπλῦ erat Athenis.
 Βρονταῖος, altitonans. Aristot.
 Βροντισοκέραυνος.
 Γαγγυλάτης, à uolubilitate & agilitate manuū.
 γυνήλιος, natalitius. Arist.
 γυράπιος, apud Chios.
 Δαῖν pro ζῶ, Bœoticè, apud Corinem.
 Δεὺς Bœoticè, pro ζεὺς.
 δῶ, pro ζῶ.
 Διέσπολος ἀραυίδῆσι, iudex cœlestiū. Calli.
 Διην. Arist.
 Δίης πατήρ.
 Δικταῖος, à monte Cretensi. Callim.
 Δίς, ὁ ζεὺς. Rhinthoni.
 Δύλιος, Aristoph. com.
 Δύμιος, apud Pamphilios.
 δῶτης ἀπυμονίης, incolumitatis dator. Callim.
 δῶτης ἑκάων.
 Εγχειράωνος, qui fulmine pro iaculo utitur.
 ἑλάνιος, καὶ ἑλάνιος πατήρ. Pind.
 εἰμαρμένη, fatum. Arist.
 ἑκάλος, ἀπὸ ἧ ἐκάλης πνός, cuius sacrificium
 ἐκαλήσιον. Plut. in Theff.
 ἑλατήρ Βρονταῖος, moderator fulminis. Pind.
 ἑλατήρ πολυγόνων, gigantum pulsor.
 ἑλευθέρ, liberator.
 ἑλευθέρ, Platoni & Aristot. Huius ara apud

Plataas Bœotia erat. Strabo.
 ἑλάνιος, Aristoph. in Equitib.
 ἑδικάρπιος, frugipotens. Arist. & Phur.
 ἑδιδύτης, Lacedæm. Hesich.
 ἐπόπιος γῆ πόλεσιον. Callim. ἀπὸ τῆς πόλεως.
 ἑρχθεὺς, Athenis & in Arcadia colitur.
 ἑριγδύπος, tonans. Phur.
 ἑρκίος, iurifurandi. Arist.
 ἑριδύτης, Hesiod.
 ἑρισμαραγος, id est πολύηχος, à multo strepi- 10
 tu ueni. Dionys. de situ Orbis.
 ἑρῦ ἀνάσων. Pind.
 ἑρῦπιος. Pind.
 ἑσῶ θεῶν, id est rex Deorum. ἑσῶ λυεῖος
 τῶν μελίων. Call.
 ἑταιρέος, sodalitiis. Arist.
 ἑταροῖος, Aristoph. com.
 ἑφῆσιος, domesticus. Lucianus, ex Poetis.
 ἑφονόπιος. Hesiod.
 Ζαῖν pro ζεὺς, πρὸς τοῖς μεταγῆτες ἑφοῖς ἴωσι. 20
 Ζαῖς, ὁ ζῶ, Pherecydi.
 Ζεὺς. Lact. lib. 1. cap. 11.
 Ζῶ, Lact. ibidem.
 Ζῆς, ὁ ζῶ. Epicharmo.
 Ηγεμῶν, ἡγεμῶν γῆ ἀραυῶν μέγας. Platoni.
 ἡλῆιος καὶ ἡλιος, Orph.
 Θεῶν ἀφίσιος. Platoni.
 Ἰδαίοις γῆ ἀραυῶν γῆνθεῖς. Call.
 ἰκῆσιος, supplex. Arist. Com.
 ἰμβεῖος, pluuuus: Athenis. Paus. 30
 Καθαράσιος, expiator. Herod. Arist. Paus.
 Καταβάτης, descensor. Phur. Huic Scarabæus
 sacer. Aristoph. in Pace.
 Καπαπόλιος, Capitolinus. Theophilo.
 κῆσιος. Theoph.
 Καταχθόνιος, inferorum. Hom. Isacius. Plutus,
 meo arbitrato est.
 Κεραύνιος, fulminator. Arist. Figulinum Theo-
 phili interpres, non sine errore nominauit. Hu-
 ius ara meminit Paus. lib. 5. 40
 Κερδύλας, Isacio.
 Κεφαλή, Orpheo.
 Κλωθῶ, Arist.
 κόνυξ, cuculus: Argis.
 κόνιος, puluerulentus.
 Κουφαῖος idem qui Capitolinus. Paus. lib. 3.
 Κοσμήτης, cuius templum est apud Lacones.
 Paus. Lacon.
 Κράγος, in Lycia.
 Κράτιος θεῶν. Pind.
 Κρονίδης, Κρόνιος, Κρονίω, Κρόνῳ πατῆρ. Pind. 50
 Κρόνῳ υἱός. Plat.

- κτήσιος, quæstuaris, seu possessor. Phur. & Paus. lib. 1.
 Λιωναιθεύς, uenatorius in Arcadia. Lycophon.
 Λαβραδεύς, securarius in Caria.
 λαοίτης, popularis. Paus. in Elia.
 λαφίβιος, Isacius.
 λαρισιαίς templum, apud Argiuos. Paus. in Att.
 λατεαρίος, Latialis. Theophilo.
 λαφύστιος, à monte Bœoticiæ. Paus.
 10 λάχσις. Arist.
 λυκαίος, λυκίος, ἄρκυος. Callim.
 μαμακίης. Vnde μαμακίημερον, September, Γαζα, à turbido aere.
 μέγας, μέγας αἶσι. Callim.
 μέγιστος. Pind.
 μέσσα, medium. Orph.
 μελίχιος, blandus. Paus. placabilis, clemens. Arist. Alij scribunt μελίχιος ἢ μελίχιος: Athenis. Thucyd. Apollon.
 20 μοῖρα, fors, fatum. Arist.
 μοιραγέτης, à Parcisi in Olympia. Paus. Molion. Laet.
 μυλένιος, ὁ ἀπὸ τῆς μολῆς, à mola.
 Νεμέσιος.
 νέμεσις, distributrix. Arist.
 νεφεληγρότης, nubicoga. Vide Phur.
 νύμφη, ἄμφροτος. Orph.
 Ξήνιος, hospitalis. Plat. & Arist.
 ολύμπιος, ὁλύμπιος ἢ γαμῶν ἢ δεαπότις, ἢ ὁλύμπιος πατῆρ. Pind.
 30 ὄμβειος, ὁ νέπιος, pluuius. Tibullo.
 ὀμάγυρος, quod Agamemnon illuc congregauit exercitum. Paus. lib. 1. (in Raris.
 ὀμόγνιος, genitiui. Plat. & Arist. et Aristoph.
 ὀμολώιος, ὃ δὴ θάλασσα καὶ ἢ ἄλλαι πόλεις Βοιωτικαῖς, ἀπὸ ὀμολωίας προφήτιδος ἢ γίνουσι. Suid.
 ὀμόφυλος. Plat. (ἔως. Suid.
 ὀρκίος, iurifurandi uindex. Athletæ per ipsum iurabant, & Gymnastæ. Per aprum enim dissetum iurabant.
 40 ὄρμη τῶν ἄνδρα, uis ignis ualidi. Orph.
 ὄροντων πατήρ, horarum pater.
 ὄρσηψύπος. ὄρσηψύπος. (Phur.
 Παλαμναίος, sanguinarius, dirus homicida. Arist.
 πάλιμος, ὁ βασιλεὺς: Ionicum. aut Isacio, Iouis epitheton, apud Hipponactem.
 πανελλήνιος, toti Græciæ communis: in Aegina. Paus. in Atticis.
 παννύχιος, uigil. Theoph. παννομφαίος.
 50 πανυπέρτατος. Callim.
 πατῆρ δίκης. Plat.
 πατῆρ, πατῆρ δίκης. Phur. πατῆρ ἀνδρῶν
 τε θεῶν τε. Hesiod. πατῆρ θεῶν τε θεῶν τε. Orph. πατῆρ θεῶν τε θεῶν τε. Pind. ἑλλανίος, μέγιστος, ξένιος, ἑλλανίος, &c. Pind. πατήριος. Arist. (in Neb. πατῆριος. Platoni. ὁ πατῆρ ἀδελφωαῖος. Aristoph. πεπρωμένιος, fatum. Arist. πνοίη, spiritus. Orph. πολίεις, custos urbium. Arist. huic sacrificatur hordeum tritico admixtum. Paus. πολίεις. Theoph. πολυτιμῆτος, multū honoratus. Arist. in Equit. πόσις ἡρῆς. πτομαντεύς, ἢ πτομηθεύς, apud Thurios. πτοπάτωρ. Theoph. πρῶτος. Orph. πυθμῶν γαίης καὶ ἔρανος. Orph. πῆρας πῆρας. Pind. ῥίζα πόντου, radix maris. Orph. Σελῶν. Orph. σοκισίς. Plat. εὐροπῶν ἑρανοῦν τε πρῆτασις. σινωπύτης, cuius magnificentissimum templum prope Thebas Aegyptias. Dionys. σινοπιτῆς uel αἶς, Doricè ab umbris. Paus. Lacon. στρατιος, castrensis, militaris. ἄρκυος. Arist. Huic Cares sacrificant. (uatori tertium. σῶτης, seruator. Plat. Arist. Vide Prouerb. Σεταμίας ἀγαθῶν τε καὶ κακῶν. Plat. τέρμειος. Lycoph. ὡς ἀρχὴ ἢ τέρμα πάντων. τέρψις ἑρανοῦ. τροπαιεὺς. Arist. Phur. τραγωδῆς. γέπιος, pluuius. ὑπατος ἑρανοῦ. Huic Cecropidæ Atheniensis sacrificant. ὑπατος. Orph. ὑψιβερέτης. Hesiod. ὑψιμῆδωμ, Samij hunc dedicant. Paus. ὑψιζυγος. Hesiod. ὑψινεφης. ὑψιστος. Pind. à porta Thebana. Paus. in Bœot. colebatur sub Dio. φανῆος. φέρτατος θεῶν. ἑλλανίος, amicitia præses. Plat. Arist. cuius templi Paus. in Arcadicis meminit. ἑλλανίος πατῆρ. Pind. φοινικεὺς ὄροντος, ignei fulminis autor. Pind. φεάτριος, Tribulis. Athenis. φερέσιος, à φερέω Athamantis filio. (gat. φερέσιος, fugæ comes: uel à fugando, quod mala suχαρίτων πατῆρ. χείμονος templum, Paus. in Arcadic. χθόνιος, in Olympia. Arist. & Paus. in Eliac. χεῦσιος

ἰγύρω νίφω, aurū nīgens, ex Danaes fabula.

ἰγόνι & ὀλέγονι & c.

¶ Addemus etiam Latina, quanquam eorum pleraque in Græcis iam recensuimus. Sed quia à Latinis translata sæpe, sæpe etiam græcè à Latinis poetis usurpata sunt, inter latina denuò ponere nõ grauibimur.

Abretanus, ab Abretania, id est Mysia.

Adulter. Ouid.

Aethereus, Aeternus, Acuternus. Ennio.

Agenoreus, propter Europã Agenoris filiã. Stat.

Almus.

Altipotens.

Altiſonus.

Altiſſimus: Corinthi. ὕψιστος forte Paus.

Amator.

Ambulius, sicut Minerva Ambulia. eius ara apud Lacedæmonios erat. Paus. in Lacon.

Amus, latēs rerum nascentium causa: Aegyptijs. Iamblicus.

Amonius, Amone satus. Verg. Huius oraculum in uastis Africæ solitudinibus fuit: cuius templum apud Lacedæmonios erat.

Anchesmus, ab Anchesmo monte. Paus.

Anxurus, quasi ἀνὸν ἔνυρ, sine nouacula, imber bis. Terratinæ. Seru.

Apesantius, ab Apesante monte. Paus.

Apomyias, musicorum abactor. in Olympia.

Aratrius, apud Phœnices Dagon, aratri inuentor.

Aries, apud Aegyptios.

Astrifonus.

Atabyrius. Lact.

Aufonius.

Belus, qui & Baal: Babylonæ. Berof. Herod. Diod. Dionys. Theoph.

Blandus, siue Iucundus, idem qui μελίχιος.

Benignus.

Camiræus, à Camiro, quæ Rhodi pars est.

Capitolinus, idem qui ἰσχυροπέδος.

Cappotas, Doricè. Paus. lib. 3.

Carius, huius delubrū apud Mysios. Herod.

Cassius. Lact.

Catæbates, in Elide. Paus. 5.

Ceneus, à Ceneo monte.

Centumpeda. August.

Chaonius, id est Epiroticus. Verg. Georg. 3.

Chius, scripsit hymnum Tempori. Fuit enim filius Temporis.

Cithæronius, à monte Cithærone. Paus. lib. 9.

Clarij ara, apud Tegeatas.

Conij fanum, Paus. in Att.

Consiliarius, huius simulacrū Athenis in Quin-

gentorum curia. Paus. in Atticis.

Corniger, in forma arietis: in Libya.

Coruscus. Verg. in Cyr.

Cretensis.

Crocetes, huius lapideum simulacrum à Croceis

Laconica ciuitate. Paus. (formatus est.

Cuculus, quòd lunonis desiderio in hæc auē trans-

Custos, à Domitiano in Capitolio.

Cunctitonans.

Dagon. uide Aratrius.

Dapolis, cui sacrificabatur dapibus: Catoni.

Dator, apud Mantineam. Paus. in Arc.

Dictæus. Georg. 2. & 4.

Diespiter, diei pater. Horat.

Dimissorius, in fine Atticorum apud Paus.

Dodonæus, in Chaonia, in Dodona sylua. Paus. li.

Durius, pro Durotæus.

Elaræus, ab Elarathæo monte Thessaliæ.

Eleæus, ab Elide urbe.

Elicius, ab elicijendo; alij Illicium uocant, à Numa 20 consecratus. Ouid.

Exul. Paus. lib. 3.

Fagutalis, id est Italicus, cui fagus sacra. in Exquir

Feretrius, à ferendis spolijs, à Komulo sacratus.

Fecundus.

Frugalis, mola salsa placatur.

Fulminans. Horat.

Genetæus, à Genetæa rupe. Val. Flacc.

Gnidius, apud Plin. Geryon, Paus. li. 8.

Hecalesi, ab Hecale, Herculis hospita: in Attica. 30

Heliopolites, Assyrijs. Macrob.

Hercæus, ab ara quæ ἐγρος dicitur, & intra septa colitur. Ouid. Creditur Priamus ad illã aram occisus.

Homoloius, ab Homolo monte Thessaliæ, uel uate: uel à concordia. Suid.

Hospitalis. Corinthi.

Hymettius, in Hymetto. Paus.

Hypatius, ab Hypato monte.

Iapis, apud Cretenses, à Saturni fabula.

Icnius, cui Aristæus sacra constituit.

Idæus. Ver. 7. Aen. Impulſor. August.

Innominatus: Corinthi. Paus.

Innoxius, pluuialis. Vide ἀπὸν ἰμῖος.

Inuentor: ab Herculis bobus inuentis.

Inuictus. Augustin. Horat.

Iouis, in nominatiuo: Hygino & alijs.

Ithomius. Platoni.

Iupiter, iuuans pater. Cic.

Iupiter primus, Aethere natus. Cic.

Iupiter secundus, Cælo natus. Cic.

Iupiter tertius, Saturno natus. Cic.

Labradæus.

- Labradæus, Lact. Labrandennus, apud Mylasios.
 Laparius, Lact. (Strab.
 Lapidus, uel Lapis, à prisco fœderum ritu.
 Latialis, in Albano monte: à Tarq. Superbo. La-
 tiarius, Arnobio. Latus, Ouid.
 Liberator, idem qui ὁμοῦς, eo quòd Leocriti ope-
 ra Athenienses & Lacedæmonij liberati sunt
 à Musæo.
 Liberalis, Paus. in Att.
 10 Lucetius, Nenuo apud Gell.
 Lybicus.
 Lycæus, ab Arcadiæ monte, huic humana fiebāt
 sacrificia. Idem qui & Pan. (reo rege.
 Lycoræus, à Lycoræa uico Delphico, uel à Lyco
 Maculosus. Lact.
 Magnus.
 Magnanimus.
 Messapius, huius meminit Paus. Lacon.
 Melisseus, Pindari interpres, Lact.
 20 Mechanius, eius simulacri meminit Paus. in Cor.
 Milesius, in Asia.
 Minax, Statio.
 Minianus, Cic.
 Mœrageta, Vide Græca.
 Monitor, Paus.
 Molestus, à Moloſtia: id est Epiro.
 Munychius, Thucyd. & Pausan.
 Muscarius, in Elide. Paus. lib. 5. Clemens.
 30 Nemæus, à Nemæa Elidis regione: item alius ab
 oppido. Paus. Cor.
 Olympius, in Olympia. Paus. in Eli. Huius ara in
 Attica erat. ex eboze. Paus. lib. 5.
 Omarius, apud Crotoniatis, Sybaritas, Cauloni-
 Omnipotens. (tas.
 Opiculus, Augustin.
 Opulentus, eius templū uisitur paulo supra Euro-
 tam. Paus. in Lacon.
 Ofogus, apud Mylasios. Strab. (Iamblichus.
 Ofyris, canino capite, effector bonorū Aegyptijs,
 40 Panaphæus, omnium uoce colendus. Ouid.
 Pappa, uel Papæus, à Bithynijs & Scythijs, sine
 ara uel templo in monte colitur.
 Parnætius, nomen à monte habet. Paus. in Att.
 Parthenius, æneus est in Paribene. Paus.
 Patrius, Athenis.
 Pecunia, Augustino.
 Perfector, Diodor.
 Pharius, qui in Aegypto colitur. Martialis. (li.
 Phidiarius, Olympius: à Phidia statuario. Martialis
 50 Pitha, mendacis carens. Aegypt. Iamblichus.
 Pistor, à panibus. Capitolinus. Lact.
 Pluuius, Tibull. ὀμβροσ, Paus. & pluuiator.
 Prædator, cui spolia uonebantur. Sern.
 Procerus, Apul.
 Progenitor, Genitrix Sorano, ex Orph.
 Prouidus.
 Puluerius seu purulentus, sine teſto: in Att. Paus.
 Pysæus, à Pysa Maced. ciuit.
 Rex cœlicolarum 3. Geor.
 Romanus, Propert.
 Ruminus, Augustin.
 Salax, Lact.
 Saotes, apud Thespienses. Vide Græca.
 Saturnius, Saturnigena. Nemefio.
 Sceptriger. (bus plenus
 Scotinus, à Scotino loco Lacedæmonis, quercu-
 Semeleus: huius ara in Paribene. Paus.
 Serenator: Apuleio αἰθερος.
 Seuerus, Statio.
 Sponsor.
 Stator, August. huius templum erat in radice pala-
 tij, à Romulo posita, à sistendo: uel, iuxta Sene-
 cam, à stando. (in Corinth.
 Stenius, à Steniade arce apud Træzenios. Paus.
 Supinalis, Augustin.
 Supremus, in Attica: ὕψιστος & ἰσχυροσ.
 Taramis, Scythijs. Lucan. 1.
 Tarantæus, à Taranto Bithyniæ ciuitate.
 Tarpeius, id est Capitolinus.
 Telei ara celebratur à Paus. in Arc.
 Terrestris, sub Dio eius simulacri erat Cor. Paus.
 Terrificus.
 Tigillus, August.
 Tonans, quæ Augustus cōsecrauit post bellū Car-
 tabricum. Tonans, idem qui & Capitolinus.
 Tonitrualis, Apul. Βρονταῖος.
 Triphyllus, Lact. Cic.
 Trophonius, à specu. huius oraculū erat in Leba-
 dia Bœotia. (Lacon.
 Trophei templū à Doriensibus extructū. Paus. in
 Variosis caput cornua habet, inter Capitoliū &
 Palatium.
 Verticalis. Vide Coryphæum & Capitolinum.
 Victor, Augustin.
 Yiminius, in colle Quirinali.
 Vltor, Plin. Hunc sacrauit Agrippa.
 Vibicus, Apul. πολυβός.
 Xuthi F. apud Potamos tumulus est. Paus. in Att.
 Ex Gyraldo plura poterunt colligi, si cui hoc
 studium est: qui editionem hanc nostram ante-
 uertit. Nos in loue tantum hanc operam impendi-
 mus: & id succinētè admodū, ut uides. Ace-
 stræ.) L. b. Aen. 5. Euhemerus.) ἀθεο-
 τας, ut Theophilus eum nominat.

Nunc quoniam uanarum superstitionum originem deprehendimus, superest ut etiam tempora colligamus, per quæ fuerint illi quorū memoria colitur. Theophilus in libro de Temporibus ad Autolycum scripto ait, in historia sua Thallum dicere, quod Belus, quem Babylonij & Assyrij colunt, antiquior Troiano bello fuisse inuenitur CCCXXII annis: Belum autē Saturno æqualem fuisse, & utrunq; uno tempore adoleuisse. Quod ad eodē uerum est, ut ratione ipsa colligi possit. Nam & Agamemnon, qui gessit bellū Troicum, Iouis adnepos fuit, & Achilles Ajaxq; pronepotes, & Ulysses eodē gradu proximus: Priamus quidem longa serie. sed autores quidam tradunt, Dardanum & Iasium Coriti filios fuisse, non Iouis. Nec enim, si ita fuisset, ad usus impudicos Ganymedem pronepote[m] suum habere potuisset. Ita parentibus illorum, quos supra nominauī, si congruenter annos diuidas, numerus cōsentit. Ab excidio autem Troianę urbis colliguntur anni MCCCCLXX. Ex hac temporum ratione manifestū est, ante annos non amplius quā[m] M.DCCC. natum esse Saturnum, qui & sator omnium Deorum fuit. Non ergo isti glorientur sacrorum uetustate: quorum & origo, & ratio & tempora deprehensa sunt. Restant adhuc aliqua, quæ ad arguendas religiones falsas plurimū ualent. Sed iam finem facere libro decreuī, ne modum excedat. Ea enim plenius sunt exequenda, ut omnibus refutatis quæ ueritati uidentur obstare, homines qui bonorum ignorantia uagantur incerti, ad religionem ueram possimus imbuere. Primus autem sapientię gradus est, falsa intelligere: secundus, uera cognoscere. Ergo apud quem hæc prima institutio nostra profecerit, qua falsa deteximus, excitabitur ad uerū cognitionē, qua nulla est hominī iucundior uoluptas: & erit iam sapientiā cœlestis disciplinæ dignus, qui ad cognoscenda cætera libens ac paratus accesserit.

COMMENTARIUS.

Colligit hoc capite, uera non esse, quæ de dijs deorumq; etatibus & successibus uulgo scribuntur: repugnare siquidem temporum rationem. Theophilus. Sextus hic Antiochensis ecclesiæ episcopus fuit, ut Hieronymus in Catalogo scriptorum ecclesiasticorum refert: floruitq; sub Imperatore Antonino Vero, proxime nimirū Apostolorum tempora. Extat de hoc etiam Eusebij li quidam testimonium, lib. Ecclesiasticæ historiae quarto. In libro de Temporib.) Inter cætera istius monumenta extant aduersus gentes ad Autolycum libri tres, qui nuper luci uendicati sunt ab Arnaldo Arlenio, & Ioanne Erisio Tigurino: postremò iam in Latinum sermonem translati per Conradum Clauserum Tigurinum. Primo libro edocet Theophilus, quis sit ille Deus, quem Christiani colunt: altero, gentium idololatriam et superstitionem refellit. tertius hic est de temporibus, cuius iam Lact. testimonium citat. Repetam itaq; Theophili uerba paulo altius: quæ uero Bēlus τὸ ἀσσυρίων βασιλεύσαντος, καὶ Κρόνος τὸ πταῦθ' ἑτάληθ' ἐμνηστει, φάσκων τὸν Βήλου πεπολεμηκέναι σὺν τοῖς πταῖσι πῶς τ' ἴδια, καὶ σὺν αὐτῷ θεῷ λεγομένῳ, ἧθ' ἄ

φουσι καὶ ὁ γύθ' ἐπιθεῖς ἐφηγεν εἰς ταρπησόν, τότε μὲν τ' ἠώρας ἐκείνης ἀκτῆς ἕλη 30
θείσης, ναυὶ δὲ ἀπὸ τῆς πρὸς ἠοροδομῆς, ἧς ὁ γύθ' τότε ἤρεξε, καὶ τὰς λοιπὰς δὲ ἠώρας ἐν πόλεις, ἀφ' ὧν τὰς πρὸς ἠοροδομῆς ἔχον, ἐκ ἀναγκῆς ἠγάγεθα κατὰ λέγειν, μάλιστ' πρὸς σέ, τὸν ἠδιστάμῳ τὰς ἰσοείας. ὅτι μὲν οὐδ' ἀρχαιότ' ὁ μωσῆς, δ' ἐκινυτο ἀπάντων συγγραφῶν. ἐκ αὐτῆς ἡ μόν' ἄλλα καὶ οἱ πλείους μετ' αὐτ' πεφῆνται γινόμενοι, καὶ Κρόνος, καὶ Βήλος, καὶ τὸ ἰλιακὸν πολέμῳ. ἢ ἴ' τὴν δ' ἄλλα ἰσοείαν ὁ Βήλος πεφῆνται 40
ἐκείνου καὶ τῆς ἰλιακῆς πολέμου, ἔτι σι τι β. ὅτι δὲ πρὸς τὸ ἐπισι καὶ λ' πρὸς αἰ ὁ μωσῆς τὸ ἰλιά ἀλώσεως, ἧν τοῖς ἐπ' αὐτῷ δ' ἠλώκε μιν. τὸ δὲ Κρόνος καὶ τὸ Βήλος σωματικῶν ὁμοσι, οἱ πλείους ἐκ τῶν ἐπισι καὶ τῆς ἰσι ὁ Κρόνος, ἢ τῆς ὁ Βήλος. ἧθ' οἱ μὲν σέθονται τὸν Κρόνον, καὶ τὸν αὐτὸν ὀνομάξασαι Βήλος, καὶ Βήλος, μάλιστ' οἱ οἰκῶνται τὰ ἀνατολικὰ ἐλίματα, μὴ γινώσκοντες μὴ τε τίς ὄσιμ ὁ Κρόνος, μὴ τε τίς ὄσιμ ὁ Βήλος. ἧθ' αἰ δὲ 50
ῥωμαίοις σι τῶν ὀνομάξασαι τ' ἔδ' ἡ αὐτοὶ γινώσκοντες τίς ὄσιμ αὐτῶν πρὸς τὸν, ὁ Κρόνος

ἡ γένος, ἢ ὁ Βυλ. ὄσα μὲν ἐν ἀρχῇ τῆς ἀλυμπίαι
 τῶν ἀπὸ εἰς τὴν φασὶν ἐχρῆκε τῆς θεοποιείας.
 Sed Phrygio noster in Chronico, Belū regnasse
 scribit anno ab orbe condito 1905. Bellum uerò
 Troianum conijcit in annum 2775. Relinquitur
 interuallum annorum 770. Verùm historici uehe-
 menter uariant. Lege tu Berosum lib. quinto An-
 tiquitatum, & Eusebium in Chronicis: Iustinum

libro primo. Diodorus libro quarto auctor est,
 Ninum Belo patri honores diuinos primùm de-
 creuisse. Is primus populis bella intulit. Lege ad
 hæc Augustinum libro 4. de ciuit. Dei, capite 6
 & 7. & eundem Lactantium infra libro 5. ca-
 pite 5. Bocatium lib. 2. cap. 21. Vide ad hæc om-
 nino Polydorū de inuentoribus rerū lib. 1. cap. 5.
 Vnde etiam superiora plus lucis acquirunt.

10 **L** COELII LACTANTII FIR-
 MIANI DIVINARVM INSTITVTIONVM ADVER-
 sus Gentes Liber secundus, de Origine erroris, ad Con-
 stantinum Imperatorem.

*Quòd rationis obliuio, & ignorantia sui, facit homines ingratos uero Deò,
 qui colitur in aduersis, & in prosperitate contemnitur.*

CAPVT I.



20 Vanquam primo libro religiones deorum falsas esse mōstrau-
 rim, quòd ij quorū uarios dissimilesq; cultus per uniuersam ter-
 ram consensus hominum stulta persuasione suscepit, mortales
 fuerint: functiq; uita, diuinæ necessitati morte concesserint: ta-
 men ne qua dubitatio relinquatur, hic secundus liber fontem ip-
 sum patefaciet errorū, causasq; omnes explicabit, quibus decepti homines,
 & primitus deos esse crediderunt, & postmodum inueterata persuasione in-
 susceptis prauissimè religionibus perseuerarunt. Gestio enim, Constantine
 Imperator, conuictis inanibus, & hominum impia uanitate detecta, singula-
 ris Dei asserere maiestatem, suscipiens utilius & maius officium, scilicet reuo-
 candi homines à prauis itineribus, & in gratiam secum ipsos reducendi: ne
 se (ut quidam philosophi faciunt) tantopere despiciant, neue se infirmos &
 30 superuacuos, & nihili, & frustra omnino natos putent. quæ opinio plerosq;
 ad uitia cōpellit. Nam dum existimant nulli Deo nos esse curæ, aut post mor-
 tem nihil nos esse futuros, totos se libidinibus addicunt. & dum licere sibi pu-
 tant, hauriendis uoluptatibus sitienter incumbunt, per quas imprudentes in-
 laqueos mortis incurunt. ignorant enim quæ sit hominis ratio: quam si te-
 nere uellent, in primis Deum suum agnoscerent, uirtutem iusticiamq; seque-
 rentur, terrenis figmentis animas suas non substernerent, mortiferas libidi-
 num uoluptates non appeterent: deniq; seipos magni æstimarent, atq; in-
 telligerent plus esse in homine quàm uidetur: cuius uim conditionemq; nō
 aliter posse retineri, nisi cultum ueri parentis sui, deposita prauitate, suscepe-
 40 rint. Equidem, sicut oportet, de summa rerum sæpenumero cogitans, admi-
 rari soleo maiestatem Dei singularis, quæ continet regitq; omnia, in tantam
 uenisse obliuionem, ut quæ sola coli debeat, sola potissimum negligatur: ho-
 mines autem ipsos ad tantam cæcitatem esse deductos, ut uero ac uiuo Deo
 mortuos præferant, terrenos autē in terræ sepultos ei præponant qui fun-
 dator ipsius terræ fuit. Et tamen huic impietati hominum posset uenia con-
 cedi, si omnino ab ignorantia diuini nominis ueniret hic error. Cum uerò ip-
 sos deorum cultores sæpe uideamus Deum summum & confiteri & prædi-
 care, quam sibi ueniam sperare possint impietatis suæ: qui non agnoscunt
 cultum eius, quem prorsus ignorari ab homine fas non est. Nam & cum iu-
 50 rant, & quum optant, & cum gratias agunt: non louem aut deos multos, sed
 Deum nominant: adeò ipsa ueritas, cogente natura, etiam ab inuitis picto-
 ribus erumpit, quod quidem non faciunt in prosperis rebus. Nam tum ma-
 h xime

ximè Deus ex memoria hominum elabitur, quum beneficijs eius fruentes, honorem dare diuinæ indulgentiæ deberent. At uerò si qua necessitas grauis prefferit, tunc Deum recordantur: si belli terror infremuit, si morborum pestifera uis incubuit, si alimenta frugibus longa siccitas denegauit, si saeva tempeitas, si grando ingruerit: ad Deum confugitur, à Deo petitur auxiliũ, Deus ut subueniat oratur. Si quis in mare uento saeuente iactatur, hunc inuocat: si quis aliqua uis afflicatur, hunc protinus implorat: si quis ad extremam mendicandi necessitatem deductus, uictum precibus exposcit, Deum solum obtestatur, & per eius diuinum atq; unicum numen hominum sibi misericordiam quærit. Nunquã igitur Dei meminerunt, nisi dum in malis sunt. 10 Postquam metus deseruit, & pericula recesserunt, tum uerò alacres ad deorũ templa cõcurrunt, his libant, his sacrificant, hos coronant. Deo autem, quem in ipsa necessitate implorauerunt, ne uerbo quidem gratias agunt. Adeò ex rerum prosperitate luxuriã, ex luxuriã uerò, ut uitiã omniã, sic impietas aduersus Deum nascitur. Quãnam istud ex causa fieri putemus? nisi esse aliquam peruersam potestatem, quæ ueritatis sit semper inimica, quæ humanis erroribus gaudeat: cui unum ac perpetuum sit opus, offundere tenebras, & hominum cæcare mentes, ne lucem uideant, ne deniq; in cœlum aspiciant, ac naturam corporis sui seruent. Nam cum cæteræ animantes pronis corporibus in humum spectent, quia rationem ac sapientiam non acceperunt, nobis au- 20 tem status rectus, sublimis uultus ab artifice Deo datus sit: apparet, istas religiones deorum non esse rationis humanæ, quia curuant cœlesti animal ad uenerãda terrena. Parens enim ille noster unus & solus, cū fingeret hominẽ, id est animal intelligẽs, & ratiõis capax: enim uero ex humo subleuauit, & ad contemplationẽ sui artificis erexit. quod optimè ingeniosus poeta signauit:

Pronaq; cum spectent animalia cætera terram:

Os homini sublime dedit, cœlumq; uidere

Iussit, & erectos ad cœlum tollere uultus.

Hinc utiq; ἀβελωπῶν Græci appellant, quòd sursum spectet. Ipsi ergo sibi renunciant, seq; hominum nomine abdicant, qui non sursum aspiciunt, sed de- 30 orsum: nisi fortè id ipsum, quòd recti sumus, sine causa homini attributum putant. Spectare nos cœlum Deus uoluit, utiq; non frustra. nam & aues, & ex mutis penè omniã cœlum uident: sed nobis propriè datum est, cœlum rigidis ac stantibus intueri, ut religionem ibi quæramus, ut Deum, cuius sedes illa est, quem oculis non possumus, animo contemplemur. Quod profectò non facit, qui æs aut lapidem, quæ sunt terrena, ueneratur. Est autem prauissimum, cum ratio corporis recta sit, quod est temporale: ipsum uerò animum, qui est æternus, humilem fieri: quum figura & status nihil aliud significant, nisi mentem hominis eò spectare oportere, quò uultum: & animum tam rectum esse debere, quàm corpus: ut id, cui dominari debet, imitetur. Verùm 40 homines & nominis sui & rationis obliti, oculos suos ab alto deiciunt, soloq; defigunt, ac timent opera digitorum suorum, quasi quicquam esse possit artifice suo maius.

C O M M E N T A R I V S.

Summam huius libri habes capite 13. Scripsit ad imitationẽ Lactantiij de Origine erroris libros duos Heinrichus Bullingerus, ad Ambrosium Plaurerã: opus orthodoxũ, & dignũ quod candidatorũ theologiæ manibus teratur. Scopus huius capituli est, causam erroris esse ignoranceẽ sui. Verè siquidem M. Cicero ad Qu. Fratrem scripsit, cœlesti illud γυναῑ σκευή̄ nō ad arrogantiaẽ

minuendam solũ esse dictũ, uerum etiã ut bona nostra norimus. Non enim alia creatura nobilior aut præstantior homine est: ut qui ad imaginem Creatoris est formatus, cuiusq; usui tota rerũ uersitas à Deo seruire iussa est. Et quamuis per Adæ casum ex summo dignitatis gradu deiectus 50 est: per regenerationem tamẽ baptismatis multo felicius est regeneratus, quàm natus fuerat. fit enim

enim filius Dei, & coheres unigeniti Christi. Quam dignitate secundum Dei conditionem nihil felicius, nihil ue sublimius excogitari potest. Quam si quis agnoscat, non facile ad scedissima huius mundi uolutabra se deiciet: imò potius summo studio curabit, ne ea dignitate, in qua per Christi beneficium euectus fuit, excidat. Et hæc quidem Christianæ professionis est nobilitas & celsitudo: ex qua non minus turpiter ad manuum nostrarum operis culturam, hoc est, ad scedissima ministeria nos deiciamus, non modo naturæ id ductu (ut gentiles) prohibente, sed lege diuina, scedere sanctissimo, prophetarum oraculis, præiudicijs ipsius Dei Opt. Max. diuersum iubentibus, ut hoc nomine maiestatem diuinam minuere, ob idque & Iudæis & Turcis abiectiones uideri queamus: & ob hoc grauissimum crimen, grauissimas merito sustinere pœnas: quas merentur serui, qui Domini uoluntatem scientes, magnis studijs in diuersum ruunt. Ut quidam philosophi.) Perstringit Epicureos: quorum hæresis in orbe Christiano ita serpit, ut plurimi qui ciuitati Christianæ nomina in baptismate derunt, nulla prorsus, aut per exigua Dei opinione tincti, uita & moribus uoluptatē turpem summam esse bonum testentur. Non mirum est autem, homines idiotas id profiteri, cum Ecclesiæ proceres inuenti sint, qui immortalitatem animæ in dubium uocant, ipsa (si Deo placet) religionis Christianæ capita. Neque hodie ob aliud grauius sceniunt, quam quod uidet sibi Epicuræ hæreseos dogmata, quæ non quidem uerbis, sed factis profitentur, et manib. torqueri: pro his, ut pro aris ac focis, pugnant, sanctorum sanguinem effundentes, Ecclesiæ tranquillitatem turbantes, et ut uno uerbo dicam, cœlum terram miscentes. Nulli deo.) De hoc etiam in prioribus primi libri capitulis dictum est, & dicitur in opere de Ira Dei. Per quas.) ἡδὴν γὰρ δὲ λέγει κακῶν, ut ex Platone Cic. docet. Laqueos mortis.) Modus loquendi Scripturæ est satis frequens, pro periculis extremis. Plus esse in homine.) Imò præstantius illud quod non uidetur, quam quod uidetur. & si Platonicæ doctrinæ credere uelimus (cui ipsi merito credere debebant) σῶμα τὸ ψυχῆς ὄχημα ὄντι, ut est in Timæo: uel σκῆλον, ut est in lib. de Morte: ne dicam carcer et ergastulum, & quod in Cratylo est, σῶμα quasi σῆμα. In qua sententia etiam nos Lactantius est, ut apparet ex lib. de Opificio hominis cap. 19 et 20. & inferius libro eod. cap. 11. In terra sepultos.) Tam hoc est contra sensum communem, quam si uel Lycum sursum fluere dicas, uel niuem esse nigram, uel filium patre natu

maiolem. Viderint ergo, qui uita sanctos, quantum sanctos piosque, numinis instar colunt.

Nam & cum iurant.) Exempla ex poetarum dramatis peti possunt, quæ morum uulgi quasi character quidam sunt. Si qua necessitas.)

Lucretius lib. 3. causam his uersibus dicit:

Acrius aduertunt animos ad religionem,

Quo magis in dubijs homines spectare periculis

Conuenit, aduersisque in rebus noscere qui sint.

Nam ueræ uoces tum demum peccatore ab imo

Eliciuntur, & eripitur persona, manet res.

Nos igitur, quam gentiles, longius à ueri sensu aberramus, qui aduersis rebus relicto benignitatis fonte, ex riuilis lacunisque nos reficere satagimus: rebus uero prosperis, & Dei et diuorum obliuiscimur. Ex rerum prosp.) Gradationis huius mira est festiuitas. Nam cum cæteri.) Sic etiam emendatioribus quædam editiones, contra præarancidas Grammaticorum leges habent. Obserua uim amplificationis ex cõparatione mirabiliter efficacem. Ingeniosus poeta.)

Liquidum uiri sancti de profano autore elogium. Locus autem est Metamorph. ubi de hominis formatione uerba facit. Didicit hoc argumentum à

suo magistro Cypriano, qui aduersus Demetrium de hac re grauissime disserit. Similia sunt apud Magni Basilium, in Homilia eis τὸ, πρὸς ἡ

καὶ σαυτῶ. ὄρθιου, inquit, σὲ ἐπλασε μόνου τὸ ζῶον, ἢ δὲ αὐτὸ τὸ χῆμα τὸς εἰδῆς, ὅτι ἐκ

τῶ ἀνθρώπου συγγενείας ὄντι ἢ ζῶον οὐ. τὰ μὲν γὰρ τετραπόδια πάντα πρὸς τὴν γῆν βλέ

πει, καὶ πρὸς τὴν γαστέρα γίνονται ἀνθρώπων δὲ ἐπιμνη πρὸς ὄραν ἢ ἀναβλεψίς, ὥστε μὴ

χολιάζειν γαστρί, μηδὲ τοῖς ἄνω γαστέρα πᾶσι βίαι, ἀλλ' ὄλλω ἔχειν τὴν ὄρμη πρὸς τὴν ἄνω πορείαν.

Hunc itaque ἀνθρώπου.) Græci ergo felicius hominem ex celesti metuntur origine, quam uel Hebræi uel Latini ex terrestri. De huius uocis ueriloquio audiamus Socratem & Hermogenem apud Platonem in Cratylo

differentes. Socr. ἄρα τοίνυν γὰρ καὶ τὸ πρὸ ἀνθρώπων ὄνομα τί πένον, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ. ἐν τῷ χῆμα τὸς ὄνομα γέγονεν, γνὸς γράμμα τὸς ἄ

εἰς ἀερεθῆτος, καὶ ἑαυτῶρας τὸ τελευτῆ γρομῆς. Herm. ὡς λέγεις; Socr. ὡς σημαίνει ἄρα τὸ ὄνομα ὁ ἀνθρώπος, ὅτι τὰ μὲν ἄλλα

δοκεῖ, ὡς ὄρα οὐδὲν ἰδῆσι πεῖ, οὐδὲν ἀναλογίζετα, οὐδὲ ἀναδρεῖ. ὁ δὲ ἀνθρώπος ἄμα ἑώρακε, ἄρα δὲ ὄρα τὸ ὄπωπε, καὶ ἀναβρεῖ, καὶ ἀναλογίζετα ἄρα ὁ ὄπωπον. γὰρ ὄρα

θῆν δὲ ἢ μόνου τῷ θεῶν ὄρα ὁ ἀνθρώπος, ἀνθρώπος ἀνόμαστα, ἀναβρεῖ ἢ ὄπωπε.

Eandem oculorum finalem causam ostendit idem Plato in Timæo. & Philo Iudæus his verbis: *Ἐξαιρέτου δὲ Πικρατοκιδίου ἑλαχρὸν ἀνθρώπου. τῶν μὲν γὰρ ἄλλων τὰς ὄψεις ποιεῖν*

γὰρ κἄτω λύφας, διουρῶν δὲ πρὸς χροσσοῦ. ἀνθρώπου δὲ ἑμπαλιῶ ἀνθρώπου, ἵνα ὁ οὐρανὸν καταδεικτοῦ, φητὸν οὐκ ἐπιγεοῦ, ἀλλ' ἔργαίου, &c.

Quæ fuerit prima causa fingendi simulacra, & quòd uerissima Dei imago est homo:

& quòd extra se Deum fideliter nemo colit. C. A. P. II.

QUæ igitur amentia est, aut ea fingere quæ ipsi postmodum timeant, aut timere quæ finxerunt? Non ipsa (inquiunt) timemus, sed eos ad quorum imaginem facta, & quorum nominibus, consecrata sunt. Nempe ideo timetis, quod eos esse in cælo arbitramini: nec enim si dii sunt, aliter fieri potest. Cur igitur oculos in cælum non tollitis? & aduocatis deorum nominibus, in aperto sacrificia celebratis? Cur ad parietes, & ligna & lapides potissimum, quibus illud spectatis, ubi eos esse creditis? Quid sibi templa? quid aræ uolunt? quid denique ipsa simulacra, quæ aut mortuorum aut absentium monumenta sunt? Nam omnium fingendarum similitudinum ratio idcirco ab omnibus inuenta est, ut posset memoria retineri, qui uel morte subtracti, uel absentia fuerant separati. Deos igitur in quorum numero reponemus? Si in mortuorum: quis tam stultus ut colat? Si in absentium, colendi ergo non sunt: si nec uident quæ facimus, nec audiunt quæ precamur. Si autem dii absentes esse non possunt, qui quoniam diuini sunt, in quacumque mundi parte fuerint, uident & audiunt uniuersa: superuacua ergo sunt simulacra, illis ubique presentibus: cum satis sit, audientium nomina precibus aduocare. Atenim presentes non nisi ad imagines suas adsunt. Ita plane, quemadmodum uulgus existimat mortuorum animas circa tumulos & corporum suorum reliquias oberrare. Sed tamen postquam deus ille præstito esse coepit, iam simulachro eius opus non est. Quæro enim, si quis imaginem hominis peregre constituti contempletur sæpius, ut ex ea solatiū capiat absentis: num idem sanus esse uideatur, si eo reuerso atque presente, in contemplanda imagine perseveret, eaque potius quam ipsius hominis aspectu frui uelit? Minimè profectò. Etenim hominis imago necessaria tum uidetur, cum procul abest: superuacua futura, cum præstito est. Dei autem, cuius spiritus ac numen ubique diffusum, abesse nunquam potest, semper utique imago superuacua est. Sed uerentur, ne omnis eorum religio inanis sit & uana, si nihil in presenti uideant quod adorēt: & ideo simulacra constituant. quæ quia mortuorum sunt imagines, similia mortuis sunt: omni enim sensu carent. Dei autem in æternum uiuentis, uiuū & sensibile debet esse simulachrum. quòd si à similitudine id nomen accepit, quomodo possunt ista simulacra Deo similia iudicari, quæ nihil sentiunt, nec mouentur? Itaque simulacrum Dei non illud est quod digitis hominis ex lapide aut ære, alia uel materia fabricatur, sed ipse homo: quoniam & sentit & mouet, & multas magnasque actiones habet. Nec intelligunt homines ineptissimi, quòd si sentire simulacra & moueri possent, ultrò adoratura homines fuissent, à quibus sunt expolita: quæ essent aut incultus & horridus lapis, aut materia informis & rudis, nisi fuisset ab homine formata. Homo igitur illorum quasi patres putandus est, per cuius manus nata sunt: per quem speciem, figuram, pulchritudinem habere coeperunt. Et ideo melior est qui fecit, quam illa quæ facta sunt. Et tamē factorē ipsum nemo suspicit aut ueretur: quæ fecit timet, tanquam plus possit esse in opere, quam in opifice. Rectè igitur Seneca in libris Moralibus: Simulacra (inquit) deorum uenerantur, illis supplicat genu posito, illa adorant, illis per totum assident diem, aut assant: illis stipem iaciunt, uictimas cædunt: & cum hæc tantopere suspiciant, fabros qui illa fecere contemnunt. Quid inter se tam contrarium, quam statuariū despiciere, statuam adorare: & cum ne in conuictum quidem admittere, qui tibi deos faciat? Quæ ergo uim, quam potestatem habere possunt, cum ipse qui fecit illa, non habeat? Sed ne hæc quidem dare his potuit quæ habebat, uidere, audire, loqui, moueri.

moueri. Quisquam ne igitur tam ineptus est, ut putet aliquid esse in simula-
cro Dei, in quo ne hominis quidem quicquam est, præter umbram: Sed hæc
nemo considerat: infecti sunt enim persuasione, ac mentes eorū penitus suc-
cum stulticiæ perbiberunt. Adorant ergo insensibilia qui sentiunt, irrationa-
bilia qui sapiunt, exanima qui uiuunt, terrena qui oriuntur è cælo. Iuuat igitur
uelut in aliqua sublimi specula cōstitutū, unde uniuersi exaudire possint,
Persianum illud proclamare: *O' curas hominum, ô quantum est in rebus inane:*

O' curæ in terras animæ, & cœlestium inanes.

Cœlum potius intue-

mini, ad cuius spectaculū uos excitauit ille artifex uerus Deus. Ille uobis sub-
limem uultū dedit, uos in terrā curuamini: uos altas mentes, & ad patrē suum
cum corporib. suis erectas, ad inferiora deprimitis: tanquā uos poeniteat, nō
quadrupedes esse natos. Fas nō est, cœleste animal cum terrenis, in terramq;
uergentibus uersari: quid uos beneficijs cœlestib. orbat, proniq; in humum
uestra sponte procumbitis? Humi enim miserī uolutamini, cū deorsum quæ-
ritis, quod in sublimi quærere debuistis. Nam ista mortaliū digitorū ludicra
& fragilia figmenta, ex quolibet materiæ genere formata, quid aliud sunt nisi
terra, ex qua nata sunt? quid ergo rebus inferioribus subiaceritis? quid capitū-
bus uestris terrā superponitis? Cū enim uos terræ submittitis, humilioreseq;
facitis: ipsi uos ultrò ad inferos mergitis, morteq; damnatis: quia nihil ter-
ra inferius & humilius, nisi mors & inferi. quæ si effugere uelletis, subiectā pe-
dibus uestris terrā contemneretis, corporis statu saluo. quod idcirco rectum
accepistis, quo oculos atq; mentē cum eo qui fecit cōferre possētis. Contem-
nere autē & calcare terram, nihil aliud est, quā simulacra nō adorare, quia de
terra ficta sint: item diuitias nō concupiscere, uoluptates corporis spernere:
quia opes & corpus ipsum, cuius hospitio utimur, terra est. Viuū colite, ut ui-
uatis: moriatur enim necesse est, qui se suamq; animam mortuis adiudicauit.

C O M M E N T A R I V S.

Hoc caput ἀναστροφῆς, hoc est destructionis
exemplum admodum arte confictum est. Aut
30 ea fingere.) Conuersione festiua calumniam
intendēs, τὸ ἀσεπὲς criminatur. Nō ipsa.)
Anthypophora, qua nostri quoq; idololatriæ no-
bis occurrunt: sed æquē, ut illi, ineptē, uel multo
etiā ineptius: ut quib. unus professione Deus est,
qui nec sculptili, nec picta imagine exprimi uel
potest, uel uoluit. Vide Vadianū in Epitome trium
terræ partiū, ubi de insulis maris mediterranei a-
git. Quæ aut mortuorū.) Eodē argumen-
to utitur August. aduersus Faustū Manichæū, lib.
40 ii. cap. 17. Nam omnino.) Iustinus in Pa-
raeneticō ex Mose docet, ex creatione hominis,
homines Dei imitatores esse uoluisse, dum ἀγάλ-
ματα fingerent. Deos igitur.) Dilemma,
cuius cornua ex causis finalibus robur accipiunt,
quib. ostenditur τὸ ἀδύνατον, ἀπίθανον, ἀνα-
λόγητον, ἢ τὸ ἀπεπὲς. Sed tamen.) A
cōtrarijs. Cuius spiritus.) Solidū hoc uel
ipsis gentibus argumentū erat, qui uel Arato, uel
Vergilio credebāt, Iouis omnia esse plena. Sed
50 uerentur.) τὸ ἀπίθανον. Hoc idem Pontificij
uerentur, quare ne uacua & inanem prorsus reli-
gionē haberent, uanitatib. eam repleuerunt. Hinc
etiam rei sacramentariæ nescio quas carnes, quos

sanguines Christi, contra Christi doctrinā inue-
xerunt. Quod si à similitudine.) A ue-
riloquio. Sic Græcis quoq; εἰδ' ὡροϋ, quod εἰδὸς
alicuius representat. Sed ipse homo.) qui
ad imaginē Dei creatus est: Gen. 1. Sed ne nobis
blandiamur, nos propter moueri & sentire Dei
simulacrū esse, quæ nobis cum quibuslibet brutis
cōmunia sunt: imò ne ratioe quidem (quod Philo-
Iudæus credidit) qua una homo nō regeneratus
brutis præstat. Sed secundū Pauli doctrinā tum
demū gerimus Dei imaginē, si induamus nouū ho-
minem, qui iuxta Deū conditus est, per iusticiam
& sanctitatē ueritatis. Eph. 4. si, inquit, renouabi-
mur in agnitione Dei, secundū imaginem eius qui
creauit nos. Coloss. 3. Nec intelligunt.)
ἀναλόγητον. Et ideo melior.) τὸ ἀπὸ τοῦ
ex cōmuni sensu ductū. Simili argumento Paulus
ad Hebr. utitur, ubi docet sacerdotē sacrificio præ-
stantiorē esse. Seneca.) Desideratur hæc,
ut in i. libro est ostensum. Adorāt ergo.)
Antithesis satis efficax. Persianū.) Sat. 2.
quæ sæpius à Lact. citatur. Utitur autē Lactātius
gentiliū scriptorū testimonijs cōtra gentes: sicut
Augustin⁹ quoq; in eodē argumēto lib. de Ciu. 4.
cap. 30. Varronis testimonio cōprobat, Deum ca-
stius sine simulacris coli. Præter citatos, acerrimè

contra simulacra disputat Tertull. in Apologet. cap. 11. Arnobius li. 6. Ad cuius spectac.) ἀπεργασθῆς, à causa finali, & contrarijs. Nam ista.) A' causa materiali & formali. Viuū colite.) A' coniugatis. Ad iudicauit.) A' praeiudicio sui ipsius. Significat enim adiudicare, addicere. Nā lege xij. Tabularū, si debitor soluendo nō erat, corpus eius creditori adiudicabatur. Vide Alciatum in l. aliud est fraus. §. 2. ff. de uerbor. signific.

OBSERVATIONES ALIQVOT
ex his duobus priorib. capitibus.

Obseruauimus quidem in i. libro quadā, quae speciem aliquā habere uidentur, ac si cū catholica doctrina pugnent: quae tamē, quia notatione indigna mihi sumi uisa, dissimulanter praeterire uolui. Neq; hoc argumentū flagitabat, quod in sola uanitate detegenda occupatū erat. In destruendo siquidem aut nunquā, aut leuiter peccatur. Sed quia in sequenti hoc lib. paulatim se ad uerae religionis constructionē praeparat, uideri quibusdam potest eius constructio non tam auro & argento, quam stipulis cōferenda, ut quae gentilia ratioe magis quam solido Scripturae sacrae fundamēto constet. Nos igitur, quib. huius auctoris explicatio demandata erat, ne uideremur uel errorib. uelle subscribere, qui huic sancto doctoq; uiro impinguntur: uel perfunctoria quadā opera neglectim praeterire id, quod ipse praeter et extra catholicā doctrinā scripsit: quadā initio statim praemonenda duximus. Neq; enim quenquā eam induere de nobis persuasionē uellemus, id nos uelle obseruare, quod quidā Romanae factionis homines obseruauerūt, ipsi multo deteriora docentes: imō in hoc illi blasphemias calumnias struentes, in quo longē sanctissime uerissimeq; sentit.

Obseruatio prima.

Vulgo theologorum ἡπίεσθαι hoc uideri potest, & humilitatis doctrinae contrariū, q. docet homines de se magnificē sentire. Euehit quidē Dominus humiles, superbos cōtra de gradu suae persuasionis praecipitat: id quod etiā diua Virgo in suo testatur cantico. Possunt in hanc sententiā innumerā colligi testimonia: sed homini nō contētiōso facilis est cōciliatio. Cic. in Off. suis praecipit hominib. suis, à ueri Dei cognitione alienis, ut quāto quisq; maior est, tanto se submissius gerat. Multo maiori studio faciēt hoc, qui spiritus diuini beneficio eō dignitatis euecti sunt, ut adoptitiij summi patris filij appellētur. Tot eius rei habemus exempla, quot sancti nobis ullis seculis fuisse memorātur. ē quib. unicum hoc Domini Christi sufficit, omnium multo absolutissimū: qui, ut Apostolus de eo Phi-

lippensib. scribēs testatur, cū diuinā gereret maiestatem, nō fraudi sibi fore duxit, se ad seruile et miserimā mortalium conditionē demittere. Hoc ingenium habent filij Dei in uniuersum omnes, nihil, aut (si quid imbecillitas humana impedit) quā minimum à natalibus degenerantes, quibus ex patris mandato charitas mutua professio est: quae quia (iuxta Pauli doctrinam) Spiritus diuini fructus est, ut nihil perperam agit, ita nec inflata est, nec fastidiosa. Dignitas haec in medio consistit. & nō uisus excessus est, sui contemptus: quod de hic noster Lactantius agit. & ὑπερηφανῆς uerō superbia arrogans, quae primum mundi huius princeps sua excidit dignitate.

Obseruatio altera.

Secundō uideri quibusdam posset, tollere eum uelle per Platonis doctrinam, decentem adorantium habitum: quo prostrati, prouoluti ue genibus, & demissis in terram uultibus supplicantes, humiles se, abiectosq; declarant, nihilq; arrogan-

tiae animis suis reliquum esse factū praeseferunt. qualis à Nonno cap. 4. his uerbis describitur: ἡμῶν δ' αἰῶντος ὄν θεῶν τὰ πάντα τοκῆς, αἰχρῆα δόχμῶσαντο πολυκνίσω πρὸ τῆς τῆς, καὶ θεῶν δναγέτος ἡμεῖς ἔλαττο θυλαῖς. ἡμῆς δ' ἀφῶνον ἀλλομ ἔσῶ κλέτας ἰσοσολύμων, χῶρον ἡμῶν ἡσπασθε. μεμῆλοτα θεσπίδι βολῆ, ἡχι θεῶν χεῖρος ὄσι θεοδμήτω πρὸ βωμῶν μαρτυροῦ ἰκίσις κυρτέμων αἰχρῆα κέμῶν τῆς, κῆμῆαρο δὲ κλάσαντες. —

David dum puer ex adulterio susceptus morbo detineretur, prostratus terrae incubuit. Et Daniel cap. 6. flexis genibus Hierusalē uersus orat. Quid quod Christus ipse, salutis nostrae author, nobis in exemplum flexis genibus in monte orauit? Quid quod etiam luminum elatio nescio cuius arrogantiae argumentum praeseferunt? Nam sic David Psal. 131. Domine, inquit, cor meū non effero, neq; extollo oculos meos. Haec & huiusmodi possent aduersus Lactantium adduci. Sed non deest, quod in suae assertionis defensionē producat: nempe Mosen ipsum, qui dum Iosua contra Amalech pugnaret, erecto corpore, expansis que palmis ad Dominū orauit. David plerumq; ad Dominum in psalmis clamans, oculos attollit. Ad te, inquit, leuauit oculos meos. Item alibi: Ad te Domine oculi mei, &c. Et rursus: Oculi omnium in te sperant Domine. Et Stephanus in Actis, intentis in caelum oculis, uidit gloriam Dei, &c. Quid opus est testimoniorum congerie? Conscientia facile

facile docet precantium quemq; gestum. Nemo-
 sis diuina confitentium oculos deprimit, fiducia
 eleuat. Hæc Euangelij, illa legis fructus est. Pec-
 catorum moles pectora mortalium prosternit,
 Christi de morte triumphus erigit. Neque adeo
 multum refert, quomodo uel corporis status com-
 positus sit, uel oculorū acies directa: si cor ere-
 ctum, si mentis oculi sursum cœlesti domicilio
 affixi sint.

10

Observatio tertia.

Dixit indifferenter, hominem Dei simulacrū
 esse: cum regeneratus tantum homo, et natalib.
 diuino numine restitutus, Dei similitudinem ge-
 rat. id quod in ipsis attigimus Annotationibus:
 quare nunc admonuisse lectorem satis esse duci-
 mus. Augustinus quoq; non satis assequitur imagi-
 nem Dei, qui de Ciuilib. 12. cap. 23. in ratione et

intelligentia, qua cæteris animantibus præstat,
 illam imaginem esse putat.

Observatio quarta.

Platonici est, ut diximus, τοῦ ἀνθρώπου ἡ
 σὺννεσις αὐτὸ ἐστί τὸ πρῶτον. Propius ad uerita-
 tem catholicam accedunt, qui corpus partem ho-
 minis esse fatentur: alioqui Πλάτωνος ἀνάστα-
 σις frustra in professionis Christianæ capibus
 recenseretur. Sed theologiæ candidatus ignora-
 re non debet, secundum Pauli doctrinam tres ho-
 minis partes esse: tertiam enim adiicit, spiritum.
 Nam qui hac parte caret, solum ratione, et ea
 uitiata, a reliquis brutis differt. qui autem spiritu
 præditus est diuino, is demum uerè est ἀνδρῶ-
 πος, ueram Dei patris imaginem referens: qui
 et filius Dei est, et frater Christi, et ciuis He-
 rosolymitanus, et æterni gaudiij hæres.

Quòd Cicero, et alij qui uidebantur sapientes, deterius pecca-
 uerunt. CAPVT III.

20

Sed quid prodest, ad uulgus & ad homines imperitos hoc modo concio-
 Snari? quum uideamus etiam doctos & prudentes uiros, cum religionum
 intelligentiam uanitatem, nihilominus tamen in ijs ipsis quæ damnant, colendis
 nescio qua prauitate perstare. Intelligebat Cicero, falsa esse quæ homines ad-
 dorarent. Nam quum multa dixisset quæ ad euerisionem religionum ualerent,
 ait tamen, non esse illa uulgò disputanda, ne susceptas publicè religiones di-
 sputatio talis extinguat. Quid ei facies, qui cum errare se sentiat, ultrò ipse in
 lapides impingat, ut populus omnis offendat? ipse sibi oculos eruat, ut om-
 nes cæci sint? qui nec de alijs bene mereatur, quos patitur errare: nec de seip-
 30 so, qui alienis accidit erroribus? nec utitur tandem sapientiæ suæ bono, ut fa-
 ctis impleat, quod mente percepit: sed prudens & sciens pedem laqueo inse-
 rit, ut simul cum cæteris, quos liberare ut prudentior debuit, & ipse capiatur?
 Quin potius si quid tibi Cicero uirtutis est, experire populum facere sapien-
 tem. Digna res est, ubi omnes eloquentiæ tuæ uires exeras. Non enim ueren-
 dum est, ne te in tam bona causa deficiat oratio, qui sæpe etiam malas copio-
 se ac fortiter defendisti. Sed nimirum Socratis carcerem times, ideoq; patro-
 cinium ueritatis suscipere non audes. At mortem, ut sapiens, cõtemnere de-
 buisti. Et erat multo pulchrius, ut ob bene potius dicta, quàm ob maledicta
 morereris. Nec tibi laudis plus Philippiæ afferre potuerunt, quàm discussus
 40 error humani generis, & mentes hominum ad sanitatem tua disputatione re-
 uocata. Sed concedamus timiditati, quæ in sapiente esse non debet. Quid er-
 go ipse in eodem uersaris errore? Video te terrena & manufacta uenerari.
 Vana esse intelligis, & tamen eadem facis quæ faciunt ipsi, quos ipse stultissi-
 mos confiteris. Quid igitur profuit, uidisse te ueritatem, quam nec defensu-
 rus esses, nec secuturus? Sed si libenter errant etiam hi qui errare se sentiunt,
 quanto magis uulgus indoctum? quod pompis inanibus gaudet, animisq;
 puerilibus ipectat omnia, oblectatur friuolis, & specie simulachrorū capitur,
 nec ponderare secum unamquamq; rem potest, ut intelligat nihil colendum
 esse quod oculis mortalibus cernitur: quia necesse est mortale sit. Nec miran-
 50 dum est, si Deum non uideant: eum ipsi ne hominem quidem uideant, quem
 uidere se credunt. Hoc enim quod oculis subiectum est, non homo, sed ho-
 minis receptaculum est: cuius qualitas & figura non ex lineamentis uasculi,
 quo continetur, sed ex factis & moribus peruidetur. Qui ergo colunt

simulacra, corpora sunt hominibus carentia, quia se corporalibus dediderunt, nec uident plus aliquid mente quam corpore: cum sit animi officium, ea subtilius cernere, quae acies corporalis non potest intueri. Quos homines idem ille philosophus ac poeta grauius accusat, tanquam humiles & abiectos, qui contra naturae suae rationem ad ueneranda terrena se prosternant. ait enim:

Et faciunt animos humiles formidine diuim,

Depressosq; premunt ad terram.

Aliud quidem ille, cum hoc diceret, sentiebat: nihil utique esse colendum, quonia dii humana non curent. Denique alio loco religiones deorum & cultus, inane esse officium confitetur:

Nec pietas ulla est, uelatum saepe uideri

Vertit ad lapidem, atq; omnes accedere ad aras.

Nec procumbere humi prostratum, & pandere palmas

Ante deum delubra, nec aras sanguine multo

Spargere quadrupedum, nec uotis nequere uota.

Quae profecto si casta sunt, non oportet sublimes & excelsos animos auocari, atque in terram premi: sed nihil aliud quam coelestia cogitare. Impugnatae sunt ergo a prudentioribus falsae religiones, quia sentiebant esse falsas: sed non est inducta uera, quia qualis aut ubi esset ignorabant. Itaque sic habuerunt, tanquam nulla esset omnino, quia ueram non poterant inuenire: & eodem modo inciderunt in errorem multo maiorem, quam illi qui falsam tenebant. Nam & isti fragilium cultores quamuis sint inepti, quia coelestia constituunt in rebus corruptibilibus atque terrenis: aliquid tamen sapientiae retinent, & habere ueniam possunt: quia summum hominis officium etsi non reipsa, tamen proposito tenent, si quidem hominum atque mutorum uel solum, uel certe maximum in religione discrimen est. Hi uero quanto fuerunt sapientiores, quod intellexerunt falsae religionis errorem: tanto facti sunt stultiores, quod esse aliquam ueram non putauerunt. Itaque quoniam facilius est de alienis iudicare, quam de suis: dum aliorum praecipitium uident, non prospexerunt quid ante pedes suos esset. In utraque igitur parte & summa stulticia inuenitur, & odor quidam sapientiae: ut dubitare possis, quos dicas potissimum stultiores: illos ne qui falsam religionem suscipiunt, an eos qui nullam. Sed (ut dixi) uenia concedi potest imperitis, & qui se sapientes esse non fateantur: his uero non potest, qui sapientiam professi, stulticiam potius exhibent. Non sum equidem tam iniquus, ut eos putem diuinare debuisse, ut ueritatem per seipsos inuenirent (quod fieri ego non posse confiteor) sed hoc ab his exigo, quod ratione ipsa praestare potuerunt. Facerent enim prudentius, si & intelligerent esse aliquam ueram religionem: & falsis impugnatis, aperte pronunciarent, eam quae uera esset, ab hominibus non teneri. Sed mouerit eos fortasse illud, quod si qua uera esset religio, exereret se, ac uindicaret, nec pateretur esse aliud quicquam. Videre enim nullo modo poterant, quare, aut a quo, & quemadmodum religio uera opprimeretur: quod est diuini sacramenti, & coelestis arcani. Id uero nisi doceatur, aliquis scire nullo pacto potest. Summa rei haec est: Imperiti & insipientes falsas religiones pro ueris habent: quia neque ueram sciunt, neque falsam intelligunt. Prudentiores autem, quia ueram nesciunt, aut in ijs quas falsas esse intelligunt, perseuerant, ut aliquid tenere uideantur: aut omnino nihil colunt, ne incidant in errorem. cum id ipsum maxime sit erroris, uitam pecudum sub figura hominis imitari. Falsum uero intelligere, est quidem sapientiae, sed humanae. Ultra hunc gradum procedi ab homine non potest. Itaque multi philosophorum religiones (ut docui) sustulerunt. uerum autem scire, diuinae est sapientiae. Homo autem per seipsum peruenire ad hanc scientiam non potest, nisi doceatur a Deo. Ita philosophi, quod summum fuit humanae sapientiae, assequuti sunt, ut intelligerent quid non sit: illud assequi nequiverunt, ut dicerent quid sit. Nota Ciceronis uox est: Utinam tam facile uera inuenire possem, quam falsa conuin-

conuincere. Quod quia vires humane conditionis excedit, eius officij facultas nobis est attributa, quib. tradidit Deus scientiam veritatis: cui explicandę quatuor posteriores libri seruisent. Nunc interim falsa, ut cepimus, detegamus.

COMMENTARIUS.

Propositio *ἡ ἀλήθεια* facit: quę, quia solum autor in Cicerone potissimum stringit, transmigrat in *θεσπυ*. Status qualitatis est. Cicero.) de Nat. deor. Vulgò disputanda.) Hoc superioris quoq; ætatis theologi fecerunt, qui putarunt aliud in scholis, aliud pro concione docendum esse. Cornicū oculos illis configere uisi sunt, qui scholastica mysteria populo tradere sunt ausi. Ferre aliquo modo poterant Erasmi, sincerius de rebus sacris differere, dummodo Latine id faceret. Ceterum nullo modo tolerandi uidebantur, qui purā Euangelij doctrinā uernacula prodiderunt lingua. In lapides impingat.) Innuit illud hominum genus, quod notatur Luc. 6. Cæcus cæcum ducit, etc. Sed nimirum Socratis.)

20 Exiit Ciceronē sapientia, etiam philosophica & gentili: idq; sua ipsius assertione. Disputat enim in Tusce, quęst. perturbationes in sapientē cadere non posse. Mortis et carceris timor, est perturbatio. Quę quia in Ciceronem cecidit, relinquitur, Ciceronē minime sapientē esse. Quod si *το κερνοῦσθαι* negauerit, ut qui Philippicis se in mortis periculum coniecerit: respōdetur, honestius futurū fuisse, si ueritatis patrocinij reiectis cōtentionib. suscepisset. Argumento ad eam rem edocendā utitur, cōparatione minoris ad maius. Porro quod ad historiā attinet, de Socratis carcere Plato in Phædone, Xenophon & Laert. ex quib. apud Valer. pleniore manu suo dicitur loco. Cicero cōtra Antonium nouē scripsit inuectiuas, quibus ad imitationē Demosthenis Philippicarū titulum fecit: cuius aduersus Philippū quatuor etiam extant orationes. Pompis inanib.) Hęc hodie in Romanę religiōis cultores nō minus rectē dici possunt, quā olim, dum Christum prorsus ignorantes in idololatria gentilitia sepulti fuerunt. Sed hominis.) De hoc superius satis dictum est. Vasculi.) Fragilitatē notat, & terream corporis materiē. Alludit fortē ad illud Pauli, ubi corpora nostra *ὀστέα κίβητα σκεῦη* appellat, 2 Corinth. 4. Ille idem.) Lucretius. Prior locus est ex lib. 6. ubi Efficiunt legitur. Variat sepe Lucretiana lectio à fragmētis: fortassis propter Ciceronis emendationē. Alter locus est ex lib. 5 desumptus. Locus argumētū est à testimonijs. Habere ueniā.) Nam seruis sciēs uoluntatē Domini, nec faciens eā uapulabit multis. Luc. 12. Sed Paulus ad Rom. hoc ipso argumētō uniuersos ob-

noxios & reos declarat, quod nemo cognitione Dei ueri carere potuit. Qui facilius.) Id quod festuca docet Matth. 7. & apud Satyricum istud, Matica quod in tergo est. Odor quidam sapientię.) uestigia imaginis Dei, quę in homine per casum Adę fuit oblitterata. Ut ueritatē.) Nemo siquidem uenit ad Christum, nisi pater traxerit eum; Ioan. 6. Quod ratione ipsa.) Idē dicit quod Apostolus Rom. 1. ubi ait, *το γνωσόντες θεὸν φανερὸν εἶναι ὅτι αὐτοῖς. ὃ γὰρ θεὸς αὐτοῖς ἐφανέρωσεν. τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτῶν ἀκατακτάτως καὶ ἄσχημα, τοῖς ποιμασίῳ νοῦ καὶ ἀνοησίῳ, ἵνα ἀίδεοι αὐτῶν διὰ τὴν καὶ ἀλόγητον, εἰς τὸ εἶναι αὐτῶν ἀεὶ ἀπολογητῶν.* Neq; Paulus modò hoc dicit, sed ipsi etiā philosophi testatur: ut alibi ex Cic. de Nat. deor. 1. docuimus: & ex Plut. Placitis lib. 1. cap. 6. Quod est diuini sacramēti.) Sacramētū hoc loco nō significat sacrę rei signū, aut ecclesię ceremoniā: sed illud quod Græci *μυστήριον* uocant, abstrusum nimirum Dei consiliū: præsertim illud quod antiquiores Prouidentiam, recentiores prædestinationem appellarunt. de qua Paulus ad Rom. 11. magna cum admiratione proclamat: *ὡς βάθος πλάτους καὶ ὕψους καὶ γνώσεως θεῶν, ὡς ἀνεξέτητος καὶ ἀμετρήτος, ὡς ἀνεφικταστοὶ αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ. τίς γὰρ ἔγνω νοῦν κυρίου; ἢ τίς συνέθετο αὐτῶν ἔργα;* Hoc inquam illud est mysteriū, pro quo Christus Matt. 11. patri cœlesti gratias agit, quod absconderit illud à prudentib. et sapientibus, & reuelarit paruulis. Quod si manifestū huius expositionis testimoniū requiras, audias Paulum Corinthijs scribentē cap. 2. epistolę prioris: *λαλῶμεν, inquit, σοφίαν θεῶν ἢ μυστήριον, &c.* Prudentiores.) quibus Deus apud Esaiam cap. 29. exitiū minatur: quos explodit Paulus capite 1. eiusdem epistolę. Ultra hunc gradū.) Quia neq; caro neq; sanguis hęc reuelat, ut Christus Petro respōdebat: sed pater qui in cœlis est. Nisi doceatur à Deo.) Iuxta illud propheticum, quod citatur ab ipso Domino, Ioan. 6. καὶ ἐσοῦντες πάντες διδάσκοντες θεῶν. Esa. 54. Vel ad illud Pauli respexit, ubi ad Thess. ait: *αὐτοὶ γὰρ ὑμεῖς θεοὶ διδάσκοντες ἐσθε.* Quare idem Paulus *ἡ γὰρ φωνὴ διότι οὐδενὸς* appellat. Nota Ciceronis uox.) de Nat. deor. 2. qui in 1. Mihi non tam facile in mentē uenire solet, quare uerū sit aliquid, quā quare falsum.

De simulachris, ornamentisq; templorum, & eorum contemptu. CAPVT IIII.

Quid igitur maiestatis possunt habere simulacra, quæ fuerūt in hominuli potestate, uel ut aliud fierent, uel ut omnino nō fierent? Idcirco apud Horatium Priapus ita loquitur:

*Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum,
Cum faber incertus, scamnum faceret ne Priapum,
Maluit esse deum: deus inde ego furum, auiumq;
Maxima formido.*

Quis non sit tanto hoc custode securus? Fures enim tam stulti sunt, ut Priapitentiginem timeant: cum aues ipsæ, quas terrore falcis aut in guinis abigi existimant, simulachris fabrefactis, id est hominum planè similibus, infideant, nidificent, inquinent. Sed Flaccus, ut Satyrici carminis scriptor, derisit hominum uanitatem. Verùm ij qui faciunt, seriam se facere rem opinantur. Denicq; poeta maximus, homo in cæteris prudens, in hoc solùm non poeticè, sed aniliter desipuit, quū illis emendatissimis libris etiam fieri hoc iubet:

*Et custos furum atq; auium cum falce saligna,
Hellepontiaci seruet tutela Priapi.*

Adorant ergo mortalia, ut à mortalibus facta: frangi enim, cremari, perire possent. nam & relictis uetustate labentibus sæpe cōminui solent: & consumpta incendio, dilabuntur in cinerem: & plerūq; (nisi sua illis magnitudo subuenerit, aut custodia diligens sepherit) in prædam furibus cedunt. Quæ igitur insania est, ea timere, pro quibus aut ruine, aut ignes, aut furta timeantur? Quæ uanitas, aliquam ab his spectare tutelam, quæ tueri semetipsa non possunt? Quæ peruersitas, ad eorum præsidia decurrere, quæ ipsa, cum uiolantur, inulta sunt, nisi à colentibus uindidentur? Vbi ergo ueritas est? ubi nulla uis adhiberi potest religionis, ubi nihil quod uiolari possit apparet, ubi sacrilegium fieri non potest. Quicquid autem oculis manibusq; subiectum est, id uerò quia fragile est, ab omni ratione immortalitatis est alienum. Frustra igitur homines auro, ebore, gemmis deos excolunt & exornant: quasi uerò ex his rebus ullam possint capere uoluptatē. Quis usus est preciosorū munerum nihil sentientibus? an ille qui mortuis? pari enim ratioe defunctorū corpora odoribus ac preciosis uestib. illita & cōuoluta humi cōdunt, qua deos honorant: qui neq; cum fierent sentiebant, neq; cum coluntur sciunt: nec enim sensum consecratione sumpserunt. Non placebat Persio, quòd aurea uasa templis inferātur: superuacuū putanti esse inter religiones, quod nō sanctitatis, sed auariciæ sit instrumentum. Illa enim satius est Deo, quem rectè colas, inferre pro munere:

*Compositum ius, fasq; animi, sanctosq; recessus
Mentis, & incoctum generoso pectus honesto.*

Egregiè sapienterq; sensit. Verùm illud ridiculum subdidit, hoc esse aurū in templis, quòd sint Veneri donatæ à uirgine pupæ, quas illa ob minutiam fortasse contempserit. Non uidebat enim, simulachra ipsa & effigies deorum, Polycleti & Euphranoris & Phidixæ manu ex auro atq; ebore perfectas, nihil aliud esse quam grandes puppas, non à uirginibus, quarum lusibus uenia dari potest, sed à barbatis hominibus consecratas. Meritò igitur etiam senum stulticiam Seneca deridet. Non, inquit, bis pueri sumus (ut uulgò dicitur) sed semper. Verùm hoc interest, quòd maiora nos ludimus. Ergo his ludicris, & ornatis, & grandibus puppis, & unguenta, & thura, & odores inferunt: his opimas & pingues hostias immolant: quibus est quidem os, sed carens officio dentium: his peplos, & indumenta preciosa, quibus

quibus usus uelaminis nullus est: his aurum & argentum consecrant, quæ
 tam non habent qui accipiunt, quam qui illa donarunt. Nec immerito Dionysius
 Siciliae tyrannus, post uictoriam Græcia potitus, deos tales contem-
 plit, spoliavit, illudit: siquidem sacrilegia sua iocularibus etiã dictis prosequer-
 batur. Nam quum Ioui Olympio aureum amiculum detraxisset, laneum ius-
 sit imponi, dicens: æstate graue esse aureum, hyeme frigidum: laneum uerò
 utrique temporis aptum. Idem auream barbam detrahens Aesculapio, incon-
 gruens & iniquum esse ait, quum Apollo pater eius imberbis esset adhuc, ac
 leuis, puerum filium quam patrem, barbatum uideri. Item patenas & exu-
 10 uias, & parua quædam sigilla, quæ simulachrorum protentis manibus tene-
 bantur, detrahebat: & accipere se illa, nõ auferre dicebat, perquam enim stul-
 tum esse, & ingratum, nolle accipere ab his ultrò porrigentibus, à quibus bo-
 na sibi homines precarentur. Hæc ille fecit impunè, quia rex & uictor fuit,
 quinetiam sequuta est eum solita felicitas. uixit enim usq; ad senectutem, re-
 gnumq; per manus filio tradidit. In eo igitur quia homines sacrilegia uindi-
 care non poterant, oportuit deos ipsos sui uindices esse. At si humilis quis-
 piam tale quid commiserit, huic præstò sunt flagella, ignes, euclei, cruces, &
 quicquid excogitare iratis & furentibus licet. Sed quum puniunt deprehen-
 sos in sacrilegio, ipsi de deorum suorum potestate diffidunt. Cur enim illis
 20 potissimum nõ relinquunt ulciscendi sui locum, si eos posse aliquid arbitran-
 tur? Quinetiam putant illorum numine accidisse, ut prædones rerum sacra-
 rum deprehenso tenerentur: & sæuiunt non tam ira, quam metu: ne si deorũ
 iniuriam non uindicauerint, ipsos expetant pœnæ, incredibili scilicet uani-
 tate, qui nocituros sibi deos putent ob aliena scelera: qui ipsis, à quibus uio-
 lati spoliatiq; sunt, per seipsos nihil nocere potuerunt. Atenim sæpe ipsi
 quoque in sacrilegos uindicauerunt: potest id uel casu accidisse, quod ali-
 quando, non semper. Sed tamen paulo post quomodo id acciderit osten-
 dam. Nunc interim quæro, cur illi tot & tanta sacrilegia in Dionysio nõ uin-
 dicauerunt: qui non furtim, sed palàm deos ludibrio habuit. Cur hunc tam
 30 potentem sacrilegum à templis, à ceremoniis, ab imaginibus suis non arcue-
 runt? Cur etiã sacris rebus ablatis, prosperè nauigauit? quod ioco ipse
 testatus est (ut solebat) Videtis ne, inquit, comitibus suis naufragium timen-
 tibus, quam prospera sacrilegis nauigatio ab ipsis dijs immortalibus tribua-
 tur? Sed hic fortasse à Platone didicerat, deos nihil esse. Quid C. Verres?
 quem Tullius accusator eius eidem Dionysio, & Phalaridi, & tyrannis om-
 nibus comparat, nõne omnem Siciliam compilauit, sublatis deorum simu-
 lachris, ornamentisq; fanorum? Ociosum est persequi singula: unum libet
 commemorare, in quo accusator omnibus eloquentiæ uiribus, omni denique
 40 conatu uocis & corporis deplorauit, de Cerere uel Catanensi, uel Ennensi,
 quarum alterius tanta fuit religio, ut adire templi eius secreta penetralia, uiris
 nefas esset: alterius antiquitas tanta, ut omnes historiæ loquant, ipsam deam
 fruges in Ennæ solo primùm reperisse, filiamq; eius uirginem ex eodem loco
 raptam. Deniq; Gracchanis temporibus turbata republica, & seditionibus,
 & ostentis, cum repertum esset in carminibus Sibyllinis, antiquissimam Ce-
 rerem debere placari, legati sunt Ennam missi. Hæc igitur Ceres uel religio-
 sissima, quam uidere maribus ne adorandi quidẽ gratia licebat: uel antiquis-
 sima, quam S. P. Q. R. sacrificijs donisq; placauerat: ex arcanis & uetustis pe-
 netralibus, à C. Verre immisis latronibus seruis, impunè sublata est. Idem ue-
 rò, cum affirmaret se à Siculis, ut causam prouincię susciperet, oratum, his uer-
 50 bis usus est: Sese iam ne deos quidẽ in suis urbibus, ad quos cõfugerẽt, habe-
 re, q; eorũ simulachra sanctiss. C. Verres ex delubris religiosissimis sustulisset:
 quasi uerò si Verres ex urbibus delubrisq; sustulerat, de cœlo quoq; sustulisset.

Vnde

Vnde apparet, istos deos nihil habere in se amplius quàm materiam, de qua sunt fabricati. Nec immeritò ad te, Marci Tulli, hoc est, ad teipsum hominem Siculi confugerunt: quoniam triennio sunt experti, deos illos nihil ualere. essent enim stultissimi, si ad eos ob defendendas iniurias hominum confugissent, qui C. Verri nec pro seipis irati esse poterant. Atenim Verres ob hæc facinora damnatus est. Non ergo dii uindicauerunt, sed Ciceronis industria: qua uel defensores eius oppressit, uel gratiæ restitit. Quid, quòd apud ipsum Verrem nò fuit illa damnatio, sed uacatio: quemadmodum Dionysio deorum spolia gestanti, dii immortales bonam dederat nauigationem: sic etiam Verri bonam quietè tribuisse uideantur, in qua sacrilegijs suis tranquillè frui 10 posset. Nam frementibus postea ciuilibus bellis, sub obtentu damnationis ab omni periculo & metu remotus, aliorum graues casus & miserabileis exitus audiebat: & qui cecidisse solus omnibus stantibus uidebatur, is uerò uniuersis cadentibus solus stetit, donec illum & opibus sacrilegio partis, & uita satiatum, ac senectute confectum proscriptio Triumuiralis auferret, eadem scilicet quæ Tullium uiolata deorū maiestatis ultorem abstulit. Quinetiam felix in eo ipso fuit, quòd ante suam mortem crudelissimum exitum sui accusatoris audiuit: dijs uidelicet prouidentibus, ut sacrilegus ac prædo ille religionum suarum non antè moreretur, quàm solatium de ultione cæpisset.

C O M M E N T A R I V S.

20

Pergit in exhibendo simulachra & templa. Cæterum argumenta huius capitis potissimè ex causis efficiètib; materialibus, formalibus que ducta sunt. Efficiens, ut faber: materia, ficulnus: & forma, Priapus, &c. Olim truncus.) libro Serm. primo, satyra 8. Vide Vadianum, eo quem supra citauimus loco. Ficulnus.) Ficulnus prouerbiali figura significat inutilem, et fragilem. Vide Erasmus. Vidimus ipsi huius simulachra duo, ex alabastro antiquissima, ex Sicilia allata, & inter Euggororum antiquitates reposita: & ibidem aliud mulieris, calathum gestantis, mentulis ita refertam, ut undique propendeant. Tentiginem.) Prurigo Veneris est. *σώματα* *συ* *Γα* in problematibus Aristotelicis tentiginem uertit: *λευσμόν* uerò generaliter pruriginem. Nostra uernacula lingua *kitzel* / *oder gusel*. Vtitur hac uoce Maro quoque in Priapeijs. Hellepontiaci.) Ratio huius epitheti in primo libro est reddita. Hanc uanitatè exhibat Arnobius libro tertio. Vbi ergo ueritas? A notatione. *λεωόμδου* huius ratiocinationis est: Christianæ religionis ueritatè, quæ spiritalis est, casibus terrenis non esse obnoxiam. Persio.) Satyra 2.

— At uos

Dicite pontifices, in sacro quid facit aurum? Nèpe hoc, quod Veneri donatæ à uirgine puppæ. Romani apud Ciceronem de Legibus 2. antiqua lege monentur, ut opes à sacris amoueant. & apud Græcos Hesiodus fratrem monet,

νεδδωαμύ οτ' εγδ' εμ' εσθ' ἀδανάτωσιν θεοισιν

ἀγνώσ καὶ κελάρως, &c. Ouidius Fastorum primo, antiquorum frugalitatè cõmendat his uerbis:

Iuppiter angusta uix totus stabat in æde,

Inq; Iouis dextra fictile fulmen erat.

Frondeb; ornabāt, quæ nunc Capitolia gemis, &c.

Hæc non, ut Lactantius, confirmandæ religioni 30

in medium profero: sed ut pudore afficiam falsos

Christiani nominis professores, quibus tota religionis ratio in magnificentia & splendore posita

est: quam & D. Hieronymus improbat ad Nepo-

tianum, de uita clericorum. Sed de hac uanitate

infra libro quinto, cap. 21. plura. Compo-

situm.) Plautius & Nebriffensis, per ius com-

positum, ius humanum intelligunt: per fas animi,

ius diuinum. Mihi simplicius uidetur, si intelligamus

ius scriptum, & legem æternam. Ve-

neri.) Argiua. Vide de hoc Alexandrū ab Ale-

xandro, libro quinto Genialium dierum, cap. 18.

Polycletus.) statuarius. Floruit Olympiade

87. Frequens huius apud Plin. mentio libro 34.

Euphranor.) Praxitelis æqualis, centesima-

quarta Olympiade. Plin. Phidias.) Athe-

niensis, ebore & marmore pariter præstans. Flo-

ruit Olympiade 82. Plin. In hoc argumento mul-

tus est Tatianus. Bis pueri.) Vide prouer-

bium apud Erasmus. Quibus est qui-

dem os.) Alludit ad illud Dauidicum: Os ha-

bent, & non loquuntur, &c. His peplos.)

Eadem

40

50

Eadē uanitas in Romana ecclesia non minor est, quā apud gentes fuerit olim. Dionysius Siciliae.) De hoc Valer. lib. 1. cap. de neglecta religione. Iocularibus etiā dictis.) Ridiculum exemplū est Hercules ligneus à Diagona exustus: de quo Epiphan. in Achorato, & Clemens Alexandrinus in Protreptico. Cic. de Nat. deorum 3. Sugillantur hęc etiā ab Arnobio lib. 6. Cęsar Germanicus in Arato, scribit Apollinem sine barba pingi, quia occidendo & nascendo semper est iunior: siue quod nunquam in sua uirtute deficiat. At enim.) ἀβύρο-φογῶ. Prosperē nauigauit.) Ab euentis exempla amplificationem accipiunt. A' Platone.) Quem diu secum habuit: ut ex Laertio & epistolis Platonis patet. Catanensi.) Catana, κατάνη, Colonia Ptol. De huius nomine uide Stephan. Ennensi.) ἔννη, Enna, etiā Strabonis & Melæ testimonijs, Cereris cultu nobilis. Quare non modō hic, sed etiā apud Claudianum & Silium, Enneam emendare iubeo, ubi Aetnæam pro Enneam legitur. tantum abest ut illis subscribam, qui apud Cic. Aetnæam correctū uolunt. Ceterum quod ἄταξια, quasi humilis à Lycophrone nominatur, hic nihil dicimus. Maribus.) Nam Christiana religio ignorat πῆσοι πολυψία. Ceterum de Cereris cultu lib. 1. dictum est. Caio Verre.) Cn. Pompeio pri-
mum & M. Crasso cos. C. Verres perfunctus quaestura, legatione, praetura urbana, patre C. Verre, & Prætextato filio, & filia nupta, uxore habens, cum successisset in Sicilia C. Sacerdoti Praetori, eamq; nō sibi succedente Arrio per triennium tenuisset, atq; in ea fuisset libidinosē, auarē, crudeliterq; uersatus, succedente tandem in eandem prouinciam Metello, repetundarum reus ab Sicilia postulatus est: qui omnes, praeter Syracusanos & Mamertinos, M. Tullium illo tempore florentem defensionibus amicorum, ad accusandum descendere compulerunt. Hęc Ascon. in diuinat. Extant 7. Ciceronis contra Verrem orationes. Sed quod ad praesens negocium attinet, sexta praeter ceteris legenda est. Scribitur historia etiā à Valer. lib. 1. cap. 1. Damnatus.) Quadringentes enim sestertium abstulerat, teste Cic. κατὰ δὴν δέος δέ, Plut. autore, ἐξ ἑβδμήκοντα ὀγδὲ μύριαδ' ὧν: id est, interprete Budæo, tricies sestertium: id est, septuaginta milibus aureorū coronatorū, cōputate eodē Budæo. Qui cecidisse.) ἀντιμεταβολή. Ceterum de Triumuirorū proscriptione, lege Eutrop. lib. 7. Appianū lib. 4. Plut. in Antonio, Flor. lib. 4. ca. 5. Oros. lib. 6. cap. 18. Velleium Patere. li. 2. et alios. nuspian tamen, quod ego sciam, Verri mētio sit.

30 Quod solus omnium creator Deus uerus est, solusq; colendus: nec elementa, nec corpora coelestia aliquid diuinitatis habent: in quo & Stoici desipiunt, qui
Stellas Deos putant, quæ non sua uoluntate mouentur, sed
Dei: & qua ratione eas sic fieri uoluit.

CAP. V.

Quanto igitur rectius est, omīssis insensibilibus & uanis, oculos eō tendere, ubi sedes, ubi habitatio est Dei ueri: qui terram stabili firmitate suspendit, qui coelū distinxit astris fulgentibus, qui solem rebus humanis clarissimum ac singulare lumen, in argumentum suæ unice maiestatis accendit, terris autem maria circumfudit, flumina sempiterno lapsu fluere præcepit:

Insit & extendi campos, subsidere ualles,
40 Fronde tegi syluas, lapidosos surgere montes.

Quæ utiq; omnia non Iupiter fecit, qui ante annos mille septingentos natus est: sed idem

Ille opifex rerum, mundi melioris origo,

qui uocatur Deus: cuius principium quoniam non potest comprehendī, ne queri debet quidem. Satis est homini ad plenam perfectamq; prudentiam, si Deum esse intelligat, cuius intelligentiæ uis & summa hęc est, ut suspiciat & honorificet communem parentem generis humani, & rerum mirabilium fabricatorem. Vnde quidam hebetis, obtusiq; cordis, elementa quæ & facta sunt, & carent sensu, tanquam deos adorant: qui cū Dei opera mirarentur, id est, coelum cum luminibus uarijs, terram cum campis & montibus, maria cum fluminibus & stagnis, & fontibus: earum rerum admiratione obstupescit, & ipsius artificis obliti, quem uidere nō poterant, eius operam uenerari,
i &

& colere cœperunt, nec unquam intelligere quiuerunt, quanto maior, quan-
 toq; mirabilior sit qui illa fecit ex nihilo: quæ cum uideant diuinis legibus ob-
 sequentia, commodis atq; usibus hominum perpetua necessitate famulari: ta-
 men illa deos existimant esse, ingrati aduersus beneficia diuina, qui Deo pa-
 tri indulgentissimo sua sibi opera prætulere. Sed quid mirum, si aut barba-
 ri, aut imperiti homines errant: cum etiam philosophi Stoicæ disciplinæ in
 eadem sint opinione, ut omnia cœlestia quæ mouentur, in deorum numero
 habenda esse censeant: siquidem Lucilius Stoicus apud Ciceronem sic loqui-
 tur: Hanc igitur in stellis constantiam, hanc tantam in tam uarijs cursibus in
 omni æternitate conuenientiam temporū, non possum intelligere sine men- 10
 te, ratione, consilio: quæ cum in sideribus esse uideamus, nō possumus ea ipsa
 non in deorum numero reponere. Item paulo superius: Restat, inquit, ut mo-
 tus astrorum sit uoluntarius: quæ qui uideat, nō indoctē solū, uerū etiam
 impiē faciat, si deos esse neget. Nos uerō & quidem constanter negamus, ac
 uos o philosophi non solū indoctos & impios, uerū etiam cæcos & ine-
 ptos, delirosq; probamus, qui ignorantiam imperitorum uanitate uicistis. Illi
 enim Solem & Lunam, uos etiā sidera deos putatis. Tradite igitur nobis stel-
 larum mysteria, ut aras & templa singulis erigamus, ut sciamus, quo quanq;
 ritu, quo die colamus, quibus nominibus, quibus precibus aduocemus: nisi
 fortē nullo discrimine tam innumerabiles, tam minutos deos acruatim cole 20
 re debemus. Quid, quod argumentum illud quo colligunt uniuersa cœlestia
 deos esse, in cōtrarium ualeat: nam si deos esse idcirco opinantur, quia certos
 & rationabiles cursus habent: errant, ex hoc enim apparet deos nō esse, quod
 exorbitare illis à præstitutis itineribus non licet. Cæterum si Dij essent: huc
 atq; illuc passim sine ulla necessitate ferrentur, sicut animantes in terra: qua-
 rum quia liberæ sunt uoluntates, huc atq; illuc uagantur, ut libuit: & quocunq;
 mens duxerit, eō feruntur. Non est igitur astrorum motus uolūtarius, sed ne-
 cessarius: quia præstitutis legibus, officijsq; deseruiūt. Sed cum disputaret de
 cursibus siderum, quos ex ipsa rerum ac temporum cōgruentia intelligebat
 non esse fortuitos: existimauit uoluntarios esse, tanquam non possent tam di- 30
 spositē, tam ordinatē moueri, nisi sensus illis inesset officij sui sciens. O' quā
 difficilis est ignorantibus ueritas, & quā facilis scientibus. Si motus, inquit,
 astrorum fortuiti non sunt: nihil aliud restat, nisi ut uoluntarij sint. imō uerō
 ut non esse fortuitos manifestum est, ita nec uoluntarios. Quomodo igitur in
 conficiendis itineribus constantiam suam seruant? Nimirum Deus uniuersi
 artifex si illa disposuit, sic illa machinatus est, ut per spacia cœli, diuina & ad-
 mirabili ratione decurrerent ad efficiendas succedentium sibi temporum ua-
 rietates. An Archimedes Siculus concauo ære similitudinem mundi ac figu-
 ram potuit machinari, in quo ita solem ac lunam composuit, ut inæquales
 motus & cœlestibus similes, conuersionibus singulis quasi diebus efficerent: 40
 & non modō accessus solis, & recessus, uel incrementa, diminutionesq; lu-
 næ, uerū etiam stellarum uel inerrantium, uel uagarum dispares cursus, or-
 bis ille dum uertitur, exhiberet? Deus ergo illa uera non potuit machinari, et
 efficere, quæ potuit solertia hominis imitatione simulare? Vtrum'ne igitur
 Stoicus, si astrorum figuras in illo ære pictas effictasq; uidisset, suo illa consi-
 lio moueri diceret, ac nō potius artificis ingenio? Inest ergo sideribus ratio,
 ad peragendos meatus suos apta: sed Dei est illa ratio, qui & fecit, & regit om-
 nia: non ipsorum siderum, quæ mouentur. Nam si solem stare uoluisset, per-
 petuus dies utiq; esset. Item si motus astra non haberent, quis dubitet sempiternam noctem fuisse futuram? Sed ut diei ac noctis uices essent, moueri ea 50
 uoluit: & tam uariē moueri, ut non modō lucis ac tenebrarum mutæ uicissi-
 tudines fierent, quibus laboris & quietis alterna spacia constarent, sed etiam
 frigoris

frigoris & caloris: ut diuersorum temporum uis ac potestas uel generandis uel maturandis frugibus conueniret. Quam solertiam diuinæ potestatis in machinandis itineribus astrorum quia philosophi non uidebāt, animalia esse sidera putauerūt, tanquam pedibus & sponte, nō diuina ratione procederēt. Cur autem excogitauerit illa Deus, quis non intelligit? Scilicet ne solis lumine decedente, nimium cæca nox tetrīs atq; horrentibus tenebris ingrauesceret, noceretq; uiuentibus. Itaq; & cœlum simul mira uarietate distinxit: & tenebras ipsas multis minutisq; luminibus temperauit. Quanto igitur Naso prudentius, quā illi qui sapientiæ studere se putāt, qui sentit à Deo lumina illa ut horrorem tenebrarum depellerent, instituta? Is eum librum, quo φαινόμενα breuiter comprehendit, his tribus uersibus terminauit:

Tot numero, taliq; Deus simulachra figurā

Imposuit cœlo: perq; atras sparsa tenebras

Clara pruinosa iussit dare lumina nocti.

Quòd si fieri non potest ut stellæ dij sint: ergo ne sol quidem ac luna dij esse possunt, quoniā à luminibus astrorum nō ratione differūt, sed magnitudine. Quòd si hi dij nō sunt: ergo ne cœlū quidem, in quo illa omnia continentur.

COMMENTARIVS.

Vtitur rursus argumento Paulino: τὸ δὲ γινώσκον τὸ θεῶν, φανερὸν ὅτι ἡμῶν. Plut. in Platonicis lib. 1. cap. 6. καὶ πρῶτον μὲν τὸ ἐκ τῶν φαινομένων καὶ μεταφῶν θεῶν γὰρ γίνονται ἔχοντες ἅπασαν φαινομένων ἀστέρων, ὁρῶντες τούτους μεγάλῃ συμφωνίᾳ ὄντας αὐτοῖς, καὶ τεταγμένας ἡμῶν τε καὶ νύκτα, χειμῶνα τε καὶ θρόνον, ἀνατολὰς τε καὶ δυσμᾶς, καὶ τὰ ὑπὸ τῆς γῆς ζωογονήματα καὶ καρπογονήματα. De hac lege uide omnino Theodoretum Ser. de prouidentia primo. Qui terram stabili.) Philo Iudeus in libro quē de Mundo scripsit, quaerit quæ sit basis mundi. tandem colligit, quòd sit ὁ νόμος ὁ αἰδώς θεῶν αἰωνίος. Cuius legis meminit etiam David Ps. 148. In argumentum.) Similia scribit August. in Genesin ad literam. Pie de his rebus canit Alcimus Auitus in libro de Origine mundi. Sed maiestate pleniora sunt, quæ de mundi creatione canit Sibylla. Iussit & extendi.) Versus sunt Ouidij ex primo Metamorph. Cuius principium.) Est enim ἀρχαῖος, ut Nonnus noster ipsam nominauit: ἔσ' ut Sibylla, ἀρχαῖος. Unde quidam hebetis.) Hoc se etiam Plutarchus ex supra citatis sequentiū fuisse testatur: Cœlum nempe omnium patrem arbitratos fuisse, terrā uerò matrē. Et aerē quidē patrem, quòd aquarū lapsus seminis uicem præbeat: terramq; matrē, quòd matris uice has excipiat, ἔσ' deinde pariat. Versibus hominū.) Gen. 1. Psal. 8. Siquidē Lucilius.) Hæc sunt in 2. de Nat. deorū. Sed in pri. reprehenduntur Xenocrates & Alcmeon Crotoniates, quòd sideribus diuinitatē tribuant. Causa uerò huius opinionis unde nata sit, Plutarchus his uerbis refert:

βλέποντες ἢ αἰετῶν ἀστέρας θεόντας, αὐτοῖς τε τὸ θεωρεῖν ἡμᾶς ἡλίον τε καὶ σελήνην, θεῶν προσηγόρευσαν. Quid quòd Clinia apud Plat. in 10. de Legib. soli, lunæ, cæterisq; sideribus, eo quòd mouentur, animā tribuit, deosq; nominat? Quid quòd ter maximus ille Mercurius, in 5. Pœmandri dialogo, soli ob perpetuū ordinē, diuinitatē assignat? licet figuratē id intelligi possit, eo quòd primaria causa ad Deum harū gubernatorem referatur. D. Augustinus multis in locis ostendit, Manichæos solem, lunā, cæteraq; sidera coluisse. Est rursus aliud hominū genus, Atlantes nimirū, quos degeneres humani ritus Plin. uocat, qui solem orientē, occidentemq; dira imprecatione cōtuentur, ut exitialem ipsis, ἄγριςq;.

Quid quòd.) ἀνάλογος, ex falsa definitione. Existimauit uoluntarios esse.) ἀνάλογος ex nō sufficiente enumeratione. Et hoc modo aptissime soluuntur dilemmata. Cæterum πῶς ἐκείσιν καὶ ἀκείσιν, ἔσ' c. uide Nemesium, de natura hominis. An Archimedes.) Cic. in primo Tusc. quæst. Nam quū Archimedes lunæ, solis, quinq; errantiū motus in sphaerā alligauit, effecit idem quòd ille qui in Timæo Platonis mundū ædificauit Deus, ut tarditate ἔσ' celeritate dissimilimos motus una regeret conuersio. Quòd si in hoc mundo fieri sine Deo nō potest, ne in sphaera quidem eosdē motus Archimedes sine diuino ingenio potuisset imitari. Huius sphaeræ meminit etiā in 2. lib. de Natura deorum, similisq; à Posidonio effictæ. Et ingenij rursus lib. 5. Tusc. quæst. quòd fecit prouerbio locū, Archimedes non potuisset melius describere. Solin. cap. 11. nominat eum machinarum commentatorem, iuxta siderum disciplinam.

plinam. Tzetzes in Varia historia, de huius machinis haud parum multa scribit. Extat etiā Claudiāni de hoc Epigramma:

Iuppiter in paruo cum cerneret aethera uitro,

Risit, & ad superos talia dicta dedit:

Hucine mortalis progressa potentia curae?

Iam meus in fragili luditur orbe labor?

Iure poli, rerumq; fidem, legemq; uirorum

Ecce Syracusius transtulit arte senex.

Inclusus uarijs famulatur spiritus astris,

Et uiuum certis motibus urget opus.

Percurrit proprium, metitur signifer annum,

Et simulata nouos Cynthia mense redit.

Iamq; suum uoluens audax industria mundum

Gaudet, & humana sidera mente regit.

Quid falso in fontem tonitru Salmonia miror?

Aemula naturae parua reperta manus.

De eius interitu dicitur apud Val. lib. 8. cap. 7.

Inaequales motus.) Vide de his, praeter alios,

Plin. lib. 2. & Cleomed. lib. 2. Conuersionibus.)

Regressibus quos faciunt ab utroq;

tropico, qui ob hoc ipsum τροπικῶν appelluntur,

teste Proclo. Sol enim, inquit Plin. in 18. quotidie

ex alio caeli momento, quam pridie, oritur. Vel

errantium, uel uagarum.) Error hic manifestus est.

Errantes enim stellae quid aliud sunt,

quam uagae, quae Graecis à uago errore πλανη-

ται dicuntur. Inerrantes autem forte legendum, uel haerentes: sic enim quidam fixas, meo quidē iudicio, nō ineptē nomināt, quae Graecis ἀπλανῆς

ἢ ἄδελμῶς dicuntur. Inest ergo.)

Concessio, per translationē. Nam si solem.)

Plin. lib. 2. cap. 19. Animalia esse.) In quo

errore etiā Origenes fuit in li. πρῶτῃ ἀρχῶν. quē

Hieronymus ad Auitum inter ceteros numerat.

Cur autem.) Machometica uanitas est, Deū

hæc lusus gratia fecisse. Sic enim ex Alcorano ca 10

put confutatur à Ioanne Cantatuzeno, quod ipse

his uerbis citat: ὅτι διαλεγόμεθα ὡς ἔστι ὁ

θεός, ἐπιφανῶς πτωχῶς χεῖρῶν ἐποίησε ἢ ἕσ

μου. Quo de plura legere poteris apud Lud. Viuē

lib. de uera religione i. cap. 11. Naso.) Qui

hæc transtulit ex Arati Phenomenis, quos uersiculos

citatur etiam Plut. li. 2. de Philosophorum placitis,

cap. 19.

αὐτὸς γὰρ σήματ' ἐν ἔργῳ ἐσνεύειν,

ἄσπρα διακρίνας, ἐσκέψατο δ' εἰς γνῶσιν 20

ἀσφῶς, οἴκε μάλιστα τῆσιν μὲν ἀσημαίνουσιν.

Ceterum Ouidij Phenomena hodie desiderantur,

cuius etiā Probus meminit. Non ratione.)

Scilicet essentiae. Quasi dicat, non genere,

sed specie. ὁ λόγος δὲ τῶν ὁσίων αὐτῶν. Ceterum

de siderum essentia hic quicquam dicere, ambitio

sæ cuiusdam uidetur, esse affectationis.

Quod nec mundus totus, nec elementa, sint uel Deus, uel animata.

CAP. VI.

Simili modo si terra, quā calcamus, quam subigimus, & colimus ad uictū,

Deus nō est: nec campi quidē, ac montes dii erunt. sed si hi nec sunt, ergo

ne tellus quidē uniuersa Deus uideri potest. Item si aqua, quæ seruit animan-

tibus ad usum bibendi, aut lauandi, Deus nō est: nec fontes quidē, ex quibus

aqua profluit. si fontes nō sunt, nec flumina quidē, quæ de fontibus colligun-

tur. si flumina quoq; dii nō sunt, ergo & mare, quod ex fluminib. cōstat, Deus

haberi nō potest. Quod si neq; cœlū, neq; terra, neq; mare, quæ mundi partes

sunt, dii esse possunt: ergo ne mundus quidē totus Deus est, quem ijdem ipsi

Stoici & animantē & sapientē esse contendunt, & propterea Deum. in quo

tam incōstantes fuerūt, ut nihil dictū sit ab his, quod nō ab ijdem fuerit euer-

sum. Sic enim argumentantur: Fieri non posse, ut sensu careat, quod sensibilia

ex se generat. Mundus autem generat hominē, qui est sensu præditus: ergo &

ipsum sensibilem esse. Item, sine sensu esse nō posse, cuius pars habeat sensum:

igitur quia homo sensibilis est, etiam mundo, cuius pars homo est, inesse sen-

suum. Propositiones quidem ueræ sunt, & sensibile esse, quod sensu præditū gi-

gnat: & habere sensum, cuius pars sensu aucta sit: sed assumptiones falsæ, qui-

bus argumenta cōcludunt: quia neq; mundus generat hominē, neq; mundi

homo pars est. nam hominē à principio idem Deus fecit, qui & mundū: & nō

est mundi pars homo, sicut corporis membrū: potest enim mundus esse sine

homine, sicut & urbs & domus. Atqui ut domus unius hominis habitaculū

est, & urbs unius populi: sic & mundus domiciliū totius generis humani. Et

aliud est quod incolitur, aliud quod colit. Sed illi, dum student id quod falsū

fulceperant,

- susceperant, confirmare, & sensibilem esse mundum & Deum: argumentorū
 suorum cōsequentiā non uiderunt. Nam si mundi pars est homo, & sensibilis
 est mundus, quia homo sentit: ergo quia mortalis est homo, mortalis sit &
 mundus necesse est: nec tantū mortalis, sed etiam omnibus morbis passioni-
 busq; subiectus. Et ecōtrariō, si Deus est mundus, & partes eius utiq; immor-
 tales sunt: ergo & homo Deus est, quia pars est (ut dicitis) mundi. si homo,
 ergo iumenta, & pecudes, & cætera genera bestiarū, & auis, & pisciū: quoniā
 & illa eodē modo sentiūt, & mundi partes sunt. At hoc tolerabile est: nam &
 hæc colūt Aegyptij. Sed res eō peruenit, ut ranæ, & culices, & formicæ dñj es-
 se uideantur, quia & ipsis inest sensus, & partes mundi sunt. Ita semper argu-
 mēta ex falso petita ineptos & absurdos exitus habēt. Quid, quodd idem ipsi
 aiunt, deorū & hominū causā mundū esse cōstructū, quasi cōmunem domū:
 ergo nec mundus Deus est, nec animās, si cōstructus est: animans enim non
 cōstruitur, sed nascitur. Et si est ædificatus, sic utiq; tanquā domus, tanquā nā-
 uis: est ergo aliquis artifex mundi Deus, & seorsum erit mundus qui factus
 est, seorsum ille qui fecit. iam illud quā repugnās & absurdum: quod cūm
 cœlestes ignes, ceteraq; mundi elemēta deos esse affirmant: idem ipsum Deū
 mundum dicunt: quomodo potest ex deorum multorum aceruo unus Deus
 confici? Si astra dñj sunt, mundus ergo non Deus, sed domiciliū deorū est.
 20 Si uerō Deus mūdus est: ergo omnia illa quæ sunt in eo, dñj non sunt, sed Dei
 membra: quæ utiq; solius Dei nomen accipere non possunt. Nec enim rectē
 quis dixerit, membra hominis unius, multos homines esse: sed tamen non est
 similis comparatio animalis & mundi. Animal enim quia sensu præditum est,
 etiam membra eius habent sensum, nec nisi à corpore diuisa putrescunt.
 Cuius igitur rei similitudinem gerit mundus: Nimirum ipsi docēt, cūm factū
 esse non diffitentur, ut esset dñs & hominibus quasi cōmunis domus. Si ergo
 est constructus, ut domus, nec ipse Deus est, nec elementa, quæ sunt partes
 eius: quia neq; domus habere dominium sui potest, neq; illa, de quib. domus
 constat. Non tantum igitur ueritate, sed etiam uerbis suis reuincuntur. Sicut
 30 enim domus in usum habitandi facta, per se nihil sentit, dominoq; subiecta
 est, qui eam fecit, aut incolit: ita mundus per se nihil sentiēs, factori Deo subia-
 cet, qui eum in usum sui fecit.

COMMENTARIUS.

- Non minora sunt terræ miracula quā cœli,
 quæ nobis certissima diuinæ maiestatis τεκμη-
 ρια sunt: quæ ob id ipsum stulta antiquitas in erro-
 ris argumentum rapuit, ut crederet res creatas,
 & providentia Dei nascentes diuinitatem habe-
 re. & Chrysippus, præsertim (ut Plutarchus in
 40 Stoicorum contradictionibus refert) mundum
 ipsum Deum facit. Diluit argumēta ipsorū ab ef-
 fectibus, per gradationem ad ipsos fontes reuoca-
 tis. Subigitur.) Cato apud Cic. de Senect.
 Quinquā non modo fructus quidem me, sed etiā
 ipsius terræ us ac natura delectat, quæ cum gre-
 mio mollito ac subactō semen sparsum excipit.
 Vbi de metaphora nonnihil diximus. Oritur autē
 hic error ex Hesiodi Theogonia, ubi sic canit:
 λέλειπε δ' ἀθωάταρ ἰδρὸν γῆρος, αἰὼν ἐόντων,
 50 οἱ γῆς ἀνεγέρσαντο, καὶ ἔργων ἀσδρόνοντος,
 νυκτὸς δὲ δναφδρῆς, ὅς δ' ἔλμυθὸς ἐτραφε
 πόντος.

εἶπατε δ' ὡς τὰ πρῶτα θεοὶ καὶ γαῖα γῆρον
 το, (δυνω,
 καὶ ποταμοὶ, καὶ πόντος ἀπέειπτος, οἰδ' ματὶ
 ἀσπράτε λαμπρότωντα, καὶ ἔργων εἰργῆς ὕ-
 πέρθην,
 οἱ τε ἐκ τῆς γῆς ἐγέρσαντο θεοὶ δναφδρῆς ἔαω, &c.
 Et inferius fluuios ex Oceano & Thetide natos
 ait. Sic enim canit:
 τῆθός δ' ὠκεανὸς ποταμὸς τε καὶ θηήντας,
 νεῖλον τε, ἔλφείον τε, καὶ ἠελιδ' αὐοῦ βαθῆ δν-
 cum longo sequentium catalogo. (vlw:
 Sed contra has nugas etiam Lucretius disputat,
 lib. 5. Quod si neq;) Cic. etiam de Nat.
 deorū dicit, partes mundi non esse partes Dei.
 Stoici.) Nam sic apud Cic. in 4. Academicarum
 questionū legitur, quod Stoici sentiant hunc
 mundū esse sapientiē, habere mentē, quæ & se &
 ipsum fabricata sit, et omnia moderetur, moueat,
 regat. Neq; Stoici solimundū Deum esse credūt.

Plato siquidem etiā ipse sub finem Timæi sic scribit: *ὄντα γὰρ καὶ ἀθάνατα ζῶα λαβῶν, καὶ συμπληρωθεὶς ὁ δὲ ὁ νόσμος, ἔτι ζῶον ὄρατ', τὰ ὄρα τὰ πῶδ' ἔχον, εἰκῶν τῶ νοητῶ, θεὸς αὐθιγὸς, μέγιστος καὶ ἀριστος, καὶ μισθὸς τε καὶ τιμὴ τῶν ἀθανάτων, εἰς ἄθανάτων ὁ δὲ μονογενὴς ὄν.*
 Quamquam Marsilius legisse videtur, *εἰκῶν τῶ νοητῶ θεῶ ἀθανάτων.* In eodem etiam errore fuerunt Manichæi: ut Basilius 8. Homilia in Hexameron memorat. Cæterum, utrum mundus sit animans, videbis Philosophorum opiniones apud Plut. in Placitis, li. 2. ca. 3. Propositiones.) Nō prothetis, sed *πρωταίσις*, quas maiores uocant Scholastici, Quintilianus intentiones. Assumptiones sunt, quas Scholastici minores uocant, *Γραμμάτια*. Lactantius Ciceronem sequitur, sed de syllogismi partibus in Dialecticis plenius dicitur. Quibus argumenta cōcludunt.) Concludere hoc loco significat *συμλογίζεσθαι*. Nam *συμλογισμὸς* significat non modò id quod ratiocinatio, sed etiā id quod cōplexio, siue *συμπόρρομα*, id aut fit per *λενωρῶν*: quod plerūq; *λήμμα* est, siue assumptio. A principio idem Deus fecit.) Quod fit, illud non generatur. Est enim omnino aliud *ἡγεσις* quàm *ἀλλοίωσις*. Item, *τὸ αἶμα ἔμὴ πρὸς ὄρατον, ὁ δὲ ὕπερον.* Mundus domiciliū.) Cic de Finib. li. 3. aliud quidem agens, sic scribit: Mundū aut censeat regi numine deorū, eumq; esse quasi cōmunē urbem & ciuitatem hominū & deorū: & unumqueng; nostram eius mundi esse partē. Quo loco homines mundi partes esse, nō ita accipiendū est. Lactantius de partibus essentialib. loquitur, Cicero de ciuilibus *σωκεδονικῶς*. Mortalis sit & mundus.) A pugnantib. Mortalē enim & immortalē esse pugnat. Simplicii aut generatione unumquodq; sui generis aliquid generat. Partes eius.) Eodē modo Socrates, ut Augustin. in Retractationib. indicat, absurda quorundā rationem eodē detegit modo. Si mundus sit Deus, & omnes mundi partes dii sint, necesse esse, ut quilibet etiam lapis Deus censendus sit. Iumenta & pecudes.) Hoc conqueritur etiā Paul. Ro. 1. *καὶ ἠλάφαι τῶν θῆρων τῶ ἀφάρτη θεῶ καὶ ὁμοιωματι εἰκῶν & φάρτη ἀνθρώπων, καὶ πετεινῶν καὶ τετραπόδων, καὶ ἔρπυσσῶν, &c.*

Nam & hæc colūt Aegyptij.) *Ταυτὰ αὖ* quoties Lactantius Aegyptiorū idola. Nos hoc loco annotauimus, quibus locis aliq; quoq; tum sacrum prophani authores de his scripserunt. Herod. in 2. præ cæteris copiosius: Philostratus in uita Apollonij lib. 6. Cic. in 5. Tusc. Q. Aegyptiorū, inquit, morē quis ignorat, quorū imbutæ mentes prauitatis erroribus, quamuis carnificinam prius subierint, quàm ibin, aut aspidem, aut selem, aut canem, aut crocodilum uolent. Lucian. de Sacrificijs: *ὡς δ' ὅτι τῶν αἰγυπτίων ἔλθουσ, τότε δ' ἂν τότε ἔπειτα πομπὰ τὰ στυνά, καὶ ὡς ἀλλυθῶς ἀξία τῶ ἔργων. λεωρῶν ὄρατον μὲν τῶν δια, λεωρῶν ὄρατον δὲ τῶν βέλτιστον ἐργῶν, καὶ τῶν πᾶσα ὄρατον τρέφον, καὶ ἴθιεν τινά, καὶ λεωρῶν ὄρατον, καὶ πῆκον.* Solin. cap. 45. de hisce animalibus quæ in Aegypto peculiariter sunt, scribit. Ex Ecclesiasticis scriptoribus contra uanam Aegyptiorum idololatriam scribunt Augustinus in lib. quem de Baptismo contra Petilianum scripsit: Origenes in Exodi cap. 7. Homilia. 4. Hieronymus in 45. cap. Esaiæ. Et aduersus Iouinianū li. 2. indicat, Aegyptiorū multa oppida ab animalib. quæ colunt, esse denominata. Nemo de his copiosius quàm Eusebius li. de Præparat. Euangelica 2. ca. 1. ex Diodoro. Mundū esse cōstructū.) Plato quoq; utraq; utitur loquēdi ratione, & *νόσμου ἡγεσις* in Timæo nō semel dicit, & *ἡγεσις νόσμου* frequens apud ipsum mentio est. Interea tamē appellat Deū mundi officic. Mundū rursus appellat *ζῶον ἐμψυχον, ἔμψυχον καὶ τέλειον.* Quæ opinio ex Thaletis dogmate nata est, qui Deū mundi mentē dixit. Sed Damascenus rectius: *μυθεῖς*, inquit, *ἐμψυχῶν ὄντων ἔργων ἢ ὄντων φωνῆς ὡς ἀλλοιωθεῖ τῶ ἀψυχοὶ γὰρ εἰσ, καὶ ἀναίδοτοι.* Philo quoq; Iudæus Platonem aliquo modo defendit, eo quod à Mose quoq; ὁ νόσμος ἡγεσις sit dictus, quicq; creationis libro *ἡγεσις* titulū fecerit: quū interim tamē nihilominus dixerit, *ὅτι ἀρχὴ ἐποίησεν ὁ θεὸς τῶν ἔργων καὶ τῶν γῶν.* Sed omnino si mundus à Deo ex nihilo factus est, quem admodum professio Christiana credit, genitus nō fuit. Nam *ἡγεσις* fit, quando materia aliam formam substantialem induit. Sed hæc disputatione prosequi, huius instituti non est.

De Deo, & religionibus insipientium, de auaricia, & maiorum authoritate.
 CAP. VII.

Duplici autem ratione peccatur ab insipientibus. Primū, quod elementa, id est Dei opera Deo preferunt. Deinde, quod elementorum ipsorum figuras humana specie cōprehensas colunt. Nam solis lunæq; simulachra humanam

manum in modum formant: item ignis, & terræ, & maris, quæ illi Vulcanum, Vestam, Neptunum uocant, nec elementis ipsis in aperto litant. Tanta homines imaginum cupiditas tenet, ut iam uiliora ducantur illa quæ uera sunt, auro scilicet, gemmis & ebore delectantur. Horum pulchritudo ac nitor præstringit oculos: nec ullam religionem putant, ubicumque illa non fulserint. Itaque sub obtentu deorum, auaricia & cupiditas colitur. Credunt enim deos amare quicquid ipsi concupiscunt, quicquid est propter quod furta & latrocinia, & homicidia quotidie sæuiunt, propter quod bella per totum orbem populos urbemque subuertunt. Consecrant ergo dijs manubias & rapinas suas, quos certe
 10 necesse est imbecilles esse, ac summæ uirtutis expertes, si subiecti sunt cupiditatibus. Cur enim cœlestes eos putemus, si desiderant aliquid de terrâ: uel beatos, si aliqua re indigent: uel incorruptos, si uoluptati habent ea, in quibus appetendis cupiditas hominum non immerito damnatur. Veniunt igitur ad deos non tam religionis gratia, quæ nulla potest esse in rebus malè partis & corruptilibus, quam ut aurum oculis hauriant: nitorem læuigati marmoris aut eboreis aspiciant, ut insignes lapillis, & coloribus uestes, uel distincta gemmis fulgentibus pocula insatiabili contemplatione contrectent: & quanto fuerint ornatiora templa, & pulchriora simulachra, tanto plus maiestatis habere creduntur: adeo religio deorum nihil aliud est, quam quod cupiditas humana miratur. Hæ sunt religiones, quas sibi à maioribus suis traditas, pertinacissime
 20 tueri ac defendere perseverant: nec considerant quales sint, sed ex hoc probatas atque ueras esse cōfidunt, quod eas ueteres tradiderunt: tantaque est autoritas uetustatis, ut inquirere in eam, scelus esse ducatur. Itaque creditur ei passim, tanquam cognita ueritati. Denique apud Ciceronem sic dicit Cotta Lucilio: Habes Balbe, quid Cotta, quid Pontifex sentiat: fac nunc ego intelligam, quid tu sentias. à te enim philosopho rationem religionis accipere debeo. Maioribus autem nostris, etiã nulla ratio e reddita, rationis est credere. Si credis, cur ergo rationem requiris, quæ potest efficere ne credas? Sin rationem requiris, & quærendam putas, ergo non credis: ideo enim quæris ut eam sequaris, cum inueneris.
 30 Docet ecce te ratio, non esse ueras religiones deorum. Quid facies? maiores ne potius, an rationem sequeris? quæ quidē tibi non ab alio insinuata, sed à teipso inuenta & elata est, cum omnes religiones radicibus eruisti. Si rationem ualis, discedere te necesse est ab institutis & autoritate maiorum: quoniam id solum rectum est quod ratio prescribit. Sin autem pietas maiores sequi suadet: fateris igitur & stultos illos fuisse, qui excogitatis contra rationem religionibus seruerint, & te ineptum qui id colas, quod falsum esse conuinceris. Sed tamē quoniam nobis tantopere maiorum nomen apponitur, uideamus tandem, qui fuerint maiores illi, à quorum autoritate discedi nefas ducitur. Romulus Urbem conditurus, pastores inter quos adoleuerat, conuocauit. cumque is numerus colenda urbi parum idoneus uideretur, constituit asylum. Eo passim confugerunt
 40 ex finitimis locis pessimi quique sine ullo conditionis discrimine. Ita conflauit ex his omnibus populum, legitque in Senatum eos qui ætate anteibant, & patres appellauit, quorum consilio gereret omnia. de quo Senatu Propertius Elegiarum scriptor hæc loquitur:

Curia, prætexto que nunc nitet alta Senatū,

Pellitos habuit, rustica corda, patres.

Buccina cogebat priscos ad uerba Quirites,

Centum illi in prato sæpe Senatus erat.

Hi sunt patres, quorum decretis eruditi ac prudentes uiri deuotissime seruiant. idque uerum ac immutabile omnis posteritas iudicet, quod centum pelliti senes statutum esse uoluerunt. quos tamen (ut in primo libro dictum est) Pompilius illexit, ut uera crederent esse sacra, quæ ipse tradebat. Est uerò quod

illorum autoritas tanti habeatur à posteris, quos nemo, cum uiuerent, affinitate dignos iudicauit.

C O M M E N T A R I V S.

Prosequitur ceptam disputationem. Nihil hic in gentium uanitatem dicitur, quod non iustissime in Romanã religionẽ dici possit. Quod elementa.) Idem dicit cum Paulo, qui eo quẽ iam supra citauit loco, sic ait: οἱ τινὲς μετὰ λαζάρου καὶ Ἀλκίβειαν αὐτῶν τῶν ἑσθλῶν, καὶ ἑσθλῶν, καὶ ἑσθλῶν τῶν ἑσθλῶν. Nam solis, lunæ, &c.) Euseb. lib. de Præparat. euangelica 3. cap. 2. contra hæc disputat. Græcis destitutus, interpretationem adscribam: Quid enim necesse fuit hominũ formas elementis accommodare, quum etiam absq; his colere ea potuerint? Vtris autem eæ appellationes inditæ primum fuerunt? utrum Vulcanus, Minerva, Iupiter, Neptunus, uno nomine de elementis primo, deinde de hominibus æquiuocet: an econtrã hominibus primum imposita ad elementa mararunt? Ex hac collatione obseruare est, uocem Elementi antiqua quadam Theologica loquendi ratione nõ quatuor dũtaxat illa significasse, sed etiam quaslibet alias res creatas. Qui loquendi modus ex Paulinis scriptis fluxisse uidetur. ad Gal. enim cap. 4. sic scribit: ὁ τὸ πνεῦμα υἱοῦ τοῦ θεοῦ καὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ καὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ καὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ. Quem locum etiam Hieronymus quosdam sic intelligere testatur. Et certẽ, quum locus ille de Mosãica lege magis quã Gentilium uanitate intelligendus sit, nõ uideo, quum nõ longe inferius Paulus se ipsum exponat his uerbis: τὸ πνεῦμα υἱοῦ τοῦ θεοῦ καὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ καὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ καὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ. Denicq; apud Cic.) De Natura deorum 3. non longe à principio. A te enim philosophia.) Qui tantas habes progressionem in Stoicis, ut cum excellẽtibus in eo genere Græcis comparari possis. Si credis.) Ab effectibus

inter se pugnantibus. Socrates Gorgiam Platonicum docet, non idem esse μεμβρανῶν καὶ πνεύματος ὄντων, non μὲν ἄλλω καὶ πνεύματι. Discernit inter ea hoc modo, quòd πνεῦμα uera alia, alia falsa esse possit: ἄδυσίμω uerò, quæ rationis effectus est, nequaquam falsa esse possit. Fidei nomẽ hic nõ id significat, quod apud Paulum, ubi huius πνεύματος φροῦδα homines certos reddit, quia πνεύματος est τὸ ἐπιζουδῶν, ἑλεγχος τῶν ἀγαθῶν ἢ βλαποδῶν. Si ἑλεγχος, ergo ratiocinationis uim habet. Alioqui Christiano homini religio esse debet, inquirere in oraculis diuinis. Habent autẽ oraculi autoritatem omnia quæ in sacrorum Bibliorum monumentis scripta leguntur. Pontificum decretis, conciliorum institutis, patrum dogmatibus omnem assensum derogamus, nisi sint uel Scripturæ autoritate roborata, uel ratione legitima, nihil cum Scriptura sacra pugnante, fulcita. Quid facies.) Infringit utrunq; dilemmatis cornu.

Qui fuerint maiores.) Ad eleuanda dogmata, plurimũ ualet autoritatis eleuatio. Id quod oratores in testiũ reiectione obseruare solent. Assumptionem confirmat partim alio testimonio, partim ipsa historia, quæ quasi publicum quoddam testimonium est. Romulus.) Possunt hæc ex Dionysio, Lilio & Plutarcho peti. Constituit asylũ.) Simili modo Romanorum originẽ & æstimationem eleuat Augustin. lib. 1. de consensu Euangelistarum, cap. 12. Fuit autem templũ incertum cui deorum aut geniorum dedicatum, inter montem & Capitoliũ, teste Strabone. Composita dictio uidetur ab æstretico, & συλλῶ uel συλλῶ, q; sacrilegiũ censeatur, si quis aliquẽ in asylo uiolet, factus enim ueluti sponsor fuerat Romulus fugitiuorũ erga deos, ut Dionysius refert. Ceterum de iure asyli superfluum uidetur hic quicquã dicere. Propertius. li. 4. Eleg. 1. qua anti- quæ Romæ frugalitatẽ cũ sui tẽporis luxu cõfert.

De rationis usu in religione: deq; somnijs, augurijs, oraculis, talibusq; portentis. C A P. VIII.

Quare oportet, in ea re maximẽ in qua uitæ ratio uersat, sibi quencq; confidere, suoq; iudicio, ac proprijs sensibus niti ad inuestigandam & perpendendam ueritatem, quã credentem alienis erroribus decipi, tanquam ipsum rationis expertem. Dedit omnibus Deus pro uirili portione sapientiam, ut & inaudita inuestigare possent, & audita perpendere. Nec quia nos illi temporibus antecesserunt, sapientia quoq; antecesserunt: quæ si omnibus æqualiter datur, occupari ab antecedentibus non potest. Illibabilis est tanquam lux, & claritas solis: quia ut sol oculorum, sic sapientia lumen est cordis humani.

humani. Quare cum sapere, id est ueritatem quærere, omnibus sit innatum: sapientiam sibi adimunt, qui sine ullo iudicio inuenta maiorū probant, & ab alijs pecudū more ducuntur. Sed hoc eos fallit, quod maiorū nomine posito, non putant fieri posse, ut aut ipsi plus sapiant, quia minores uocantur: aut illi desipuerint, quia maiores nominantur. Quid ergo impedit, quin ab ipsis sumamus exemplū, ut quomodo illi qui falsa inuenerant, posteris tradiderunt: sic nos qui uerū inuenimus, posteris meliora tradamus? Superest ingens quæstio, cuius disputatio nō ab ingenio, sed à scientia uenit: quæ pluribus explicanda erit, ne quid dubium omnino relinquatur. Nam fortasse aliquis ad il-

10 la cōfugiat, quæ à multis, & non dubijs traduntur autoribus: eos ipsos, quos docuimus deos nō esse, maiestatem suā persæpè ostendisse & prodigijs, & somnijs, & augurijs, & oraculis. Et sanè multa enumerari possunt digna miraculo, in primis illud, quod Accius Nauius summus augur, cum Tarquintū Priscū cōmoneret, ut nihil noui facere inciperet, nisi prius esset inauguratus, eiq; rex artis eius eleuans fidem diceret, ut cōsultis auibus renunciaret sibi, utrum ne fieri posset id, quod ipse animo concepisset, affirmaretq; Nauius posse: Cape igitur hanc, inquit, eotem, eamq; nouacula dissecā. at ille incunctanter accepit, ac secuit. Deinde illud, quod Castor & Pollux bello Latino apud lacum Iuturnæ uisi sunt equorum sudorem abluentes, cum ædes eorum, quæ iuncta

20 fonti erat, sua sponte patuisset, iisdem bello Macedonico equis albis insidentes P. Vacieno Romam nocte uenienti, se obtulisse dicuntur nunciantes, eodē die regem Persen uictum, atq; captū. quod paucis post diebus literæ Pauli uerum fuisse docuerūt. Illud etiā mirabile, quod simulacrū Fortunæ Muliebris nō semel locutū esse traditur. item Iunonis Monetæ, cum captis Veijs unus ex militibus ad eam transferendā missus, iocabundus, ac ludēs interrogaret, Vtrum ne Romam migrare uellet: respondit, uelle. Claudia quoq; proponitur in exemplū miraculi. Nam cum ex libris Sibyllinis Idea mater esset accita, & in uado Tyberini fluminis, nauis in qua uehebatur hæsisset, nec ullo modo aut ulla uī commoueretur: Claudiam ferunt, quæ semper impudica esset habita

30 ta ob nimios corporis cultus, deam submissis genibus orasse, ut si se castam iudicaret, suum cingulum sequeretur: ita nauim, quæ ab omni iuuentute non ualuit commoueri, ab una muliere esse commotam. Illud æquè mirum, quod luē sequente Aesculapius Epidauro accitus, urbem Romam diuturna pestilentia liberasse perhibetur. Sacrilegi quoq; numerari possunt, quorū præsentibus poënis iniuriam suam dii uindicasse credūtur. Appius Claudius Censor, cum aduersus responsum ad seruos publicos sacra Herculis transtulisset, luminibus orbatus est: & Potitiorū gens, quæ prodidit, intra unius anni tēpus extincta est. Item Censor Fuluius, cum ex Iunonis Lacinia templo marmoreas tegulas abstulisset, quib. ædem Fortunæ Equestris, quam Romæ fecerat, tegetet, & mente captus est: & amissis duob. filijs in Illyrico militantibus, summo animi mœrore consumptus est. Præfectus etiā M. Antonij Turullius, cum apud Coos euerso Aesculapij luco classem fecisset, eodē postea loco à militibus Cæsaris est interfectus. His exemplis adiungitur Pyrrhus, qui sublata ex thesauro Proserpinæ Locrensis pecunia naufragiū fecit, ac uicinis deæ littoribus illisus est, ut nihil præter eam pecuniā incolume reperiretur. Ceres quoq; Milesia multū sibi apud homines uenerationis adiecit. Nam cum ab Alexandro capta ciuitas esset, ac milites ad eam spoliandam irrupissent: omniū oculos repente obiectus fulgor ignis extinxit. Reperiuntur etiā somnia, quæ uim deorum uideantur ostendere. Tiberio namq; Attinio homini plebeio per quietē obuersatus esse Iupiter dicitur, & præcepisse, ut Cols. & senatui nunciaret, ludis Circensib. proximis præfultorē sibi displicuisse, quod Antronius Maximus quidam diuerberatū seruū sub furca medio Circo ad suppliciū duxerat,

ideoq;

ideoque ludos instaurari oportere. quod cum ille neglexisset, eodem die filium perdidisse, ipsum autem graui morbo esse correptum: & cum rursus eandem imaginem cerneret, quarentem, satis ne poenarum pro neglecto imperio pendisset: lectica portatus ad Cos. & omni re in senatu exposita, recepisse corporis firmitatem, suisque pedibus domum redisse. Illud quoque somnium non minoris fuit admirationis, quo Cæsar Augustus dicitur esse seruatus. Nam cum bello ciuili Brutiano implicitus graui morbo, abstinere prælio statuisset: medico eius Artorio Mineruæ species obuersata est, monens, ne propter corporis imbecillitatē castris se cōtineret Cæsar. Itaque in aciem lectica perlatus est: & eodē die à Bruto castra capta sunt. Multa præterea exēpla similia possunt 10 proferrī, sed uereor, ne si fuero in propositione rerum contrariarū diutius immoratus, aut oblitus esse propositi uidear, aut crimen loquacitatis incurram.

C O M M E N T A R I V S.

Contra diuinationū uanitatē disputaturus, paucula quædam præmittit de proprio hominis iudicio: Quod non aliorū traditionibus addicti, alienos sequamur errores. Sic etiā humanæ censuræ doctrinarū probationem subiicit, dum ait, Omnia probanda esse: quæ uerò bona sint, arripienda. Constat inde hoc totū caput exemplorū enumeratione, quæ diuinationis aliquid solidæ in se habere apparet: in sequentibus. unde ista credulitas oriatur, diligentius explicaturus. Sunt inquit hæc exempla ex diuinationis generibus orta. Stulta siquidem illa, & nimis credula superstitionibus, antiquitas, quinque diuinationis genera, à uarijs populis sibi obtrusa, amplexa est. quæ Cicero in ijs quos de Diuinatione scripsit libris, his uerbis delineat: Duo, inquit, sunt diuinandi genera, quorū alterū artis est, alterū naturæ. Quæ est autem gens, aut quæ ciuitas, quæ non aut exitis pecudum, aut monstra aut fulgura interpretantiū, aut augurum, aut astrologorū, aut sortium (ea enim fere artis sunt) aut somniorū, aut uaticiniorū (hæc enim duo naturalia putantur) prædictione moueatur? Quas rum quidē rerū euenta magis arbitror, quam causas queri oportere. Quibus quidē uerbis Cicero toto impetu in falsam demonis persuasionē fertur. Deinde grauius in hoc errat, quod posteriora duo naturæ tribuit, quæ sunt diuini numinis propria. Tria uerò priora, quia artis sunt, nihil aliud quàm daemoniaca sunt præstigia. De diuinationū autoritate post Ciceronē lege Plut. in 5. Placitorū, ca. 1. Galenū in historia philosophica, ca. 100. De diuinationis inuentoribus, lege Plin. li. 7. ca. 56. Tatianus cōtra Græcos sibi omnia arrogantes scribēs, diuinationis inuentiōē ad Barbaros transfert, his uerbis: μὴ πάντων ἑλεγχθῆναι διατίθησθε πῶς εὖ διαβαρβαρῶς, ὡς αὐτοῦ ἐλλλωδῶ, μηδὲ φρονήσετε τοῖς τόπων δόγμασι. ποῖον ἴσ' ἂν τῆς δόμα παρ' ἡμῶν, ἢ σῦστα σὺν ἂν ἑβερβαρῶν ἐκτίσασθε; τελεμῶσιων

μὴ γὰρ οἱ δοκιμώτατοι τῶν δ' ὀνειρώτων ἐξ ἑσθῆρου μαυτικῶν κατὰ τὴν ἑσθῆραν ἄστρον πρὸς γνώσιν, πῆσις ὀργισθῶν φρονήσις καὶ ἰσαύρων παλαιότατοι, ἐν πρῶτοις διυτικῶν, ἀστρονομίῃ βαβυλωνίῳ, μαγδύειν πρὸς αἰ, γομετρῶν αἰγύπτιοι, ἢ ἑσθῆ γραμμῶν ποιδείων φοίνικος, ὅλην πρὸς αἰσῶσι τὰς μίμησις ἐνεργείας 20 ἀρχαλοῦτες, ἔσθ. Cæterum cōtra diuinationū nouitatem scribit etiam Euseb. lib. de Præparat. Euangel. 4. ca. 2. Philosophorū sententias infringens. Hæc uerbosius forte, non tamē prorsus πρὸς γῶς. Proprijs sensibus.) Non hoc agit, ut rerū spiritualiū censurā carnis prudentiæ subiiciat. Remotū ergo hinc uolo cōtentiosum quoddam hominū genus, qui omne illud damnāt, quod humana ratione diiudicatur: adducētes illud Pauli, quod ψυχῆς homo non intelligat ea quæ sunt 30 Dei. itē illud Christi ad Petrū: Caro ἔσθ σῆμα tibi hoc non reuelauit. Caro uel sanguis affectibus. æstuās nihil moderabile cogitat, nedū prudenter aut circūspectē. Veritatis uerò indagandæ studiū, rationis opus est: à qua quantū quisque recesserit, tantū indulsit perturbationibus. Qui dicunt sapientiā huius mūdi, rationis humanæ fructū esse: hoc dicūt, quod illi qui credūt aliquē cū ratione insanire posse. Voluptas est huius mundi studiū. Voluptas est esca malorū. Quid quæso tibi reliquitur aliud, 40 quàm huius mundi studiū tantū abesse à sapientiā, quantū mala absunt à bonis? Quæ uerò illa quæ dico sapientiā sit, relinquo ipsi Lactātio latius explicandum. Inuestigandā.) Non hoc inquit agit Lactātius, ut ueritatis censurā carnis prudentiæ, quæ corā Deo stulticia est, subiiciat. Ratio enim mētis est, illius nimirū portionis quæ ad imaginē Creatoris est formata, quæ quidem perturbationum nebulis obducitur, nisi errorum caliginēs diuinæ lucis radijs discutiantur. Id quod ipsius 50 Christi uerbis significatur, cum ait apud Matth. 6. εἰ οὐ τὸ φῶς τὸ ἐν σοὶ σκότος ἔσθ, τὸ σκό-

τὸς πόσους? Character diuinus humanæ menti
 impressus, λόγος eodem cum cœlesti & æterna
 sapiëntia nomine nominatur: estq; lumē illud, quod
 splendorem suum, per casum Adæ si non prorsus
 extinctum, certè obnubilatum amisit, recupera-
 uit per regenerationem: hoc est, illuminatur illo
 lumine perenni cœlestiq;. qui uerò non illuminan-
 tur, amant semper magis tenebras quàm lucem. il-
 li autem amant lucem, qui ueritatis sunt studiosi:
 10 qui ueritatis studiosi sunt, fruuntur uerè ratio-
 ne. Huius rationis iudicio Paulus ipse censuram
 doctrinarum subiicit, in priori ad Thess. epist. ca.
 5. his uerbis: *ἡ ἀλήθεια δὲ καὶ ἡ ἐλευθερία, τὸ κελὸν καὶ
 τὸ ἔλεος.* Quibus inquam hoc dixit Paulus? ijs
 quos ipse ἡ δὲ φῶς appellat, ijs inquam qui spi-
 ritu Dei aguntur. Spiritum autem ueritatis mun-
 dus non potest accipere. Qui non fruuntur ratio-
 ne, sed insanit, dum diuinationibus inhiat, ipsa si-
 quidem diuination à furore & insania nomen ha-
 20 bet: quod & Plato in Phædone, & Platonem Ci-
 cero sequutus fatentur, *μανικὴ* enim, uel *μαντι-
 κή* (quod ab ipsis reprehenditur) Græcis appel-
 latur. Et certè necesse est, ipsos à rationis usu alie-
 nissimos esse, qui entusiasmum quendam & fana-
 ticum furorem diuinitatis quiddam habere, & sa-
 lubrem esse affirmare audent: nisi, ut Comicus
 ait, cum ratione insanire possint. Rectius phrasis
 sacra: *ἡ κηλὸν καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον*
 30 *σὺν ἡμῶν*, & quæ sequuntur Ioel. 2. & Act. 2.
 Dedit.) Tolluntur ergo obiter & merita, &
 liberum, quod uocant, arbitrium. Pro uiri-
 li.) Hic modus loquendi in Iureconsultorum offi-
 cinis est natus, subauditur autem, portio. Est uerò
 uirilis portio, æqualis portio, quādo duo plures ue
 æquali conditione ad hæreditatem admittuntur,
 ut est apud Vlp. in l. uirilis portio. ff. de legatis
 præstandis contra. tab. Virilis autem appella-
 tione interdum totam hæreditatem contineri di-
 cendum esse, docet idem Vlp. in l. uirilis. ff. de uer-
 40 sig. Videtur autem Laet. alludere ad parabolam
 Euangelicam de talentis. Nec quia nos il-
 lis temporibus.) *ἡ ἀλυσίς*, à modis prioris.
 Claritas solis.) Ab analogia. Sic Quintilia-
 nus quoq; uocem præceptoris, ut solem, multis ex
 æquo lucere ait. Sapere, id est ueritatem
 que.) Vocis expositio *ἡ ἀλήθεια* sicut su-
 periori cap. elementa, id est opera Dei. Sine
 ullo iudicio.) Quis ergo Pontifex Roma-
 nus suā nobis tam imperiosè obtrudit autoritatē?
 50 quum Ioannes ipse in sua Canonica cap. 4. dicat:
*ἡ ἀλήθεια δὲ καὶ ἡ ἐλευθερία, τὸ κελὸν καὶ
 τὸ ἔλεος.*

33. Deinde subdit characterem ueri doctoris, à
 quo ipse tam longè abest, ut Antichristus uerius
 q̄ apostolus Christi iudicari debeat. Quod
 maiorum nomine.) Dominus ipse Chri-
 stus in suis passim doctrinis, auditoribus maiorum
 existimationem excutit, & legis autoritatem ele-
 uat: quàm, quia meliorem constituēbat, abrogari
 necesse erat. Paulus, licet acerrimus antiquitatis
 & maiorū assertor extiterit, nō tamē apud ipsum
 plus ualuit diuturna temporis præscriptio, quàm
 ueritatis recens apparentis maiestas. Non ab
 ingenio.) *λογιστικόν* uidetur intelligere: scien-
 tiam aut non eam *ἡδυσμύλω*, quæ est *ἑλενης δὲ
 φαμετὰ λόγος*, sed artem uaticinā. nisi uelis ad
 ea referre quæ capite sequenti dicentur. Ma-
 iestatem suam.) Signa & prodigia ad con-
 stituendam religionē nequaquā sufficiunt: alioqui
 & Pharaonici philosophi, & Baalis sacerdotes
 suā idololatriā pro uero cultu in uulgus probare
 potuissent. Dominus Christus Pharisæis & Sad-
 ducæis signa postulantiibus, *ἡμεῖς ποιεῖμεν
 (inquit) ἢ μοιχαλίσ σημεῖον ἠδυσμύλω.* Matth. 16.
 Exempla quæ sequuntur, ex Cicerone potissimū
 de Nat. deorū, & de Diuinatione sunt desumptæ:
 extant pleraq; etiā apud Valer. lib. 1. ca. 4. & se-
 quent. ubi quia nos fusius diximus, hic breuiores
 erimus. Accius Nauius.) Refertur etiā à
 Cic. de Nat. deorum 2. & de Diuinat. 1. Historia
 extat apud Liniū lib. 1. V. C. Dionys. lib. 3. antiq.
 Valer. li. 1. ca. de auspicijs, Flor. & Plin. de Viris
 illust. in uita Tarquinij, Eras. in prouer. Nouacu-
 la in cotem. Inciperet.) Centurijs enim
 equitum, quas Romulus auspicate conscripserat,
 alias adijcere uoluit. Nisi esset inaugu-
 ratus.) nisi aues addixissent, Rex apud Liniū sa-
 cerdoti: Diuine, tu inaugura. Et hoc loco inaugu-
 rare est, auguria cōsulere. Inaugurabantur etiam
 loca, quando cōsecrabantur. Et quia creati magi-
 stratus munera sibi delegata sine augurijs nō adi-
 bant, inaugurabantur: id est (ut hodie barbari lo-
 quuntur) inuestiebātur. Vide ad hæc Francisc. Pe-
 trach. li. 4. rerū memor. tract. 5. ca. 3. Quod
 Cast. & Poll.) Hist. posterior est apud Plut. in
 Paulo Aemilio, meminit Valer. li. 1. ca. de miracu-
 lis. Ouid. Fast. 1. Cic. 2. & 3. de Nat. deorū. Pom-
 Lætus hoc exēplo simili miraculo, quod Constan-
 tino aduersus Liciniū pugnaturō usum fuit, fidē
 cōciliare conatur. Sed Arn. li. 8. inter multas simi-
 les uanitates etiam hanc numerat. Fortuna
 muliebris.) Lege super hoc Dionys. Halic. li.
 8. antiq. Plutarch. in Coriolano, Liniū li. 2. urb.
 cōd. Valer. li. 1. ca. de Miraculis, Augustinus li. 4.
 de

de Ciuit. Dei ca. 19. hoc dæmonis præstigiū eleuat his uerbis: Quod quidem si uerum sit, mirari nos non oportet. Non enim malignis dæmonibus etiam sic difficile est fallere, quorum artes atq; uersutias hinc potius isti aduertere debuerunt, quod illa dea loquuta est, quæ fortuito accidit, non quæ meritis uenit. Fuit enim Fortuna loquax, & muta Felicitas: & ad quid aliud, nisi ut homines rectè uere non curarent, conciliata sibi Fortuna, quæ illos sine ullis bonis meritis faceret fortunatos? Et certè, si Fortuna loquitur, non saltem muliebris, sed uirilis potius loqueretur: ut non ipsæ quæ simulacrum dedicauerunt, putarentur tantum miraculum muliebri loquacitate finxisse. Iunonis Monetæ.) Historia est apud Liuium lib. 5. ab urb. con. Valer. lib. 1. ca. de miraculis. Plut. in Camillo Monetæ templum fuisse scribit eo loco, quo Manij Capitolini domus fuerit. Aug. hæc sugillat sub Matutæ nomine. Claudia quoq;.) Historia est apud Liuium lib. 9. Decadis tert. apud Herodianum lib. 1. apud Ouid. in 4. Fastorū, apud Plin. de Viris illust. cap. 46. apud Fenest. cap. 12. de Sacerdot. Rom. infra cap. 17. Eluditur ab Arnob. lib. 3. Aesculapius Epidauro.) Hanc historiam memoriæ prodidit Liuius lib. 10. ab urb. cond. & primo primi belli punici. Valerius item noster cap. iam sepius citato. Meminit etiam Plutarch. in Problem. Exhibetur ab Arnobio, li. 7. App. Claud. Cens.) De hoc annotauimus apud Valer. lib. 1. cap. de neglecta religione. De Appij uerò cæcitate apud Cic. in Catone

Maiore. Censor Fuluius.) Extat apud Liuium lib. 2. dec. 5. apud Valer. de neglecta religione. Turullius.) Ille fortasse est, qui apud Appianum lib. 4. Thuranius nominatur. Dicitur etiam de hoc est apud Valerium, eodem cap. Luco.) Fuit etiam apud Sidonem Aesculapij Lucus. Strab. Cæsar. Augusti. Pyrrhus.) Valer. ibidem. Ceres Milefia.) Neq; de hoc rectius alium, quàm Valeriū nostrū consulueris: & nos superius quodam loco de hoc diximus. Tiberio nanq; Attinio.) Piget ea rursus referre, quæ apud Valer. de Insuperijs de hoc dicta sunt, nisi quod lector admonendus est, Titum Lamium hunc apud Valer. esse nominatum, sicut etiam reliqui auctores in circumstantijs mirè uariant. Narrat Cic. de Diuin. 1. Liui. li. 2. V. C. Dionys. lib. 7. Plut. in Coriol. Macrob. lib. 1. cap. 11. Satur. Conciliat hos Sabellicus lib. 9. Enn. 2. Vnius Augustini uerba ideo adijciemus, quia Lactatio ut theologus theologo suffragatur. 20 Is enim lib. de ciuit. Dei 4. cap. 26. de hac historia sic pronunciat: Quis non uideat, qui sanum sapit, subditos homines, malignis dæmonibus, à quorum dominatione non liberat nisi gratia Dei per Iesum Christum Dominū nostrum, ui compulsos esse, exhibere talibus dijs, quæ recto consilio poterant turpia iudicari. Quo Cæsar Augustus.) Eodem Valerij capite huius quoq; narrationis uariationes conciliauimus, Tranquilli nempe, Plutarchi, Paterculi, Flori. Conciliat etiam Sabellicus lib. 8. Enn. 6.

Quod diabolus sit author mortis, & errorum: quod Deus omnia fecerit ex nihilo. CAP. IX.

Ista nō sunt in ueteri codice.

EXponam igitur omnium istorum rationem, quò facilius res difficiles & obscuræ intelligantur, & has omnes simulati numinis præstigias reuelabo, quibus inducti homines à ueritatis uia longius recesserunt. Sed repperam longè altius, ut si quis ad legendum expers ueri & ignarus accesserit, instituat, atq; intelligat quod tandem sit caput horum, & causa malorum: & lumine accepto, suos, ac totius generis humani perspiciat errores. [Sicut mater sine exemplo genuit auctorem suum: sic ineffabiliter pater genuisse credendus est coæternum. De matre natus est, qui antè iam fuit: de patre, qui aliquando non fuit. Hoc fides credat, intelligentia non requirat, ne aut non inuentū putet incredibile, aut repertum nō credat singulare.] Cū esset Deus ad excogitandum prudentissimus, ad faciendum solertissimus, antè quàm ordiretur hoc opus mundi, * fecit in principio bonum & malum. id planè quid sit, apertius explicabo, ne quis me ita loqui arbitretur, ut poetæ solent, qui res incorporales quibusdam figuris quasi uisibilibus comprehendūt. cū præter ipsum nihil adhuc esset, * quoniam pleni & cōsummati boni fons in ipso erat, sicut est semper, ut ab eo bono tanquam riuus oriretur, longèq; profueret, produxit similem sui spiritum, qui esset uiribus Dei patris præditus. Quomodo autè id uoluerit, in quarto libro docere conabimur. Deinde fecit alterum,

rum, in quo indoles diuinæ stirpis non permanfit. Itaque suapte inuidia tanquam ueneno infectus est, & ex bono ad malum transcendit, suoque arbitrio, quod à Deo illi liberum datum fuerat, contrarium sibi nomen asciuit. Vnde apparet, cunctorum malorum fontem esse liuorem. Inuidit enim illi antecessori suo, qui Deo patri perseuerando tum probatus, tum etiam charus est. Hunc ergo ex bono per se malum effectum Græci *δὴλοσ* appellant, nos criminatorem uocamus: quod crimina, in quæ ipse illicit, ad Deum deferat. * Cur autem iustus Deus talem uoluerit esse, quantum sensus nostri mediocritas poterit, explanare conabor. Fabricaturus Deus hunc mundum, qui constaret in rebus inter se contrarijs atque discordibus, constituit ante diuersa, fecitque ante omnia duos fontes rerum sibi aduersantium, inter seque pugnantium: illos uidelicet duos spiritus, rectum atque prauum. quorum alter est Deo tanquam dexter, alter tanquam sinister: ut in eorum essent potestate contraria illa, quorum mixtura & temperatione mundus, & quæ in eo sunt, uniuersa consistarent. Item facturus hominem, cui uirtutem ad uiuendum proponeret, per quam immortalitatem assequeretur: bonum & malum fecit, ut posset esse uirtus: quæ nisi malis agitur, aut uim suam perdet, aut omnino non erit. Nam ut opulencia bonum uideatur, acerbitas egestatis facit: & gratiam lucis commendat obscuritas tenebrarum; ualetudinis & sanitatis uoluptas, ex morbo ac dolore cognoscitur. Ita bonum sine malo in hac uita esse non potest: & utrumque licet contrarium sit, tamen ita cohæret, ut alterum si tollas, utrumque sustuleris. nam neque bonum comprehendi ac percipi potest, sine declinatione ac fuga mali: nec malum caueri ac uinci, sine auxilio comprehensi ac percepti boni: necesse igitur fuerat & malum fieri, ut bonum fieret. Et quoniam fas non erat, ut à Deo proficisceretur malum (neque enim contra se ipse faceret) illum constituit malorum inuentorem. quem cum faceret, dedit illi ad mala excogitanda ingenium & astutiam: ut in eo esset & uoluntas praua, & perfecta nequitia. & ab eo contraria uirtutibus suis uoluit oriri, eumque secum contendere: utrum ne ipse plus bonorum daret, an ille plus malorum. Sed rursus quomodo Deo summo repugnari non potest, bonorum suorum potestatem illi ultrò asingnavit: quod supra bonum ac perfectum esse diximus. Ita duos ad certamen composuit & instruxit. Sed eorum alterum dilexit ut bonum filium, alterum abdicauit ut malum. Postea autem multos genuit alios operum suorum ministros, quos Græci *ἀγγέλους* nominant: & illos unius, sed repugnantis nature, qualis deorum. Sed pars illa corruptibilis non utique statim corrupta est in ortu sui principio: sed post compositum ordinatumque mundum, sicut mox docebimus, à substantiæ cœlestis uigore peruersa uoluntate desciiuit. Cæterum in principio pares uniuersi, æqua conditione apud Deum fuerunt: & idcirco angeli omnes, quorum principes erant illi duo. Quum autem Deus ex his duobus alterum bono præposuisset, alterum malo: exorsus est fabricam mundi omnibus his quos creauerat ministrantibus, & per certa officia dispositis. * Exorsus igitur Deus fabricam mundi, illum primum & maximum filium præfecit operi uniuerso, eoque simul & consiliatore usus est, & artifice, in excogitandis, ornandis, perficiendisque rebus: quoniam is & providentia, & prudentia, & ratione, & potestate perfectus est. de quo nunc parcius, quod alio loco & uirtus, & nomē eius, & ratio enarranda nobis erit. Nemo quærat, ex quibus ista materijs tam magna, tam mirifica opera Deus fecerit: omnia enim fecit ex nihilo. Nec audiēdi sunt poetæ, qui aiunt, chaos in principio fuisse, id est, confusionem rerum atque elementorum: postea uerò Deum diremisit omnem illam congeriem, singulisque rebus ex confuso acervo separatis, in ordinemque descriptis, instruxisse mundum pariter, & ornasse. Quibus facile est respondere, potestatem Dei non intelligentibus, quem cre-

dunt nihil efficere posse, nisi ex materia subiacente ac parata. In quo errore etiam philosophi fuerunt. Nam Cicero de Nat. deor. disputans, sic ait: Primum igitur non est probabile, eam materiam rerum, unde orta sunt omnia, esse diuina prouidentia effectam, sed & habere & habuisse uim & naturam suam. Ut igitur faber, cum quid edificaturus est, non ipse facit materiam, sed ea utitur quae sit parata, fictorq; item cera: sic isti prouidentiae diuinae materia praesto esse oportuit, non quam ipsa faceret, sed quam haberet paratam. Quod si non est a Deo materia facta, ne terra quidem, & aqua, & aer, & ignis a Deo factus est. O' q; multa sunt uitia in his decem uersibus. Primum, quod is qui in alijs disputationibus, & libris ferè omnib. prouidentiae fuerit assertor, & qui acerrimis argumentis impugnaverit eos qui prouidentiam non esse dixerunt: idem nunc quasi proditor aliquis, aut transfuga, prouidentiam conatus est tollere. In quo si contradicere uelis, nec cogitatione opus est, nec labore: sua illi dicta recitanda sunt. Nec enim ab ullo poterit Cicero, q; a Cicerone, uehementius refutari. Sed concedamus hoc more & instituto Academicorum, ut liceat hominib. ualde liberis dicere ac sentire quae uelint: sententias ipsius consideremus. Non est (inquit) probabile, materiam rerum a Deo factam. Quibus hoc argumentis probas? Nihil enim dixisti, quare hoc non sit probabile. Itaq; mihi econtrario uel maxime probabile uidetur: nec tamen temere uidetur cogitanti plus esse aliquid in Deo: quem profecto ad imbecillitatem hominis redigis, cui nihil aliud q; opificium concedis. Quomodo igitur ab homine diuina illa uis differet, si ut homo, sic etiam Deus, ope indigeat aliena? Indiget aut, si nihil moliri potest, nisi ab altero illi materia ministraretur. quod si sit, imperfecta utiq; uirtutis est: & erit iam potentior iudicandus materiae institutor. Quo igitur nomine appellabitur, qui potentia Deum uincit? si quidem maius est propria facere, q; aliena disponere. Si aut fieri non potest ut sit potentius Deo quicquam, quem necesse est perfecta esse uirtutis, potestatis, rationis: idem igitur materiae fictor est, qui & rerum ex materia constantium. Neq; enim Deo non faciente, aut inuito, esse aliquid aut potuit, aut debuit. Sed probabile est (inquit) materiam rerum & habere & habuisse naturam suam & uim. Quam uim potuit habere, nullo dante: quam naturam, nullo generante? Si habuit uim, ab aliquo eam sumpsit. A' quo aut sumere nisi a Deo potuit? Si habuit naturam, quae utiq; a nascendo dicitur, nata est. A' quo aut nisi a Deo potuit procreari? Natura enim qua dicitis orta esse omnia, si consilium non habet, efficere nihil potest. Si aut generandi & faciendi potens est: habet ergo consilium, & propterea Deus sit necesse est. Nec alio nomine appellari potest ea uis, in qua inest & prouidentia excogitandi, & solertia potestasq; faciendi. Melius igitur Seneca, omnium Stoicorum acutissimus: qui uidit nihil aliud esse naturam, q; Deum. Ergo (inquit) Deum non laudabimus, cui naturalis est uirtus: nec enim illam didicit ex ullo. Imò laudabimus. quamuis enim naturalis illa sit, sibi illam dedit, quoniam Deus ipsa natura est. Cum igitur ortum rerum tribuis naturae, ac detrahis Deo: in eodem luto haesitans, uersura soluis Geta. A' quo enim fieri mundum negas, ab eodem plane fieri mutato nomine confiteris. Sequitur ineptissima comparatio. Ut enim faber (inquit) cum quid edificaturus est, non ipse facit materiam, sed utitur ea quae sit parata, fictorq; item cera: sic isti prouidentiae diuinae materiam esse praesto oportuit, non quam ipsa faceret, sed quam haberet paratam. Imò uerò non oportuit. erit enim Deus minoris potestatis, si ex parato facit, quod est hominis. Faber sine ligno nihil edificabit: quia lignum ipsum facere non potest: non posse aut, imbecillitatis est humanae. Deus uerò facit sibi ipse materiam, quia potest. posse enim Dei est. nam si non potest, Deus non est. Homo facit ex eo quod est, quia per mortalitatem imbecillus est, per imbecillitatem definita ac modicae potestatis. Deus autem facit

ex eo quod non est: quia per aeternitatem fortis est: per fortitudinem, pote-
 statis immensa, quae sine ac modo caret, sicut uita factoris. Quid ergo mirū,
 si facturū mundum Deus, prius materiam de qua faceret, preparauit ex eo
 quod non erat: quia nefas est Deum aliunde aliquid mutuari, cum in ipso uel
 ex ipso sint omnia. Nam si est aliquid ante illum, & si factum est quicquam
 non ab ipso, potestatem Dei & nomen amittet. At enim materia nunquam
 facta est, sicut Deus, qui ex materia fecit hunc mundum. Duo igitur consti-
 tuuntur aeterna, & quidem inter se contraria: quod fieri sine discordia & per-
 niciē non potest. Collidant enim necesse est ea, quorum uis & ratio diuersa
 10 est: sic utraq; aeterna esse non potuerunt, si repugnant: quia superare alterū
 necesse est. Ergo fieri non potest, quin aeterni natura sit simplex, ut inde om-
 nia uelut ex fonte descenderint. Itaq; aut Deus ex materia ortus est, aut mate-
 ria ex Deo. Quid horum sit uerius, facile est intelligi. Ex his enim duobus al-
 terum sensibile est, alterum caret sensu. Potestas faciendi aliquid non potest
 esse nisi in eo quod sentit, quod sapit, quod cogitat, quod mouetur. Nec in-
 cipi, aut fieri, aut consummari quicquam potest, nisi fuerit ratione praui-
 sum, aut quemadmodum fiat antequam est, aut quemadmodum constet postquā
 fuerit effectum. Deniq; is facit aliquid, qui habet uoluntatem ad faciendum,
 & manus ad id quod uoluit implendum. Quod autem insensibile est, iners
 20 & torpidum semper iacet: nihil inde oriri potest, ubi nullus est motus uolun-
 tarius. nam etsi omne animal ratione cōstat, certē nasci ex eo nō potest, quod
 ratione praeditum non est: nec aliunde accipi potest id quod ibi, unde peti-
 tur, nō est. Nec tamen commoueat aliquem, quod animalia quaedam de terra
 nasci uidentur. Haec enim non terra per se gignit, sed spiritus Dei, sine quo
 nihil gignitur. Non ergo Deus ex materia, quia sensu praeditum ex insensi-
 bili, sapiēs ex bruto, impatibile de patibili, expers corporis de corporali nun-
 quam potest oriri: sed materia potius ex Deo est. Quicquid enim est solido
 & incontrefabili corpore, accipit externam uim: quod accipit uim, dissolu-
 bile est: quod dissoluitur, interit: quod interit, ortum sit necesse est: quod or-
 30 tum est, habuit fontem unde oriretur: id est, factorem aliquem sentientem,
 prouidum, peritumq; faciendi: is est profectō, nec ullus alius quam Deus.
 Qui quoniam sensu, ratione, prouidentia, potestate, uirtute praeditus est: &
 animantia & inanima creare & efficere potest: quia tenet quomodo quidq;
 sit faciendum. Materia uerō semper fuisse non potest: quia mutationem non
 caperet, si fuisset. Quod enim semper fuit, semper esse nō desinit: & unde ab-
 fuit principium, abesse hinc etiam finem necesse est. Quinetiam facilius est,
 ut id quod habuit initium, sine careat, quam ut habeat finem, quod initio ca-
 ruit. Materia ergo si facta non est, nec fieri ex ea quicquam potest. Si fieri ex
 ea non potest, ne materia quidem erit. Materia enim est, ex qua fit aliquid.
 40 Omne autem ex quo fit, quia recepit opificis manum, destruitur, & aliud esse
 incipit. Ergo quoniam finem habuit materia, tum cum factus est ex ea mun-
 dus, & initium quoq; habuit. Nam quod destruitur, edificatum est: quod sol-
 uitur, alligatum: quod finitur, ineptum est. Si ergo ex commutatione ac sine
 materia colligitur habuisse principium: à quo alio fieri nisi à Deo potuit?
 Solus igitur Deus est, qui factus non est: & idcirco destruere alia potest, ipse
 destrui non potest. permanebit semper in eo quod fuit, quia non est aliunde
 generatus, nec ortus: nec natiuitas eius ex aliqua alia re pendet, quae illū mu-
 tata dissoluat. Ex seipso est, ut in primo diximus libro: & ideo talis est, qualē
 se esse uoluit, impatibilis, immutabilis, incorruptus, beatus, aeternus. Iam ue-
 50 rō illa conclusio, qua sententiam terminauit Tullius, multo absurdior. Quod
 si materia (inquit) à Deo non est facta, nec terra quidem, & aqua, & aer, &
 ignis à Deo factus est. Quam callidē periculum praeteruolauit. Sic enim su-

perius illud assumpsit, tanquam probatione non indigeret: cum id multo esset incertius, quàm illud propter quod assumptum est. Si non est, inquit, à Deo facta materia, nec mundus à Deo factus est. Ex falso maluit colligere quod falsum est, quàm ex uero quod uerum. Et cum debeant incerta de certis probari, hic probationē sumpsit de incerto, ad euertendum quod erat certū. Nam diuina prouidentia effectum esse mundū, ut taceam de Trismegisto, qui hoc prædicat: taceam de carminibus Sibyllarum, quæ idem nunciant: taceam de prophetis, qui opus mundi ac opificium Dei uno spiritu ac pari uoce testantur, etiam inter philosophos penè uniuersos conuenit. Idem etiam Pythagorici, Stoici, Peripatetici, qui sunt principes omnis disciplinæ. Denique à primis illis sapientibus, à Socrate usque ad Platonem, pro confesso & indubitato habitum est, donec unus multis post seculis extitit delirus Epicurus, qui auderet negare id quod est euidentissimū: studio scilicet inueniendi noua, ut nomine suo constitueret disciplinam. Et quia nihil noui potuit reperire, ut tamen dissentire à cæteris uideretur, uetera uoluit euertere: in quo illum circumlatrantes philosophi omnes coarguerunt. Certius est igitur, mundum prouidentia instructū, quàm materiæ prouidentia conglobatum. Quare nō oportuit putare, idcirco mundum non esse diuina prouidentia factum, quia materia eius diuina prouidentia facta non sit: sed quia mūdus diuina prouidentia sit effectus, & materiā esse factam diuinitus. Credibilis est enim, materiā potius à Deo factam, quia Deus omnia potest: quàm mundū à Deo non esse factū: quia sine mente, ratione, consilio nihil fieri potest. Verum hæc nō Ciceronis est culpa, sed sectæ. Cum enim suscepisset disputationē, qua deorum naturam tolleretur, de qua philosophi garriebant, omnem diuinitatem ignorantia ueri putauit esse tollendam. Itaque deos potuit tollere, quia non erant. Cum autem prouidentiam diuinam, quæ est in uno Deo, conaretur euertere: quia contra ueritatem niti cœperat, deficientibus argumentis, in hanc foueam necessariō decidit, unde se extricare non posset. Hic ergo illum teneo hærentem, teneo defixum, quoniam Lucilius, qui contra disseribat, obmutuit. Hic est ergo cardo rerum, hic uertuntur omnia. Explicet se Cotta, si potest, ex hac uoragine: proferat argumenta, quibus doceat, semper fuisse materiā, quam nulla prouidentia effecerit. Ostendat, quomodo quidquam pōderosum & graue aut esse potuerit sine authore, aut immutari ualuerit: ac desierit esse quod semper fuit, ut inciperet esse quod nunquam fuit. Quæ si docuerit, tum demum assentiar, ne mundum quidem diuina prouidentia constitutum: & tamen sic assentiar, ut alijs illum laqueis teneam. Eōdem enim, quō nollet, reuoluetur, ut dicat & materiā de qua mundus est, & mundū qui de materiā est, natura extitisse: cum ergo ipsam naturam Deum esse cōtendam. Nec enim potest facere mirabilia, id est maxima ratione constantia, nisi qui habet mentem, prouidentiam, potestatem. Ita fiet, ut Deus fecerit omnia, nec quicquā esse possit omnino quod non originem à Deo traxerit. At idem quoties Epicureus est, & non uult à Deo factum esse mundū: quærere solet, quibus manibus, quibus machinis, quibus uectibus, qua molitione hoc tantum opus fecerit? Videret fortasse, si eo tempore potuisset esse, quo Deus fecit. Sed ne perspiceret homo Dei opera, noluit eum inducere in hunc mundū, nisi perfectis omnibus: sed ne induci quidem poterat. Quomodo enim subsisteret, cum fabricaretur cœlum, terra subterfundaretur: cum fortasse humida uel nimis rigoribus torporata concreverent, uel igneis caloribus incocta & solidata durescerent? Aut quomodo uiueret, sole nondum instituto, nec frugibus nec animalibus natis? Itaque necesse fuit hominem postremò fieri, cum iam mundo cæterisque rebus manus summa esset imposita. Denique sanctæ literæ docent, hominem fuisse ultimū Dei opus, & sic inductū fuisse in hunc mundum, quasi in domū iam

iam paratā & instructā: illius enim causa facta sunt omnia. Idem etiam poetæ fatentur. Ouidius perfecto iam mūdo, & uniuersis animalibus figuratis, hoc addidit: *Sanctius his animal, mentisq; capaciū altrē*

Deerat adhuc, & quod dominari in cetera posset,

Natus homo est.—

Adeò nefas existimandum est, ea scrutari quæ Deus uoluit esse celata. Verum ille non audiendi aut discendi studio requirebat, sed refellendi: quia confidebat, neminē id posse dicere. Quasi uerò ex hoc putandum sit, non esse hæc diuinitus facta, quia quomodo facta sint, non potest peruideri. An tu, si educatus in domo fabrefacta & ornata, nullam unquam fabricam uidisses: domum illam putasses non ab homine esse ædificatam, quia quomodo ædificetur, ignorares: idē profectò de domo quæreres, quod nunc de mundo requiris: quibus manibus, quibus ferramentis homo tanta esset opera molitus, maximè si saxa ingentia, immensa cæmenta, uastas columnas, opus totum sublime & excelsum uideres. nōne hæc tibi humanarum uirium modum uiderentur excedere, quia illa non tam uiribus, quam ratione atq; artificio facta esse nescires? Quod si homo, in quo nihil perfectū est, tamen plus efficit ratione, quam uires eius exiguæ patiantur: quid est cur incredibile tibi esse uideatur, cum mundus dicitur factus à Deo? in quo, quia perfectus est, nec sapientia potest habere terminum, nec fortitudo mensurā.

Opera ipsius uidentur oculis: quomodo autem illa fecerit, ne mente quidem uidetur: quia (ut Hermes ait) mortale immortalī, temporale perpetuo, & corruptibile incorrupto propinquare nō potest: id est, propius accedere, & intelligentia subsequi. & ideo terrenum adhuc animal rerum cœlestium perfectionem non capit: quia corpore quasi custodia septum teneretur, quo minus soluto ac libero sensu cernat omnia. Sciat igitur quā ineptē faciat, qui res inenarrabiles quærīt. Hoc est enim modum conditionis suæ transgredi, nec intelligere, quousq; homini liceat accedere. Deniq; cum aperiri et homini ueritatem Deus, ea sola scire nos uoluit, quæ interfuit hominem scire ad uitam consequendam: quæ uerò ad curiosam & profanam cupiditatem pertinebant, reticuit ut arcana essent. Quid ergo quærīs, quæ nec potes scire, nec si scias, beator fias? Perfecta est in homine sapientia, si & Deum esse unum, ab ipso esse facta uniuersa cognoscat.

COMMENTARIUS.

In superiori capite ostendebat, prodigiorum ostenta, miracula, auguria, auspicia, insomnia, & diuorū uindictas, meras esse dæmonis prestigias: in hoc sequenti autē ab ipso capite repetit originē omnis mali et erroris, quod mundū uniuersum ueluti contagiū inuasit. Qui aliquando nō fuit.) Editio Romana, quæ ante annos 70 satis castè edita est, legit: Qui aliquando non defuit. Ego legere malim: Qui non aliquando non fuit. ut duæ negationes uehementius assuerent. Pugnāt enim hæc lectio nō modò cum catholica, sed etiam cum ipsius Lactantij sententia. Videtur autē hoc idem esse, quod in Nicæna synodo explosum est, de quo infrā lib. 4. cap. 12. Fuit hoc dogma τὸ πρὸς τὸ μὴ εἶναι, ex quibus etiam Lactantius fuisse creditur: cuius Arrū autorem fuisse, testatur Epiphanius, lib. 3. Hoc fides credat.) Sano iam iudicio sententiam mutat. Censet enim iam auctoritati plus tribuendū esse, quàm rationi:

& id in loco. Fecit in principio.) Videtur prima facie liberū arbitrium constituere ex Ecclesiastici capite 15. Quum tamen liberi arbitrii nomē ex Platonica uerius quàm Christiana doctrina fluxerit. Alcinoūs enim de doctr. Platonis cap. 29 indicat, quid discriminis inter fatum & libertatem animi posuerit. & Proclus de Anima & dæmone, ex eiusdem Platonis doctrina indicat, animam ad sui purgationē sibi sufficere, indigere tamen ad id aliquo incitamento. Ecclesiastici uerba sic habent: αὐτὸς δὲ ἀρχὴς ἐποίησεν ἀνθρώπου, καὶ ἀφῆκεν αὐτὸν ἐν χεῖρὶ ὁμοιωθέντος αὐτοῦ. καὶ δέλεος, σωτηρίας ἐποίησεν, καὶ πίστιν ποιῆσαι ὀδοδείκτας. ἀπέθηκεν ὁμοιωθέντος αὐτοῦ ὁμοιωθέντος αὐτοῦ, ἐκτελέσει τὴν χεῖρὸς αὐτοῦ. ἐναντὶ ἀνθρώπου ἡ ζωὴ καὶ ὁ θάνατος, καὶ ὁ αὐτὸς ὀδοδείκται αὐτοῦ, &c. Hoc est: Ipse ab initio fecit hominem, & reliquit illū in manu consilij sui. Si uolueris, conseruabis man-

data. Item: Apposuit tibi ignem & aquam, ad quodcumq; uolueris, extende manum tuam. Ante homines uita & mors, &c. Atqui Ecclesiastici siue Sirachi autoritas catholica nunquam habita fuit, etsi maxime sit: tamen seipsum exponit cap. 10. ubi ait, ὅτι χειρὶ θεοῦ ἀνδρακίων ἀνδρὸς εἶναι: In manu Domini potestatem hominis esse. Ambrosius lib. 1. Hexam. horum opinionem ut feralem ambrosia sua facundia execratur, qui Deū malorum autorem asserere audent: & rectissime in Manichæos, Marciones, & alios huius farinae hæresiarchas inuehitur: quum Platoni, qui de hac re in 2. de Repub. præclare differit, Deus αἰτίου quidem ἀσπαρατίας sit. καὶ τῶν ἑὸν ἔχοντων, τὰ δὲ κακῶν ἀαίτιου. Caterum qui ex Ecclesiasticis liberum aliquod homini arbitrium permittunt, in quibus post Lactantium nostrum Augustinus est, illud ipsam arbitrium malorum fontem esse fatentur. Qui promidentia Dei etiam scelera ab hominibus fieri censent, Deum crimine eximunt: quod, quia legi nulli obnoxius est, transgressionem facere nullam potest. Porro Deus etiam alio modo mali author dicitur, ut est apud Esaiam cap. 45. Ego Dominus, & non amplius, formans lucem, & creans tenebras: faciens pacem, & creans malum. Quo loco non modo Hieronymus, sed cum eo alij melioris notæ Theologi, mali nomine bellum, & uirgam Domini intelligunt, neq; ob id homicida dicendus est, cum ne magistratus quidem homicidij notā incurrat, qui secundum leges gladium in sceleratos stringit. Sunt rursus qui peccatorum scaturiginem, ipsam Dei legem calumniatur, & ob id causam peccati in Deum non sine grauissima blasphemia transferunt. Quasi uero Deus insidiatorio animo homini legem tradiderit. Satan, qui ab initio homicida extitit, hominem in sui interitum illexit. Qui autem quærent, utrum lex prior peccato fuerit: perinde faciunt, ut qui apud Plutarchum & Macrobius quærent, utrum ouium an gallina prius fuerit. Ut poetæ solent.) Videtur aut Homericam Aten, aut Hesiodiam Pandoram significare: qualis & Plutarchi Typhon, & Phercidis ὀμοιογενῆς perhibentur. uel intelligit fortassis χεῖρ Ἡσιδοῦ. In quo indoles.) Hæc disputatio pugnat contra dogma Origenistarum & Manichæorum, qui Deum autorem mali uoluerunt esse. Quidam de hoc spiritu intelligunt Luciferum, apud Esaiam capite 14. Meliores & ἀνθρώπων τόποι de rege Babylonio exponunt. Augustinus Steuchus in perennis Philosophiæ lib. 8. cap. 38. multorum ex antiquiorib. Theo-

logorum de spiritu genere sententias collegit. & Ludouicus Viues libro de Vera religione 1. de his disertè scribit. Sed quid opus est hominum explicatione, cum Iudas in sua epistola, imò ipse cælestis doctor Christus, de huius defectione testetur, apud Ioan. cap. 8. ἐκείνος ἀνθρώπων τόνου ἔλω ἀπ' ἀρχῆς, καὶ γὰρ τῆ ἀληθείας οὐκ ἔσχηκεν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀλήθεια γὰρ αὐτῶ. ὅταν λαλεῖ τὸ ψεῦδος, ἐκ τῆν ἰδίω λαλεῖ, ὅτι ψεύδους ὄντι, καὶ ὁ πατήρ αὐτῶ. Quæ uerba quia à Nonno paraphraste sunt elegantissime reddita, nō grauiabor & ipsa ascribere:

καὶ ἐκείνος ἔλω ἀνθρώπων τόνου, ἵδ' ὅτι κόσμος ἔξ ἀρχῆς πετέλεσε διέμειον ἔδ' γὰρ ἔστω μὲν ἀληθείας θεοπαθείας ἔγ' γὰρ γὰρ αὐτῶ ἦν ἐκτετυμῆν. καὶ ὅτι σκολιόφρονι βασιλῆ ἀμύλα κωλύλων ἀπατλώσας μύθοι ἰαλλῆ, φθέρηται ἔξ ἰδίω, ὅτι λογίον ἄβωφ ψεύδους αὐτῶς ἔφν, ψεῦδος ἡμῶν ἐκ γυνεπ-

28

Quo tamen loco Nonnus à Lactantio in hoc dissentit, quod cum Manichæis diabolo patrem facit, & autorem aliquem mali. Augustinus de ciu. Dei libro 12. cap. 3. ἀκασατιωὺς ob id demones uocat, ad sathana nomen alludens. Inuidia tanquā ueneno.) Basilius Magnus in quodam sermone scribit, inuidiam propriū opus diaboli esse. Neq; statim diabolium esse creatum, sed cum angelicam potestatem accepisset, in demōnis naturam fuisse conuersum. Et hoc est quod Ioannes in sua epistola dicit cap. 3. ὅτι ἀπ' ἀρχῆς ὁ διάβολος ἀμαρτανῆς. Suoq; arbitrio.) Vide ad hæc quæ Philippus Melanchthō in Locis communibus in capite de Causa peccati, super hac re annotauit. Malorum fontem esse liuorem.) Videntur hæc omnino ex capite secundo Sapientiae sumpta, ubi sic legitur: ταῦτα ἐλογίσαντο καὶ ἐπλανήθησαν. ἀπετύφλωσε γὰρ αὐτοὺς ἡ κακία αὐτῶν, καὶ οὐκ ἔγνωσαν μυστήρια θεοῦ, οὐδὲ μιδὸν ἠλπίσαν ὁσιότητα, οὐδὲ ἐκείναν γόρας ψυχῶν ἀμώμων, ὅτι ὁ θεὸς ἐκτίσε τὸ ἀνθρώπων ἕδρι ἀφθαρσία, καὶ εἰκόνα θεοῦ ἰδίως ἰδίω τῶν ἐποίησεν αὐτῶ. φθόνω δὲ ἔλαβον τὸ λαίλατ' εἰσέλθον εἰς τὸν κόσμον. Vide ad hæc, quid Proclus de his apud Epiphanium disserat, libro secundo, tomo primo. Plura infra cap. 13. Augustinus libro 12. capite sexto, super bica assignat. Antecessori.) Hæc non de spiritu sancto intelligenda sunt, qui non creatura, sed συνηϊζωμῆν cum patre est: sed de spiritibus angelicis, quibus ἡγεμονικῶν aliquem ex analogia præficit. Damascenus

EX AKTO.

ex autoritate Dionysij Areopagitæ nouem clas-
ses angelorum facit, quibus forte insignis aliquis
præest, sicut Beelzebub princeps demoniorum
est. *Διάβολος*.) Extat eiusdem Basilij opu-
sculum: quo docet Deum authorem mali non fu-
isse. In eo scribit, diabolum cooperatorem nobis
esse peccati: deinde gaudentem de interitu hu-
mano, eiusdem peccati delatorem & calumniato-
rem fieri. Cooperatorem inquam, non authorem
eum appellat, ne nos à peccati culpa eximamus:
10 id quod Hieronymus alicubi ad Ruffinū scribit.
Solebat enim Adam culpam in Euam, Eua in ser-
pentem transferre. De etymologia τῷ *Διάβολου*
Basilij cum alibi, tum uerò præclarissimè in qua-
dam ad Neocæsarienses epistola, his uerbis: *ἔπει-*
διὰ τὸ εἶναι τὸν Διάβολόν οὐρανὸν φανερὸν ἔχει τὴν
θυγέμενον, ὅς ἐστι πολλῶν κατ' ἄρχων ἀδικη-
μάτων γνώμενος, ἀπὸ τούτου μαλιστα τὸ πο-
νηεῖας χαρακτὴρ ἔχειται, ὡς καὶ ὄνομα αὐ-
20 *τῷ γινώσκου τὴν ἀμαρτίαν.* Hieronymus quo-
que in tertio capite Sophonia dicitur, eodē
modo à coarguendo dictum testatur. *Fa-*
bricaturus.) Quando diabolus creatus sit, nō
constat. Augustinus de incarnatione Verbi, ad
Ianuarium scribit, hoc de diabolo & eius ange-
lis contrarijs uirtutibus ecclesiasticam docuisse
predicationem: quod sint quidem hæc: quæ au-
tem sint, aut quomodo sint, non satis clarè dispo-
suisse. Apud plurimos tamē istam habere opinio-
30 nem, quod angelus fuerit iste diabolus, & apo-
statam effectum quam plurimos secum declinare
persuasisse, quos etiam sacra Scriptura diaboli an-
gelos nuncupat, ut Matth. 25. *εἰς τὸ πνεῦμα τὸ αἰῶ-*
νιον, τὸ πνεῦμα σατανῶν τῷ Διάβολῳ, ἢ τοῖς
ἀγγέλοις αὐτοῦ. Et Hymnographus: *Ἐπειδὴ*
ἀπὸ τοῦ αἰῶνος, ὁ ἐγὼ θυμὸς αὐτοῦ εἰς ἀγγέλων
πονηρῶν. Psal. 77. Et rursus: Deinde angelos
Dei quosdam & uirtutes bonas, qui ei ministrant
ad salutem hominū consummandā: sed quando isti
40 creati sint, aut quales, aut quomodo sint, non sa-
tis manifestè distinguunt. Circumfertur Hono-
rij cuiusdam Augustodunensis presbyteri libellus
de Temporibus, qui in serie quintus est, in cuius
capite primo sic legitur: Sathael primus archan-
gelus, signaculum similitudinis Dei creditus, ple-
nus sapientia, & perfectus decore, in delicijs cœ-
lestis paradisi non plenam horam mansit, atq; ob
superbiam cum uniuersis sibi consentaneis æter-
num exilium incidit. Lege de hoc plura apud Da-
50 mascenum libro secundo Orthodoxæ fidei, cap.
tertio & quarto. Hæc ob id non citamus, ut sine
Scripturæ testimonio his credamus: sed ut lector

uideat, qualis doctrina extra Scripturam sit.

Est Deo tanquam dextera.) Hoc idem
docet Hieronymus apud Ezechielem capite de-
cimo, ubi sic legitur: Cherubim uerò stabant à
dextris domus, dum ingrederetur uir ille. Deinde
à sinistris locat angelos malignos, quos paulo su-
perius, Philonem sequutus, ex Psalmo 77 memo-
raui. Nam ut opulentia.) Platonium
hoc dogma est. Nam in septimo de Legib. sic scri-
bit: *ἀνδρῶν γὰρ χερσῶν τὰ ἀριστερά, ἢ τὰ*
ταύτην χερσῶν τὰ δεξιὰ μαθεῖν μὲν οὐ
δυνάτων, εἰ μὲν τις φρονίμος ἔσονται. Ar-
gumenta sunt à priuantijs. Voluntas pra-
ua, & perfecta nequitia.) Virumque im-
possibile. Nam & βέλους etiam Stoicis bona
tantum cum ratione desiderat. & quo quidque
plus nequitia habet, hoc imperfectius est.

Vltori.) *ἔστι πνεῦμα, ἃ εἰς ἐκδικήσιν*
ἔκτισται, καὶ γὰρ θυμὸς αὐτῶν ἐσθρέωσεν μέστ-
γας αὐτῶν. Ecclesiastici 39. Ita duos ad-
certamen composuit.) Hinc bellum illud
perpetuum, quod gerit princeps mundi contra re-
gnum Christi. Ministri.) Neq; enim an-
geli nomen natura est, sed officij. Hinc Paulus
ad Hebr. 1. *πνεῦμα τὰ λειτουργικά* appellat, τὰ
εἰς *ἑσθρονίαν ἀρσεμόμην, ἢ εἰς αὐτὸ μέλλον*
τας κληρονομεῖν σωτηρίαν. Et citat ex Psal.
103. *ὁ ποιῶν αὐτὸν ἀγγέλους αὐτοῦ πνεῦμα,*
καὶ αὐτὸν λειτουργῶν αὐτοῦ πνεῦμα φλόγα.

Postea autem multos genuit.) Impro-
priè loquitur. Solim enim *μονογενῆ* genuit, an-
gelos creauit. Ceterum nusquam clarè indicat
Scriptura tempus creationis angelorum, id quod
Epiphanius fatetur, contra Pauli Samosatensis
hæresim disputans. Quos ἀγγέλους.) A
legationis munere. De quorum nomine Philo Iu-
dæus sic scribit: *ἄς οἱ μὲν παρ' ἑλλήνων θελοῦσιν*
φύσαντες, ἢ ἡρώας καλοῦσι, καὶ δ' αἰμονεῖ-
μωσῆος δὲ εὐδουλόω χερσῶν ὀνόματι ἀγ-
γέλους προσεργόμενοι, προσεβδόμους καὶ
ἑσθρονίους τὰ τε παρὰ τὸ ἡγεμόν-
της ὑποκόμους ἀγαθὰ, καὶ τῶν βασιλέων, ὡς
εἰσι ὑπὸ ἡγεῖται. A substantiæ cœ-
lestis uigore.) Iudas de hoc in sua epistola:
ἀγγέλους τε οὐδὲ μὴ τηρήσαντας τὴν ἐκείνην
ἀρχὴν, ἀλλὰ ἀρλίποντας τὸ ἴδιον ὀνήθειον
εἰς λεῖψιν μεγάλους ἡμῶρας. Et secunda Petri,
capite secundo: *εἰ γὰρ ὁ θεὸς ἀγγέλων ἀμαρ-*
τησάντων οὐκ ἀφείστω, ἔτι. Lege de hoc
præterea Augustinum in libro de Vera religione,
capite decimotertio. Illum primum &
maximū filium.) *Ἀνμύσργου πατέρα, σω-*

Αυτὸς γὰρ filium theologi nominant. Lege omnino Paulum ad Coloss. cap. 1. Corruit Carpocratis error, qui angelorum opus mundum credidit. **Omnia fecit ex nihilo.** Licet hoc Lucretius ignorauerit, nec mirū: quia illud quoque ignorauit, quod ea quæ impossibilia sunt apud hominem, possibilia sunt apud Deum. **Ex nihilo.**) *ὅτι ἐκ οὐκέν*: quod in Nicæna synodo fuit damnatum, de quo infra lib. 4. cap. 12. De mundi materia supra disputatū est, lib. 1. cap. 5. Mundum ex nihilo factū esse, solidis rationibus docet Guil. Postellus lib. 1. cap. 5. de Orbis concordia. **Qui aiunt χάος.**) De hoc superius dictum est lib. 1. cap. 5. Ioannes Τρετῆς à *χρῆσις* deriuari ait, & à Platone *χωστὸν ἐκὼς* dictam. **Confus.**) Definitio *ἡ λείψυ καὶ ἡ πρόφορος*. Et ornasse.) Allusio ad etymon *ἡ ὁσμοσ*. **Materia sub.**) *ὕλη* materiam uocat de qua, & quid elementa à principijs differant, lege apud Plut. in Placitis lib. 1. cap. 3. Subiacens autem latinus, quàm subiecta, *ὑποκειμένη*. **Nam Cic.**) Nos hic locus fugit. **Fictor & item cera.**) De plasticis inuentoribus & materijs lege Plin. lib. 35. cap. 12. **Prouidentia diuinæ.**) *πνοοίας*: quam Epicurei Stoicis illudentes, animum fatidicam appellant. De hac in libro de Ira Dei. **O quam multa.**) Confutat singillatim temerè à Cicerone asserta. Est autem confutatio admodum artificiosa. Cuius primum membrū est *ἡ ἄσχετολῆ*. Postquam inficiatione errorem sustulit, à facultate contrariū statuit: nempe *τὸ πεθεωδὸν, δῶκατον, πρῆπον, καὶ ἐπιώλεθον*. Sed concedamus.) **Concessio rhetorica.** De hoc supra lib. 1. cap. 2. **Instituto Academ.**) Notat *ἀκαταληκτίαν*, adeoque Gorgia institutum, qui de qualibet re in utranq; se partem diserturū, profiteri ausus fuit. quo de alibi. **Quo igitur.**) Nomen siquidē Dei, summæ maiestatis nomen est. Sed probabile.) Alterius membri restructio: ab agentibus patientibusq;. **Natura à nascēdo.**) sicut *φύσις* à *φύω*. Ab etymologia. **Consilium.**) *διδασκαλῆς*, uel (ut Plato uidetur in Epinomide appellasse) *ἀρχινοίας*. Huc autem non pertingit Aristotelis definitio, quæ sic habet: *ἔστι δὲ φύσις ἀρχὴ κινήσεως καὶ ἡγεμίας, ἧ ὡς τὸ πρῶτον ἐστὶν, καὶ ὅτι συμβεβηκός*. Nam in hac consilium non est. **Seneca.**) Lib. 4 de Benefic. cap. 7. Hoc idem sentit Plin. lib. 2. cap. 7. & libro 27. cap. 3. Augustinus de Anima et eius origine naturas duas facit: creatorem alteram, alterā creaturam. Infra lib. 3. ca. 18. hæc quæstio fusius ex-

plicabitur. In eodē luto hæsitans.) Duo hæc proueria sunt ex Phormione Terentiana: de quib. uide Erasmi in Chiliad. Prioris meminit idem Lactant. lib. 7. cap. 2. Vos fur am autē soluere Budæo dicuntur, qui ut syngrapham unam dissoluant, & una cautione se liberent, pecuniā mutuā maiori scenore iterū occipiunt, &c. **Competit in eos qui sic implicantur negotio, ut se nequeat extricare.** Eras. **Sequitur ineptis.**) Tertiæ partis *ἡ ἑταροσύνῃ*. Imò uerò.) **Inficiatio.** **Erit enim.**) *ἡ ἀκατόλῃ*. **Non posse.**) **Comparatio** *φουσιῆς δῶκατος, καὶ τὸ δῶκατος*. **Posse enim Dei.**) **Quia** *ἡ ἑταροσύνῃ, καὶ ἡ ἀκατόλῃ*. **Nā si est.**) **Conditionalis, à negatibus,** *ἡ ἑταροσύνῃ*, per prius temporis. **Duo igitur.**) **Catholica siquidē confessio habet,** *ὅτι ἐκ οὐκέν*. **Quin & Orpheus fatetur ante Deū nihil fuisse, dum eum primum facit, & omnia per ipsum facta confitetur:** *θεὸς πρῶτος ἦν ἅπαντα, καὶ ἔπειτα τὸ ἀρχικράτου* **20**
νοῦ, **(τυκτα.**
θεὸς κεφαλῆ, θεὸς μίση, διὸς δ' ἐκ πάντων τε
Collidunt enim.) Hoc argumento uiuntur, qui mundum interitui subiiciunt. **Alterū caret sensu.)** Contra eos qui *ἐμψυχον* mundum faciunt, mundiq; mentem Deū ipsum constituunt, de quorum dogmate Plut. in Placitis lib. 1. **Aeterni natura simplex.)** Quia quod simplex nō est, subinde aliud atq; aliud est: quod cū eternitate pugnat. *ἄπλῃ* autē *ἡ ἀκατόλῃ* idē est, **30**
docente etiam Platone, qui in 2 de Rep. sub finem sic ait: *ἡμεῖς δ' ἄρα ὁ θεὸς ἄπλῃ καὶ ἀλιδίῃ ἧ τὸ ἔργον καὶ τὸ λόγον, etc.* **Potestas faciendi.)** In statu comesturali duo sunt loci confirmationis, uoluntas & facultas, ex quibus hæc argumenta producuntur. **Nisi fuerit.)** Fortassis Platonicū illud est, qui credidit *ἡ ὁρατον* *ἡ ὁσμοσ* γεγονέναι *πρὸς τὸ ἀκατόλῃ* *ἡ ἑταροσύνῃ*. Stoici, qui à Zenone originem duxerūt, *ἡ νοήματα*, id est, notiones in animis nostris **40**
anticipatas *ἡ ἑταροσύνῃ* dixerunt. Eas Socrates & Plato seiunctas à materia substantias existimant, *ἡ τὸς νοήματα* καὶ *ἡ τὸς φωντασίαις* *θεῶν* substantantes. **Insensibile.)** Insensibile opponit illi quod sentit, iners illi quod sapit & cogitat, torpidum illi quod mouetur. Hæc tria ponit in creatore Deo, quæ Deus ipse creator in anima, non modo ad imaginē sui creata effinxit, sed in quibuslibet animantibus alijs: *ἡ ἀδνοσι, φωντασίαι, ὁσμοσ*. *ἡ ἀδνοσι* autem quid sit, ipsa nominis **50**
ratio indicat. Est enim dicta, quasi *ἡ ἀδνοσι*: ut ea quæ apparent, menti exhibeat. *φωντασίαι*

δ' ἰσχυρὸν ἰσχυρὸν interpretantur: huic & sapere & cogitare Lactantius assignare uidetur. Licet sapientia & cogitatio in anima tantum rationali locum habent, ὁρῶν impetum transferunt, Lactantius motum: ne tibi λίνυσιν imagineris, quæ sui significatione sinuosior est, quum ὁρῶν nihil aliud sit quàm πρῶτον λίνυσις. αἰδῶσις igitur quasi oratoris, φαντασία iudicis, ὁρῶν exequutoris officio fungitur. Non hæc reuera de Deo, in quem nullum cadit accidens, intelligenda sunt, sed ἀνάλογικῶς, per ἀνθρώπου πρῶτον: quate nus ratio humana pertingit, cui non datur ultra. siq; comparatio minoris ad maius, & fiet eiusmodi collectio: Nihil torpidum, iners, sensu ue carens, quicquam procreare potest. Assumptio: Hyle est eiusmodi. Complexio iam relinquit, ex materia nihil procreari posse, nedum Deum. Hæc uerò tria, quia sufficiunt araneæ ad telum texendū, uel api ad fauū construendū, multo potentius Deus ea facit quæ facit: qui non modo ratione, ut homo, illa superat, sed ineffabili præterea diuina uirtute & providentia & ἀπορρησία γίνεσθαι ἀδύνατον ad omnia etiam impossibilia habet. Nam si omne animal.) Lactantiana opinio est, bruta ratione frui. Nam in capite septimo de Ira Dei, non ratione, sed religione inter hominem & bruta discernit: quo loco, si Deus dederit, quæstionem hanc plenius excutiemus. **Certe nasci.**) Perpetuum hoc non est, ut animalia non nisi sui generis edant: nisi quatenus eiusdem generis cocant. Nam diuersorum animalium coitus, diuersæ & nouæ cuiusdā formæ animalia procreat. De quo uidendus est Aristot. libro de Generatione animalium secundo, cap. 5. Deinde monstra, quæ nascuntur, error naturæ sunt, de quibus idem Aristot. in eodē Opere lib. 4. cap. 4. **Nec tamen.**) Occupatio, qua Lucretij opinioni occurrit, qui lib. 2. ea quæ sentire uidemus, ex insensibilibus omnia principijs consistere affirmat. contra quem disputat lib. de Ira Dei, capite 10. De ijs quæ ex putredine nascuntur, & limo, lege Aristot. in uniuersali generationis partitione, & de Hist. animal. lib. 5. cap. 15. **Sed spiritu Dei.**) De spiritu uitali hoc intelligo, sine quo ne ea quidem quæ ex sexus utriusq; congressu nascuntur, uiuunt, nisi enim Deus ipsis uitæ spiraculum inspirauerit, opera parentum frustra insumentur. **De patibili.**) ἐκ παθητικῶν. Hæc uox apud Arist. est, illa apud Plut. Cic. in 3. de Natura: Cumq; omne animal patibilem naturam habeat, nullum est eorū quod effugiat accipiendi aliquid extrinsecus, **Quic**

quid enim est.) Sorites est, quod argumēti genus eleganti simul doctaq; plerunq; gradatione fit. **Solido.**) σῶμα σφρόν. **Contrectabili.**) αἰδῶτον σῶμα apud Aristot. in 2. ποδὶ γυμνασίου ἢ φθογῆς, δὲ ἀπὸ τοῦ ἀπὸ τοῦ ἢ δὲ αἰδῶσις ἀφῆ. **Accipit externam uim.**) Quod Lactantius & in superiori exemplo Cicero accipere uim dixerunt, id Græci πάρεσιν dicunt. Videtur per externā uim intelligere idem quod Arist. ἀρχαίς καὶ εἰδῆν uocat. Verba ipsius sunt: φανερὸν ὅτι δὲ πᾶσαι αἰετῶν τῶν σῶμα τὸ εἰδῆν ἢ ἀρχαίς ποιεῖσιν, ἀλλὰ μόνον αἰετῶν τῶν ἀφῶν: uel omnino ἀλλοιώσιν. ἢ γὰρ τὰ τῶν ἀπὸ τοῦ πᾶθῆ ἢ ἀλλοιώσις ὄντι. Deinde enumerat illas tangibiles, uel ut cum ipso loquar, contrectabiles cōtrarietates, quas ne studiosus puer aliunde requirat, subiungam: εἰσὶ, inquit, γυμνασίου ἢ τῶν ἀφῶν ἀδύνατον. δερμῶν, λίνυσις, ξυρόν, ὑγρόν, βαρὺ, κοῦφον, σκληρόν, μαλακόν, γλιχρόν, λεγῶν, τραχύ, λείον, παχύ, λεπτόν. id est: Calidum, frigidum: siccum, humidum: graue, leue: durum, molle: uiscosum, aridum: scabrum, glabrum: crassum, tenue, Plutarchus autor est, hæc ex Pythagorica fluere disciplina, ut ea quæ generentur, intereantq; ex elementorum alteratione oriri & interire, quod quidem in ipsa natura intestino quodam quasi morbo fieri solet, non uolentia externa. Duas enim interitus causas ponit philosophus intestinam unam, alteram extrinsecus aduenientem. Suapte natura perit æs rubigine, homo morbis: ab externis uerò causis perit domus incendio, homo cæde. Ergo intereuntia non tantū uim externam accipiunt, sed etiam internā: quod & medici & fatentur & testantur. **Dissolubile.**) Nam secundum Pythagoram, ut Plutarchus refert, γυμνασίου καὶ φθογῆς δὲ ἀλλοιώσεως σοικῆσιν, ἢ τροπῆς, ἢ ἀναλύσεως γίνεσθαι. **Quod interit.**) Quia uicissim, iuxta illud trimetron Græcorū: βροτῶν γυμνασίου καὶ φθογῆς ὁ φέρεται. negant tamē Pythagoras & Plato, ideo interiturū, ut qui diuina providentia cōtinuatur. Plut. in 2. de Placitis cap. 4. πῦρ γὰρ καὶ πλάτῃ, γυμνασίου καὶ φθογῆς τῶν κόσμου, καὶ φθογῆς τῶν ἢ, ὅσον ἔστι τῆ φύσει. αἰδῶτον γὰρ ἢ ὄντι τὸ στοιχείου, δὲ μὴ φθογῆς ἀπὸ τοῦ γυμνασίου & στωχῆ δὲ, &c. Pium quidem hoc dogma uideri poterat, nisi diuina oracula mundo finem constituissent, uel renouationē potius. **Qui quoniā sensu.**) Tot enim gradibus per analogiam Dei potentia in rebus conficiendis humanam imbecillitatem superat.

Materia.) Materia siquidē definitur hoc modo: ὅλη δὲ τὸ ἀποκείμενον πρῶτον γίνεσθαι καὶ φθαρῆαι, καὶ ταῖς ἄλλαις μεταβολαῖς. Huic definitioni astipulantur Thales, Pythagoras & Stoici: ut refert Plutarchus in Placitis libro 1. cap. 9. Dixit autem commutationem capere, sicut supra uim accipere. Quod uerò mutationem & commutationem Lactantius (Ciceronem sequentus) uocat, idem est quod ἀλλοίωσις, quam non admodum latine alij alterationem interpretantur. Quod habuit initium.) Angeli siquidem initium habuerūt, & sine sunt carituri: sic etiam animæ hominum. Materia enim.) Definitio accidentalis, ex effectis, Stoicorum est. Pōnit eam Laertius in Zenonis uita, his uerbis: οὐσίαν δ' ἐφασκεῖν ὄντων ἀπάντων τῶν πρῶτον ἔλλω, ὡς καὶ χρύσιον ἔστι πρῶτον φουσιῶν, καὶ ζῶον. ὅλη δ' ἐστίν, ἢ ἢς ὅτι δηποτῶν γίνεσθαι. Diuidunt autem ita, ut una sit omnium, altera partium. Eam uerò quæ uniuersorum est, neq. maiorem fieri dicunt, neq. minorem. **Recepit.)** id est πᾶσαι. **Aliud esse incipit.)** id est ἀλλοίωσθαι. **Destruitur.)** Hinc Stoicis est τρεπῆν, ἀλλοιωτῆν, μεταβλητῆν καὶ φθαρῆν, ὅλη δὲ ὄλου. Nam quod destruitur.) αἰτιον probat ex consequentibus. **Nisi à Deo.)** Tota hæc argumentatio non modò Ciceronis subuertit asseuerationem, sed etiam Platonis opinionem, qui duo rerum principia posuit: materiam unum, alterum Deum, id quod Laertius in eius uita retulit, his uerbis: Δύο δὲ τῶν πάντων ἀπέφηνεν ἀρχάς, θεὸν καὶ ἔλλω, ὃν καὶ νοῦν πρῶτον γορδύει, καὶ αἰτιον. ἔν δὲ τῶν ἔλλω ἀρχηγέτησον καὶ ἀπειροῦ, ἢ ἢς γίνεσθαι τὰ συγκείμενα. ἀτόπως δὲ ποτε αὐτῶν κινεμενίω, ἔπειτα θεὸς φησὶν εἰς γῶα σωαχθῶνα τόπον, τάξιν ἀταξίας ἐρείθονα ἠγνοσαμενίω. **Ut in primo libro diximus.)** Cum alibi, tum capite 3. **Impassibilis.)** Quid si legas impassibilis? ut supra. De iisdem Plato in Epidromide uidendus. Sed de his in libro de Ira Dei pleniori manu. **Immutabilis.)** ἔπε γὰρ αὐτὸς μεβίσατο, inquit idem Plato. **Beatus.)** Beatitudo, ut omnia, Deo essentialiter tribuitur: neq. enim ipsius beatitudo ulla est cõtaminabilis infelicitate. **Iam uerò illa.)** Reprehendit uitiosam argumentationem, Nam diuina prouidentia.) Adijcit rationibus etiam autoritatem: hoc est, suis copijs adiungit arma socia. **Trismegisto.)** Possent plurima ex Trismegisto testimonia adduci. Sed quia non tam disputatio-

nes quàm Annotationes instituimus, unum & alterū delibabimus. Et primum, Deum ipsius adeò materiæ creatorem esse: καὶ ὅσον τῶν τῆς ὄλης ἀποκείμενον ἐστὶν ἑαυτῷ λόγῳ, τὸ πᾶν ὁ πατὴρ σώματος ποιήσας καὶ ὀγκώσας ἐποίησε σφαιροειδῆς. Et alibi monet filium Tat. ne opificium suo priuet opifice: καὶ ἐποτε, ὡ τῆνον. τὰτ. ἀρσὸρῆσας τῶν διγυμίουργου τὰ δὲ μιερ γῆματα. Item alibi: ἐπειδὴ τὸν πάντα κόσμον ἐποίησεν ὁ δὲ μιερ γός, οὐ χερσὶν, ἀλλὰ λόγῳ. **Ut taceam de carminibus Sibyllarum.)** Quod ex ijs patet testimonijs, quæ uel noster Lactantius, uel Augustinus, alij ue adducunt. A principio primi sermonis describitur mundi creatio. **De prophetis.)** Hæc ego non de ueris prophetis intelligo, sed de alienigenis: utputa Orpheo, Zoroastre, uel de Persarum magis, Indorum ue gymnosophistis, aut Gallorum Druidis, uel Semnotheis, nam sic Augustinus quoque aliquoties horum uatum mentionem facit. Lactantius siquidem hoc agit, ut Gentes suorum hominum testimonijs conuincat. quid enim attinebat, Mosen & alios ex professo uero Deo mundi opificium assignantes, cum gentilibus numerari? **Vno spiritu.)** Summi consensus prouerbiū: sicut Vno ore apud Terentium, μία φωνῆ apud Platonem. Simili figura Nomius noster capite octauo: ἰθρῆοι δ' ἰάχισαν ὁμογλώσσῳ τινὶ μύθοι. **Idem etiam Pythagorici.)** Pythagoras quidem, ut & Plutarchus in Placitis, & Laert. in eius uita refert, Deum principiorum monada facit. Verba Plutarchi sunt: πῶνθε γορδύει τῶν ἀρῶν τῶν μὲν μονάδα θεὸν καὶ τὰ γὰρ θεὸν, ἢ πρῶτον ἢ τὸ φῶς φῶσις, αὐτὸς ὁ νῶς. Huius etiam Galenus meminit in historia philosophica. Paulo superius indicauimus, Pythagoram credidisse mundū à Deo geniū, corruptioni obiectū. **Stoici.)** Hi namq. docuerūt, nos Dei cognitionem habere ex pulchritudine simul & magnitudine rerum ab ipso factarū: ut Galenus in historia philosophica retulit, cap. 27. Apud Laertiū in Zenonis uita definiūt, θεὸν εἶναι ζῶον ἀθάνατον, λογικόν, ἢ νοερόν, γὰρ ὀνομαμονία καὶ τὸν ἀνεπίδεικτον, πρῶτον τῶν καὶ μὲν τε, καὶ τὸ γὰρ κόσμον. Miror autem, quid Hieronymo uenerit in mentem, qui capite nono in Ezechielem negat Stoicos prouidentiam Dei asserere, præsertim quum Senecæ Stoici liber egregius de prouidentia extet. **Quid quòd Saluanus sub initium sui Operis, ubi eorundem ferè testimonia profert, Stoicos nequaquam silentio præterit?**

Peripa-

Peripatetici.) Quorum princeps Aristoteles, in præclaro de Mûdo opere id præclare testatur. Laertius: τὸν δὲ θεὸν ἀσώματον ἀπέφρανε, λαβὰς καὶ τὸ πλάττειν εἶναι δὲ αὐτὸ τὸ πλῆθος νοῦν μέχρι τῶν ὀστέων. A primis illis septem.) Ex quibus coryphæus Thales: κάλλιστον (inquit) ἡσμεθ', ποίημα γὰρ θεῶν. Hæc Laert. Nam ipsorum monumenta non extant, sicut ne Socratis quidē, nisi quatenus à Platone & Xenophonte inducitur: & apud Xenophontem non Deo, sed dijs rerum administrationem tribuit. Platonem.) qui Trismegistum secutus, ipsum τὸ πᾶν τῶν ἀνυμειγῶν facit, ut alibi diximus: quem Velleius apud Cic. explodit. Multis post seculis.) Vix paucis annis, cū ipse adolescens fuerit eo tempore, quo Alexander Magnus obiit. Disciplinam.) hæresin, sectam. Gnato Terentianus: — Sectarijussi, si pote, tanquam philosophorum habent discipline ex ipsis
 20 Vocabula parasiti itidē ut Gnatonici uocantur. Circumlatrantes.) Videtur Cynicos notare in primis. Cum autem prouidentiam.) quam anū satidicam, eiusq; sectam Velleius appellat apud Ciceronē de Nat. deorum 1. In hanc foueam.) Redit rursus ad prouerb. In eodem luto. Lucilius.) Qui apud Cic.

Stoicorum parteis defendit. Hic est ergo cardo.) Vide prouerb. Res est in cardine. Cotta.) Academicus. Sic assentiar.) Contestatio liuis. Id est maxima.) Nominis definitio ἢ πρόφρασις. Quoties Epicureus est.) quoties Velleij personā loquentem facit. Quibus manibus.) Verba Velleij sic habent: Quibus enim oculis uester intueri potuit Plato fabricam illam tanti operis, qua construi à Deo atq; edificari mundum facit? Quæ molitio? quæ ferramenta? qui uelites? quæ machinæ? qui ministri tanti numinis fuerūt: etc. Locus aut quem sugillat, est in Timæo. Sole nondum.) Vide Macrobiū. Noluī enim.) Eandem rationem reddit etiā Magnus ille Basilius, in quodam de uarijs Scripturæ locis sermone. Ambrosius in 6. Epistolarū aliam adducit: eam nempe, quod mundus sit interiturus aliquando, homo non itē. Ouid.) in 1. Metam. An tu.) Ab analogia. Hermes.) Fugit nos etiam hic locus. Quasi custodia scriptum.) Platonicū hoc est. Nam in Phædone dicit, τὸ πᾶν ψυχῶν τεχνὸς ἐστὶν ἀδελφὸν τῶν σώματι, ἢ πλοῦτος κενὸν ἀνεπίλυτον, αὐτὰρ κενὸν μὲν ἢ ὁσπερ δὲ ἐργεῖν σὺν πείθει τῆ ὄψει, ἀλλὰ μὴ αὐτῆ δι' αὐτῆ, etc. Atq; alibi rursus, ἐμπόδιον τῆ ψυχῆς τὸ σῶμα appellat.

De mundo, eiusq; partibus, elementis & tempestatibus. CAP. X.

30 **N**Vnc quoniā refutauimus eos qui de mundo & factore eius Deo aliter sentiunt, quā ueritas habet: ad diuinā mundi fabricam reuertamur, de qua in arcanis sanctæ religionis literis traditur. Fecit igitur Deus primū omnium cælum, & in sublime suspendit, quod esset sedes ipsius Dei conditoris. Deinde terrā fundauit, ac cælo subdidit: quam homo cum cæteris animalium generibus incoleret. Eam uoluit humore circumflui & contineri. Suum uero habitaculū distinxit claris luminibus, & impleuit: sole scilicet, lunæq; orbe fulgenti, & astrorum micantium splendentibus signis adornauit: tenebras autē, quod est his contrariū, constituit in terra, nihil enim per se continet luminis, nisi accipiat à cælo, in quo posuit lucem perennem, & superos, & uitam perpetuam: & contrā in terra tenebras, inferos, & mortem. Tanto enim hæc ab illis superioribus distant, quantum mala à bonis, & uitia à uirtutibus. Ipsi quoq; terræ binas partes contrarias inter se, diuersas que constituit: scilicet orientem, occidentemq; ex quibus oriens Deo similis censetur: quia ipse luminis fons, & illustrator est rerum, & quod oriri nos faciat ad uitam sempiternam. Occidens autem conturbatæ illi prauæ que menti adscribitur, quod lumen abscondat, quod tenebras semper inducat, & quod homines faciat occidere, atque interire peccatis. Nam sicut lux orientis est, in luce autem uitæ ratio uersatur: sic occidentis tenebræ sunt, in tenebris autem & mors & interitus continetur. Deinde alteras partes eadem ratione dimensus est, meridiam ac septentrionem: quæ partes illis duabus societate iunguntur. Ea enim quæ est solis calore flagrantior, proxima est, & cohæret orienti. At illa quæ frigoribus & perpetuo gelu torpet, eiusdē est, cuius extremus occasus.
 40 Nam

Nam sicut contrariæ sunt lumini tenebræ, ita frigus calori. Ut igitur calor lumini est proximus, sic meridiæ orienti: ut frigus tenebris, ita plaga est septentrionis occasui. Quibus singulæ partibus suum tempus attribuit. Ver scilicet orienti, æstas meridionali plagæ, occidēti autumnus est, septentrioni hyems. In his quoque duabus partibus, meridionali & septentrionali, figura uitæ & mortis continetur: quia uita in calore est, mors in frigore: sicut autem calor ex igne est, ita frigus ex aqua. Secundum harum partium dimensionē, diem quoque fecit, ac noctem: qui spacia & orbis temporum perpetuos ac uolubiles, quos uocamus annos, alterna per uices successione cōficiant. Dies, quem primus oriens subministrat, Dei sit necesse est, ut omnia quæcunque meliora sunt. Nox autem, quam occidens extremus inducit, eius scilicet quem Dei esse æmulum diximus. Quæ duo etiam in hoc præsciis futurorum Deus fecit, ut ex ijs & ueræ religionis & falsarum superstitionum imago quædā ostenderetur. Nam sicut sol qui oritur in die, licet sit unus (unde solem esse appellatum Cicero uult uideri, quod obscuratis sideribus solus appareat) tamen quia uerum ac perfectæ plenitudinis lumen est, & calore potissimo, & fulgore clarissimo illustrat omnia: ita in Deo, licet sit unus, & maiestas, & uirtus, & claritudo perfecta est. Nox autem, quam prauo illi antitheo dicimus attributam, eius ipsius multas & uarias religiones per similitudinem demonstrat. Quamuis enim stellæ innumerabiles micare ac radiare uideantur: tamē quia non sunt plena ac solida lumina, nec caloris perferunt quicquā, nec tenebras multitudinē sua uincunt. Duo igitur illa principalia inueniuntur, quæ diuersam & contrariam sibi habent potestatem, calor & humor, quæ mirabiliter Deus ad sustentanda & gignenda omnia excogitauit. Nam cum uirtus Dei sit in calore & igni, nisi ardorē uimque eius admista humoris ac frigoris materia tēperasset, nec nasci quicquam, nec coherere potuisset: quin statim cōflagratione interiret, quicquid esse cœpisset. Vnde & philosophi quidam, & poetæ, discordi concordia mundum constare dixerunt: sed rationem penitus nō uidebant. Heraclitus ex igne nata esse omnia dixit, Thales Milesius ex aqua. Vterque uidit aliquid, sed errauit tamē uterque: quod alterutrum si solum fuisset, neque aqua nasci ex igne potuisset, neque rursus ignis ex aqua. Sed est uerius, simul ex utroque permixto cuncta generari: ignis quidem permisceri cum aqua non potest, quia sunt utraque inimica: & si cominus uenerint, alterutrum quod superauerit, cōficiat alterum necesse est: sed eorum substantiæ permisceri possunt. Substantia ignis calor est, aquæ humor. Recte igitur Ouidius:

Quippe ubi temperiem, sumpsere homorq; calorq; ,

Concipiunt: & ab his oriuntur cuncta duobus.

Cumq; sit ignis aquæ pugnax, uapor humidus omneis

Res creat, & discors concordia fœtibus apta est.

Alterum enim quasi masculinum elementum est, alterum quasi foemininum: alterum actiuum, alterum patibile. ideoque à ueteribus institutum est, ut sacramento ignis & aquæ nuptiarum fœdera sanciantur: quod foetus animantium calore & humore corporentur atque animentur ad uitam. Cum enim constet omne animal ex anima & corpore, materia corporis in humore est, animæ in calore, quod ex auium foetibus datur scire: quos crassi humoris plenos, nisi opifex calor fouerit, nec humor potest corporari, nec corpus animari. Exulibus quoque igni & aqua interdici solebat: adhuc enim uidebatur nefas, quamuis malos, tamen homines supplicio capitis afficere. Interdicto igitur usu earum rerum quibus uita constat hominum, perinde habebatur, ac si esset qui eam sententiam exceperat, morte multatus. Adeo ista duo elementa prima sunt habita, ut nec ortum hominis, nec sine his uitam crediderint posse constare. Horum alterum nobis commune est cum cæteris animantibus, alterū soli

foli homini datum. Nos enim, quoniā cœleste atq; immortale animal sumus, igne utimur, qui nobis in argumētum immortalitatis datus est: quoniā ignis ē cœlo est, cuius natura quia mobilis est, & sursum nititur, uitæ cōtinet rationem. Cætera uerò animalia, quoniam tota sunt mortalia, tantummodo aqua utuntur quod est elementum corporale, atq; terrenū. Cuius natura, quia mobilis est ac deorsum uergens, figuram mortis ostendit. Ideo pecudes neq; in cœlum suspiciunt, neq; religiones sentiunt: quoniam ab his usus ignis alienus est. Vnde autem, uel quomodo Deus hæc duo principalia, ignem & aquam uel accenderit uel eliquauerit, solus scire potest qui fecit.

COMMENTARIUS.

10 Hoc caput est luculentissimum *ἁγνίστως* allegoricæ exemplum. Cuiusmodi sunt in Basilij & Ambrosij *ἑξαήμερον* libris: & apud August. in xij. Confess. & in Genesi ad literam. Theodoretus de prouidentia sermo primus & alter. Et est omnino argumētum huius capitis, quod scriptum est Psal. 8. Cum considero cœlos, facturam digitorum, &c. In sublimi suspendit.) Sicut cameram, Ambros. & Augustino autoribus in testimonium illud Psalmi 104. citantibus: Extendis cœlum sicut pellem, sic enim in Græco legitur, *ἐκτένω τοῦ οὐρανοῦ ὡσεὶ δ' ἔρριψ.* Sed qui ex Hebræo hunc locum transferunt, pro pelle cortinam ponunt, uoce ad hanc rem magis appositā. Adde, quod quidā illud in Genesi, Fiat firmamentum, firmamenti nomen extensionis nomine interpretatur. Augustinus pro stulta quæstione habet, si quis de mundi forma quærat. opiniones philosophorum uide apud Plut. in Placitis lib. 2. cap. 2. Quod esset sedes.) Hoc August. non de omni cœlo intelligit, sed de eo quod Psalm. 114. Cœlum cœli appellatur, *ὁ οὐρανὸς τῆς οὐρανῶν.* Quem tamē locum Hebraici textus interpretes per *σέδρα δ' ὑπὸ πλοῦν* reddiderūt. Cœlum Dei domicilium esse, non modo diuini libri docent, ut Esaiæ ult. Sedes mea cœlum, &c. et apud Matth. 5. ubi Dominus Christus prohibet iurare per cœlum, eo quod Dei sedes est: sed & Ethnicorum doctores ita senserunt. Nam sic apud Arist. de Mundo legitur: *τὸ μὲν οὐδὲ ἀνωτέρω καὶ πρῶτῳ ἔδραν αὐτὸς ἐλαχον, ὑπὸ τῶν τε οὐρανῶν ὡνόμασται καὶ ἔστι τὸν πρῶτον, ἀκροτάτην λογικήν τὴν σύνεπαινον ἐγκειβήσουμι δὲ δρανῶν.* Absit hinc crassa eorum imaginatio, qui Deum in æthere iridi insidentem, terræq; glebo pedes insipientē pingunt: qui immensus est, nulloq; loco circumscribi potest, aut includi. Væ cordiæ, inquam, hoc foret nobis de Deo sentire, quum Arato & Vergilio sint Iouis omnia plena. Hic tropus Scripturæ nobis significat, Dei maiestate cœlos terrasq; impleri, eamq; per totam rerum uniuersitatem diffundi. Alia rursus hic philosophorum

quæstio est, A quo elemento Deus mundi fabricam auspicatus sit: non maius emolumentum ad beatitudinem, quàm superior adferens, nec tamen impia uel superflua prorsus censenda est, quum Moses dispositionis seriem in sex dierum operas tanto studio digesserit. Philosophorum opiniones reperies in eodem Plutarchi libro, cap. 6. Eam uoluit humori.) Hoc primi diei opus est.

Distinxit claris luminibus.) Hoc quarti diei opus est, quum ante primum diem, lumine diē à nocte separauerit. Ambrosius credit aliud lumē primæ die fuisse, aliud quartæ. Basilij putat tum lucem, nunc lucernam creatam esse. Solare siquidem corpus lucis uehiculum facit. Nazian. Basilium ferè explicans, ait primo die lucem esse conditam, diffusam passim in totam mundi uniuersitatem: quæ postea ceu undiq; collecta, coacta sit in solem. Philippus Melancthon sentit, & lucē primo die conditam esse, et diei noctisq; discrimina: deinde die quarto additum esse solem, lumen clarioris, & diei discriminatorem cognobiliorē. Neq; Sacræ tantum literæ, sed cum his Sibylla quoq; diei et luminarium creationem disiungit. Nam de primo lumine sic ait:

— καὶ φῶς γλυκὺ αὐτὸς ἔδωκε.

De luminaribus uero sic:

καὶ πῆλον ἐσεφάωσεν ἄλις πνευματίου ἄστροις.

Alcimus Auitus æquē ut Lactan. cōfundit. adscribam eius uersus:

Iam pater omnipotens librantis pondere uerbi,
Undiq; collectis discreuerat arida lymphis,
Littoribus pontum constringens, flumina ripis:
Iam proprias pulchro monstrabat lumine formas.
Sed diem aliquam antehac fuisse, sequētib; subindicat uersibus:

Obscuro cedente die, uarioq; colore,
Plurima distinctum pingebat gratia mundum.
Temporibus sortita uices, tum lumina cœlo
Fulsere, alterno solis lunæq; meatu.

Quin & sidereus nocturno tempore candor,
Temperat horrenteis astrosum luce tenebras.

Cyrus Theodorus hoc disticho Iambico expressit:

τὸ χθὲς χυτὸν φῶς, σήμερον σιωπῶσα,
τοῦ ἡλιακοῦ διοῦ ἐνθα οἰκίαν.

Nicephorus septuaginta sequutus, primi diei opus φάος, quartæ φως ἦρας appellavit. Adscribam eius versiculos:

ἦ ἡμέρα πρώτη γὰρ ἐκχέει φάος,
τὸ δευτέρῃ παυτελὸς λύσας σκότος.

τῇ δὲ τρίτῃ δὲ τὸ σφαιρῶμα φέρει
ἔδωκε σιωπῶσαι δευτέρῃ καὶ χλόην τρίτῃ

φως ἦρας, ἄστρα δὲ τετάρτῃ τὸ ἥλιος,
ἔργον δὲ πέμπτῃς ἰχθύων πλωῶν γῆν.

ἔκτα δὲ δὲ γῆς ἐρεπτεῖ καὶ θάλασσα.

Lunæ & orbe.) De lunæ forma quid uariant Philosophi, uide cap. 27 eiusdem Plut. de Placitis libri. Splendentibus signis.) Hoc nomine etiam in Genesi est, prophetae usus: Fiant luminaria in firmamento cœli, & distinctionem faciant inter diem & inter noctem: & sint in signa, & in certa tempora, & in dies, atq; in annos.

Sic etiam Dominus: Erunt signa in sole & in luna, &c. Non ergo sideribus uirtus agendi, sed significandi officium rectè concedi potest. σήματα etiam Eudoxus & Aratus, teste Plut. uocant.

Opinor ob hoc ipsum, quia temporum interualla signant, ut luna menses: sol annū & anni quatuor partes, solstitia, dies naturales: Saturnus anni uertentis ambitum, &c. Tanto enim hæc à superioribus distant.)

Subtus terram nihil esse, neq; cœlum extimum ultra quicquam, quod quidem sit huic machinæ deuinctum, in confesso est. Quæ uerò extrâ sunt, nefas est humanæ mentis cogitare. Inter cœlum uerò, terramq; millia myriadum duo, sexcentas quatuordecim miliarium nostratum esse, & millia præterea tria, doctissimi simul, sanctissimiq; uiri tradidere. Vide ad hæc, præter alios, Censorinum cap. 13. de die natali.

Quantum mala à bonis.) Similia docet August. in ijs libris quos scripsit de sermone, quem Dominus in monte habuit. Terra peccatum est, eo quòd homo peccator ex terra est, iuxta Dei dictum Gen. 3. iustus cœlum: quia cor in se habitaculum Dei, cœli habitaculum Dei.

Ergo peccati præmium terræ assignatur, iusticiæ cœlo, uita nimirum & mors. In terra tenebras.) Quas sibi ipsi facit. Meminit etiam infra lib. 6. cap. 1. Oriens Deo similis.) Apud Esaiam cap. 60. sic legitur: Non erit tibi amplius sol in lucem per diem, & splendor lunæ nõ lucebit tibi: sed erit tibi Dominus in lucem perpetuâ, &c. Quo loco redarguit Hieronymus χιλιαστές

(in quibus Lact. nos ter numeratur) quod hæc ad suos mille annos referant, ipse spiritualiter interpretatur, dicens, pijs solem iusticiæ semper oriri, impijs etiam in ipso meridie occidere: id quod Dominus apud Amos 8. minatur populo. Idem Hieron. in primo Ecclesiasticis capite repetit eadem.

Occidens autem.) Apud Hieron. cap. 15. Occidit sol eius, cum adhuc esset dies: confusa est, & erubuit. Quæ est solis calore flagrantior.) Hieron. apud Ezech. cap. 47. Post plagam, inquit, Aquilonis & Orientis, quum ortus nob. fuerit sol iusticiæ, accipimus meridianam plagam, quando totum nobis de super lumen infunditur, &c. At illa quæ frigoribus.)

Aquilonis nomen apud prophetas plerunq; inauspicatum legitur, præsertim apud Hieremiam nõ uno loco. Hæc propterea annotauimus, ne quis putet Lactantium extra Scripturas ludere. Ver scilicet Orienti.)

Ludit etiam Ambrosius allegorij, lib. 4. Hexameron, cap. 5. illud Genes exponens: Et sint in signa, & in certa tempora, in dies & in annos. Nec tamen semper eadem est allegoria æstatis & hyemis. Aliter enim exponitur illa Prouerb. 6. de formicis similitudo, aliter illa de conductis in uincam operarijs in Evangelio parabola. Huius uerò expositionis talis typus poni potest:

Ludit etiam Ambrosius allegorij, lib. 4. Hexameron, cap. 5. illud Genes exponens: Et sint in signa, & in certa tempora, in dies & in annos. Nec tamen semper eadem est allegoria æstatis & hyemis. Aliter enim exponitur illa Prouerb. 6. de formicis similitudo, aliter illa de conductis in uincam operarijs in Evangelio parabola. Huius uerò expositionis talis typus poni potest:

Ludit etiam Ambrosius allegorij, lib. 4. Hexameron, cap. 5. illud Genes exponens: Et sint in signa, & in certa tempora, in dies & in annos. Nec tamen semper eadem est allegoria æstatis & hyemis. Aliter enim exponitur illa Prouerb. 6. de formicis similitudo, aliter illa de conductis in uincam operarijs in Evangelio parabola. Huius uerò expositionis talis typus poni potest:

Ludit etiam Ambrosius allegorij, lib. 4. Hexameron, cap. 5. illud Genes exponens: Et sint in signa, & in certa tempora, in dies & in annos. Nec tamen semper eadem est allegoria æstatis & hyemis. Aliter enim exponitur illa Prouerb. 6. de formicis similitudo, aliter illa de conductis in uincam operarijs in Evangelio parabola. Huius uerò expositionis talis typus poni potest:

Ludit etiam Ambrosius allegorij, lib. 4. Hexameron, cap. 5. illud Genes exponens: Et sint in signa, & in certa tempora, in dies & in annos. Nec tamen semper eadem est allegoria æstatis & hyemis. Aliter enim exponitur illa Prouerb. 6. de formicis similitudo, aliter illa de conductis in uincam operarijs in Evangelio parabola. Huius uerò expositionis talis typus poni potest:

Ludit etiam Ambrosius allegorij, lib. 4. Hexameron, cap. 5. illud Genes exponens: Et sint in signa, & in certa tempora, in dies & in annos. Nec tamen semper eadem est allegoria æstatis & hyemis. Aliter enim exponitur illa Prouerb. 6. de formicis similitudo, aliter illa de conductis in uincam operarijs in Evangelio parabola. Huius uerò expositionis talis typus poni potest:

Ludit etiam Ambrosius allegorij, lib. 4. Hexameron, cap. 5. illud Genes exponens: Et sint in signa, & in certa tempora, in dies & in annos. Nec tamen semper eadem est allegoria æstatis & hyemis. Aliter enim exponitur illa Prouerb. 6. de formicis similitudo, aliter illa de conductis in uincam operarijs in Evangelio parabola. Huius uerò expositionis talis typus poni potest:

Ludit etiam Ambrosius allegorij, lib. 4. Hexameron, cap. 5. illud Genes exponens: Et sint in signa, & in certa tempora, in dies & in annos. Nec tamen semper eadem est allegoria æstatis & hyemis. Aliter enim exponitur illa Prouerb. 6. de formicis similitudo, aliter illa de conductis in uincam operarijs in Evangelio parabola. Huius uerò expositionis talis typus poni potest:

Ludit etiam Ambrosius allegorij, lib. 4. Hexameron, cap. 5. illud Genes exponens: Et sint in signa, & in certa tempora, in dies & in annos. Nec tamen semper eadem est allegoria æstatis & hyemis. Aliter enim exponitur illa Prouerb. 6. de formicis similitudo, aliter illa de conductis in uincam operarijs in Evangelio parabola. Huius uerò expositionis talis typus poni potest:


Ludit etiam Ambrosius allegorij, lib. 4. Hexameron, cap. 5. illud Genes exponens: Et sint in signa, & in certa tempora, in dies & in annos. Nec tamen semper eadem est allegoria æstatis & hyemis. Aliter enim exponitur illa Prouerb. 6. de formicis similitudo, aliter illa de conductis in uincam operarijs in Evangelio parabola. Huius uerò expositionis talis typus poni potest:

Ludit etiam Ambrosius allegorij, lib. 4. Hexameron, cap. 5. illud Genes exponens: Et sint in signa, & in certa tempora, in dies & in annos. Nec tamen semper eadem est allegoria æstatis & hyemis. Aliter enim exponitur illa Prouerb. 6. de formicis similitudo, aliter illa de conductis in uincam operarijs in Evangelio parabola. Huius uerò expositionis talis typus poni potest:

Ludit etiam Ambrosius allegorij, lib. 4. Hexameron, cap. 5. illud Genes exponens: Et sint in signa, & in certa tempora, in dies & in annos. Nec tamen semper eadem est allegoria æstatis & hyemis. Aliter enim exponitur illa Prouerb. 6. de formicis similitudo, aliter illa de conductis in uincam operarijs in Evangelio parabola. Huius uerò expositionis talis typus poni potest:

Ludit etiam Ambrosius allegorij, lib. 4. Hexameron, cap. 5. illud Genes exponens: Et sint in signa, & in certa tempora, in dies & in annos. Nec tamen semper eadem est allegoria æstatis & hyemis. Aliter enim exponitur illa Prouerb. 6. de formicis similitudo, aliter illa de conductis in uincam operarijs in Evangelio parabola. Huius uerò expositionis talis typus poni potest:

Ludit etiam Ambrosius allegorij, lib. 4. Hexameron, cap. 5. illud Genes exponens: Et sint in signa, & in certa tempora, in dies & in annos. Nec tamen semper eadem est allegoria æstatis & hyemis. Aliter enim exponitur illa Prouerb. 6. de formicis similitudo, aliter illa de conductis in uincam operarijs in Evangelio parabola. Huius uerò expositionis talis typus poni potest:



30

40

Non uana, inquam, hæc fictio est. Præbet pijs animis sæpe piarum cogitationum materiem. Nam Prudentij *ναυμεριων* oda ferè ex his fontibus fluunt, & Lact. de resurrectione carmen à ueris amcenitate, de Phœnice, ab Oriente, hinc preces Erasmi cæteraq; ad temporum occasiones cõpositæ sunt. Dies enim quæ.) Quid dies, quid nox mysticè sit, cum alibi sæpe, apud Ioan. cap. 9. habes luculentissime. Dei æmulum.) dæmonem, supra cap. 9.

Vnde

Vnde solem.) Cic. in 2. de Nat. deorum. Iam Apollinis nomen est Græcum, quem solem esse uolunt. Dianam autem & lunam eandem esse putant, quum sol dictus sit, uel quia solus ex omnibus sideribus est tantus: uel quia, cum est ortus, obscuratis omnibus solus apparet. Subscribit Ciceroni Varro. Græcis est alia deriuatio. Nam Plato in Cratylō ἡλιου Doricis ἀλιου uocari ait, ἡλιὸν τὸ ἀλιεῖν εἰς τὸ αὐτὸ αὐθιγῶπιος, eo quod homines congreget: uel ἡλιὸν τὸ ἀλιεῖν, eo quod circum terrā perpetuō rotatu agatur. Alijs uerō ἀλιεῖ, ὡς ἔξ ἀλός, quod ex mari generationē habeat. alijs quasi ἀλιεῖ, per aphaeræsin, quod omnia manifestet et illustret. Hoc contra Empedoclem est, qui duos soles fecit: unum in nostro, alterum in inferiori Hemispherio. Perfectæ plenitudinis lumen.) Heraclitus solem cælestis luminis fontem (teste Macrobio) dicit, siue lumen suum, secundum Plin. cæteris sideribus sceneret: siue (ut Cic. uoluit) alijs quidem sideribus (excepta luna) proprium sit lumen, ipse dux, princeps & moderator luminum sit. Plato in Timæo: ἵνα δὲ εἴη μέτρον γῆρας γῆς πὶ πῶς ἀλλήλα βραδύπυτι καὶ τέχει, καὶ τὰ πόδι τὰς οὐλῶ φεράς πορδύοιτο, φῶς δὲ θεὸς ἀνὰ γῆν γῆ πὶ πῶς γλῶ δδύτρεα πειρίσσει, ὁ δὲ νύκτὶ κεκλιμένον ἡλιου, ἵνα ὅτι μάλα εἰς ἅπαντα φαίνοι τὸν ἕρανόν. Quæ uerba Cic. de Vniuersitate sic reddidit: Atq; ut esset mensura quedam euidens, quæ in istis octo cursibus celeritates tarditatesq; declararet, Deus ipse solem quasi lumen accendit, ad secundum supra terram ambitū, ut quàm maximè cælum omnibus colluceret, &c. super quo loco uide Macr. lib. 1. Som. supra cap. 20. Antitheo.) Quem paulo superius Dei æmulum dixit, nunc ἀντιθεῶν uocat: eo modo quo ἀντιγῆσόν, non quemadmodum Homer. & alij poetarum ἰσθῆσόν καὶ δῖόν, quod splendore suo proximè ad Dei maiestatem accedat. Sic etiam Nonni locum exponendum censeo, qui est in cap. Ioan. septimo: καὶ πῖνυτοὶ νόστον δὲ ἀντιθεῶν ἰσθῆσες, ubi ἀντιθεῶν Deo aduersantes reddendum esse, res ipsa docet. Religiones.) in speciem bonas. Sumit enim Antitheus ille formam angeli lucis. Argumentum est: Religiones quales quales sint, stellis similes esse, luce & calore castis. Venusta est analogia. Nam quicquid extra lucem Christum est, tenebricosum est: ita ut quicquid gentilitiæ religionis est, qui quantacumq; Dei cognitio, tenebras illas uincere nequit. Apparet Lactantium in eorum esse sententia, qui stellis quidem lucis propriæ ali-

quid tribuunt. Duo principalia.) Certum est, quod ignis, nō modò solaris ille, sed etiam naturalis ē subiecto solo tepido humidoq; nascentia omnia producit. Sed quicquid eius hic dicitur, analogiæ explicandæ causā dicitur. Vnde & philosophi quidam.) Eripedocles, ut est apud Laert. & Plut. in Placitis lib. 1. cap. 3. (de quo nos in Amicitia Cic. diximus) contra cuius concordem discordiam disputat Arist. de Generat. & corrupt. lib. 2. cap. 6. Lucret. lib. 1. Heraclitus ex igne.) Refertur à Laertio inter eius dogmata. Meminit Cic. in 4. Academ. quæst. Confutatur etiam à Lucretio lib. 1. Thales Milesius.) De hoc dictum est lib. 1. cap. 8. Substantia ignis.) Ἐπιπέσις. Dicunt solem potentia, non actu calidum esse. Ouidius.) in pri. Metamorph. ubi de Nili fecunditate scribit. Masculinum elementum.) Sicut Plinius solem masculinum sidus appellauit. Ut sacramento ignis.) Hactenus physicis egit rationibus: nunc legibus & institutis maiorum, quæ uim habent testimonia, de quibus hæc sunt Festi uerba: Aqua dicitur, a qua uiuamur. Aqua autem & igni tam interdici solet damnatis, quàm accipiunt nouæ nuptiæ: uidelicet quia hæc duæ res humanam uitam maximè continent. Itaq; funus prosequuti, ignē supergrediebantur, aqua aspersi: quod purgationis genus appellabant suffitionem. Varro, ut Seruius in 4. Aen. refert, scriptum reliquit, aqua & igni maritos accepisse uxores, indeq; suis etiam temporibus faces præluxisse, & aquam de puro fonte per puerum fuisse petitam, uel per puellam, de qua nubentibus pedes solebant lauari. Prioris mentio fit à Scæuola lareconsulto, in lege penult. de donat. inter uirum & uxorem. Virgini, inquit, in hortos deducta, ante diem tertium, quàm ibi nuptiæ fierent, cum in diæta apud eum esset, die nuptiarum prius quàm ad eum transfiret, & priusquam aqua & ignis acciperetur, obtulit x. aureos dono, &c. Alterius Vlpian. ff. de pœnis. l. 2. Rei, inquit, capitalis damnatum sic accipere debemus, ex qua causa damnato uel mors, uel etiam ciuitatis amissio, uel seruitus contingit. Constat, postquam deportatio in locum aquæ & ignis interdictionis successit, &c. Super quibus locis consule Budæum. Huc respexisse puto Cicer. in Orat. pro Roscio Amerino: Quanto nostri maiores sapientius, qui quum intelligerent nihil esse tam sanctum, quod non aliquando uiolaret audacia, supplicium in parricidas singulare excogitarunt: ut quos natura ipsa retinere in officio non potuisset, magnitudine pœnæ, maleficio

maleficio submouerentur, insui uoluerūt in cule-
um uiuos, atq; ita in flumen deici. O' singularem
sapientiam Iudices. non ne uidentur hunc homi-
nem ex rerum natura sustulisse & eripuisse, cui
repente ccelum, solem, aquam, terramq; ademe-
rint, ut qui eum necasset, unde ipse natus esset, &
careret ijs rebus omnibus ex quibus omnia nata
esse dicuntur? Lælius apud eundem Cic. dicit,
amicitiam magis necessariam esse, quam aquam
& ignem. Quo loco nos nonnihil annotauimus.
Horum alterum nobis.) Non hoc agit
Lactantius, ut doceat hominem tantum ex igne
constare & aqua. Corpus siquidem hominis (ut
animantium reliquorū omnium) constat ex qua-
tuor elementis, igne, aere, aqua, terra: Aristotele
& Hippocrate testibus. Sed ex analogia docet,
animæ originem cœlitus esse: corporis ex iisdem

elementis, ex quibus uniuersa constant: sed in pri-
mis ex humido, eo forte, quia et semen & sanguis
humores sunt. Nam Thaletis opinio ab ipso La-
ctantio paulo superius explosa est. Quod autem
animæ ignitam tribuit naturam, suis ipsius ratio-
nibus quibus non ita pridem Heracliti dogma con-
futauit, repugnat. siue cum Stoicis faciat, qui ani-
mam $\psi\upsilon\lambda\mu\alpha$ $\delta\delta\rho\mu\acute{o}\nu$ dicunt: siue cum Demo-
crito, qui $\psi\upsilon\lambda\mu\acute{o}\delta$ $\delta\sigma$ $\sigma\upsilon\gamma\mu\epsilon\mu\alpha$ dixit: siue cum
Vergilio, qui igneam uigorem. Atqui si ignis ani-
ma est, necesse fuerit ipsam in ignem resolui: &
per consequens erit interitui obnoxia. quod ipse,
ut Christianus de immortalitate certus, non cre-
dit. Neq; corpus in aquam, sed ut ex terra est, sic
in terram resoluitur. Gen. 3. Sed quid hæc Lactan-
tiana diuisio sibi uelit, aut unde fluat, inferius cap.
13. clarius patebit.

*Quòd animalia sint hominum causa facta, quid sibi uelit Deucalionis fabula, quòd
Aristoteles errauit de mundi eternitate: & quæ sint tres*

Parcæ. CAP. XI.

20

Consummato igitur mundo, animalia uarij generis, dissimilibus formis,
& magna & minora ut fierent, imperauit. Ea facta sunt bina, id est, di-
uersi sexus singula: ex quorum fœtibus & aer, & terra, & maria cõpleta sunt.
Deditq; his omnibus generatim Deus alimenta de terra, ut usui hominibus
esse possent: alia nimirum ad cibos, alia uerò ad uestimentum: quæ autem ma-
gnarum uirium, ut in excolenda terra iuuarent. unde dicta sunt iumenta. Ita
rebus omnibus mirabili descriptione compositis, regnum sibi æternum para-
re cõstituit, & innumerabiles animas procreare, quibus immortalitatem de-
dit. Tum fecit ipse sibi simulachrum sensibile atq; intelligens, id est ad imagi-
nis suæ formam, qua nihil potest esse perfectius: hominem figurauit ex limo
terræ. unde homo nuncupatus est, quòd sit factus ex humo. Deniq; Plato hu-
manam formam $\delta\epsilon\omicron\epsilon\iota\delta\lambda\omega$ esse ait. & Sibylla, quæ dicit:

εἰκὼν ἐστὶ ἀνθρώπου ἐμὴ λόγου ὀρθοῦ ἐχρῶσα.

De hac hominis fictione poetæ quoq; quamuis corruptè, tamen non aliter
tradiderunt: namq; hominem de luto à Prometheo factum esse dixerūt. Res
eos non fefellit, sed nomen artificis. Nullas enim literas ueritatis attigerant:
sed quæ prophetarum uaticinio tradita, in sacrario Dei continebantur, ea de
fabulis & obscura opinione collecta & deprauata, ut ueritas à uulgo solet ua-
rijs sermonibus dissipata corrumpi, nullo nō addente aliquid ad id quod au-
dierant, carminibus suis comprehenderunt. & hoc quidem ineptè, quòd tam
mirabili, tamq; diuinum opificium homini dederunt. Quid enim opus fuit
hominem de luto fingi, cum posset eadem ratione generari, qua ipse Prome-
theus ex Iapeto natus est: qui si fuit homo, generare hominem potuit, face-
re non potuit. De dijs autem illum non fuisse, pœna eius in Caucaſo monte
declarat. Sed neq; patrem ipsius Iapetum, patruumq; Titana quisquam deos
nuncupauit: quia regni sublimitas penes Saturnum solum fuerit, per quam di-
uinos honores cum omnibus suis posteris consecutus est. Multis argumen-
tis hoc figmentum poetarum coargui potest. Factum esse diluuium ad per-
dendam tollendamq; ex orbe terræ maliciã, cõstat inter omnes. Idem enim
& ipsi philosophi, poetæ, scriptoresq; rerum antiquarum loquuntur, in eoq;
maximè cum prophetarum sermone consentiunt. Si ergo cataclysmus ideo
factus

factus est, ut malitia quæ per nimiam multitudinem increuerat, perderetur: quomodo fictor hominis Prometheus fuit: cuius filium Deucalionē iſdem ipſi ob iuſticiam ſolum eſſe dicunt ſeruatum. quomodo unus gradus, & una progenies orbem terræ tam celeriter potuit hominibus implere: Sed uidelicet hoc quoq; ſic corruerunt, ut illud ſuperius, cum ignorarent, & quo tempore cataclyſmus ſit factus in terra, & quis ob iuſticiam meruerit genere humano pereunte ſeruari, & quomodo, aut cum quibus ſeruatus ſit. quæ omnia prophetica litera docent. Apparet ergo falſum eſſe, quod de opificio iſdem Promethei narrant. Verum (quia poetas dixeram non omnino mentiri ſolere, ſed figuris inuoluere, & obſcurare quæ dicant) non dico eſſe mentitos, ſed primū omnium Prometheum ſimulachrum hominis formaffe de molli ac pingui luto, ab eoꝝ natam primo artem, & ſtatuas, & ſimulachra ſingendi. ſiquidem Iouis temporibus fuit: quibus primū templa cōſtitui, & noui deorum cultus eſſe cœperūt. ſic ueritas fucata mendacio eſt: & illud quod à Deo factum ferebatur, homini qui opus diuinum imitatus eſt, etiam cœpit aſcribi. Cæterum fictio ueri ac uiui hominis è limo Dei eſt. Quod Hermes quoq; tradit: qui non tantum hominem ad imaginem Dei factum eſſe dixit à Deo, ſed etiam illud explanare tentauit, quā ſubtili ratione ſingula quæq; in corpore hominis membra formauerit, cum eorum nihil ſit, quod nō tantundem ad uſus neceſſitatem, quantum ad pulchritudinem ualeat. Id uerò etiam Stoici, cum de prouidentia diſſerunt, facere conantur, & ſecutus eos Cicero pluri-
 20 bus quidem locis. Sed tamen materiam tam copioſam, & uberem ſtrictim cō-
 tigit: quam ego nunc idcirco prætereo, quia nuper proprium de ea re librum ad Demetrianum auditorem meum ſcripſi. Illud hoc loco prætereſſe non poſ-
 ſum, quòd errātes Philoſophi quidam aiunt, homines, cæteraq; animalia ſine ullo artifice orta eſſe de terra. unde illud Virgilianum eſt:

Terrea progenies duris caput extulit aruis.

Et iſ maxime fuerunt in ea ſententia, qui eſſe prouidentiam negāt. Nam Stoici animantium fabricam diuinæ ſolertiæ tribuunt. Ariſtoteles autem labore
 30 ſe ac moleſtia liberauit, dicens, ſemper mundum fuiſſe: itaq; & humanum ge-
 nus, & cætera quæ in eo ſunt, initium non habere, ſed fuiſſe ſemper, ac ſem-
 per fore. Sed cum uideamus, ſingula quæq; animalia quæ antè non fuerant,
 incipere eſſe, & eſſe deſinere: neceſſe eſt, totum genus aliquando eſſe cœpiſ-
 ſe, & aliquando deſitutum eſſe, quia cœperit. Omnia enim tribus tempori-
 bus contineri neceſſe eſt, præterito, præſenti, futuro. Præteriti eſt origo, præ-
 ſentis ſubſtantia, futuri diſſolutio. Quæ omnia in ſingulis hominibus appa-
 rent. & incipimus enim, cum naſcimur: & ſumus, cum uiuimus: & deſinimus,
 cum interimus. Vnde etiam tres Parcas eſſe uoluerunt. unam, quæ uitam ho-
 minibus ordiatur: alteram, quæ contexat: tertiam, quæ rumpat ac finiat. In to-
 40 to autem genere hominum quia ſolum præſens tempus apparet: ex eo tamen
 & præteritum, id eſt origo colligitur, & futurum, id eſt diſſolutio. Nam quo-
 niam eſt, apparet aliquando cœpiſſe: eſſe enim nulla res ſine exordio poteſt.
 & quia cœpit, apparet quandoq; deſitura. Nec enim poteſt id totum eſſe im-
 mortale, quod ex mortalibus conſtat. Nam ſicut uniuerſi per ſingulos interi-
 mus, fieri poteſt, ut aliquo caſu omnes ſimul, uel ſterilitate terrarum, quæ ac-
 cidere particulatim ſolet: uel peſtilentia ubiq; diſfuſa, quæ ſingulas urbes at-
 que regiones plerunq; populatur: uel incendio in orbem immiſſo, quale iam
 fuiſſe ſub Phaethonte dicitur: uel diluuiò aquarum, quale ſub Deucalione
 traditur, cum præter unum hominem genus omne deletum eſt. Quod dilu-
 50 uium ſi caſu accidit, profectò potuit accidere, ut & unus ille qui ſuperfuit, in-
 teriret. Si autem diuinæ prouidentia nutu, quod negari non poteſt, ad repa-

randos homines referuatus est: apparet, in Dei potestate esse uel uitam, uel interitum generis humani. quod si potest occidere in totum, quia per partes occidit: apparet, aliquando esse ortum, & ut fragilitas initium, sic declarat & terminum. Quæ si uera sunt, non potuit defendere Aristoteles, quò minus habuerit & mundus ipse principium. Quòd si Aristoteli Plato & Epicurus extorquent: & Platoni & Aristoteli, qui semper fore mundum putauerunt, licet sint eloquentes, ingratè tamen idem Epicurus eripiet: quia sequitur, ut habeat & finem. Sed hæc in ultimo libro pluribus. Nunc ad hominis originem recurramus.

C O M M E N T A R I V S.

10

Prior pars huius capituli habet quintæ & sextæ diei ἀμύτης γένεσιν: altera, consutationem errorum, qui ex inscitia ueritatis nati sunt. Prioris uerò partis exegesis ostendit, animæ originem è cælo, corporis ex terra esse. Bina.) Definitio uocis πνεύματις. Hoc in originibus Mosæicis expressum non est, sed analogia fortè ductus hoc asserit: quia humani generis seminaria masculum & femellam creauit: uel, quia bina cuiusq; generis Noe in arcam recepit. Innumerabiles animas.) Quæstiones hinc multæ oriuntur. Plato putat, animam corpore πνεύματις, πνεύματις & δειωτόν esse. Quæsiuerunt insuper ueteres Ecclesiastici scriptores (in quibus Augustinus præcipuus est) an animæ rationales sint ex traduce: hoc est, an à parentibus propagentur. Lactantius uidetur in eorum opinione esse, qui opinantur animas ab initio mundi simul esse creatas. Hanc fanaticam noster Melancthon in præclaro de Anima opere, & tanquam absurdam, repudiandam censet. Eam uerò ut receptiorem magis approbat, quæ dicitur, animas rationales diuinitus tunc nouas creari, & in corporibus, cum membra iam formata sunt. Cui & ego libentius subscripserim. Super hac quæstione plura fortè dicemus infra libro tertio, capite decimo octauo. Ad imaginis suæ.) Non satis dicit Lactantius. Nam quid sit imago Dei, & character diuinus hominum mentibus à conditore impressus, ex Pauli apostoli locis aliquot potest intelligi. secunda Corinthiorum tertio: ἡμεῖς δὲ πάντες ἀνακεκαλυμμένοι πνεύματι τῷ δέξαι λέγεις λατοπίστομοι τῷ αὐτῷ εἰκόνα· μεταμορφόμεθα ἀπὸ δέξαι εἰς δέξαι, λαθεῖν ἀπὸ λέγεις πνεύματος. Rursus, Colossensium tertio: ἀπεκδυσάμενοι τὸν παλαιὸν ἀνθρώπου σὺν τοῖς πρᾶξεσιν αὐτοῦ, καὶ ἡδυσάμενοι ἐν νεοῦ, τὸν ἀνακαλυφόμενον εἰς ἐπίγνωσιν λατ' εἰκόνα τοῦ ἰσοῦ αὐτοῦ. Atq; iterum ad Ephesios cap. quat-

to: καὶ ἡδυσάμενοι τὸν παλαιὸν ἀνθρώπου, τὸν ἡδυσάμενον ἐν τοῦ θεοῦ λατοπίστομοι, καὶ δικαιοσύνην ἡδυσάμενοι ἐν ἀληθείας. Natalibus ergo per regenerationem restituti, solius Dei conditoris imaginem gerunt, quæ per Adæ casum obliterata fuerat. Lactantius contra Gentium uanitatem scribens, ostendit gentium philosophos & uates quædam etiamnum eius εἰκόνα & uestigia animaduertisse. Ex humo.) De hoc in libro de ira Dei, capite decimo. θεοειδῶν.) θεοειδῶν potius: uel θεοειδῶν, ut est apud ipsum Platonem. Locus est in libro de Republica sexto. uerba sunt: ὁ δὲ καὶ ὁμοῦ ἐκάλειον ἡ τοῖς ἀνθρώποις ἡδυσάμενοι, θεοειδῶν τε καὶ θεοειδῶν. Sic Philo Iudæus, animam ἀπόπασμα θεῶν dicit. Et oraculum Apollinis, θεῶν μέρησιν: quæ omnia eum sapiunt errorem, in quem lapsi sunt Manichæi, qui crediderunt animam esse de substantia Dei. Nam ne Plato quidem hominem θεῶν, sed θεῶν quiddam esse concedit, in Theæteto. Et quum idem Philo ἀπόπασμα θεῶν ψυχῶν dicit, tribuit illi quod Paulus ad Hebr. 1. ipsi unigenito Dei filio Christo. In libro de Mundo, τὸ πνεύμα σφραγιστὸν θεῶν, animam uocat: cuius characterem esse ait, æternam rationem. Quod congruit cum hoc Sibyllino testimonio. Nam quod hic λόγος ὁρθός, illic λόγος αἰδῶν ἐστὶ. Pythagoras ait mortalibus θεῶν ἡδύσιν esse, sicut etiam Aratus: τὸ γὰρ καὶ ἡδύσιν ἐστὶν. Quod nec Paulus quidem Athenis improbavit, Act. 17. Quomodo uerò simus Dei genus, exponit his uerbis: ἡν αὐτῶν γὰρ ζῶμεν, καὶ κινῶμεθα, καὶ ἡδύμεν. Atque hoc idem est quod idem Aratus præmisit:

— πάντι δὲ θεῶν κινῶμεθα πάντες.

Nec minus pia Theonis Alexandrini expositio est, qui dum monet hoc dictum esse iuxta illud Hesiodi & Homeri, πατὴρ ἀδούω τε θεῶν τε, adijcit: εἰ γὰρ αὐτὸς ταῦτα ἐδυσάμενος πῶς τὸ τοῖς ἀνθρώποις βιωφελῆς, αὐτὸ αὐτῶν κινῶμεθα.

20

30

40

50

ἐπιβάντων, αὐτῶν πρὸς τὰ καὶ δὴ μὴ ἐγγύθι
 ἔδρα φέρονται. Ex his, inquam, facile possumus
 colligere, quàm propè ad uerum per medias tene-
 bras studiosa antiquitas peruenerit. Nam uerè
 (ut Lactantius ait) ipsos non res, sed nomen ar-
 tificis fefellit, optimo atque maximo deo Iouis
 nomen, quod Scriptura ignorat, tribuentes.
 Et Sibylla.) Hunc quidem uersum apud Si-
 byllam in 8. inuenio. Sed in primo quoq; Sermone
 de creatione hominis sic legimus:

καὶ τὸ τε δὴ μετέπειτα πλάσσει πάλιν ἔμ-
 πνοον ὄφρον,
 εἰκόνθ, ἃς ἰδὼς ἀπυμαξάμωθ νόου ἄνδρα,
 λαλοῦ, θεασέσθου, &c. —

A' Prometheo.) Fabula refertur aliter à
 Platone in Protagora, aliter ab Hesiodo in Ergis,
 aliter ab alijs: ἡ μυθολογία transfertur ad pro-
 uidentiam, non modò à Fulgentio, sed à Τζετζα,
 Seruio, Boccatio, & alijs. Nos Cornuti uerba
 20 adscribemus: Πραδεδημῶς τῶν αὐτῶν ὄφρον, ὅτ'
 ὁ πρῶτος θεὸς ἐπλάσσει ἐκ τῆ γῆς τὸ πᾶν ἀν-
 θρώπων γένος, ἠνοοντοῦρα προμήθεα εἰρεῖ
 ἔδρα προμήθεαυ τῆ γῆ τῶς ὅλοις ψυχῆς, καὶ
 ἐκάλεισαν οἱ νεώτεροι πρόνοιαυ. Ἡ γὰρ πᾶν-
 τῶν τὰ τε ἀλλὰ ἐγγίνοντο, καὶ ἐκ τῆ γῆς ἐφύ-
 σαν οἱ ἀνθρώποι ἀπὸ τῆ δῆως πρὸς ἄσπερ ἐχέσθης
 λατ' ἀρχῆς τῆ τῶ νόμου συστάσεως.

Ex Iapeto.) Iapeti progenies est apud Bocca-
 tium libro quarto de Genealogia deorum: & de
 30 Prometheo peculiariter cap. quadragesimoquat-
 to, ubi etiam huius loci mentionem facit. Expo-
 nunt etiam hoc mythologicòs, quòd agrestes ho-
 mines ad ciuilem traxerit uitam. Per Iapetum ins-
 telligunt Λίνκοιυ λογισμῶ: uel (ut alij uolunt)
 Λίνκοιυ νόμου. Per Clymenem matrem φρό-
 νησιυ θρακῶς. Iapetum autem dictum aiunt,
 τῆρα τὸ ἰεῖδαι καὶ ὀρμαῖν, καὶ τὸ πᾶσαι. Vi-
 de præter hæc Cornutum. Fuit homo.)

Cuius rei testes Boccatum, Augustinum, Euse-
 40 bium, Rhabanum, sed ex gentilibus insuper
 Seruium & Plinium citat. Generare ho-
 minem potuit, facere non potuit.)
 A' naturalipotencia. Nam hæc consutatio est in
 statu coniecturali. Coniecturæ autem non le-
 ues, sed τεκμῆρια sunt, ex ipsa natura de-
 sumpta. Pœna eius in Caucaſo.) Dia-
 logus est apud Lucianum, qui Caucaſus ob
 id ipsum inscribitur. & ex Aeschilo Cicero
 Tusc. quæst. 2. Caucaſi montis descriptionem
 50 reperies apud Arrianum in uita Alexan. libro
 tertio. In Caucaſo ipsum esse affixum, interpreta-

tur Τζετζες, τὸ δὲ λέγειται γῆ ὅσῳ σῶματι τὸ
 πρῶτον πρῶτον, τὸ τῆσι τῶ ψυχῆ. Seruio ue-
 rò Ecloga sexta, primum Assyrijs astrologiam
 indicasse, quam in Caucaſo residens nimia cura
 deprehenderit, & aquilam cor eius exedere: quòd
 ἀχος sit sollicitudo, qua affectus, siderum motus
 deprehenderat. Patruumq; Titana.)
 Non patruus, sed auus paternus fuit. Penes
 Saturnum.) Fratrem uidelicet: uterq; siqui-
 dem Vrani filius. Si ergo cataclysmus.)
 κατακλύζω, inundo. Sunt, qui nescio quam ana-
 logiam sequuti, putant, quicquid apud poetas est,
 ad sacras referendum esse historias. Sic diluuium
 Deucalionis cum uniuersali, Gigantomachiam
 cum terra Babylonica, Bacchum cum Noa con-
 fundunt: sic alia cum alijs, quæ tamen, tempora
 conferentibus uena facile adparent. Vniuersalis
 κατακλυσμός, quo Noa temporibus Deus or-
 bem sceleribus purgauit, fuit ab orbe condito, sè
 Philoni credimus, anno M. DC. LII. uel
 si Carionis supputationi maiorem habeas fidem,
 M. DC. LVI. Græci uehementer uariant.
 Nam Theophilus à creatione hominis ad diluuiū
 numerat annos MM. CCC. XXII. Ar-
 nobius libro quinto, Varronis autoritate Deuca-
 lionis diluuium ante Hirici & Pansa consulatum,
 annorum millia nondum duo fuisse scribit: quòd
 esset post Iani & Nini tempora non multo. Sed iux-
 ta fidem historicam, Deucalionis inundatio quæ
 Thessalica dicitur, fuit anno mundi MM.
 CCCC. XXXV. hoc est, ante urbem
 conditam, DCC. LXXVI. non, ut apud
 Orosium scriptum legitur, DCCC. X. A-
 chaica uerò inundatio fuit anno mundi MM.
 C. XC. Sodomitica uerò, post Noicam CCC.
 XCI. anno; XC. ætatis Abraham: hoc est,
 ab orbe condita MM. XLIII. Sic res
 se habet. Ex tota Græcorum Latinorumq;
 (qui hodie quidem extant) antiquitate nemo
 est, qui aliud quàm Deucalionis diluuium re-
 ferat, ne Plato quidem. Berofus Babylonius
 libro primo diligenter refert, nisi quòd in no-
 minibus à Mose uariat. Vnde uerisimile est,
 Græcos quicquid apud Chaldaeos legerunt,
 temporum rationem negligentes, antiquiora re-
 centioribus miscuisse. Deucalionis historiam
 Iustinus libro secundo, ex Trogo refert his
 uerbis: Amphitryonis temporibus (fuerunt hæc
 eadem Mosaica) aquarum illuuiæ maiorem
 Græciæ partem absumpsit. Superfuere, quos
 refugia montium receperunt, aut ad re-

gem Theſſalix Deucalionem ratibus uecti ſunt, a quo propterea genus hominum conditum dicitur, &c. Ex quibus uerbis facile claret, quantum fabula à uero receſſerint: quæ hominum genus poſtea lætis dictum tradunt, quod ex lapidibus reiectis ortum ſit. Quamuis antiquiora nobis hodie de hac fabula extant, quam quæ Ouidius in primo, & Lucian. de dea Syria ſcripta reliquerunt: & quod Pindarus in Olympicis, Ode 9 cecinit. quo loco Poeta Deucalionem Opuntia uocat, qui Locrorum urbi antiquum Opuntis nomen dedit: quæ òπóεις alioqui ſine contractione nominatur, teſte Steph. Theophilus ad Autolicum Ser. 3. Gentilium uanitatē conſutans, reprehendit non hiftorias ſolum, ſed etiam nomina ab ijs mutari: Noam uidelicet, cuius nomen ἀνάπλωσις ſignificat, δὲ ἀναλίωνα uocatuū fuiſſe, ἀπὸ τοῦ καλῶν. eo quod imminente cataclyſmo dixerit: δὲ ὄψα, καλῶν ὕμῶς ὁ θεὸς εἰς μετένοικαν. Nugatur etiam de hoc Ioan. Tzetzes quædam, Variæ hiſt. Ouid. 7. Cyrillus lib. contra Iulianum primo duos etiam ex Gentilium hiftoricis huius diluuij teſtes citat, Alexandrum Polyhiftoꝝa unum, alterum Abydenum quendam: qui tradunt Xyſurhum Arti filium, iuſſu Saturni ſeciſſe arcam, & euaiſſe diluuium. Putat Cyrillus, Noam Aſſyriorum fortè lingua Xyſurhum fuiſſe uocatum. Sed hoc reprehendit, quod Saturnum pro uniuerſorum Deo poſuerunt. Nec caret ſanè reprehentione, uel propter temporis rationem. Nam ex Beroſo intelligimus, Saturnum auctoꝝ rurſus poſt diluuium mundo, regnaſſe: quo nimirum tempore floruit Abraham, pater gentium.

Quomodo fictor hominis.) Idem Cyrillus ſcribit, Prometheum ſeptimo Moſeos anno natum fuiſſe. Deucalionis uerò diluuium Theſſaliam inundaiſſe L X V I I. eiufdem Moſeos anno. Natus eſt autem Moſes anno Mundi, ut eſt apud Eufeb. M M M. D C. X. Sed primum omnium.) Philo tribuit hoc Thobel, qui fuit frater Thubal primi muſici, & Iobab qui fuit autor rei pecuariæ, octaua ab Adam progenies ex Cain: quo tempore, inquit Philo, habuatores terræ cœperunt iniqua facere. In Gen. cap. 4. nominatur Thubal Cain. De inuentoribus idolopœiæ, uide Polydorum lib. 2. cap. 23. Quod Hermes quoq;.) Hominem ad imaginē Dei creatum eſſe, teſtatur Hermes his uerbis: ὁ δὲ πάντων πατήρ ὁ νόσ, ὡν ζῶν καὶ φύσις, ἀπεκύνθησε τὸν ἀνθρώπου αὐτῷ ἑῷ ἰσοῦ, δὲ ἠράδῃ ὡς ἰδὸς τὸκῶ. Sed de ſubtili corporis humani opificio

hæc ipſius uerba eſſe puto: νόσῳ ὡ τῆνον δὲ ἠμῶν γῆρας γῆ τῆ γαστρί τῆ ἀνθρώπου, ἢ τῆ δὲ ἠμῶν γῆρας ἀκεκῶς τῆ τέχνῳ δὲ ἠμῶν, ἢ καθε τῆς ὁ Δημιουργῶν τῆ καλλῶ ταύτην ἢ θείῳ ἀνθρώπου εἰκόνα, τῆς ὁ αὐτῶ φθαλμῶς ποδὶ γῆρας, τῆς ὁ τῶς ῥίνας καὶ τὰ ὠτα τρυπιῶς, τῆς ὁ τὸ σῶμα διανοίξας, τῆς ὁ τὰ νδύρα ἐκείνας καὶ δεσμύσας, τῆς ὁ ὄχετῶς τῶς φλεβῶς, τῆς ὁ τὰ ὀσῶα εὐφροποιῶς, τῆς ὁ δὲ ῥῶμα τῆ σαρκὶ ποδὶ καλῶν, τῆς ὁ αὐτῶ δακτύλῶς διελῶν, τῆς ὁ τῶς πῶσιμ πῶσιμ πλατῶας, τῆς ὁ διορύξας αὐτῶ πόρῶς, τῆς ὁ τῶν ἀλλῶ ἀκῆνας, τῆς ὁ τῶν καρδιῶν τρυμοειδῆ ποιῶς, τῆς ὁ τὰ νδύρα σωθεῶς, τῆς ὁ τὸ ἠπῶ πλατῶας, τῆς ὁ τῶν πνύμονα συραγγῶς, τῆς ὁ τῶν κοιλίῶν ἐνρύχωρον ποιῶς, τῆς ὁ πῶμῶν εἰς τὸ φανῶν ἐκτυπῶς, καὶ τὰ ἀγῶα κῆνας. ἰδὲ πῶς τέχνῳ μῶς ὕλης, καὶ πῶς ὄργῶ μῶ ποδὶ γῶα, ἢ πάντα ποδὶ καλῶ, καὶ πάντα μετρημῶα, πάντα δὲ γῆ διαφορῶ. τῆς πάντα ταῦτα ἐποίησε: ποῖα μητῶρ, ποῖα πατήρ, εἰμὶ ὁ ἀφανῆς θεὸς τῶ ἑαυτῶ δεινῶατι πάντα Δημιουργῶς; καὶ ἀνδρῶαί τε μὲ ἢ εἰκόνα χῶεις ἀνδρῶα τοποῖδ, ἢ ζωγῶα φῶ ὀσῶς φησὶ γῶν γῶα. αὐτῶ δὲ Δημιουργῶ χῶεις Δημιουργῶ γῶν γῶν; ὡ ῥῶ πολλῶς τυφλόπιτος ὡ ῥῶ πολλῶς ἀσεβῶας ὡ ῥῶ πολλῶς ἀγνωμοσῶας. Ne quis autem arbutetur, Deo jummo architecto nomen τῶ Δημιουργῶ δὲ à Platone modo & Hermete tribuū, ut iam ſæpius uidimus, ſciat hoc reperiri etiam in literis Apoſtolicis. Nam Paul. ad Hebr. cap. 11 de Abrahamæ fide utitur, ſic ſcribens: ἢ εἰδὲ ἔχε το γῶρ τῶ αὐτῶ θεμελίῶς ἔχεσαν πόλιμ, ἢς τεχνῶς καὶ Δημιουργῶς ὁ θεὸς, &c. Sed hoc opificio Lactantius noſter ſingulari opere complexus eſt, quod ipſe iam ad Demetrianum auditorem ſcripſiſſe teſtatur. Hermetem uerò ſequutus eſt Pythagoras, & Pythagoreus lamblichus, & alij, quæ nos iam breuitatis ſtudio præterimus. Cicero.) Cùm alibi, tum in libro de Legibus primo. Vergilianum.) 2. Georg. ubi Ferrea non Terra legitur conſtanter: quaſi poeta ad quartam ſiue quintā hominum ætatē reſpexerit, quæ apud Heſiod. uῶ γῶρ δὲ γῆ. ὡ δὲ σὶ δῆρεον.— Cælius uerò Rhodiginus libro quarto, capite 19. de Prometheo multa diſſerens, hæc Lactantiana autoritate nixus, Terra legendum cenſet: ipſum nimirum ad Deucalioneos homines reſpexiſſe, qui

qui saxei uisi sunt, & λαοί à lapidibus inde dicti creduntur. Vnde Ouid.

Vnde hominum durum genus, &c. —

Deucalion uacuum lapides iactauit in orbem.

Et Verg. in Georg.

Vnde homines nati, durum genus, &c. —

Vide Censorinum capite tertio. Stoici.)

Qui nihil non providentiae tribuunt: de quo alibi. Aristoteles.) lib. de Caelo 1. cap. 10.

10 & seq. lib. 2. cap. 1. Itaq; & humanum genus.) Sic uicissim secundum quos natius mundus, natius sunt etiam animantia. Plut. in 5. Placit.

Tribus temporibus.) Stoicorum haec temporis diuisio est, qui praeteritum & futurum infinita faciunt, praesens finitum. Sunt qui praesens tempus esse negent. Sed de hac disputatione lege Aristot. lib. 4. de Nat. auscult. cap. 10. & seq. uel si mauis, August. lib. 11. Confess. cap. 17. & 18.

20 Sed haec tota disputatione in hoc adhibetur, ut statuatur providentia Dei. Tres Parcae.) Ex

Hesiodi Theogonia haec fabula originem sumpsit.

Arist. in praeclearo de Mundo opere, ubi plurima

unius Dei nomina enumerauit, Parcarum rationem & officia eidem uni Deo adtribuit: τρεῖς

μὲν γὰρ, inquit, αἱ μοῖραι ἦν ἅδ' ἄρχοντες μεμε-

εισμέναι. νῦν αὖ τρωαῖς τὸ μὲν ἀΐεργασμέ-

νον, τὸ δὲ μέλλον, τὸ δὲ πόδας φέρων, τέ-

τακτα δὲ ἦν μὲν τὸ γεγονὸς μίαν ἢ μοιρῶν

ἄνωπις, ἐπεὶ τὰ πᾶσα λόντα πάντα, ἀτρε-

30

Quod animalia non sponte nata sunt, sed dispositione diuina: cuius fecisset Deus nos conscios, si scire expediret.

C A P. XII.

Alunt, certis conuersionibus caeli & astrorum motibus maturitatē quamdam extitisse animalium serendorum. itaq; terram nouam semen genitale retinentem, folliculos ex se quosdam in uterorum similitudinem protulisse, de quibus Lucretius:

Crescebant uteri terrae radicibus apti:

40 eosq; cum maturassent, in natura cogente ruptos animalia tenera profudisse. Deinde terram ipsam humore quodam qui esset lacti similis, exuberasse: eoq; alimento animantes esse nutritos. Quomodo ergo uim frigoris aut caloris ferre aut uitare potuerunt, aut omnino nasci, cum sol exureret, frigus astringeret? Non erant, inquiunt, in principio mundi hyems & aestas, sed perpetua temperies, & uer aequabile. Cur ergo nihil horum fieri etiam nunc uidemus? Quia semel, aiunt, fieri necessarium fuit, ut animalia nascerentur: postquam uerò esse coeperunt, concessa his facultate generandi, & terra parere desijt, & temporis conditio mutata est. O! quam facile est mendacia redarguere? Primum, quòd nihil potest esse in hoc mundo quod non sic permaneat, ut coepit, nec enim sol & luna, & astra tunc non erant, aut cum essent, meatus non habebant, ac non diuina moderatio, quae cursus eorum temperat & gubernat, cum ipsis simul coeperit. Deinde, quòd si ita sit, ut dicunt, providentiam esse necesse est, & in id ipsum

incidunt.

incidunt, quod maximè fugiunt. Non dum enim natis animalibus aliquis utique prouidit ut nascerentur: ne orbis terræ desertus atq; incultus horreret. ut autem de terra sine officio parentum nasci possent, necesse est magna ratione esse prouisum: deinde ut humor ille concretus de terra in uarias imagines corporum fingeretur: item, ut è folliculis quibus tegebantur, accepta uiuendi sentiendiq; ratione, tanquam ex aluo matrum profunderentur. Mira & inexplicabilis prouisio est, sed putemus id quoq; casu accidisse: illa certè quæ sequuntur fortuita esse non possunt, ut terra continuò lacte manaret, ut aeris temperies esset æqualis. Quæ si constat idcirco esse facta, ut animalia recens edita uel haberent alimentum, uel non haberent periculum: necesse est ut aliquis diuina, nescio qua, ratione prouiderit. quis autem potest prouidere, nisi Deus? Videamus tamen, an id ipsum quod dicitur fieri potuerit, ut homines nascerentur è terra. Si consideret aliquis quandiu, & quibus modis educetur infans, intelliget profectò, non potuisse terrigenas illos pueros sine ullo educatore nutriri. Fuit enim necesse compluribus mensibus iacere proiectos, donec confirmatis neruis mouere se, locumq; mutare possent: quod uix intra unius anni spacium fieri potest. lam uide utrum ne infans eodem modo & eodem loco, quo est effusus, iacere per multos menses ualuerit. An non & humore illo terræ, quod alimentum gratia ministrabat, & sui corporis purgamentis in unum mistis obrutus corruptusq; moreretur? Itaque nullo modo fieri potest, quin ab aliquo fuerit educatus: nisi fortè animalia omnia non tenera nata sunt, sed excreta. quod ut dicerent, nunquam uenit illis in mentem. Omnis ergo illa ratio impossibilis, & uana est: si tamen ratio dici potest, qua id agitur, ut nulla sit ratio. Qui enim dicit, omnia sua sponte esse nata, nihilq; diuinæ prouidentiae tribuit, hic profectò rationem non asserit, sed euerit. Quòd si neq; quicquam fieri sine ratione neq; nasci potest, apparet diuinam esse prouidentiam, cuius est proprium, quòd dicitur ratio. Deus igitur rerum omnium machinator, fecit hominem. quod Cicero, quamuis expertus cœlestium literarum, uidit tamen, qui libro de Legibus primo hoc idem tradidit, quod Prophetæ, cuius uerba subieci. Hoc animal prouidum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis & consilij, quem uocamus hominem, præclara quadam conditione generatum esse à supremo Deo: solum est enim ex tot animantium generibus atq; naturis, particeps rationis & cogitationis, cum cætera sint omnia expertia. Vides ne hominem quamuis longè à ueritatis noticia remotum, tamen quoniam imaginem sapientiae tuebatur, intellexisse, non nisi à Deo hominem potuisse generari: Sed tamen diuinis opus est testimonijs, ne minus humana sufficiant. Sibylla hominem Dei opus esse testatur:

ὅς μόνος ὁ θεὸς ἑστίν ἀρχαίου ἀρχαίου
αὐτὸς δὲ ἐστὶν ἑστὶν τύπου μορφῆς, μὲν ὁπῶν τε
αὐτὸς ἑστὶν φῶς πάντων γένους βίοτιο.

Eadem sanctæ literę continent. Deus ergo ueri patris officio functus est. Ipse corpus effinxit, ipse animam qua spiramus infudit. Illius est totum, quicquid sumus. Quomodo id fecerit si nos oporteret scire, docuisset, sicut docuit cætera, quæ cognitionem nobis & pristini erroris, & ueri luminis attulerunt.

C O M M E N T A R I V S.

Hoc caput prorsus cum superiori cohæret: hoc est, detegit errores philosophorū, de origine generis humani. Aiunt, Epicurei. Censorinus de die Natali cap. 3. ubi multas multorū Philosophorū opiniones de hominis generatione recēset. inter cætera de hac Epicuri sententia sic scribit:

Democrito uerò Abderitæ ex aqua limoq; primū uisū esse homines pcreatos. Nec longè secus Epicurus. Is enim credidit, limo calefacto uteros nescio quos radicib. terræ increuisse, & infantib. ex se editis ingenū, lactis humorem natura ministrante, præbuisse: quos ita educatos & adultos, genus hominum

minum propagasse. Lucretius. libro. 5.
 Verba sunt hæc, à nobis paulo altius repetita:
 Tum tibi terra dedit primum mortalia secla.
 Multus enim calor atq; humor superabat in aruis.
 Ecce ubi quæq; loci regio opportuna dabatur,
 Crescebant uteri terræ radicibus apti.
 Quos ubi tempore maturo patefecerat ætas
 Infantum, fugiens humorem, aurasq; petescens,
 Conuertebat ibi Natura foramina terræ,
 10 Et succum uenis cogebat fundere apertis
 Consimilem lactis, sicut nunc foemina quæq;
 Cum peperit, dulci repletur lacte, quod omnis
 Impetus in mammas conuertitur ille alimenti.
 Terra cibum pueris, uestem uapor, herba cubile
 Præbebat, multa & molli lanugine abundans.
 Quomodo autem uim frigoris.) Lucretius porrò:
 At nouitas mundi nec frigora dura ciebat,
 Nec nimios æstus, nec magnis uiribus auras.
 20 Omnia enim pariter crescunt, & robora sumunt.
 Quare etiam atq; etiam maternum nomē adepta
 Terra tenet meritò: quoniam genus ipsa creauit
 Humanum, &c. —
 Apud Plut. in *συντροφικῶν* non dissimilia sunt,
 ubi disputat, ouum 'ne an aus prius extiterit. Ar
 gumenta uerò illorum ostendit Lact. nō modò ab
 surda esse, sed etiam pugnantia & impossibilia, et

rationes ἀλόγας rationibus optimis infringit, &
 ipsorum autoritati Ciceronis & Sibyllæ autori
 tatem opponit. Quod alimentū gratia.)
 Obserua, quod relatiuum suo antecedenti in gene
 re non respondet. Si tamen ratio.) Talis
 est loquutio, quales illæ Terentianæ: Ne intelli
 gendo facit, ut nihil intelligat. & : Perinde ac si
 cum ratione insaniat. Quem uocamus
 hominem.) Vi: Locus est in carcere, quod
 Tullianum uocatur, &c. Quoniam ima
 ginem sapientiæ.) Sic Cic. in Off. queritur
 nos ueri iuris, germanæq; iusticiæ solidā & ex
 pressam effigiem nullam tenere, umbra & imagi
 nibus tantum uti. Nam sapientia carnis (*ψυχὴ*
ἡ δὲ ἀνθρώπου) non intelligit ea quæ Dei sunt.
 Caro enim & sanguis hæc non reuelat. Quare
 sapientia huius mundi stulticia est apud Deum.
 Diuinis opus testimonijs.) Non quidem
 apud Christianos Sibyllæ testimonium diuinam
 meretur autoritatem: sed quia aduersus gentes
 scribit, cum ipsis gentilicio more loquitur. Sed si lo
 cum Sibyllinum requiris, hi uersus coherent ijs
 qui in 6. capitulo primi libri citantur, qui tamen
 apud Theophil. desiderantur. *αὐτὸς ἔλεξε.*
 Restitue, *αὐτὸς ἔλεξε.* Sanctæ literæ.) Mo
 ses, Dauid, & alij. Animam qua spiramus.)
 Spiraculum uitæ Moses appellat.

Quare duo sexus mundi minoris, id est hominis: & quid sit mors eius prima, quid
 secunda: & de primorum parentum culpa & pœna.

CAP. XIII.

30 CVM ergo marem ad similitudinem suam primum sinxisset, tum etiã fo
 minam configurauit ad ipsius hominis effigiem, ut duo inter se permi
 xti sexus propagare sobolem possent, & omnem terram multitudine opple
 re. In ipsius autem hominis fictione, illarum duarum materiarum, quas inter
 se diximus esse contrarias, ignis & aquæ conclusit, perfecitq; rationem. Fictio
 enim corpore, spirauit ei animam de uitali fonte spiritus sui, qui est perennis:
 ut ipsius mundi ex contrarijs constantis elementis similitudinē gereret. Con
 stat enim ex anima & corpore, id est quasi è cœlo & terra: quandoquidē ani
 40 ma qua uiuimus, uelut è cœlo oritur à Deo, corpus è terra, cuius è limo dixi
 mus esse formatum. Empedocles, quem nescias utrum 'ne inter poetas, an in
 ter philosophos numeres, quod de rerū natura uersibus scripsit, ut apud Ro
 manos Lucretius & Varro, quatuor elementa constituit, id est Ignem, Aerē,
 Aquam & Terram, fortasse Trismegistum secutus, qui nostra corpora ex his
 quatuor elementis constituta esse dixit à Deo. habere namq; in se aliquid
 ignis, aliquid aeris, aliquid aquæ, aliquid terræ: & neq; ignē esse, neq; aerem,
 neq; aquam, neq; terram. quæ quidem falsa non sunt. Nam terræ ratio in car
 ne est: humoris in sanguine: aeris in spiritu: ignis in calore uitali. Sed neq; san
 50 guis à corpore secerni potest, sicut humor à terra: neq; calor uitalis à spiri
 tu, sicut ignis ab aere: adeò rerum omnium duo sola reperiuntur elemen
 ta, quorum omnis ratio in nostri corporis fictione conclusa est. Ex rebus
 igitur diuersis, ac repugnantibus homo factus est, sicut ipse mundus ex
 luce

luce ac tenebris, ex uita & morte: quæ duo inter se pugnare in homine præcepit, ut si anima superauerit quæ ex Deo oritur, sit immortalis, & in perpetua luce uersetur: si autem corpus uicerit animam, ditioni quæ subiecerit, sit in tenebris sempiternis, & in morte. Cuius non ea uis est, ut iniustas animas extinguat omnino, sed ut puniat in æternū. Eam poenam secundā mortē nominamus, quæ est & ipsa perpetua, sicut & immortalitas. Primā sic definimus: Mors est naturæ animantiū dissolutio. uel ita: Mors est corporis animæ quæ seductio. Secundam uerò sic: Mors est æterni doloris perpessio. uel ita: Mors est animarum pro meritis ad æterna supplicia damnatio. Hæc mutas pecudes non attingit, quarum animæ non ex Deo constantes, sed ex cōmuni aere morte dissoluntur. In hac igitur societate cœli, atque terræ, quorum effigies in homine expressa est, superiorē partē tenent ea quæ sunt Dei, anima scilicet, quæ dominiū corporis habet: inferiorē autē, ea quæ sunt diaboli, corpus utique: quod quia terrenum est, animæ debet esse subiectū, sicut terra cœlo. Est enim quasi uasculum, quo tanquam domicilio temporali spiritus cœlestis utatur, utriusque officia sunt, ut hoc quod est ex cœlo & Deo, imperet: illud uerò quod ex terra est, diabolo seruiat. Quod quidē non fugit hominē nequā Sallustiū, qui ait: Sed omnis nostra uis in animo & corpore sita est: animi imperio, corporis seruitio magis utimur. Rectē, si ita uixisset, ut locutus est. Seruiuit enim foedissimis uoluptatibus, suamque ipse sententiā uitæ prauitate dissoluit. Quod si anima ignis est, ut ostendimus, in cœlū debet eniti, sicut ignis, ne extinguatur, hoc est ad immortalitatem quæ in cœlo est. Et sicut ardere ac uiuere non potest ignis, nisi aliqua pingui materia teneatur, in qua habeat alimentū: sic animæ materia & cibus, est sola iusticia qua tenet ad uitā. Post hæc Deus hominē qua exposuiratione generatū, posuit in Paradiso, id est, in horto foecundissimo & amœnissimo: quē in partibus Orientis omni genere ligni arborumque cōseuit, ut ex earum uarijs fructibus aleretur, expersque omnium laborum, Deo patri summa deuotione seruiret. Tum dedit ei certa mandata, quæ si obseruasset, immortalis maneret: si transcendisset, morte afficeretur. Id autē præceptū fuit, ut ex arbore una, quæ fuit in medio Paradisi, non gustaret, in qua posuerat intelligentiā boni & mali. Tum Criminator ille inuidens operibus Dei, omnes fallacias & calliditates suas ad decipiendū hominē intendit, ut ei adimeret immortalitatem. Et primò mulierē dolo illexit, ut uetitum cibum sumeret: & per eam ipsi quoque homini persuasit, ut transenderet Dei legē. Percepta igitur scientia boni & mali, pudere eum nuditatis suæ cœpit, absconditque se à facie Dei, quod antea non solebat. Tum Deus sententia in peccatores lata, eiecit hominē de Paradiso, ut uictum sibi labore conquirerent, ipsumque Paradisum igni circumuallauit, ne homo posset accedere, donec summum iudicium faciat in terra, & iustos uiros cultores suos in eundem locum reuocet morte sublata, sicut sacrae uoces docent, & Sibylla Erythræa, cum dicit:

οἱ δὲ θεὸν τιμῶντες ἀληθινόν, ἀγνάον γέ
ζωὴν ἐληρηνομεῖσι τὸν αἰῶν ὁ χρόνον, αὐτοὶ
οἰκόντες πρὸς αἰετοῦ ὁμῶς ὀρθοκλία κήπου.

Verum quoniam hæc extrema sunt, tota in extrema operis huius parte tractabimus. Nunc ea quæ primā sunt, explicemus. Mors itaque secuta est hominem secundum Dei sententiam, quod etiam Sibylla in carmine suo docet, dicens:

ἀνθρώπου πεπλάσθαι θεὸν παλάμας γὰρ αὐτοῖς
ὅρ τε πλάσθαι ὄφρα δολίως ἕθι μοῖραν ἀελθεῖν
τὸ θανάτου, γνώσιμ τε λαθεῖν ἀγαθὸ τε κακὸ τε.

Sic facta hominis uita est temporaria, sed tamen longa, quæ in mille annos propagaretur, quod diuinis literis proditū, & per omnium scientiā publicatū, cum Varro non ignoraret, argumentari nixus est, cur putarentur antiqui mille annos

annos uicissasse. Ait enim apud Aegyptios pro annis menses haberi, ut non solis per duodecim signa circuitus faciat annum, sed luna quæ orbem illum signiferum triginta dierum spacio illustrat: quod argumentum perspicue falsum est. Nemo enim tunc millesimum annum transgressus est. Nunc uero qui ad centesimū perueniunt, quod fit sepius, mille certè ac ducentis mensibus uiuunt. Et autores idonei tradunt, ad centum uiginti annos perueniri solere. Sed quia ignorabat Varro, cur, aut quando uita hominis esset dimi-
nuta, ipse diminuit, cum sciret mille & quadringentis mensibus posse uiuere hominem.

10

COMMENTARIUS.

Hoc caput habet exegesein conditionis humanae. Effigiem.) ἀντίτυπον, μίμημα. Sibyll. Tum etiam foeminam.) De hoc Paulus in priori ad Corinth. cap. ii. indicaturus causas, cur mulier caput uelare debeat: ἀνὴρ ἢ γὰρ (inquit) ἐκ δόξεως κατελεύθηται τὴν κεφαλὴν, ἐκ τῆς δόξης δὲ τῆς κεφαλῆς γυνὴ δὲ δόξα ἀνδρός ὄσει. ὅ γὰρ ὅστις ἀνὴρ ἐκ γυναικὸς, ἀλλὰ γυνὴ δὲ ἀνδρός. ἢ γὰρ ἐκ ἐκτίθη ἀνὴρ ὅσει τὴν γυναικὴ, ἀλλὰ γυνὴ ὄσει τὴν ἀνδρᾶ, &c. Cur autem foemina, disputat Margister lib. 2. distinct. cap. 18. Spirauit ei animam.) spiraculum uitæ. Gen. 2. Philo: γινέσθαι πνεύμα γὰρ, φησὶν ὁ θεός, εἰς τὸ πρῶτον πνεύμα τῷ πνεύματι ζωῆς. Sibylla: πλάσσει πάλιν ἑμπνοῦν ὄργον. Ipsi mundi.) Hinc hominem βραχὺ κόσμου, id est, breuem mundum physici dixerunt, sicut mundum breuem hominem: ut in primo libro ex Philone & Macrobio indicauit, de qua analogia Proclus lib. i. in Timæū Platonis præclare differit. Constat enim.) Hæc diuisio communis ferè philosophorum est, Paulina minime: qui præterea tertiam partē adijcit, nempe spiritum: hoc est, eam quæ characterem creatoris impressam habet. Neq; enim hoc Lactantius agit, ut ostendat quæ differentia sit inter spiritualem & ψυχικὸν hominem: sed ut ostendat, illud quod in nobis lumē erat, tenebras esse factas. Empedocles.) Legitur quidē eius uita apud Laertium, inter philosophorum a-
liorum uitas. à Cicerone frequentius inter poetas numeratur: sed in primo de Oratore, negat eadē ratione dici physicos & poetas eosdem, quoniam Empedocles physicus egregium poema fecerit. Arist. in Poetica: ὁ δὲ μὲν κρινόμενος ὁμοίως ἢ ἑμπροκλῆ, πλὴν τὸ μέτρον, διὸ τὸ μὴ ποιητὴν δικαίως λελεῖν, τὸν δὲ φυσιολόγον μᾶλλον ἢ ποιητὴν. Atqui Laertius memorat etiam alia poemata, quæ scripserit: ut puta Xerxis δία-
κασιν, & proœmium in Apollinem, Tragedias item & politica. Numeratur & Lucretius à Cri-
nito inter poetas. Scripsit autē de philosophia uer-

sibus, ut hoc ipso alliceret magis inuentutem ad cognitionem eorum quæ necessaria studijs arbitrabatur: si ducti iucunditate aliqua lectionis, libentius discerent ea, quorum ne ieiuna atq; arida traditio auerteret animos, & aures (præsertim tam delicatas) raderet, ueritus, id quod ipse de se lib. 4. & Quintilianus lib. 3. cap. 1. de ipso testatur. Varronem autē πηλυγραφοτάτου fuisse, non modò Cicero, sed etiam ipse Augustinus memorie prodidit. De eius uero poemate in præfatione Acad. quæst. ipsius enumerans laudes Tullius, sic censet: Plurimum quidem, inquit, & poetis nostris, omninoq; Latinis, & literis luminis, et uerbis attulisti. atq; ipse uarium & elegans omni penè numero poema fecisti, philosophiamq; multis locis inchoasti, ad impellendum satis, ad docendum parum. De his uniuersam Quintilian. lib. 1. cap. 4. de historica grammatica uerba facies, sic scribit: Nec ignar a philosophia, cum propter plurimos in omnibus ferè carminibus locos, ex intima quæstionum naturalium subtilitate repetitos, tum uel propter Empedoclem in Græcis, Varronem ac Lucretium in Latinis, qui præcepta sapientie uersibus tradiderunt. Ceterum Lucretij de Empedocle iudicium reperies libro primo.

Quatuor elementa constituit.) Meminit Epiphanius tomo 2. lib. 3. contra hæreses. De hoc uerba Plut. ex 1. Placit. capite 3. adscribam: ἑμπροκλῆς μέτρων ἀπραγαντίνος τίθηται μὲν λέγει σοικῆα, πῦρ, ἀέρα, ὕδωρ, γλῶ. δύο ἢ ἀρχικὰς διδάμεις, Ὀυλίαν καὶ νῆκθον ἢ μὲν ὄσει γνώστην, τὸ δὲ διακριτόν. φησὶ δὲ ὅτως:

τί οσαυτα τῶ πάντων ῥιζόμετα πρώτου ἀκρον,


ζεὺς αὐθῆς, ἥρη τε φορέσθιος, ἢ δὲ αἰδωνεὺς, νῆσις δ' ἢ δακρυοῖς τέγει κροῦώμα βρόττου.

Δία μὲν γὰρ λέγει τὴν ζεῖον ἢ τὴν αἰδῶρα, ἢ ἡρῶν τε φορέσθιον ἢ ἀέρα, τὴν δὲ γλῶ τὴν αἰδωνεά: νῆσις ἢ καὶ κροῦώμα βρόττου, οἰονεὶ τὸ ἀπὸ μα καὶ τὸ ὕδωρ. Qui uersus paulo aliter apud

m Lactium

Laetium leguntur. sed de his in Laelio Ciceronis (ni fallor) dixi. Hæc autē ante Empedoclem, Homerum observasse, edocet Plutarchus in vita Homeri. Trismegistum secutus.) Est tale quid apud Trismegistum in tertio Pœmandri dialogo. Nam terræ ratio.) Per rationem analogiam intellige. Nam sic Galenus quoque in Hiatro exponit: σωσις καὶ τοίνυν ὁ αὐθροπὸς ἀπολόβως τοῖς φυσικοῖς, καὶ ἰππο-

κρατῶν ἐκ τῶν κοσμικῶν τῶν πρὸ ὧτων στοιχείων ἐκ τῶν στοιχείων, καὶ ἀφ' αὐτῶν, καὶ ὑδατῶν, καὶ γῆς οὐχ ὡς ἐκ τούτων αὐτῶν, ἀλλὰ ἐκ τῶν ἀναλόγων αὐτοῖς σωσιώτους τῶν αὐθροπῶν. Sed illi analogiam inter elementa & quatuor humores ponunt, sanguinem, pituitam, & utramque bilem. Lactantiana ratio illorum similior est, qui (ut est apud eundem Galenum) sic diuidunt:



Sed neq;.) Hæc exponunt ea, quæ supra cap. 10. docuit. Quæ duo inter se pugnare.) Lege omnino militem Christianum Erasmi. Et in morte.) Mortis nomen, quia amphibolon in quæstione sacra est, remouenda gentilibus ambiguitas erat, quibus mortis nomen tale nihil significat. In sacris uerò paginis, animæ à corpore discessus, rarius mortis nomine, frequentius quietis aut somni uoce significatur. Sic Lazarus dormire dicitur. & 1. Theß. 4. ὁ θεὸς τοῦ νεκροῦ καὶ τοῦ ζῶντος ἐστὶ τὸ ἴσον ἅμα σὺν αὐτῷ, ἔσ. c. Loquendi modus Hebræorum erat, ut defunctos cum patribus obdormiuisse dicerent. Pia admodum, & spe plena phrasis, qua significabant mortuorum resurrectionem tam certam esse, quàm est ex somno excitatio. Quamquam etiam Platonica philosophia eadem utatur uoce. Nam & Socrates in Apolog. & Cic. in 1. Tusc. quæst. mortem somnū quidem appellant, sed alia ratione. Confertur enim somno, in quo nullum insomniū cernitur. sed mors illa est, cui nullus remanet sensus. Magis placet, magisq; cum Scriptura sacra congruit, quod μετρίκτως ab eodem Socrate ibidem appellatur. Vice uerò uersa, quod Lactantius tenebras mortē uocat, prophetica litera ferè umbram mortis appellare solent. Mors, inquit Paulus, intrauit per peccatum. Hæc est mors peccatorum, quam Dauid pessimam esse pronunciauit. Eam pœnam secundam mortem.) De prima & secunda morte lege etiam Augustinum de Peccati meritis & remiss. lib. 3. contra Pelagianos, ubi

de mortis aculeo ex 8. ad Rom. capite disputat: & ipsum Lactantium infra libro 7. cap. 10. Mors est nat.) Sic apud Platonem in Phædone: θάνατος ἴσος ἐστὶ καὶ χωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ σώματος. & in eodē, τὸ ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος ἀπαλλαγῆναι. & in 1. Tusc. quæst. apud Ciceronem, discessus animæ à corpore. Hanc ἀφθίωσις Philotheus medicus rectius dici testatur. Nequam Salustium.) Vide Ciceronis in Salustium inuectiuam. Sed omnis.) In præfatione Catilinaria Salustius hoc ex Platonica philosophia hausit. Is namq; rationem alibi reginam, alibi gubernatricem affectuū facit. Ut ostendimus.) supra cap. 10. Posuit in paradiso.) Historia est in Genesi capite 2. De paradiso quæstio est fusior, quàm quæ paucis explicari possit. Extat de hoc elegans Basilij Magni oratio, quam Vuolfgangus Musculus, noster dextrerrimus diuinorum oraculorum ⁴⁰ interpret, latinitate donauit: post quem de eodē, nostra ætate omnium ut copiosissime, ita doctissime quoq; scripsit clarissimum illud Heluetiorum decus Ioachim Vadianus, in Geographica sua epitome. & præter eos, quos ipse citat, autores, paradisum Origenes cælum dixit: cōtra quem errorem Epiphanius in Anchorato scribit. Item de loco ubi situs sit, contra Aglaophonem libro 2. tom. 1. Manis item errores taxat lib. 2. tom. 2. Est porro elegans huius descriptio apud Alcimū ⁵⁰ Auitum in libro de Origine mundi: quæ omnia, quia fusiora sunt, quàm quæ cōmodè hic referri possint,

possint, indicasse satis esto. Vnum Philonem au-
diamus: καὶ ἡ τῶ πῆαδ' εἰσα φησὶ γυγία, λέγει
του ρ', ἐφύτθουσιν ὁ θεὸς πῆαδ' εἰσα γν' εἰδ' εμ
πῆαδ' ἀπολασ, καὶ ἔθετο ἐκεῖ τοῦ ἀνθρώπου, ὅμ
ἐπλασε, τὸ μ' ἐν ἀμπέλω, καὶ ἐλαῶν, ἢ μν
λεῶν, ἢ φοιῶν, ἢ τ' πῆαδ' πλυσίων δ' γν' εἰδ' α οἰ-
δου, πολλὰ καὶ ἀνδράπ' οὐτος ἠλίθια. Hinc
etiā Basilus: τὰ ὀνόματα τῶν φυτῶν σεσιώπη
ται· ὁ δὲ τόπος, γν' ὡ ἐφύτθουσε, πῆαδ' οὐτα, γν'
10 εἰδ' εμ, φησὶν, ἐφύτθουσιν τ' τ' ὄσιν, γν' τῆ τρυ
φῆ. Quo modo etiam Græcus Bibliorū textus
secundo loco habet, ubi pro Edem ἡ τρυφῆς no-
men positum est. καὶ ἐλαβ' κύνειος ὁ θεὸς τοῦ
ἀνθρώπου, ὅμ ἐπλασεν, καὶ ἔθετο αὐτ' γν' εἰδ'
πῆαδ' εἰσα ἡ τρυφῆς. Lege Suidā in nomen-
clatura paradisi, ubi ipse et Phavorinus προσφῆς,
non τρυφῆς, sed corruptè, mea quidē sententia,
legunt, quanquam Lactantius utramq; leditionem
expressisse uideri potest, dum hortum fecundissi-
20 mum et amoenissimum fuisse scribit. Sibylla:

— τὸν δ' ἡ λέλετ' γν' πῆαδ' εἰσα
ἀμβροσίω ναίειν. — et addit causam finalem,
— ὡς οἱ καλὰ ὄργα μεμύλη.

Summa deuotione.) Deuotionis nomen
ἀντὶ τῆ ὀυσεῖας usurpatū uidetur, phrasi theo-
logica. Cicero quidem de Decijs, qui se pro patria
deuouerant, deuotionis nomine utitur: sicut Ma-
crobius et Linius deuotiones urbium et exerci-
tuum describunt. ἀν' ἀθεμα Lucas talē uocat. Po-
30 test tamen deuotionis nomen hoc loco idem esse,
quod Græcis καθεσπίωσις: sicut καθεσπίωσις
τόπος apud Pollucem. Hac uoce in quinto libro
frequentius utitur, præsertim cap. 13. Intelli-
gentiam boni & mali.) Arborem scientiæ
boni et mali uocant, quasi interdictam arborē,
ab ipsa lege quæ cauet, mala ne faciamus, et præ-
cipit bona ut faciamus. Criminator.) In-
terpretatur τῶ ἀεθόλος nomen. ὁ γὰρ ὄθις ὁ
ἐφ' ἁλῶς, ὁ καλὸς μῆνος ὁ δὲ ἀέθλος. Apocal. 12.
40 Vocatur et ἡσάκωρ, ut Theophilus ait, ἀπ' τ' δὲ
ἡσάκωρ, eo quod à conspectu Domini fugerit.
quæ natura deinde in primis mortalium parentibus,
et in eorum filio Caino inuenta est. De hoc su-
pra à cap. 9. etiam nonnihil dictum est. Locus est
ex cap. 2. Sapient. Caterum de diabolo inuat Gre-
gorij Theologi uersus adscribere:

φθὺν' ἀπ' ἐμῆς κρεάτους δολομήχανε, φθὺγε
πέχισα, (βίότης.)
φθὺν' ἀπ' ἐμῶν μελέων, φθὺν' ἀπ' ἐμοῦ
50 ἐλάψ, ὄθι, ὡς βελίς, λακίς, μόρε, χέσμεα,
ἡσάκωρ, θύρ, (φόνε,
νύξ, λόχε, λύσσα, χέος, βάσκανε, ἀνδρῶ-

ὁς καὶ προσωποποίησις ἐμοῖς ἕδω λουὶ ὡν γνῆσας,
γύσας ἡ λακίς ὄθι καὶ θανάτῳ.

Donec summum iudicium.) Super hoc
loco Vadianus sic scribit: Meminisse (inquit) oportet,
Lactantium illorum errori inuolutum fuisse,
qui putarunt, credentes post aduentum Christi
in terris mille continuis annis suauiter acturos,
antequam postrema satanæ ex catenis dimissi ra-
bies mundum quateret, ac demum regnū illud cœ-
leste inciperet. De qua re complurescula ex Mille-
nariorum hæresi (ita enim à mille annis hi uocati
sunt) prolata lib. ult. conscripsit, ad quem lectorē
remittimus. ut nihil agant, qui Lactantium tueri
pergunt. Porro si ulla de terreno regno instaurando
Scripturarum suppeterent argumenta, longe uero
similius esset, terram uniuersam pristina
dignitate et amoenitate donatum iri à Domino,
ut hac quoq; à parte auferretur maledictionis ca-
lamitas: quam quod tractus ille duobus homini-
bus per initia attributus, tantam electorū frequen-
tiam manere uideri debeat. Et essent loci Scriptu-
ræ ad hoc ipsum accommodi, ut ille Petri de no-
uis cælis et terra noua: 2 Pet. ult. nisi cōstaret,
Milliariorū uanitatem iam olim nec strepitu pare-
tium, nec inuidia hominum, sed aptissimis Scriptu-
rarum telis cōfossam, ut plura de ea referre opus
non habeam, et c. Sibylla Erythr.) In
scripto codice non extabant, sed ex Theophilo
sunt restituti: quanquam hic emendatiores quam
apud Theophilū legantur. Non dissimiles extant
in Sermone nimirum primo:

— νεον ἀνδρα

λαλὸν δεσπίου, τ' ἀνέλετ' γν' πῆαδ' εἰσα
ἀμβροσίω ναίειν, ὡς οἱ καλὰ ὄργα μεμύλη.
αὐτὰρ ὁς μῆνος ἐὼν πῆαδ' εἰσα ὀρθήλει κή-
πω.

αἰῶν (.) Per αἰῶνα intelligit orbem humanæ
uitæ, qui γυνεά appellatur: quæ antiquis illis tem-
poribus mille annorum fuit. Fuerunt autem Chi-
liades annorum ab orbe condito ad diluuiū duæ:
quarum prioris Adam, alterius Noa dux fuit.
ὀρθήλεια κήπω.) Epitheton ex ipsa definitio-
ne natum. Sed non uideo, quur hoc loco paradisi
nomen non possit cœlū significare: sicut et Chri-
stus latroni paradysum promisit, Luc. 23. uel Pau-
lus in paradysum raptus fuit, 2 Corinth. 12.

Mors itaq;.) Hoc totum negocium Iacobus
florida quadam allegoria et scitissima gradatiōe
expressit: ἡ ἕδω μῆα συλλεῖσσαι τίσει ἀμαρ-
τίαν ἢ δὲ ἀμαρτία ἀρθελεῖ δέσει ἀρκύει δά-
νατον, et c. ἀνθρώπου.) Sermonē 8. apud Si-
byllas sic legimus:

ἑραίου δ' ὡς τε καὶ ἀνθρώπων πλατύνεται,
ὅτι ἐπλαίνοντο ὅτις δολίως ἰδί μοίρα ἀνελ-
θεῖν,
πὸ θαλάττης γυνῶσιν τε λαθεῖν ἀγαθὸν τε λα-
κῶν τε.

πεπλαῖνται.) Hoc uerbum etiam Basilius obser-
uauit, nam ceteras creaturas πυνίστες Deus le-
gitur. μοίρα.) Quandoque pro Parca, quan-
doque pro fato: hoc loco pro mortali conditione
accipitur. Nam paulo post Sibylla ait: λέεβα-
λῶν ἐξ ἁθανάτων χάρις, &c. Pelagiani credi-
derunt hominem nihilominus mortalem futurum
fuisse, etiam si Adam nunquam peccasset. Nec cer-
te habeo quod repugnem. Nam quod in Adā om-
nes morimur, ut Paulus loquitur: Augustinus de
ea morte intelligit, qua illi mortui sunt, quos Chri-
stus iubet suos sepelire mortuos. & Catholici
hunc de morte locum, de confusione intelligunt.
Sed tamen longa.) Amphypophora. In
mille annos.) Fuerunt enim cuncti dies Adā,
quoad uixit, nōgenti & triginta anni: Methusa-
lach uero nouem & sexaginta, ultra nongentos:
Gen. 5. Noah autē, nongenti quinquaginta: Ge-
nes. 9. Apud Aegyptios.) Macrob. li. 1.
Saturnal. cap. 12. anni certum modum apud solos
semper Aegyptios fuisse refert: aliarum gentium
differri numero pari errore mutasse. Veriora sunt
quae Alexander ab Alexandro, de hoc memoriae
prodidit: nempe Aegyptios nō una facie, sed mul-
tiplici sorte uariasse, ut quandoque trium, saepius
quatuor mensium annum efficeret, plerumque men-
sis spacio ad cursum lunae metitos fuisse, quam ra-
tionem Lactantius hic sequitur. Censorinus de
Die natali, cap. 16. Et in Aegypto quidem, inquit,
antiquissimum ferunt annū bimestrem fuisse. post
deinde à Pifone rege quadrimestrem factum (hu-
ius etiam Solinus meminit) nouissime annum ad
tredecim menses, & dies quinq; produxisse. Con-

sule etiam Paulinam Middelburgensis. Ego plane
sic sentio, ex cataclysmo terram & aquas ita fu-
isse corruptas, ut uitalem illum uigorem, salubrita-
tem, & alendi uegetandiq; uirtutem, maiori ex
parte amiserit. Iosephus & religionem allegat, et
salubrem uictus rationem. Signiferum.)
Zodiacum. Triginta.) Viginouem cir-
citer, cum dimidiato. His enim luna singulos suos
menses conficit, sunt enim duo mensium genera.
nam alij sunt naturales, alij ciuiles. Naturalium 10
species duae, quod partim solis, partim lunae esse
dicuntur. Secundum solem fit mensis, dum solu-
numquodq; in zodiaco orbe signum percurrit.
Et hic λεπταγυστιῶν mensis appellatur. ἡλίου
nim ὀξυ μῆνης, id est à luna nomen habet. Lu-
naris autem, est temporis quoddam spaciū, à no-
ua luna. Neq; refert, etiam si de ciuili intelligas,
qui tamen ne ipse quidem certum dierum numerū
singillatim habet. Censorinus cap. 18 de Die nat.
Perspicue falsum.) Sunt etiam praeterea 20
quaedam alia argumenta, quibus conuincitur hoc
falsum esse. Nam & mensium, hoc est anni par-
tium, mentio fit in Bibliorum sacrorum Origini-
bus, nec unius aut alterius. Nam Genes. 8. cata-
clysmi aquae decem mensibus decreuisse leguntur.
Piget plura in re manifesta commemorare.
Millesimum.) Vt ex superiorib; patet exem-
plis. Et autores idonei.) A medicis
ferè octuaginta annus uitae humanae destinatur.
& Lucianus eius aetatis homines aliquot in Ma- 30
crobijs ponit, quamuis aliquot centesimum etiam
egressos memoret, & inter ceteros Argantho-
mum Tartesiorum regem centum & quinquag-
inta annorum fuisse, ex Herodoto refert: licet fi-
des rei à quibusdam derogetur. Ignora-
bat.) Quia non legerat in Genesi capite
sexto: Eruntq; dies illius centum
& uiginti anni.

Quod Noe fuit inuentor uini: qui primi habuerint scientiam astrorum,
& ignorantiam Dei. CAP. XIII.

40

Deus autem postea cum uideret orbem terrae malicia & sceleribus opples-
tum, statuit humanum genus diluuiō perdere: sed tamen ad multitudi-
nem reparandam delegit unum, quod corruptis omnibus, singulare iusticiae
supererat exemplum. Hic quum sexcentorum esset annorum, fabricauit ar-
cam, sicut praeeperat ei Deus: in qua ipse cum coniuge ac tribus filijs, toti-
demq; nuribus seruatus est, quum aqua uniuersos mōtes altissimos operuif-
set. Deinde orbe siccato, execratus iniusticiam prioris seculi Deus, ne rursus
longitudo uitae causa esset excogitandorum malorum, paulatim per singulas
progenies diminuit hominis aetatem, atq; in centū uiginti annis metam col- 50
locauit, quam transgredi non liceret. Ille uero quum egressus esset ex arca, ut
sanctae literae docent, terram studiose coluit, atque uineam sua manu seuit.

Vnde

Vnde arguuntur, qui authorem uini Liberum putant. Ille enim non modo Liberum, sed etiam Saturnum atque Vranum multis antecessit ætatibus: quæ ex uinea cum primum fructum cæpisset, lætus factus, bibit usque ad ebrietatē, iacuitque nudus. Quod cum uidisset unus ex filiis, cui nomen fuit Cham, non texit patris nuditatem, sed egressus, etiam fratribus indicauit. At illi sumpto pallio, intrauerunt auersis uultibus, patremque texerunt. Quæ cum facta recognouisset pater, abdicauit atque expulit filium. At ille profugus in eius terræ parte confedit, quæ nunc Arabia nominatur: eaque terra de nomine suo Chanaan dicta est, et posterius eius Chananaei. Hæc fuit prima gens, quæ Deum ignorauit: quoniam princeps eius & conditor cultum Dei à patre non accepit, maledictus ab eo: itaque ignorantiam diuinitatis minoribus suis reliquit. Ab hac gente proximi quique populi multitudine incrementum fluxerunt. Ipsius autem patris posterius Hebræi dicti, penes quos religio Dei resedit: sed & ab his postea multiplicato in immensum numero, quum eos angustia locorum suorum capere non possent: tum adolecentes uel missi à parentibus, uel sua sponte, quum rerum penuria cogeret, profugi ad quærendas sibi nouas sedes, huc atque illuc dispersi, omnes in insulas & orbem totum replerunt: & à stirpe sanctæ radicis auulsi, nouos sibi mores ac instituta pro arbitrio condiderunt. Sed omnium primi qui Aegyptum occupauerunt, cœlestia suspicere atque adorare cœperunt. Et quia neque domicilijs tegebantur, propter aeris æqualitatem, nec ullis in ea regione nubibus subtexitur cœlum: cursus siderum & defectus notauerunt, dum ea sæpe uenantes, curiosius atque libentius intuerentur. Postea deinde portentificas animalium figuras quas colebant, cōmentum sunt: quibusdam prodigijs inducti, quorum mox authores aperiemus. Cæteri autem, qui per terram dispersi fuerunt, admirantes elementa mundi, cœlum, solem, terram, mare, sine ullis imaginibus ac templis uenerabantur, & his sacrificia in aperto celebrabant: donec processu temporis potentissimis regibus templa & simulachra fecerunt, eaque uictimis & odoribus colere instituerunt: sic aberrantes à noticia Dei, Gentes esse cœperunt. Errant igitur, qui deorum cultus ab exordio rerum fuisse contendunt, & priorem esse gentilitatem, quam Dei religionem: quam putant posterius inuentam, quia fontem atque originem ueritatis ignorant. Nunc ad principium mundi reuertamur.

C O M M E N T A R I V S.

Autor huius libri inscriptionem solerter obseruat. Nam primo indicauit, quomodo sathan primam suam originem deseruerit: deinde, quomodo mortalium genus à suis natalibus degenerauerit, & eò maliciæ sit progressum, ut Deus iustissimus cataclysmo mulctauerit, purgaueritque. Hoc iam capite ostendit, quomodo post inundationem impietas irrepserit, & totum ferè orbem denuò infecerit. Malicia & sceleribus.) In Originebus Mosaicis obscurius hæc indicantur: Berosus Chaldaeus describit clarius. Scribunt (inquit) illis temporibus circa Libanum fuisse urbem Oenon maximam Gigantum, qui in uerso orbi dominabantur, ab occasu solis ad ortum. Hi uastitate corporis ac robore confisi, inuentis armis omnes opprimebant: libidiniq; inservientes inuenerunt papiliones & instrumenta musica, & omnes delicias: manducabant homi-

nes, & procurabant abortus, in eduliumque præparabant, & commiscebantur matribus, filiabus, sororibus, masculis & brutis: & nihil erat sceleris, quod non admitterent contemptores religionis. Vide de his etiam Iosephum capite quinto libri primi. Singulare iusticiæ.) Berosus scribit, huc fuisse inter Gigantes in Syria, id quod & Sibylla dicit:

οἱ γὰρ ὑβριστῶν πολλῶν πλείον, ἢ ὅτ' ἐκείνοι
γίγαντες σκολιοι, μίαν ὡς δύσφημα χιόν-

τες.
μοιῶν δ' ὅτι πάντες οἱ δικαιοτάτοι καὶ ἀληθῆς

ἡ νῦν πίσυται, καλοῖς τ' ἐργασίαι μὲν
μηλῶς.

Sexcentorum.) Consentium Moses, Berosus, Iosephus, & Theophilus. Cæterum siue ab orbe condito, siue ab exilio paradisi numeres, non

idem apud omnes numerus inuenitur. Hebræorum, adeoq; Philonis supputatio M. D. C. LVI annos colligit. Carionis M. D. C. LVI. nisi error in scripto sit: Augustini M. M. C. CLXII. cui numero Eusebius XX annos subtrahit: Theophilo Ɔ τ κ Ɔ. Certè si Adami anni fuerint mille triginta, & ab Adami obitu ad Noæ natiuitatē interceſſerunt anni centum & uigintifex, à Noæ uerò natiuitate ad diluuium 600: relinquerentur 1756. Sed Hebræi numerant 1657. uel 1656. & uerius. **Cum coniuge.**) Coniugum nomina non modò in Geneſeos libro non sunt, ſed neque apud Iosephum, Philonem' ue. Berofus, præter Semum, Iapetum & Chanum filios, etiã coniuges nominat, Tideam ſue Thyteam Magnam, Pandoram, Noelam, & Noæglam: quæ tamē in Græcorum officinis mihi fabrefacta uidentur. In Machumetis genealogia Sem ex Genrara natus legitur, cōiugem Margenam habuiſſe. Atq; idem Berofus rursus 2. libro ex Chaldæorum & Scytharum ſcriptis reſert, ſiccato ab aquis orbe, non fuiſſe niſi dictos octo homines in Armenia Saga, & ab his omne hominum genus ſeminatum. atq; ob id Scythas rectè dicere & appellare Noã omnium deorum maiorum & minorum patrem, & humanæ gentis authorem, & chaos, & ſemen mundi. Thyteam uerò Aretiam, id eſt terram, in quam ſemen chaos poſuit, ex qua tanquam ex terra cuncta prodierunt. eamq; poſt obitum aſiã, id eſt Veſtam fuiſſe cognominatam: ipſum uerò Noam rursus Olybama & Arſa, id eſt cœlum et ſolem, propter aſtronomiæ traditionem, cognominatū. Hæc propterea adſcripſi, ut undiquaque animaduertas, quibus ex fontibus errores fluxerint. Quis enim dubitat, quin Heſiodia de chaos & terra fictio hinc nata ſit? Deinde ſubdit Berofus: Noam præter plures poſt diluuiū filios Gigantes genuiſſe: eamq; ſobolem ſemper binos progenuiſſe, maſculum & ſcæmellam. **Centum uiginti annos.**) Hoc eſt quod ſuperiori capite Varronem ignoraffe dixit. Sed ſuper hoc loco lege etiam Auguſtinum lib. decimoquinto, capite uigeſimoquarto Ciuit. **Qui autorem uini Liberum.**) Tertullianus in Apologetico, Bacchum nõ tam inueniſſe quàm demonſtraſſe uinum teſtatur. Vide Bocatium libro quinto, capite decimoquinto de Gen. deorum. Pugnauit etiam, quòd Bacchus bello interijt: Noæ uerò quum 950 annis uitam feliciffimè uixiſſet, obdormiuit altiffima pace. Sed etiam Saturnū. Argumento ſunt, quæ ſcribit ipſe Berofus, Noam ob inuentionem uitis cognominatum

fuiſſe Ianum, id eſt uitiſerum, ſue uiniſerum (licet Latini à ianua dictum uelint) Ianus itaq; ex Chamo pronepotem Nimbrotum habuit, Saturnum primum, cui filius Iupiter Belus fuit. de quo capite poſtremo libri primi dictum eſt.

Cham.) Geneſis 9. Meminit etiam Iosephus. Et Berofus, qui copioſius de eius impietate ſcribit, putat hunc eundem eſſe cum Zoroaſtre, magicæ artis autore. **Quamquam Epiphanius Nimbrotum Zoroaſtre dictū ſcribat.** De quo multa Plinius in Nat. hiſt. libro trigefimo, capite primo, quem Ninus Babylonius rex (ut Iuſtinus ex Trogo, & Diodorus libro quinto reſerunt) occidit. Laertius credit, Zoroaſtrē ſignificare ἀποδύττω. **Abdicauit.**) De hoc in Geneſi nihil, apud Berofum libro tertio ſatis: ſi modò Berofus ſunt, quæ hodie extant. **Abdicandi autem uerbum Iure conſultorum eſt, quo ſignificant ignominioſam emancipationem.** Vide ad hæc Vallam libro 5. capite 102. **Quæ nunc Arabia.**) 20

Suidas hunc Perſomedum fuiſſe dicit. reliqui ferè Perſam. **Denomine ſuo.**) Non de nomine ſuo, ſed de nomine filij ſui natu minimi, qui Canaan dictus fuit: cuius progenie pulſa, populus Iſraeliticus terram illam in deditionem acceperat. Vnde Iudæa etiam Cananæa nomen retinuit, ut autor eſt Iosephus libro 1. cap. 12 & 15. Huius limites ſunt ab ortu, Iordanis & Euphrates: à meridie, Arabiæ deſerta: ab occaſu, Aegyptus: à ſeptentrione, Libanus. Sed quid propheticè nobis per Noe filios fuerit præfiguratum, lege apud Auguſtinum libro decimoſexto, capite ſecundo Ciuit. **Hebræi dicti.**) Qui ex Chamo uenerunt, Chanaan ei dicti ſunt, ut audiuiſſimus, à Chanaan Chami filio. ſic enim tranſtulerunt, cum Cham ſit apud Hebræos, teſte etiam Hieronymo: & Aegyptij ſua lingua Cham appellantur. De Iapeto uerò populus gentiū natus eſt, ita ut uix ex tertio filio non degenerans ſoboles nata ſit, Sem progenitor fuit Hebræorum. **Heber enim, à quo Hebræi dicti ſunt, Noæ abnepos fuit, Semi pronepos, Arphaxati ſue Arpacadi nepos, Sælachi filius.** De quibus, præter Moſen & Philonem, lege Hieronymum in quaſtionib. Hebraicis, in Geneſ. & Auguſtinum libro decimoſexto de ciuitate Dei, capite 11. Ita ut ſemper penes paucos maneat Eccleſia: ut nequaquam uerum ſit, quod Pontificij dicunt, quòd ibi ſit autoritas, ubi eſt maioritas. **Radicis auulſi.**) Videtur alludere ad Paulinam allegoriã, de olea & oleaſtro: quæ eſt Rom. 11. **Aegyptum.**) Berofus libro tertio ſcribit, Chem (ſic enim pro Cham

Cham legitur ibi) dogmata sequutos fuisse Aegyptios, qui illum suum Saturnum inter deos adolefcentiorem fecerunt, & ciuitatem illi posuerunt, dictam Chem Myn. unde etiam Chemymita ciues fuerunt dicti. Addit tamen Berofus nefandū promiscui connubij dogma neglexisse, & pro more ueteri fratres & sorores coniugia iniuisse.

Nec enim in ea regione.) De annua Nili exundatione magnus autorum consensus est, nec minor causarum uarietas. Quae scribit Eusebius libro 2. Præparat. Euang. cap. 1. tam lucem ex his accipere possunt, quam lucem inferre. Potentificas animalium.) De his infra libro quinto, cap. 21.

De iniquatione angelorum, & duobus generibus demonum.

CAPVT XV.

10

Quum ergo numerus hominū cœpisset crescere, prouidens Deus, ne fraudib. suis diabolus, cui ab initio terræ dederat potestatem, uel corrūperet, uel disperderet homines quos in exordio fecerat, misit angelos ad tutelam cultumq; generis humani: quib. præcepit ante omnia, ne terræ contagione maculati, substantiæ cœlestis amitterent dignitatem. scilicet id eos facere prohibuit, quod sciebat esse facturos, ut ueniam sperare non possent. Itaque illos cum hominibus commorantes, dominator ille terræ fallacissimus consuetudine ipsa paulatim ad uitia pellexit, & mulierum congressibus inquinauit. Tum in cœlum ob peccata quibus se immerferant non recepti, ceciderunt in

20

terram. sic eos diabolus ex angelis Dei suos fecit satellites ac ministros. Qui autem sunt ex his procreati, quia neq; angeli neq; homines fuerunt, sed mediam quandam naturam gerentes, nō sunt ad inferos recepti, sicut in cœlum parentes eorum. Ita duo genera dæmonum facta sunt: unum cœleste, alterū terrenum. Hi sunt immundi spiritus, malorum quæ geruntur autores: quorū idem diabolus est princeps. Vnde Trismegistus illum δαίμονιαρχῶν uocat. De monas autem Grammatici dictos aiunt, quasi δαίμονες. hos autē putant deos esse. Sciunt illi quidem futura multa, sed non omnia: quippe quibus penitus consilium Dei scire non licet: & ideo solent respōsa in ambiguos exitus temperare. Eos poetæ & sciunt esse dæmones, & loquuntur. Heliodus ita tradit:

30

τοι μὲν δαίμονες εἰσὶ διὸς μεγάλης ἐστὶ βουλῆς
ἰδῶσι, ὑπερβάνιοι φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων.

40

Quod idcirco dictum est, quoniam custodes eos humano generi Deus miserat: sed & ipsi cum sint perditores hominum, custodes tamen se uideri uolūt, ut ipsi colantur, & Deus non colatur. Philosophi quoq; de his disserunt. Nam Plato etiam naturas eorum in Symposio exponere conatus est. Et Socrates esse circa se assiduū dæmonem loquebatur, qui sibi à puero adhæsisset, cuius arbitrio & nutu uita sua regeretur. Magorum quoq; ars omnis ac potētia horum aspirationibus constat, à quibus inuocati, uisus hominum præstigijs obcæcantib. fallunt, ut non uideant ea quæ sunt, & uidere se putent illa quæ nō sunt. Hi, ut dico, spiritus contaminati ac perditī per omnem terram uagantur, & solatium perditionis suæ perdendis hominibus operantur. itaq; omnia insidijs, fraudibus, erroribus complent. adhærent enim singulis hominibus, & omnes ostiatim domos occupant, ac sibi Geniorū nomen assumunt: sic enim Latino sermone dæmonas interpretantur. Hos in suis penetralibus conserant: his quotidie merū profundunt, & sciētes dæmones uenerant, quasi terrestres deos, & quasi depulsores malorū, quæ ipsi faciūt & irrogāt. Qui quoniam sunt spiritus tenues & incomprehensibiles, insinuant se corporibus hominum, & occultē in uisceribus operati, ualetudinem uitiant, morbos citant, somnijs animos terrent, mentes furoribus quatiunt, ut homines his malis cogant ad eorum auxilia decurrere.

50

Anticipatio, uel ὄστρον πρότερον est, per quā hęc materia in hoc caput est reiecta. nam historice series exigit, ut cataclysmo præmittatur. Reiectionis autem causam puto, quod dæmonū translationem uoluerit sine ulla interruptione continuare. Lactantius autem noster, dum erroris origines scrutatur, seipsum aliquoties erroribus inuoluit, non id quidem ipse erroris autor. nam dæmones ex angelis factos esse, ante ipsum docuere uiri nec maligni, nec indocti: ex Latinis nempe Tertullianus, ex Græcis autem Athenagoras, Iustinus, & Proclus, Christiani philosophi. Error autem ille natus est ex textu Geneseos nō rectè intellecto. Nam in sexto capite legitur: Et factū est quod cœpit homo multiplicari in superficie terræ, & filia nate sunt illis, uideruntq; filij Dei filias hominum, quod elegantes essent: & acceperunt sibi in uxores, ex omnibus quas elegerant. Quo loco Nephelim, quod filios Dei significat, alij angelos transtulerunt. Vnde hic Lactantianus error est natus. Septuaginta certè, Hebraicam ueritatem sunt secuti: εἰδότες δὲ οἱ υἱοὶ τῶ θεοῦ τὰς θυγατέρας τῶ ἀνθρώπων, ὅτι καλαὶ εἰσιν, ἔλαβον ἑαυτοῖς γυναῖκας ὅσας προσῶν ἔρθελεξωτο. Chaldaica translatio habet, Filios principum. quam nostratium quidam secuti, principes intelligunt, filiorum Dei nomine: iuxta phrasim, qua iudices, magistratus & principes filij Dei, & dij appellatur. Castalio, dexterrimus Bibliorum interpres: Quibus cum filia nascerentur, earum pulchritudine capti hominum potentissimi, eligebant ex omni numero quas ducerent uxores. Alij Gigantes uertūt, cum quib. Berofus sentit. Vnde etiam Symmachus, teste Hieronymo, Violentos transtulit, unde alij uiros robustos intelligunt, Cadentium nomine. Augustinus sane in Geneseos quæstionibus: Quæritur, inquit, quemadmodum potuerint angeli cum filiabus hominum concumbere, unde Gigantes nati perhibentur: quamuis nonnulli & Græci & Latini co-dices non angelos habeant, sed filios Dei: quos quidam ad soluendam quæstionem, iustos homines fuisse crediderunt, qui potuerunt etiam angelorum nomine nuncupari. Cui sententiæ confirmandæ adducit testimonium Christi, quod legitur in Euangelio Iohannis, ex Malach. 3. ubi Scriptura Iohannē baptistam angelum appellat. Quā quidem quæstionē idem Augustinus latius explicat. lib. 15. de Ciu. ca. 23. Iosephus lib. 7. ἀρχαῖο λογ. 1. ca. 4. hanc historiam ex Genesi referēs, ait: πολλοὶ γὰρ ἀγγελοὶ θεῶ γυναιξὶν συμμίχθη-

τες, ὕβρισις ἐγγύνησαν πῦδας, ὅσα τῶ ἀνθρώπων δυνάμει περιέθρη. Quæ tamē uerba Zonaras historicus (ut ab Eugubino citatur) excusat his uerbis: ὁ δὲ ἰωάννης ἀγγέλους λέγει τὰς θυγατέρας τῶ ἀνθρώπων λαβῆν, ἔτι καλῆσας, οἶμαι, αὐτῶν ἕως σῆθ, ὡς διαρρησώτας θεῶν, καὶ τῶ ἐκείνων πολιτείαν ἠδικοῦσθαι. Eusebius de Preparat. Euang. lib. 5. cap. 4. facile subolfecit, quid suspicatus sit huius erroris 10
seminator, qui Gigantum spiritus pro dijs cultos putauit: siue Athenagoras hic fuit, siue antiquior aliquis. quem postea secutus est Iustinus, & Tertullianus, cuius uerba sunt in cap. 22. Apologet. Athenagoræ uerba annotauit Eugubinus lib. 8. cap. 32. perennis Philosophia: quæ breuitatis studio omitto. Aben Ezra intelligit per Nephelim homines Deum agnoscentes, sicuti ferè orthodoxi antiquiores omnes: Hieronymus, Augustinus, Nazianzenus, Chrysostomus, & cum his etiā 20
noster Philippus. Cultus autem uerus ab initio penes progeniem τῶ σῆθ fuerat, sicut etiam rerum administratio: ut non modò Cainidæ, sed etiam Sethidæ ad summā impietatem degenerasse intelligantur. Liberum arbitrium.) Vnde αὐτοῖς ἐπιτοῖς etiam Athenagoræ dicuntur. Quod sciebat esse facturos.) Prædestinationis argumentum etiam in ipsis angelis, si uera esset historia. Sed mediā quandā naturam.) Lege Augustinum lib. 8. cap. 14. de 30
Ciu. & Eugubinū cap. 10. libri superius citati. Ita duo genera dæmonum.) Per alterū genus Heroas intelligi puto. quanquam ex hac historia (quæ tamen fide uacat) non colligitur, q. Heroes sint κερχαιομαῖαι ἰσχυροὶ τῶ σώματι: quia ex corporibus corpora nascuntur. & licet Genij corporei sint, sunt tamen corpora illorum aëria: quod ex Hesiodo intelligatur, animas illorum qui in aureo seculo uixerant, dæmones esse factos. δαίμονιαρχῶν.) Christus apud Mat 40
thæum 10. principem dæmoniorū Beelzebub uocat. Vide Euseb. lib. 4. cap. 12. de Preparatione Euangel. δαίμονια.) Nō Grammatici modo, sed etiam Socrates apud Platonem in Cratylō: εἶπε τὸν λόγον πᾶν τὸς μαῖλλον λέγει ὡς ἐμοὶ δοκεῖ εἶναι δαίμονια, ὅτι φρόνιμοι καὶ δαίμονες ἦσαν, δαίμονια αὐτῶ ἀνόμαστα. καὶ γὰρ γὰρ τῆ ἀρχαῖα τῆ ἡμετέρας φωνῆ αὐτῶ συμβαίνει τὸ ἀνομα. Alij malūt dici δαίμονια, id est exterréfacio, quod proprium spectrorum est. Alij 50
ex Hebraicis fontibus fluere credunt, quibus Shaldai & Deum & dæmonem significat.

Sciunt

Sciunt illi quidem.) Anthypophora. Augustinus lib. 9. cap. 20. Ciuitat. scientiam illam talem esse dicit, qualis illa est, de qua dicit Paulus: Scientia inflat, charitas uero edificat. Dum igitur charitatem non habet, scientia isthæc ad felicitatem ipsi ne tantillum quidem adijcit. Quid uero ipsorum scientia ab angelorū differat, docet idem Augustinus cap. 22. eiusdem libri. **Responfa in ambiguos.**) Lege Eusebium lib. 5. cap. 10. 10 Præpar. Euangel. **Hesiodus ita.**) ἢ ὄρωις ἢ ἡμῶδες, ubi de aureo seculo: de quo loco Plato in Cratylō iam suprā citato disserit. Lege ad hæc, quæ scribit Euseb. lib. 5. de Præparatione Euang. cap. 4. φύλακες.) Horum rursus mentio fit in quinto de Repub. apud Platonem. In **Symposio.**) In disputatione Diotimæ, fatidicæ mulieris, quam habuit cum Socrate: ubi τῶν ὄρωτε inter potissimos demones numerat. Et **Socrates.**) Fit apud Platonē sæpe huius mentio: ut in Euthyphrone, non longe ab initio, in Apologia, in Theæteto, in Phædro, in Theage, in Euthydemo. Apud Xenophontem sub initium ἑπομνημονοῦμαι τῶν. Meminit etiam Cic. in 1. de Nat. deorum. Gemina est apud Maximum Tyrium de ea ἀπὸ Ἰδαίου. Plutarchus cap. penult. libri 9. συμποσιακῶν de hoc copiose. Apuleius quoq; Platonicus Madaurensis (ut August. li. 8. cap. 14. de Ciuit. refert) de hac re sola unum scripsit librum, cui titulum esse uoluit, De deo Socratis. ubi disserit & exponit, ex quo genere numinum numen sibi Socrates habebat adiunctum, et amicitia quadam cōciliatum, à quo perhibetur solitus admoneri, ut desisteret ab agendo, quando id quod agere uolebat, prosperè non fuerat euenturum, &c. Meminit etiam Tertullianus loco superius citato. **Magorum quoq; ars.**) Hoc Arnobius quoq; lib. 3. Augustinus, Eusebius & Tertullianus testatur, uel detestantur potius. **Ac sibi Geniorum nomen.**) Censorinus de Natali die cap. 2. Genius est Deus, cuius in tutela, ut quisq; natus est, uiuit: siue quòd ut generemur curat, siue quòd una gignitur nobiscum, siue etiam quòd nos genitos suscipiat ac tueatur. Certè à gignendo Genius appellatur. Eundemq; esse Genium & Larē, multi ueteres memoriæ prodiderunt, &c. **Merum.**) Plinius libro decimoquarto, capite decimonono. Sed quid si legas cruorem? sanguinem enim demonibus effundi, Catholici scriptores conqueruntur. **Depulsores malorum.**) ἀλεξίμακρος.

Dæmones nihil posse in eos qui in fide solidati sunt.

CAPVT XVI.

30 **Q**uarum omnium fallaciarū ratio expertibus ueritatis obscura est. Prodesse enim eos putant, cum nocere desinunt: qui nihil aliud possunt, quàm nocere. Dicat fortasse aliquis, colendos esse ergo ne noceant, siquidem possunt nocere. Nocent illi quidem, sed ijs à quib. timentur, quos manus Dei potens & excelsa non protegit, qui profani sunt à sacramēto ueritatis. Iustos autem, id est cultores Dei metuunt: cuius nomine adiurati, de corporibus excidunt, quorum uerbis tanquam flagris uerberati, non modò dæmones se esse confitentur, sed etiā nomina sua edunt, illa quæ in templis adorantur. & quod plerunq; coram cultoribus suis faciunt, non utiq; in opprobrium religionis, sed honoris sui: quia nec Deo per quem adiuratur, nec iustis, quorū uoce torquentur, mentiri possunt. Itaq; maximis sæpe ululatibus editis, uerberari se, 40 & ardere, & iam iamq; à se exire proclamant. Tantum habet Dei cognitio, ac iusticia potestatis. Cui ergo nocere possunt, nisi ijs quos habent in sua potestate? Deniq; affirmat eos Hermes, qui cognouerint Deum, non tantū ab incursionibus dæmonum tutos esse, uerumetiam ne fato quidem teneri. *μία, ἰνκνίτ, φύλακῆ, δὴσέβῆα· δὴσέβῆς γὰρ ἀνθρώπος ἔστ' ἀίμωνος, ἔστ' ἐμαρμὴν λεγῆναι. θεὸς γὰρ εἴνεκα τῆς δὴσέβῆς ἐκ παντὸς λαοῦ. τὸ γὰρ ἦ καὶ μόνον ἦ ἀνθρώποις ἔστιν ἀγαθὸν δὴσέβῆα.* Quid si autem δὴσέβῆα, alio loco his uerbis testatur, dicēs: ἢ γὰρ δὴσέβῆα γῆσις ἔστι τῶν θεῶν. Asclepius quoq; auditor eius eandem sententiam latius explicauit in illo sermone perfecto, quem scripsit ad regem. Vterq; uero dæmones esse affirmat inimicos & uexatores hominum: quos ideo Trismegistus 50 ἀγγέλους πονηρῶς appellat. Adeò non ignorauit, ex cœlestibus depra-uatos terrenos esse cœpisse,

In confesso est, uel Augustino teste, nomē bonis iuxta, malisq; competere: quum in professione Christiana boni dæmonis mentionē nūspiam inuenias. Genij quidem nomen apud Latinos etiā de angelis applausum inuenit: sed id in carmine ferē tantum, cum alioqui Theologica maiestas eiusmodi orationis pigmēta repudiet. Quid? quod ne apud Ethnicos quidē dæmonis appellatio dijs re-
 Etē attribuitur? Vide de his plura apud Augustinum libro 9. de ciuit. Dei, & Eugubinum lib. 8. Fallaciarum. *Ἰσοικε γὰρ γοντ δέου πάντᾳ, ὅσα ἀπατᾷ:* Plato in 3. de Repub. Quid Augustinus de eius fallacijs memoriæ prodiderit, legito lib. 9. cap. 18. Ciuitat. Cum nocere delinunt.) Vnde etiam Febris culta fuit, & Pallor, & à Babylonijs Draco, apud Danielem, & ficta religio Rocchum, Sebastianum, Valentinum, etc. ne malum inferant, coluit. Sed uel à Luciano isthæc superstitio explosa est. Iustos autem.)
 Exempla sunt in Actis capite 16 & 19. in 7 Tripartit. cap. 39. & alibi alia plura. Non hic refero Anastasianus exorcismos. Dæmon enim dæmonem eijcere uolet minime: Matthæi 12. Lege ad hæc, quæ scribit Tertullianus cap. 27. Apolog. Augustinum libro 10. capite 27. ciuitat. Dei. *δυσέβεια.*) Iusticiam ipse, cultumq; Dei uocat, quam Paulina philosophia Fidem appellat. Plato τὸ δὲ βέβησιν sive *δυσέβεια* partem iusticiæ facit, eamq; definit τὴν τῶν θεῶν δόξα πείθειν. sed ueri Dei uerus cultus est fides, sine qua nemo potest placere Deo: ut Paulus inquit. *ἑμαρμύλιον.*) Hermes in Asclepio, *ἑμαρμύλιον*, necessitatem & ordinem Dei nutus facta esse docet, qui mundum gubernat sua lege, & ratione diuina. *ἑμαρμύλιον* omnium parere initia, necessitatem omnia cogere ad effectum, extra ordinis compositionem nihil esse. *παράδδοξον* igitur hoc est: nam Platoni τὴν *ἑμαρμύλιον* ὅσ᾽ αὐτὸς εἰς ἐκφύροισι. Hanc Chrysippus apud Gellium definit, *φυσικῶς σωτάξιν τῶν ὄλων ἐξ ἀΐδου τῶν ἐτέρω τοῖς ἐτέροις ἐπικουλουτώτων, καὶ μετὰ πολὺ μὲν οὐκ ἀπαραβάτου ὅσ᾽ ἴσ᾽ συμπλοκῆς.* Augustinus uarijs locis uariē Fati uocē usurpat, quandoq; etiam pro astrorū dictamine. quod Theologi rejiciunt prorsus: cuius obseruationem Chrysostomus in tertio de Fato & prou-

dentia sermone tam manifeste contra legem Dei dicit, quā est uel sabbati neglectus, uel homicidium, uel adulterium. *ὡσπερ ὁ (inquit) δ᾽ ἄλων, ὅτι πονηρὸν τὸ φρονέειν, καὶ τὸ μοιχεύειν φαύλων: ὅτω δὲ ἄλων, ὅτι τὸ πρὸς εὖ εἰμαρμύλιον πονηρὸν καὶ ἀπυροδομίου.* Fidem autem (hanc enim ueram *δυσέβεια* esse dico) Fati leges rumpere, docet Ezechia exemplum, cui uita **10** curriculum quindecim annis protractum fuit: docet Lazarus rediuius, docent plurima alia, quæ Paulus ad Hebræos capite undecimo enumerat. Epiphanius ubi de Pharisæorum erroribus loquitur, tollit fatum, iudicij oppositu: hæc duo siquidē simul consistere non posse. *ἢ γὰρ δὲ βέβεια.*) Congruit cum eo quod Christus dixit, Iohannis decimosextimo: *αὐτὴ δ᾽ ὅσα ἢ αἰώνιον ζῶν, ἵνα γινώσκωσὶ σε τὸν μόνον ἀληθινὸν θεόν, καὶ ὅτι ἀπέσειλας ἰησοῦν χριστόν.* Et ea **20** pite tertio: *ἵνα πᾶς ὁ πισθῶν εἰς αὐτόν, μὴ ἀπέληται, ἀλλὰ ἔχη ζωὴν αἰώνιον.* *πισθῆ* ergo & *γνώσις* idem est. Sapientiam autem cum pietate idem esse, docet Augustinus in Enchiridio, occasione sumens ex eo quod est apud Iesum Sirach: *ὡσπερ σοφία παρά κρείς.* Quid ἢ σοφία sit, alio ex Iobo testimonio exponit: Ecce pietas est sapientia. Quid uerò pietas sit, affirmat distinctius in græco esse, id est significantius, *θεοσέβεια* sive *δυσέβεια*: à uerbo nimirum *σέβομαι*, quod significat colo. Et paulo inferius ponit eam pietatem in fide, spe & charitate: quæ tria insolubili necessitudinis uinculo sunt cōnexa. Plura in medium producerem, ni meminissē me nō tam disputationes quā Annotationes scholasticas instituisse. In libro de Vera sapientia de his agetur pluribus. & cap. decimoquinto libri quinti hunc eundem ex Hermete locum repetam. *ἄγγελοι πονηροί.*) Sic in sacris quoq; literis dæmones appellantur, ut Matth. 25. *εἰς τὸ πῦρ* **40** *τὸ αἰώνιον, τὸ ἠπομασμούτου τοῦ σαβόλω,* καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. 2 Corinth. 12. *ἐδδθη μοι σκόλοψ τῆ σαρκί, ἀγγελος σατανᾶ.* Satan insuper ὁ πονηρὸς per *ἐξοχλῶ* nuncupatur. sic enim quidam exponunt illud in precatōne Dominica: *ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τῶν πονηρῶν.* Malos angelos appellat eos etiā Augustinus, & alij antiquiores orthodoxi.

Astrologiam

Astrologiam, aruspicinam & similes artes esse demonum inuenta.

CAPVT XVII.

Eorum nequitia inuenta sunt & astrologia, & aruspicina, & auguratio, & ipsa quæ dicuntur oracula, & necromantia, & ars magica, & quicquid præterea malorum exercent homines uel palam uel occultè, quæ omnia per se falsa sunt, ut Sibylla Erythræa testatur:

— ἐπεὶ πλὴν πάντων τῶν θεῶν,

ἅπασιν ἀφρονῶν ἀνδρῶν ἐβδυνώσιν καὶ ἡμᾶρ.

Sed iidem ipsi autores præsentia sua faciunt, ut uera esse credantur. Ita ho-
 10 minum credulitatem mentita diuinitate deludunt, quòd illis uerum aperire non expedit. Hi sunt, qui imagines & simulachra fingere docuerunt, qui, ut hominum mentes à cultu ueri Dei auerterent, & fictos mortuorum regum uultus & ornatos exquisita pulchritudine statui consecrariq; fecerunt, & illorum sibi nomina quasi personas aliquas induerunt. Sed eos magi, & ij quos uerè maleficos uulgus appellat, cum artes suas execrabiles exercet, ueris suis nominibus cient. Hi porro incesti ac uagi spiritus ut turbent omnia, & errores humanis pectoribus offundant, ferunt, ac miscent falsa cum ueris. Ipsi enim cœlestes multos finxerunt esse, unumq; regem omniū louem, eo quòd multi sunt spiritus angelorum in cœlo, & unus parens ac dominus omnium
 20 Deus: sed ueritatem mentitis nominibus inuolutam ex oculis abstulerunt. Nam Deus (ut principiò docui) neq; nomine, cum solus sit, eget: neq; angeli, cum sint immortales, dici se deos aut patiuntur, aut uolunt: quorum unum solumq; officium est, seruire nutibus Dei, nec omnino quicquam, nisi iussu eius facere. Sic enim mundum regi à Deo dicimus, ut à rectore prouinciam, cuius apparitores nemo socios esse in regēda prouincia dixerit, quamuis illorum ministerio res geratur. Et hi tamen possunt aliquid præter iussu rectoris, per ipsius ignorantiam, quæ est conditionis humane: ille autem præses mundi, & rector uniuersi, qui scit omnia, cuius diuinis oculis nihil septum est, solus habet ferum omnium cum filio suo potestatem: nec est in angelis
 30 quicquam, nisi parendi necessitas. Itaque nullum sibi honorem tribui uolunt, quorum honor in Deo est. Illi autem qui descuerunt à Dei ministerio, quia sunt ueritatis inimici, & prauaricatores Dei, nomen sibi & cultum deorum uendicare conantur: non quòd ullum honorem desiderent (quis enim honor perditis est?) nec ut Deo noceant, cui noceri non potest: sed ut hominibus, quos nituntur à cultu & noticia ueræ maiestatis auertere, ne immortalitatem adipisci possint, quam ipsi sua nequitia perdidierunt. Offundunt itaq; tenebras, & ueritatem caligine obducunt, ne dominum, ne patrem suum norint: & ut faciliè illiciant in templis se occultant, & sacrificijs omnibus præstò adfunt, eduntq; sæpe prodigia, quibus obstupefacti homines, fidem
 40 commodent simulacris diuinitatis ac numinis. Inde est, quòd ab augure lapis nouacula incisus est, & quòd luno Veiens migrare se Romam uelle respondit, quòd Fortuna Muliebris periculum denunciauit, quòd Claudia manum nauis sequuta est, quòd in sacrilegos & luno nudata, & Locrensis Proserpina, & Ceres Milesia uindicauit, & Hercules de Appio, & Iupiter de Attinio, & Minerva de Casare. Hinc, quòd serpens urbem Romam pestilentia liberauit, Epidauro accersitus. Nam illuc *Δαίμωνιαρχὸς* ipse in figura sua sine ulla dissimulatione perductus est: siquidem legati ad eam rem missi, draconem secum miræ magnitudinis attulerunt. In oraculis autem uel maximè fallunt, quorum præstigias profani à ueritate intelligere non possunt. ideo que ab illis attribui putant & imperia, & uictorias, & opes, & euentus prosperos rerum, deniq; ipsorum nutu sæpe rempublicam
 50 periculis imminentibus liberatam: quæ pericula & respõsis denunciauerunt, & sacri

& sacrificijs placati, auerterunt. Sed omnia ista fallaciæ sunt. Nam cum dispositiones Dei præsentiant, quippe qui ministri eius fuerunt: interponunt se in his rebus, ut quæcunque à Deo uel facta sunt, uel fiunt, ipsi potissimum facere, aut fecisse uideantur. & quoties alicui populo uel urbi secundum Dei statum boni quid impendat, illi se id facturos uel prodigijs, uel somnijs, uel oraculis pollicentur, si sibi tēpla, si honores, si sacrificia tribuantur: quibus datis, cum illud acciderit quod necesse est, summam pariunt uenerationem. Hinc templa uouentur, & nouæ imagines consecrantur, mactantur greges hostiarum. Sed cum hæc facta sunt, nihilominus tamen & uita & salus eorum qui hæc fecerint, immolantur. Quoties autem pericula impendent, ob aliquam se ineptam & leuem causam profitentur iratos, sicut Iuno Varroni, quod formosum puerum in templo Iouis ad excubias tenendas collocarat: & ob hanc causam Romanum nomen apud Cannas penè deletum est. Quod si Iuno alienum Ganymedem uerebatur, cur iuuentus Romana luit pœnas? Velsi dii tantummodo duces curant, ceteram multitudinē negligunt: cur Varro solus euasit, qui hoc fecit? & Paulus qui nihil meruit, occisus est? Videlicet nihil tunc Romanis accidit fati Iunonis iniquæ, cum Annibal duos exercitus populi Romani & astu & uirtute confecit. Nam Iuno audere poterat aut Carthaginem defendere, ubi arma eius & currus fuit, aut Romanis nocere: quia progeniem

—Troiano à sanguine duci

Audierat, Tyrias olim quæ uerterat arces.

Sed illorum sunt isti lus, qui sub nominibus mortuorum delitescunt, uiuentibus plagas tendunt. Itaque siue illud periculum quod imminet, uitari potest, uideri uolunt id placati auertisse: siue non potest, id agunt, ut propter illorum contemptum accidisse uideatur: ita sibi apud homines qui eos nesciunt, autoritatem ac timorem pariunt. Hac uersutia, & his artibus noticiam ueri ac singularis Dei apud omnes gentes inueterauerunt. Suis enim uitijs perditum sauiunt & grassantur, ut perdant. Idcirco etiam humanas hostias excogitauerunt, ipsi hostes humani generis, ut quam multas deuorarent animas.

C O M M E N T A R I V S.

In hoc capite autoritate, rationibus & exemplis edocet, hoc esse ingenium demonij meridiani, quod se crebro soleat conuertere, & transformare in angelum lucis. Eorum inuenta.) Potest hoc ipsius Apuleij doctrina manifestum esse, quam Augustinus confutat libro de Ciuitate 8. cap. 16. Astrologia.) De generibus diuinationis alibi diximus. Per astrologos intellige ἄστρολογός, contra quos etiam est Phavorini dissertatio apud Gellium libro 14. cap. 15. Lege omnino comitem Mirandulanum libro 6. νεκρομαντεία.) Speciem pro genere posuit. Ἰσομαντεία alij eandem uocant. Augustinus lib. de ciuitate Dei 7. cap. ultimo, testatur has artes ante natum etiam Christum in gentiliū ciuitatibus legibus prohibitas fuisse. Certè Cicero in 1. Tusc. quæst. has improbat. Erythrea.) Sermonem 3. scribit gentem futuram, quæ huiusmodi artes non exercent. Versiculos, quia nonnihil uariant, paulo altius repetam;

ἔτε γὰρ ἡελίου λυκλίου δρόμου, οὔτε σελήνης,

ἔτε πελώρια ὄργα μεριμνώσι ψυχῆς,

ἔτε βάθῃ χαροποιῶν ἀσπίδων ἀεροπόρο,

ἔτε φαρμάκων σιμῆσι οἰωνοπόλων τε ποικίλων,

ἔτε μάντις, ἔτε φαρμακός, ἔτε μὲν ἑπαροίδης,

ἔτε μύθων μωροῦν ἀπάτης ἐγγαστριμύθων,

οὐδὲ τὰ χηλδαίων τὰ περὶ μάντια ἀστρολόγων

γῶσιν,

ἔτε μὲν ἀστρονομῶσιν, τὰ γὰρ πάντα

πέφυκον

δοσακῶν ἀφρονῶσιν, ἀνδρῶσιν ὄρνυσιν καὶ

ἡμᾶσιν.

Ψυχῆς γυμνάσιον, ὅτι ἔστι γυμνάσιον ὄργων.

Maleficos.) Titulus est in Codice hb. 9. deci-

misofotauus, in qua constitutio est Constantini

Cæsaris, cui σύγχρονος noster Lactantius fuit.

Nemo (inquit) aruspicem consulat, aut mathema-

ticum, nemo arionum. Augurum & uatum praua

confessio cōticescat. Chaldaei, ac magi, & ceteri

quos

quos maleficos ob facinorum magnitudinem uul-
 gus appellat, nec ad hanc partem aliquid molian-
 tur. Sileat omnibus perpetuò diuinandi curiosi-
 tas: etenim supplicium capitis feret, gladio ulto-
 re prostratus, quicumq; nostris iussis obsequium
 denegauerit. Incesti.) Pro eo quod nos usur-
 pamus, incestuosi: sicut etiam Propertius, Lucre-
 tius, Plinius, atq; adeò ipse Cicero. Incubos ego
 intelligo, & succubos, ut iudaizans ad suum er-
 10 rorem redeat, quo daemones cum hominibus rem
 habere dixit. Nam Rabini tradunt, quòd animas
 Deus crearet sine corpore, & eiusmodi laruà A-
 dami in se recepisse sperma, indeq; natos esse dae-
 mones. Colligunt hoc ex eo, quod Gen. 3. legitur:
 Cessauit ab omni opere suo, quod creauit Deus ut
 faceret. De multis daemonum generibus lege Ho-
 norium Platonicum. Vagi.) quia sunt aëria
 corpora: ut ex Apuleio Augustinus, Apuleius ex
 Platone definit, Serunt.) Videtur alludere
 20 ad parabolam Euangelicam, de inimico seminan-
 te zizaniā: Matth. 13. Miscent uera falsis, quod
 non modò in Gentilium uanitatibus, sed in Maho-
 metis quoq; Alcorano, & in omnibus adeò hære-
 sibus: & si uspiam alibi, in Romana religione ma-
 xime obseruare est. Nam Deus (ut in
 principio.) lib. 1. cap. 6. Dici se deos.)
 Platonis in Timæo doctrina est, unum maximū
 minorum deorum esse Deum, quibus negocium
 creandorum minorum animalium dedit. Quod
 30 Augustinus confutat libro de Ciuitate 12. ca. 24.
 Fuit Menander Simonis magi discipulus, qui mun-
 dum ab angelis creatum asseruit. Fuit item Satur-
 nilius quidam, Menandri discipulus, qui septē an-
 gelos in scio patre mundum creasse tradidit. Cu-
 ius sectatores Saturnilianos uocarunt, de quo-
 rum erroribus lege Epiphanium libri primi tomo
 secundo, contra hæreses. Exemplum est in Apo-
 calyp. 19. quòd angeli diuinis sibi honores defer-
 ri noluerūt. Præuaticatores.) Lege Val-
 40 lam libro sexto, Alciatum in l. præuaticatores.
 ff. de uerb. sig. Augure.) Attico Nauio: de
 quo supra dictum est capite 8. eiusdem libri.
 Iuno Veiensis.) Monetam cap. 8. appella-
 uit, sicut etiam Eutropius: sed Liuius & Plutar-
 chus Matutam, Ἰουνοπέτρα uocant Græci. De
 hac, sicut etiam de alijs, diximus apud Valerium
 de Miraculis. Fortuna.) Astipulatur Augu-
 stinus lib. 4. de Ciuit. cap. 19. Diximus etiam de
 hac apud Valer. eodem loco. Quòd Clau-
 50 diæ.) Est etiam de hac in capite octauo annota-

tum. Et quæ apud Sibyllas de Aesculapio scripta
 sunt Epidaurico, ego de dracone Antichristo in-
 telligere malo. Iuno nudata.) Iuno Laci-
 nia, cuius templum Censor Fuluius tegulis mar-
 moreis nudauit. Locrensis Proserpi-
 na.) quam Pyrrhus spoliavit. Ceres Mi-
 lesia.) quæ Alexandri milites sacrilegos cæci-
 tate multauit. Hercules de Appio.)
 Censore, quæ cum sacra Herculis ad seruos trans-
 tulisset, Deus lumibus orbauit, &c. Atti-
 nio.) qui Senatui Iouis iussa renunciauerat.
 Minerua.) cuius species Artorio Augusti me-
 dico apparuerat. Serpens.) Aesculapius.
 Cuncta hæc supra cap. 8. copiosius habuimus.
 Arripit occasionem nequitiaë demoniacæ dete-
 gendæ, serpentis illius antiqui nomine, qui Euam
 in interitum illexit. Profani.) alieni à fide.
 Nam fideles apud Petrum sunt ἰσραήτιοι ἐ-
 γυπτίου, καὶ βασιλείου ἰσραήτιοι, Impe-
 ria & uictoria.) Ut Syluani uox, è Sylua Ar-
 sia apud Valerium & Liuium. Cur Var-
 ro.) Historia est apud Liuium libro secundo, se-
 cundi belli Pun. apud Val. libro 1. cap. de Negle-
 cta religione. Paulus.) Qui licet pullos e-
 daces habuit, ad Cannas tamen cecidit: ut dignis
 illi modis Cyprianus illudit. Fatis Iuno-
 nis iniquæ.) Apud Vergil. quidem in 1. Aen.
 Aeneas per littora iactatur odijs Iunonis iniquæ.
 Sed historia est apud Silium Italicum libro 10.
 Nam temporibus belli Punici, antiquum illi odiū
 manet alta mente repostum. Nam cum sub Me-
 telli persona Paulum Varronis collegam ab ar-
 mis deterrere non posset, ementiebatur: quendam
 Gelastrum Mauritanum, Hannibalem in Paulum
 inflammantē. Carthaginem defende-
 re.) Quæ Iuno fertur terris magis omnib. unam
 Posthabita coluisse Samo, hic illius arma,
 Hic currus fuit, hoc regnū dea gentibus esse
 (Si qua fata sinant) iam tum tenditq; fouetq;:
 Progeniem sedenim Troiano à sanguine duci
 Audierat, Tyrias olim quæ uerteret arces.
 Scribit eadem ferè cum Silio Valerius loco
 citato. Qui sub nomine.) Si satan po-
 test induere personam angeli lucis, si potest sur-
 mere nomen Iouis, Iunonis, Apollinis, Veneris, et
 aliorum: potest haud dubiè etiam sanctorum de-
 mortuorum nomina sibi uendicare, siue Valen-
 tini, siue Anastasij, siue Barbaræ, siue
 Sebastiani, siue Huld-
 richi, &c.

Dicit aliquis: Cur ergo Deus hæc fieri patitur, nec tam malis succurrit erroribus? Ut mala cum bonis pugnent, ut uitia sint aduersa uirtutibus, ut habeat alios quos puniat, alios quos honoret. Vltimis enim temporibus statuit de uiuis ac mortuis iudicare: de quo iudicio mihi erit in ultimo libro disputatio. Differt ergo, donec ueniat temporum finis, quo effundat iram suam in potestate ac uirtute cœlesti, sicut Vatum prædicta piorum terribili monitu horrificant. Nunc autem patitur homines errare, & aduersum se quoque impios esse, ipse iustus, & mitis, & patiens. Nec enim fieri potest, ut non is in quo perfecta sit uirtus, sit etiam perfecta patientia. Vnde quidem putant, ne irasci quidem Deum omnino, quod affectibus qui sunt perturbationes animi, subiectus non sit: quia fragile est omne animal quod afficitur & commouetur. Quæ persuasio ueritatem atque religionem funditus tollit. Sed seponatur interim locus hic nobis de ira Dei disserendi, quod & uberior est materia, & opere proprio latius exequenda. Illos ergo nequissimos spiritus quisquis ueneratus fuerit & secutus, nec cœlo nec luce potietur, quæ sunt Dei: sed in illa incidet, quæ in distributione rerum attributa esse ipsi malorum principi disputauimus: in tenebras scilicet, & inferos, & in supplicium sempiternum. Docui, religiones deorum triplici modo uanas esse: Vno, quod simulachra ipsa quæ coluntur, effigies sint hominum mortuorum. Est autem peruersum & incongruens, ut simulachrum hominis à simulachro Dei colatur: colit enim quod est deterius & imbecillius. tum inexpiable facinus esse, deserere uiuentem, ut defunctorum monumentis seruias, qui nec uitam nec lucem dare cuiquam possunt, qua ipsi carent: nec esse alium quenquam Deum præter unum, cuius iudicio ac potestati omnis anima subiecta sit. Altero, quod ipsæ imagines sacrae quibus uanissimi homines seruiunt, omni sensu carent, quoniam terra sint. Quis autem non intelligat, nefas esse, rectum animal curuari, ut adoret terram? quæ idcirco pedibus nostris subiecta est, ut calcanda nobis, non adoranda sit: qui sumus ideo excitati, & ex eo statum sublimem præter ceteras animantes accepimus, ut non reuoluamur deorsum: ne hunc cœlestem uultum projiciamus ad terram, sed oculos eò dirigamus, quò illos naturæ suæ conditio direxit: nihilque aliud adoremus, nihil colamus, nisi solum artificis parentisque nostri unicum numen, qui propterea hominem rigidum figurauit, ut sciamus nos ad superna & cœlestia prouocari. Tertio, quod spiritus qui præfunt ipsis religionibus, condemnati & abiecti à Deo per terram uoluentur, qui non tantum nihil præstare cultoribus suis possint, quoniam rerum potestas penes unum est, uerum etiam mortiferis eos illecebris & erroribus perdant: quoniam hoc illis quotidianum sit opus, tenebras hominibus abducere, nec quærat ab illis uerus Deus. Non igitur colendi sunt, quia sententiæ Dei subiacent. Est enim piaculum maximum, addicere se potestati eorum, quibus si iusticiam sequare, potentior esse possis, & eos adiuratione diuini nominis expellere ac fugare. Quod si apparet, religiones istas tot modis esse uanas, quibus docui: manifestum est, eos qui uel mortuis suppliciant, uel terram uenerantur, uel spiritibus impuris animas suas mancipant, rationem hominum non tenere: eosque impietatis ac sceleris sui supplicia pensuros, qui rebelles aduersus parentem generis humani Deum, susceptis inexpiables sacris fas omne uiolarunt,

COMMENTARIUS.

Prior huius capituli pars obiectionem diluit, altera dictorum haecenus ἀνεφαλασίως continet. Ut mala cum bonis.) Quae igitur, o Lactanti, mala cum bonis in ultima tua Chiade pugnabunt? Differt ergo.) Quia nec grauior Dei ira, nec poena maior nobis imminere poterit, quam cum Deus peccata punit peccatis. μακρόθυμος quidem Deus est, nec mortem uult peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat: Ezechielis 3. Magna Dei ira est, ut Hieronymus ad Castrutium Ezechielis autoritate scribit, quando peccata non corrigit, sed caecitatem caecitate puni. Nam ob hoc ipsum mittit Deus efficaciam illusionis, ut Paulus ad Thessal. scribit, ut credant mendacio, ut iudicentur omnes qui non crediderunt ueritati. Indigni (inquam) sunt fonte uiuo, qui cisternas sibi fodiunt. Hier. 2. In potestate.) Graeca, uel potius Scripturae phrasi, pro Per potestate: sicut ἡ βραχίονι, per brachium. Vatum praedicta.) Id quod apud Vergilium in 4 Aeneid. de Didonis omnibus dicitur, mirabili quadam μίμνεσι ad prophetarum oracula transfert. Exemplasi quaeris, accipe diluuium, Sodomiticum interitum, captiuitatem Babylonicam, excidium Hierosolymitanum, & hodie crudelissimum Turcam. Perfecta sit uirtus.) A genere ad speciem. Perfecta patientia.) μακρόθυμῶν sic uocat: quam Augustinus plerumque longanimitatem interpretatur. Gentiles ui-

dentur hanc ἀνεφαλασίως appellare. Unde quidam.) Epicurei, ut est in quarto de Ira Dei capite. Affectibus, qui sunt perturbationes animi.) Quod Graecis πᾶθος est, Cicero plerumque perturbationem, alij quandoque (ut hic Lactantius) affectum interpretantur, passionem docti nunquam. In 4. Tusc. quaest. Quae Graeci πᾶθον uocant, nobis perturbationes appellari magis placet, quam morbos. Et paulo post, Zenonis definitionem Latinis recitat uerbis: Perturbatio (inquit ille) est auersa a recta ratione contra naturam animi commotio. Quae definitio graece apud Laertium sic legitur: ἐστὶ τὸ πᾶθος ἡ ἀλογος ἐν πᾶσι φύσει ψυχῆς κίνησις, ἢ ὁρμητικὴ πλεονέχουσα. Dorn.) Sequitur altera pars, recapitulatio nempe dictorum, quae continet argumenta sumpta a modis priorum. Nam quando naturalis ordo inuertitur, fieri non potest quin absurda sequantur. Vide Vadianum, ubi scribit de mediterranei maris insulis. Addicere.) Usurpat uerbum iureconsultorum, sicut paulo inferius uerbum mancipandi. Nam additi dicebantur obrati & nexi, qui ob aes alienum creditoribus in temporariam seruitutem tradebantur. Nam qui peccat, seruus est peccati, iuxta Paulum. Obserua quod religionis nomen pro eo usurpat, quod Graecis est δουρικαμοניה, in malam nimirum partem: sed id ferè in plurali numero duntaxat.

De simulacrorum & terrenarum rerum cultu. CAP. XIX.

Quicumque igitur sacramentum hominis tueri, rationemque naturae suae nitentur obtinere: ipse se ab humo suscitetur, & erecta mente oculos suos tendat in caelum: non sub pedibus quaerat Deum, nec a uestigijs suis eruat quod adoret (quia quicquid homini subiacet, infra hominem sit necesse est) sed quaerat in sublimi: quia nihil potest homine maius esse, nisi quod fuerit supra hominem. Deus autem maius est homine. supra ergo, non infra est: nec in ima potius, sed in summa regione querendus est. Quare non est dubium, quin religio nulla sit, ubicumque simulacrum est. Nam si religio ex diuinis rebus est, diuini autem nihil est nisi in caelestibus rebus: carent ergo religione simulacra: quia nihil potest esse caeleste in ea re quae fit ex terra. Quod quidem de nomine ipso sapienter apperere potest. Quicquid enim simulatur, id falsum sit necesse est: nec potest unquam ueri nomen accipere, quod ueritate fucis & imitatione mentitur. Si autem omnis imitatio non res potissimum seria, sed quasi ludus ac iocus est: non religio in simulacris, sed mimus religionis est. Praferendum est igitur uerum omnibus falsis: calcanda terrena, ut caelestia consequamur. Ita enim res se habet, ut quisquis animam suam cuius origo de caelo est, ad inferna & ima prostrauerit, eo cadat, quod se ipse deiecerit: ideoque oportet rationis ac status sui memorem, non nisi ad superna nitentem semper ac tendere. Quod qui fecerit, hic plane sapiens, hic iustus, hic homo, hic denique caelo dignus iudicabitur: quae suus parens non humilem, nec ad terram more quadrupedum abiectum, sed stantem potius, ac rectum, sicut eum fecit, agnouerit.

Docuerat causam errorum esse ignorantiam sui, quod nimirum homines humilius quam par sit, de se sentiant: usque se rebus subijciant, quae se multo sunt abiectiones. Probat id ordine et dispositione naturae. Quae omnia in hoc secundo libro sunt fuisse satis disputata. Sacramentum.) Lactantianum est, sacramentum appellare reconditiorem aliquam alicuius rei significationem. Nisi quod fuerit supra.) Hinc in ecclesia iubemur, sursum corda attollere. Nihil enim stultius, ne dicam impium magis, quam cor terrenis rebus additum habere, & sub specie caduca Dei numen aeternum adorare. Multo ineptius agunt isti, qui demortuorum simulacra uenerantur, ut numinis plena, quid quaeso hi aliud faciunt, quam

quod (ut Paulus etiam conqueritur) mutant gloriam immortalis Dei, &c. Quia nihil potest.) Citat hunc locum Bullingerus capite 30. de Origine erroris, damnans Carpocratis haeresim, de qua Irenaeus & Epiphanius. Si religio.) A causa materiali. Quicquid enim simulatur.) Ab etymologia, & a genere ad formam. simulatio siquidem forma mendacij est. Sed quasi ludus ac iocus.) Terentianum est in Eunuchio. uerba sunt Parmenonis serui de Charea: Hic uero est, qui si amare ceperit, ludum iocumque dices fuisse illum alterum, prout huius rabies quae dabit. Prouerbiale est, quo utimur in comparationibus.

De philosophis, deque ueritate. CAP. XX.

PERACTA est igitur (ni fallor) magna & difficilis suscepti operis portio: & maiestate diuina suggerente nobis dicendi facultate, inueteratos depulimus errores. Nunc uero maior nobis ac difficilior cum philosophis proposita luctatio est: quorum summa doctrina & eloquentia quasi moles aliqua mihi opponitur. Nam ut illic multitudine ac propere consensu omnium gentium, ueritas premebatur: ita hic autoritate praestantium omni genere laudis uirorum. Quis autem nesciat, plus esse momenti in paucioribus doctis, quam in pluribus imperitis? Sed non est desperandum, istos quoque de sententia, Deo ac ueritate ducibus, posse depelli: nec tam pertinaces fore arbitror, ut clarissimum solem sanis ac patentibus oculis uidere se negent. Modò illud uerum sit, quod ipsi solent profiteri, studio inuestigandae ueritatis se teneri: efficiam profectò, ut quaesitam ueritatem diu & aliquando inuentam esse credant, & humanis ingenijs inueniri non potuisse fateantur.

COMMENTARIUS.

Transgressio est ad sequentem librum. In primo libro confutauit theologiam gentilium fabulosam, in secundo ciuilem: in tertio confutabit philosophicam. Nam ut illic.) in secundo libro, hoc est, in ciuili theologia. In paucioribus.) Hinc Plinius uoluit, ut ponderarentur, non numerarentur sententiae. Deo ac ueritate.) Corrigit uulgatum illud: Duce Vir-

tute, comite Fortuna. Docet Christiane, non uiribus, non fortunae: sed Deo Opt. Max. bonorum auctori, optima quaeque esse tribuenda.

Quod ipsi solent profiteri.) Profitentur siquidem se sapientiae studiosos. Neque enim philosophia est aliud, quam sapientiae professio.

LIBRI II FINIS.

L. COE-

L. COELII LACTANTII FIR-
MIANI DIVINARVM INSTITVTIONVM ADVER-
sus Gentes Liber tertius, de Falsa sapientia, ad Con-
stantinum Imperatorem.

*Veritatis laus, & collatio cum eloquentia, & quare eam non sint affecti phi-
losophi, aperitur: & quare stilo simplici sacra scribantur eloquia: &
quod philosophis tunc maxime credendum est, cum
suam ignorantiam profitentur.*

CAP. I.



Ellem mihi (quando veritas in obscuro latere adhuc existima-
tur, uel errore atq; imperitia uulgi, uarijs & ineptis superstitionibus
seruientis, uel philosophis prauitate ingeniorum turbantibus eam potius,
quam illustrantibus) etsi non qualis in M. Tullio fuit, quia praecipua & admirabilis fuit: aliquam tamen pro-
ximam eloquentiae contingere facultatem: ut quantum ueritas ui sua propria
ualeat, tantum ingenij quoq; uiribus nixa, exereret se aliquando: & discussis
conuictisq; tam publicis, quam eorum qui sapientes putantur, erroribus, hu-
mano generi clarissimum lumen inferret. Quod quidem duabus ex causis fieri
10 uellem. Vel q; magis possent credere homines ornatae ueritati, qui etiam me-
dicio credunt, capti orationis ornatu, lenocinioq; uerborum: uel certe, ut ipsi phi-
losophi suis armis potissimum, quibus placere sibi & confidere solent, oppri-
mentur a nobis. Sed quoniam Deus hanc uoluit rei esse naturam, ut simplex &
nuda ueritas esset luculentior, quia satis ornata per se est, ideoq; ornamentis
extrinsecus additis fucata, corrumpitur: mendacium uero specie placet aliena,
quia per se corruptum uanescit ac defluit, nisi aliunde ornatu questito circum-
litum fuerit ac politum: aequo animo fero, ingenium mihi mediocre esse con-
sum. Verum ego non eloquentiae, sed ueritatis fiducia suscepi hoc opus, for-
tasse maius q; ut possit meis uiribus sustineri. quod tamen, etiamsi ego defe-
20 cerim, Deo, cuius est hoc munus, adiuuante, ueritas ipsa complebit. Etenim
cum sciam, maximos quosq; oratores a cauidicis mediocribus saepe uictos,
quod tanta sit potentia ueritatis, ut seipsa, quamuis in rebus exiguis, sua clari-
tate defendat: cur hanc ego in maxima causa ab ingeniosis quidem illis ac di-
fertis uiris, sed tamen falsa dicentibus, oppressum iri putem: ac non illa, si mi-
nus oratione nostra, quae de tenui fonte admodum ex illis manat, lumine ta-
men suo clara & illustris appareat? Nec si philosophi doctrina literarum mi-
rabiles extiterunt: ego etiam illis scientiam ueri cognitionemq; concesserim,
quam nemo cogitando aut disputando assequi potest. Neq; enim nunc repre-
hendo eorum studium, qui ueritatem scire uoluerunt, quia naturam hominis
30 Deus ueri adipiscendi cupientissimam fecit: sed id arguo, id reuincio, quod ho-
nestam illorum & optimam uoluntatem non sit secutus effectus: quia neq; quid
esset uerum ipsum, sciebant: neq; quomodo, aut ubi, aut qua mente quaren-
dum. Ita dum succurrere humanis erroribus cupiunt, ipsi se in plagas & erro-
res maximos induxerunt. Ad hoc igitur me opus coarguedi philosophiam,
susceptae materiae ordo ipse deduxit. Nam cum error omnis aut ex religione
falsa oriatur, aut ex sapientia: in eo conuincendo necesse est utrumq; subuer-
tere. Cum enim sit nobis diuinis literis traditum, cogitationes omnium philoso-
phorum stultas esse, id ipsum re & argumentis docendum est: ne quis honesto
sapientiae nomine inductus, aut inanis eloquentiae splendore deceptus, hu-
40 manis malitiam quam diuinis credere. quae quidem tradita sunt breuiter ac nu-
de: neq; enim decebat aliter: ut cum Deus ad hominem loqueretur, argumen-
tis assereret suas uoces, tanquam aliter fides ei non haberetur: sed ut oportuit,
est lo-

est locutus, quasi rerum omnium maximus iudex: cuius nō est argumentari, sed pronūciare. uerū ipse ut Deus: nos autē cum ad res singulas testimonia diuina uocis habeamus, profectō monstrabimus, quanto certioribus argumentis possint uera defendi: cum etiam falsa sic defendantur, ut uera soleant uideri. Quare non est quōd philosophis tantū honoris debeamus, aut etiam eorum eloquentiā pertimescamus. Loqui enim bene potuerunt, ut homines eruditi: uerē autē loqui nullo modo. quia ueritatem non didicerant ab eo qui eius potēs esset. Nec magnū aliquid efficiemus, quōd illos ignorantia redarguamus: quam ipsi sepius confitentur in eo solo, quoniā non eis creditur, in quo solo credi debuit. conabor ostendere, nunquam illos tam ueridicos fuisse, quam cum sententiam de sua ignorantia dixerunt.

C O M M E N T A R I V S.

Totus hic tertius liber uersatur in statu legitimo, siue finitio. Est enim finitio statuendum, quæ nam sit uera sapientia, quæ penes philosophos nullo unquā seculo fuit. Nam de possessione sapientia lis est. Diuisione porro, falsa philosophia est à uera discernenda. Totum autē disputationis corpus constat inductione. Nam si nec Stoici, nec Academici, &c. ueram sapientia sunt affecti: relinquitur, ut tota sapientia professio in inquirenda sapientia stultescat. Totum autē primū caput occupat prologus, ex ipsa nimirū causa petit. Nā quia auctori negotiū futurū erat cum hominū genere, doctrina multiuaga & eloquentia bene diuersa pollente, requirenda uideri poterat Lactantio, ut aduersarios uinceret, & scientia maior, & eloquentia efficacior. Quia uerō cœlestis ueritas ex sese ad uictoriā obtinendam satis potens est, eiusq; maiestati, quicquid præsidij aliunde acquiri potest, derogat: simplicitate pendente fretus, patrociniū ueræ sapientia in possessionē rerum asserenda suscipit. Et hoc beneuolentia caput. Attentionis, quia contra eos dicturus est, quorum æstimatio in uulgus probata, & tēporis diuturni præscriptione confirmata inualuit. Docilitas in eo consistit, quōd uiam & rationē ad uerā sapientiam perueniendi profitetur. *Vellem.*) Modus potentialis est in uerbo, & propositio hypothetica, quam quidam (quia periodus propter parenthesin est & protractior & inuolutior) parū animaduertentes pronuntiatiuē interpretantur: perinde ac si Lactantius omnino in uotis habuerit eloquentiam aliquā Tullianæ proximā. Adeoq; ipse Erasmus in Paraclesi, Lactantiū nuncupatim imitatus, simili usus est exordio: qui, si hoc uotis eiusmodi efficeretur, optaret sibi, non Tullianæ proximam, sed multo efficaciorē, nimirū uirgula aliqua diuina, uel πειθὺς flexanima, uel Enthusiasmi alicuius numine potentem: cum interim uotis id fieri Lactantius minime crediderit, qui conditionaliter Tullianæ proximā aliquā, tam graui

causæ exoptandā censuit. Cōditio hæc est: Cum diuinitus ita comparatū sit, ne is qui os dat & sapientiam, præsidium suæ causæ aliunde corroget, (id quod humana esset imbecillitas) nitendum esse Veritatis ἀπορρηξεί. Plurimum euidentia negotium habebit, si in ueritatis nomine πειθὺς πειποιείω finxeris. Christus enim, ut est apud Ioannē 13. uia est, ueritas & uita. Ipse est sapientia, Prouerb. 8. ipse est sermo, & sermo ad eō uirtutis. & ob id ut fons honorū omnium, sic totius ueræ eloquentiæ. quæ est ipsa simplicitas prudēs: iuxta illud prouerbiale, Simplex est ueritatis oratio. Neq; enim Lactantij institutū est, ut eloquentiam, quam Cicero unam de summis uirtutibus esse dicit, damnare uelit, quā agnoscit donū esse Dei: sed discernit inter ueram eloquentiam (quæ fucos & lenocinia nescit) & inter eam quæ est iusticiæ adulatrix: ut in Gorgia Plato, & Quintilianus lib. 2. cap. 16. ut prudenter, ita uerē docuerūt. *Ineptis superstitionibus*) De his in superioribus libris est dictū. *Vel philosophis.*) De his in hoc sequenti libro. *Qualis in M. Tullio.*) qui fastigium eloquentiæ dedit, teste Fabio. *Lenocinioq; uerborum.*) In libro 9. Epist. Politiani extat super hac quæstione facundissima Ioannis Pici ad Hermolaū Barb. disputatio. Non est quōd quisquā cogiter, Lactantium, hominem elegantissimum simul, disertissimumq; barbariei patrocinari. Inter eloquentiam enim piā & uanam discernit: huius calliditas, illius simplicitas propriū est. quæ fragrantissimos suos etiā flosculos habet ipsa. *Ut simplex.*) Simplex enim, iuxta prouerb. est ueritatis oratio. & Socrates apud Platonē in Cratylo dicit, τὸ ἐπιθεὶς τῷ ἀπλοῦ idem esse. Non (inquā) eloquentiam damnat: sed cum Paulo detestatur τὸ πηδάλω γίνεσθαι ἢ πηθανολογία. Coloss. 2. *Veri adipiscen.*) πᾶν τὸ γὰρ ἀνθρώπου 50 εἰδέναι ἀρετῶν φύσει, inquit in Metaphysicis Aristoteles. *Sed id arguo.*) Contestatio

no litis. Cogitationes omnium philo-
sophorum.) Talia quaedam scribit Apostolus
1. Corinth. 1. ex 29. Esaiæ capite. Atque rursus idem
Paulus suo Timotheo iubet τὰς μωγὰς καὶ ἀ-

πειθεύσας ζήτησις ἀποτρέψιν: 2. Timotheo
secundo. Idem præcipit Tito capite tertio. Sunt
etiam talia quaedam Psalm. 93. Nec enim
decebat.) A' decoro.

*Philosophiæ ipsius nomine conuincitur, quàm inanis fuerit gentiliter philo-
sophantium occupatio. CAP. II.*

Nunc quoniã duobus superioribus libris religionũ falsitas demonstrata
est, necnon origo ipsa totius erroris exposita: huius libri munus est, phi-
10 losophiam quoque ostendere, quæ inanis & falsa sit: ut omni errore sublato, ue-
ritas patefacta clarescat. Ordiamur itaque à cõmuni philosophiæ nomine, ut
ipso capite destructo, facilior nobis aditus pateat ad excidendum omne cor-
pus: si tamen potest corpus uocari, cuius partes ac membra discordent, nec
ulla cõpage inter se cohæreant: sed quasi dissecta & dissipata, palpitare potius
quàm uiuere uideantur. Philosophia est (ut nomen indicat, ipsique definiunt) stu-
dium sapientiæ. Vnde igitur probem magis philosophiam nõ esse sapientiã,
quàm ex ipsius nominis significatione? Qui enim sapientiæ studet, utique nondũ
sapit, sed ut sapere possit studet. In cæteris artibus studiũ quid efficiat, & quò
tendat, apparet: quas cum discendo aliquis affectus est, iam nõ studiosus ar-
20 tificij, sed artifex nominatur. Atenim uerecundiæ causa studiosos se sapien-
tiæ, nõ sapientes uocauerunt. Imò uerò Pythagoras, qui hoc primus nomen
inuenit, cum paulo plus saperet quàm illi priores, qui se sapientes putauerunt:
intellexit nullo humano studio posse ad sapientiã perueniri: & ideo nõ oportere
incomprehensã atque imperfectã rei perfectũ nomen imponi. Itaque cum
ab eo quæreretur, quem nam se profiteretur? respondit, Philosophum: id est,
quæsitorem sapientiæ. Si ergo philosophia sapientiã quærit, nec ipsa sapien-
tia est, quia necesse est aliud esse quod quærit, aliud quod quæritur: ne quæsi-
tio quidem ipsa recta est, quia nihil potest inuenire. Ego uerò ne studiosos
quidem sapientiæ philosophos esse concesserim: quia illo studio ad sapientiã
30 non peruenitur. Nam si facultas inueniendæ ueritatis huic studio subiaceret,
& si esset id studiũ tanquàm iter ad sapientiã, aliquando esset inuenta. Cũ uerò tot
temporibus, tot ingenijs in eius inquisitione cõtritis, non sit cõprehensa: ap-
paret, nullã esse ibi sapientiã. Non ergo sapientiæ student qui philosophan-
tur, sed ipsi studere se putant: quia illud quod quærit, ubi aut quale sit nesciunt.
Sive ergo sapientiæ student, sive nõ student, sapientes nõ sunt: quia nunquã
reperiri potest, quod aut non recte quæritur, aut omnino non quæritur. Vi-
deamus tamẽ id ipsum, possit ne hoc studio reperiri aliquid, an nihil?

COMMENTARIUS.

Status legitimi locus primarius est definitio.
40 Vocis definitione, quæ est ἡ λέξις, docet, phi-
losophos nam agendo nihil agere, quia effectus co-
natum non sequitur. Hoc adeo Stoici ipsi fatentur,
definitionibus inter sapientiã & philosophiam
discernentes. Dicunt enim, τὸ μὲν σοφίαν εἶναι
θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων ἁριστήμω. (de hoc
suo uidebimus loco) τὸ δὲ φιλοσοφίαν ἀσκη-
σιν τέχνης ἁδιτήδ' εἶναι. De hac differentia in
secundo Officiorum diximus. Lactantius, ut ἀ-
σκησιν εἶναι fatebitur, sic ἀσκησιν ἁδιτήδ' εἶναι
50 negauerit. Atque rursus hanc etiam ex Platonis
fortassis admittet, qua definit τὸν φιλοσοφίαν
ἁ τῶν ὀντῶν ἀεὶ ἁριστήμωσ' ἀρετῆς. Alteram om-

nino repudiabit, ubi describit ipsam ἁριστήμω
θεωρητικῶ τῶ ἀληθείης, πῶς ἀληθείης.

Imò uerò Pythagoras.) Augustinus libro
decimoquarto de Trinitate, capite primo: & li-
bro octauo, capite secundo de Ciuitate Dei: Ci-
cero lib. 5. Tusculan. quæstionũ. Deus ergo ipse
summa sapientiã: cultus autem Dei, est sapientiã
hominis, de qua nunc loquimur. Nam sapientiã
huius mundi, stulticiã est apud Deum. Secun-
dum hanc itaque sapientiã, quæ Dei cultus est,
ait sancta Scriptura (Sapient. sexto) Multitudo
sapientium sanitas est orbis terrarũ. Sed si de sa-
pientiã sapientium disputare est, quid agemus?
Nunquid nam profiteri audebimus sapientiã, ne
sit no-

fit nostra de illa impudens disputatio? Nōne terrebimur exemplo Pythagoræ, qui cum ausus nō fuisset sapientiam profiteri, philosophum potius, id est amatorem sapientiæ se esse respondit? A quo id nomen exortum, ita deinceps posteris placuit, ut quantalibet de rebus ad sapientiam pertinētib. doctrina quisq; uel sibi, uel alijs uideretur excel-

lere, nō nisi philosophus uocaretur, &c. Lege eundem Augustinum libro 8. de Ciuit. cap. 2. Meminit ex Gentilibus Cic. in 1. Tuscul. quæst. præfatione. Laertius in πελαγοιδις uitarum philosophicarum, &c. Quam illi priores.) Septem illi, alijsq; qui ante septem illos sapientiæ nomine sunt celebrati.

Philosophia quibus rebus constet: & quis fuerit Academicæ sectæ author. CAPVT III.

DVabus rebus uidetur philosophia cōstare: scientia & opinione, nec ulla alia re. Scientia ab ingenio uenire non potest, nec cogitatione cōprehendi: quia in seipso habere propriam scientiam, non hominis, sed Dei est. Mortalis autem natura non capit scientiam, nisi quæ ueniat extrinsecus. Idcirco enim oculos & aures, & cæteros sensus patefecit in corpore diuina solertia, ut per eos aditus scientia perueniret ad mentem. Nam causas naturalium rerum disquirere, aut scire uelle, sol utrum ne tantus, quantus uidetur, an multis partibus maior sit, q̄ omnis hæc terra: item luna globosa sit, an cōcaua: & stellæ utrū ne cohæreant cœlo, an per aerem libero cursu ferantur: cœlum ipsum qua magnitudine, qua materia constet, utrū quietum sit an mobile, an incredibili celeritate uoluetur. quanta sit terræ crassitudo, aut quibus fundamentis librata & suspensa sit. Hæc (inquam) disputando & coniecturis uelle cōprehendere, tale est profectō, quale si differere uelimus, qualem esse arbitremur cuiuspiam remotissimæ gentis urbem, quam nunquam uidimus, cuiusq; nihil aliud quàm nomen audiuimus. Si nobis in ea re scientiam uendicemus, quæ non potest sciri, nōne insanire uideamur: qui id affirmare audeamus, in quo reuinci possimus? Quanto magis qui naturalia, quæ sciri ab homine nō possunt, scire se putant, furiosi dementesq; sunt iudicandi? Recte ergo Socrates, & eum secuti Academici scientiā sustulerunt: quæ non disputantis, sed diuinantis est. Superest, ut opinatio in philosophia sola sit. Nam unde abest scientia, id totū possidet opinatio. Id enim opinatur quisq; quod nescit. Illi autē qui de rebus naturalib. disputant, opinantē ita esse ut disputant. Nesciunt igitur ueritatē, quoniam scientia certi est, opinatio incerti. Redeamus ad illud superius exemplū. Age, opinemur de statu & qualitate urbis illius, quæ nobis rebus omnib. præter nomen ignota est. Verisimile est, in plano sita lapideis mœnibus, ædificijs sublimibus, uis pluribus, magnificis ornatisq; delubris. Describamus, si placet, mores habitumq; ciuiū. Sed cum hæc dixerimus, alius contraria disputabit: & cum hic quoq; perorauerit, surget & tertius, & alij deinceps, & opinabunt multo disparia, q̄ nos sumus opinati. Quid ergo erit ex omnib. uerius? Fortasse nihil. At omnia sunt dicta, quæ in rerū natura cadunt, ut necesse sit, aliquid eorū esse uerum. At nescietur quis uerū dixerit. Potest fieri ut omnes ex parte aliqua errauerint, ex parte attigerint ueritatē. Stulti ergo sumus, si hoc disputatiōe quæramus. Potest enim superuenire aliquis, qui opinatiōes nostras derideat, nosq; pro insanis habeat, qui uelimus id quod nesciamus, quale sit opinari. Verū non opus est longē posita conquirere: unde nemo fortasse ueniat, qui nos redarguat. Age, opinemur quid nūc in foro geratur, quid in curia: longum est id quoq; dicamus, interposito uno pariete quid fiat: nemo potest id scire, nisi qui audiuerit aut uiderit. Nullus igitur audeat id dicere, quia statim non uerbis, sed re ipsa refutabitur. Atqui hoc idem faciunt philosophi, qui disputant, in cœlo quid agatur: sed cō se id impunē facere arbitrantur, quia nullus existit, qui errores eorum coarguat. Quod si existimarent descensurum esse aliquem, qui eos delirare ac mentiri doceret:

doceret: nunquam quicquā de hīs rebus quas scire non possunt, disputarent. Nec tamē ideo felicior putanda est eorum impudentia & audacia, quia non redarguuntur: redarguit enim Deus, cui sola ueritas nota est, licet conuēre uideatur: eamq; hominum sapientiam pro summa stulticia computat.

COMMENTARIUS.

Distributione docet, philosophiam sapientiae professionem non esse: non quidem suā, sed philosophantium, atq; eorum inter se dissidentium culpa: nec omnium in uniuersum, sed principū Academicā atq; Stoicā. Hi siquidem scientiam, illi opinionem statuunt. Disputant enim alioqui philosophi, praesertim Plato, utrum *ἡδυσίμω καὶ δόξῃ* sint idem. Sed nihil ad institutum hoc. Aristotelici inter opinionem & scientiam hanc ponunt differentiam: ut haec ex necessarijs collecta sit praemissis, illa ex probabilibus duntaxat. Sed ne haec quidem aduersum. Scientia ab ingenio, id est, ab animo. Nam infra cap. sexto dicit, scientiam ab anima esse, ignorantia a corpore. Vide cap. 1. de ira Dei. Galenus in Hiatro, *ἡδυσίμω* definiens, negansq; contra *αὐτολόγους* & methodicos medicinam esse scientiā, sed artem eam affirmans, scientiam ē mortaliū capiti tollit prorsus, his uerbis: *ἡδυσίμω*, inquit, *δὲ γνώσις ἀραργίᾳ καὶ βελαιᾳ, καὶ ἀμετάπτωτο ἄπο λόγου. αὐτὴ δὲ δὲ πρὸς τοῖς θεοῖς ὁμοίωσι δὲ, μάστιγι γὰρ φυσιολογεῖν πολὺν δὲ ἀνὰ μᾶλλον ἢ αὐτὴν εἶναι ἰατρικῆν, ἀλλ' ὅσῳ ὅλως εἰς αὐθρόπυον ὄρχεται.* Res uerò sic se habent, ut aliae sint naturae mutabilis, aliae immutabilis ac perpetuae. Illas ut contueamur, opus est nobis lumine supernaturali, quod nobis caelitus illucescat: sicut oculi corporis indigent lumine naturali ad cernendum. Metaphysicum illud lumen diuinitus in mentibus nostris accensum, alij sapientiam, alij scientiam (ut hic noster) appellant. Quum scientia proprie sit rerum in natura mutabili perpetuarum & constantium, quod lumen est ab ipsa natura mentibus mortalium inditū: quod licet corporali caligine obnubiletur, plus tamen lucis in alijs, in alijs minus est: & ob id etiā plus in alijs, in alijs minus scientiae est. Quod quidem mirum eo minus est, quum diuinā sapientiae doctor Augustinus neget, cuiquam sanctorum caelestem sapientiam totam contigisse. Cuius asseuerationis ipsum Paulum autorem habet *αὐθροπύων*. Idcirco, Socrates quidem in Theaeteto, in secunda definitione, *ἡδυσίμω* definit *αἰδησιμῶν*. Quomodo uerò inter se differant, docet Aristot. in 3. de Anima, cap. 8. Alij noticiam, non scientiā sensibus tribuunt, quae receptio quaedam est, ac uelut imaginis impressio,

uelut annuli in cera *ἐκτύπωμα*. Nam causas rerum.) Cum Paulo concedimus, inutiles quaestiones esse uitandas, sed an exempla, quibus assumptione demonstrare nititur, in inutilibus quaestionibus habēda sint, in medio relinquo: philosophorū tantū dogmata indicabo. Sed utrumne.) Lucretius de sideribus in uniuersum lib. 5. Quicquid id est, nihilo fertur maiore figura, Quam nostris oculis, q̄ cernimus, esse uidetur. Epicuri dogma hoc est. Adscribā super hac re Plutarchi uerba ex philosophorū Placitis. Sic enim scriptū est lib. 2. ca. 21. *ἀναξίμανδρος ἔφη ἡλιον ἴσον τῇ γῆ εἶναι, τὴ δὲ κύνου ἀφ' ἧς ἔκπερὼν ἔχει, ἡ γῆ δ' ὀφρῆτι, ἐπὶ ἡκατομυριαπλαστίονα τῆς γῆς.* Quod septies & uicies terra maiorē dixit, consentit Galenus, cap. ποδὶ *Περὶ οὐρανόφ. ἰσοείας 58.* τὴ ἡλιου, inquit, ἀφ' ἧς ἔκπερὼν ἔχει ἐπὶ ἡκατομυριαπλαστίονα τῆς γῆς. Sed apud Cic. in Acad. quaest. amplius duodeuiginti partibus mathematicis terra maior creditur: id quod praecedenti capite apud Plut. eidem Anaximandro tribuitur. Sed in eius uita apud Laert. legitur asseruisse, τὴ ἡλιου ἢ ἐλάττονα τῆς γῆς, ἢ ἰσὺς ἡλιου τῆς γῆς. Plato in eadē fere sententia fuit, nam in Epinomide sic scribitur: τὴ γὰρ ἡλιου ὄλου τῆς γῆς ὄλου μέγιστον ἀνομιλίαν διωκεῖ. Macrobius in 1. de Som. Scip. ca. 20. Eratostheni tribuit, quod Plut. & alij Anaximandro adscripserunt, sic referens: Eratosthenes in libris Dimensionū sic ait: Mensura terrae septies et uicies multiplicata, mensura solis efficiet. Macrobius autē ipse colligit, solem octies terra maiorē esse. Theon Alexandrinus ex cap. 16. lib. 5 *σωταξίως μεγάλως* Ptolemaicae colligit, ὡς ἐκατοντάσημονονταπλασίου ἔγγιστον τῆς ἡλίου μέγεθος τῆς γῆς. Erāscus uerò Philelphus in 1. Conuualitiū lib. ex eodem Ptolemaeo colligit, solem quā terra maiorē esse centies sexagies sexies, additis octauis tribus. Sed idē Theō in Arati Phenomenis: καὶ πρὸ ὄντα, inqt, *μεγάλα*, ὡς ὁ ἡλιος πρὸς τοῖς μαθηματικοῖς ἡδυσίμω τῆς γῆς ὀκτωκαίδεκαπλασίου ὄν, ἢ πᾶσα γῆ τῆς μεγέθους αὐτῆς ὀκτωκαίδεκαπλάσιον ὄν. Sequitur apud Plut. *ἀναξαγόρας πολυπλασίωνα πελοποννήσου.* Consentiūt quae scribit Laert. in eius uita. Variat Galen. nā sic apud eū legitur: *ἀναξαγόρας πολυπλασίου τῆς γῆς*, ut consentiat eū Platone. Legitur porro apud Plut. *ἡράκλειτος εἶ*

ρός το δὸς ἀνθρώπων. Sed apud Laertium asse-
ruisse legitur, ὅτι ὁ ἥλιός ἐστι τὸ μέγιστον, οὐδὲ
φαίνει. Galenus Epicuro hanc assertionē ascri-
bit. Sequitur Epicuri dogma apud Plut. his uer-
bis: ἐπις πᾶσι πάλιν φησὶν ἡνδία αὐτὸς περὶ ἡ-
μῶν πᾶντα, ἢ τὴν ἡλίου, ἡλίου φαίνει, μὴ
κρῶ μείζων ἢ ἐλάττω. Cōsentiunt Ciceronia-
na in Academ. In Finib. lib. 1. bipedale descripsisse
legitur. Lege præterea de solis magnitudine Cleo-
medem lib. 2. Plin. lib. 2. cap. 11. Luna glo-
bosa. Plutarchus in Placitis lib. eodem, ca. 27.
οἰ σῶντος σφαιροειδῆ ἐστὶν, ὡς τῆν ἡλιον Ἐμπεδοκ-
κλῆς διανοεῖ, ἡρακλείτου σφαιροειδῆ, ἄλ-
λοι Λυλινδοφοῖδῆ Galenus hæc ad uerbū ferē:
nisi quòd Heraclito σφαιροειδῆς assignatur, pro
σφαιροειδῆς, in Basiliensi quidem editiōe, libra-
riorum fortassis errore. Quamquam cur typogra-
pho hunc imputem errorem, non uideo: cum An-
dreas Lacuna, qui de antiquo et emendatis, quo-
dam codice gloriatur, ne subolfecit quidem, quic-
quam subesse mendosum, quantumuis emunctæ
naris interpres. Quid aut Martianus Rota lege-
rit, nescio, qui pelum transtulit: concavam autem
formā et orbicularem exposuit. Expositio facit,
ut credam ipsum σφαιροειδῆ, non σφαιροειδῆ
legisse. Ex Laert. patet. Heraclitū sidera scaphas
appellasse: solemq; et lunā tum obtenebescere,
cum scaphæ sursum uertitur: hoc est, lucē splen-
dentem a nobis auertunt. Sed quia examinanda-
rum lectiōnū studiū in nostras operas admisimus,
excutiemus etiā Plutarchi locū aliquāto melius.
Nam Budaus, doctiss. interpres, quædā adiecit de
septē lunæ figuratiōibus, quæ in uulgatis Græ-
corū codicum editionib. non habentur: habentur
aut apud Galenū, unde aut Budaus hæc mutua-
tus est, aut alio fuit usus exemplari. Nos igitur ea,
quia ab instituto nostro aliena nō sunt, pari opera
adijciemus: ὅτε Ἠρακλῆς, δὴ κεῖ φαίνει αὐτὸς μῶ-
σδῆς (id est, ut Plinius interpretatur, curuata in
cornua) δὴ χότος, (æqua portione diuisa) ἔστ
ἀμείκτος, (quod Eras. ex Luciano, utrinque
gibbosum uertit: quum nimirū maior est dimidia,
minor plena, ut definit Martianus) ἔστ πᾶσι
ἄλως, (sinuata in orbem) ἔστ πάλιν ἐπὶ αὐ-
χῶσσε αὐτὸς γίνετ ἀμείκτος, ἔστ δὴ χό-
τος, καὶ τὸ ὑδρῶν μῶσδῆς, ἔστ ἀφανής
ἢ τὸ κενόν, quando nimirū repente nulla est.
Cleomedes præscos, tres tantum in luna figuras
protulisse refert: surgentem in cornua, diuiduam,
plenam: indēq; Dianam Triuiam fuisse dictam.
testatur tamen a iunioribus adiectam esse, utrin-
que turgidam sic enim ἀμείκτου Valla red-

didisse uidetur, quod Budaus utrinq; conuexum.
cuius quidem Plin. lib. 2. cap. 9, et Theon in Ara-
to, hæc memorantes, nullam faciunt mentionem.
Sed meminit Martianus lib. 8. meminit Macro-
b. lib. 1. cap. 6. Somn. et ipsa Luna apud Lucianum
in Icaromenippo. Adjiciemus his, quæ refert Ci-
cero in Academ. quæst. lib. 4. de Xenophane, qui
lunam habitabilem dixit, eamq; esse terram mul-
tarum urbū. Physici certe lunam ætheream ter-
ram dixerunt, teste Macrobio. Vide de his omni-
bus Philopoli Coniuales sermones. Aristoteles
lib. 2. de Cælo, cap. 11. sidera omnia σφαιροειδῆ
facit: sicut etiam Cicero in Scipionis somnio. ubi
Macrobius stellarum corpora sphaeras appellat.
Sed inuenti sunt qui secus putarunt. Nam Clean-
thes turbinales dixit, id est λεωφοῖδῆς. Anaxi-
menes clauorū in modum crystallaceo quodam
suffixas: Alij autem bracteas ignitas putarunt,
tanquam ζωραφῆματα. Plutarchus. Et
stellæ utrum ne cohæreant cælo. No-
tat Xenocratis, siue (ut Galenus habet) Xen-
ophanis dogma. Sed adscribā de his Plutarchi uer-
ba: Ἐγνωκράτης ἦ μάλιστα ὑπεραναίεος οἴετ ὅτι
λεωφοῖδῆς ἐστὶν ἀστέρας. οἱ δὲ ἄλλοι σῶντος, περὶ τῶν
ἔσθρων ἐστὶν ἔσθρος ἢ ὑψήϊον βαθεῖ. ἀμείκτου-
τος τὰ μὲν ἀπλανῆ περὶ ὅπου μετὰ δὲ τῶν
ἐστὶν πλανῆτας, ἐφ' οἷς ἡλιον, βωσφόρου, σε-
λιώλι. πλᾶτῆν μετὰ τῶν ἀπλανῶν θεσιν,
περὶ ὅπου φαίνοντα λεγόμενα τὸ κρόνος, δὲ
ἔσθρος φαίνοντα τὸ τῶν διός, τρίτου περιόγντα
τὸ ἀφῆος, τέταρτου ἕως φέρον τῶν ἀφρο-
δίτης, πέμπτου σιλήοντα τὸ ἔρμῶ, ἕκτου ἡ-
λιου, ἕβδομου σελιώλι. τῶν μαθηματικῶν πι-
νὲς ἢ ὡς πλᾶτῆν, τινὲς δὲ μέσων πᾶντων τῶν
ἡλιου. ἀναξίμανδρος ἐξ ἡμετέρας ὁ χιθῶν,
ἢ κράτης, ἀνωτάτω ἢ πᾶντων τῶν ἡλιου τι-
τάχθαι, μετ' αὐτὸ δὲ τῶν σελιώλι. ἢ ἡ αὐ-
τὸς τὰ ἀπλανῆ τῶν ἀσθρων, καὶ ἐστὶν πλανῆτας.
Hodie certè nec ille stellarū situs agnoscitur, nec
dubitatur quin fixæ stellæ cum tota uniuersitate
circumagantur. Cur aut Lac. dicat per ærem
ferri sidera, ratione caret: nisi æra pro æthere di-
xerit. Est enim omnino ἀκρῶν, uel ex uulgi opi-
nione sumptū: quæ, ut in Phædone Plato docet,
ex imbecillitate et tarditate uisus nostri nascitur:
uel quòd superiorib. idem æther est, quòd nobis
aer, ut idem Plato ibidē refert. Cælum ip.)
Alijs enim ἀπείρων, alijs κῶταρες. De quo lege
Plut. lib. 2. cap. 9 τῶν ἀφῆσθων τῶν. Plinius cap. 1.
libri secundi, furori adscribit, quòd mensurā eius
animo quidam agitarint, atque prodere sint ausi.
Finitum autem esse, duæ traduntur rationes.

Prior, quod infinitum corpus non possit moveri circulariter: altera, quod finito tempore infinitum corpus circumvolutum non possit. **Qua materia constat.**) Plutarchus cap. undecimo eiusdem libri: αἰθέριον πᾶσι πῶς ποδῶν ἔχει πᾶσι γαῖαν, ἡμπεδύλης ὑπερουρίου ἐν τοῦ ἕρανδου ἐξ ἀδρ. Συμπληρωτός πᾶσι πῶς ποδῶν ἐστὶν αἰθέριος, τὸ πῶς ποδῶν καὶ ἀδρῶν δὲν ἡμισφαίριον ποδῶν ἔχοντα. ἀρῖ- 10 50 τῆς ἐκ τῶν πῶς ποδῶν πῶς ποδῶν, ἡ ἐκ τῶν πῶς ποδῶν καὶ ἡμισφαιρίου πῶς ποδῶν. Tantum non ad verbum Galenus cap. 49. Plato in Timaeo ait, caelum quatuor constare elementis, sicut alioqui totam universitatem. **Utrum quietum sit.**) Mobile esse, ἔστιν quidem celeriter, magnus est omnium ferē philosophorum consensus. De motu totius universitatis, lege praeter ceteros **Macrobius** lib. 1 de somnio Scipionis, capite 17. Plin- 20 in libro de Caelo secundo: ubi πᾶσι τῶν ἕρανδου κί- νησι ὁμαλῆ, καὶ ἐκ αὐτῶν ὁμαλῶν esse scribit. Idē de Mundo: ἡ ἡμισφαιρία τῶν ἀστρον, μίᾳ πῶς ποδῶν καὶ ἡμισφαιρίῳ σῶμα ἀναχωρεῖ πᾶσι πῶς ποδῶν ἀπὸ αὐτῶν δὲ αὐτῶν, ἔστιν. Plato universitati, adeoq; ipsi caelo tribuit ἡμισφαιρίῳ πῶς ποδῶν σῶμα πῶς ποδῶν, figurā (ut Cicero transtulit) aptissimum. Plato hunc motum sic describit: ἡμισφαιρία πῶς ποδῶν τῶν πῶς ποδῶν, ἡμισφαιρία πῶς ποδῶν τῶν πῶς ποδῶν καὶ τῶν πῶς ποδῶν, ἡμισφαιρία πῶς ποδῶν τῶν πῶς ποδῶν. Cicero sic: Maxima itaq; una cōversione, atq; eadem ipse circum se torquetur ἔστιν uertitur. **Theon** apud **Aratum** ait, iuxta physicos motum hunc fieri ἐκ τῶν πῶς ποδῶν ἀνὰ δὲ ἀστρον. **Quanta sit terrae crassitudo.**) **Macrobius** lib. 1 de somnio Scipionis, cap. 20. colligit, ut ipse praedicat, evidentissimis ἔστιν indubitabilibus dimensionibus uniuerse terrae ambitum, quae ubique, uel incolitur, uel inhabitabilis iacet, habere **stadiorum** millia ducenta quinquagintadu, dia- 40 **metron** uero octoginta millia stadiorum, uel non multo amplius habere. Idq; ex ratione **Eratosthenis**, quam sequitur etiam **Cleomedes** libro 1. Lege ad haec magnam **Ptolemæi** Cōstructionem li. 5. capite 16. ἔστιν ibidem **Theonis** Hypomnemata, ἔστιν **Martianum** in sua Geometria. Ceterum de terrae magnitudine indeterminatē disputat **Plato** in **Phaedone**. **Quibus fundamentis liberata.**) **Simmias** apud **Platonem** in **Phaedone**

de hoc sic differit: ἐπιπείσμαι πῶς ποδῶν, ἡ δὲ ἔστιν ἐγὼ, ὡς πῶς ποδῶν μὲν ἐστὶν ὑπὲρ μέσῳ ἔστιν ἕραν- νῶ ποδῶν ποδῶν ἔστιν, μὲν δὲ γνῶσιν αὐτῆ δὲ εἴμ, μὲν δὲ ἀέ- ρος πῶς ποδῶν τὸ μὲν πῶς ποδῶν, μὲν δὲ ἀέρος ἀνάγκης μὲν δὲ μίᾳς ποδῶν τῶν ἀλλὰ ἡμισφαιρία γνῶσιν αὐ- τῶν, ἔστιν πῶς ποδῶν ὁμοίωτα τῶν ἕρανδου αὐτῶν ἔστιν πῶς ποδῶν καὶ ἡμισφαιρίου αὐτῶν ἡμισφαιρίου. ἔστιν ἕρανδου γὰρ πῶς ποδῶν ὁμοίωτα τῶν μέσῳ πῶς ποδῶν ἔστιν ἕρανδου μίᾳς ποδῶν, ἔστιν ἡμισφαιρίου δὲ ἀμύσῳ κλι- θῶναι, ὁμοίως δὲ ἔστιν, ἔστιν ἕρανδου μίᾳς ποδῶν. **Cicero** in **Acad.** Eodem modo rerum naturas persecare, aperire, diuidere possumus: ut uideamus, terra pe- nitus ne defixa sit, ἔστιν quasi radicib. suis hāreat, an media pēdeat. Sed huic quæstiōi respondet **Pto- lemaeus** lib. 3. cap. 7. **Almagesti**. **Alibi** ex **Philone** indicauimus, providentiā diuinā mūdi basim esse. **Qui naturalia.**) Non illam calumniatur **phy- sica**, quae medicinae fundamentū est, ut infra ca- pite quinto ἔστιν sexto patebit: sed eam, cuius prop- rium (ut **Laertius** inquit) est, disputare de mun- do, deq; rebus in mundo existentibus. **Re- ctē** ergo **Socrates.**) Vel ex ipso **Laertio** pa- tet, **Academiam** ex **Socratis** fluxisse doctrina. **Plato** siquidem **Socratis** auditor, **Academia** con- stituit. De **Socrate** suo uidebimus loco. **Academici** licet docendi genus optimum quibusdam secuti uidentur, quia uerō illorum professio in opinionibus duntaxat sita est, uera nobis **Carneadis** **Stoi- ci** de ipsis censura uidentur, qui opinaturum sapien- tem erraturum dixit: qui enim opinatur, nihil scit. **Scientia** igitur è medio ab ipsis tollitur. **Academi- corum** disputandi modum πῶς ποδῶν εἰς ἑκάτῳ ἀδ- χεῖσιν, id est, in utramq; partem differendi ra- tionem uocant, quae εἰς ἑποχῶν finit, id est (ut **Cicero** interpretatur) assensionis retentionem. **Graeci** uerō ἀορῆσιαν exponunt, ὁποῖο ἕστιν (ut **Galenus** de optimo dicendi genere definit) πῶς ποδῶν μίᾳς ποδῶν πῶς ποδῶν, μίᾳς ποδῶν ἀπὸ πῶς ποδῶν θεοῦ. Ceterum τὸ θεοῦ ἕστιν ἕστιν, κατὰ λῆπτον uocant: sicut eregiōnē, quod com- prehendi certō nequit, ἀκατάληπτον, ἡ ἀκατά- ληψίαν: de qua fortassis **alibi** plura. **Cōtra** **Academico- rum** haresin differit **Augustinus** libris tri- bus, ex re ipsa inscriptis. **Epiphanius** libro primo, **Sapientiam** pro summa stulticia.) ἡ γὰρ σοφία τῶν υἱσμον τούτου, μω- εία παρὰ θεοῦ ἕστιν.

1. Cor. 3.

Scien-

Scientiam à Socrate, opinionem à Zenone esse sublatam.

CAPVT IIII.

Rectè igitur Zeno, ac Stoici opinionem repudiarunt. Opinari enim te
 scire quod nescias, non est sapientis, sed temerarij potius, ac stulti. Ergo
 si neq; sciri quicquam potest (ut Socrates docuit) nec opinari oportet (ut Ze
 no) tota philosophia sublata est. Quid, quòd non tantum ab his duobus e
 uertitur, qui philosophiæ principes fuerunt, sed ab omnibus? ut iam uidea
 tur, iam pridem suis armis esse confecta. In multas sectas philosophiæ diuisa
 est: & omnes uaria sentiunt. In qua ponimus ueritatem? in omnibus certè 10
 non potest. Designemus quamlibet: nempe in ceteris omnibus sapientia
 non erit, transeamus ad singulas, eodem modo, quicquid uni dabimus, cæ
 teris auferemus. Vnaquæq; enim secta omnes alias evertit, ut se suamq; confir
 met: nec ulli alteri sapere concedit, ne se desipere fateatur: sed sicut alias tollit,
 sic ipsa quoq; ab alijs tollitur omnibus. Nihilominus enim philosophi sunt,
 qui eam stulticiæ accusant. Quamcunque laudaueris ueramq; dixeris, à phi
 losophis uituperatur, ut falsa. Credemus ne igitur uni sese suamq; doctrinam
 laudanti, an multis unius alterius ignorantiam culpantibus? Rectius ergo
 sit necesse est, quod plurimi sentiunt, quam quod unus. Nemo enim potest de
 se rectè iudicare, quod nobilis poeta testatur: Ita comparatam esse hominum 20
 naturam omnium, ut aliena melius uideant & dijudicent, quam sua. Cùm i
 gitur omnia incerta sint, aut omnibus credendum est, aut nemini. si nemini,
 sapientes ergo non sunt: quia singuli sapientes esse se putant. si omnibus, æ
 què non sunt sapientes: quia singuli ab omnibus esse negantur sapientes. Pe
 reunt igitur uniuersi hoc modo, & tanquam Spartiate illi poetarum, sic se in
 uicem iugulant, ut nemo ex omnibus restet: quod eo fit, quia gladium habent,
 scutum non habent. Si ergo singulæ sectæ multarum sectarum iudicio stulti
 ciæ conuincuntur: omnes igitur uanæ atq; inanes reperiuntur. Ita seipsam phi
 losophiæ consumit & conficit. Quod cum intelligeret Arcefilas Academiæ
 conditor, reprehensiones omnium inter se colligit, cõfessionemq; ignoran
 tiæ clarorum philosophorum, armauitq; se aduersus omnes: ita constituit no
 uam non philosophandi, philosophiam. Eo igitur autore duo philosophiæ
 genera esse cœperunt. Vnum, illud uetus, quod scientiam sibi uendicat: al
 terum, nouum, repugnans, quod eam distrahit. In his duobus generibus ui
 deo dissidium, & quasi ciuile bellum. Sapientiam, quæ detrahi non potest,
 in qua parte ponemus? Si natura rerum sciri potest, hæc tironum caterua in
 teribit: si non potest, ueterani conficiuntur: sin pares fuerint, nihilominus pe
 ribit dux omnium philosophia, quia distracta est: nihil enim potest sine inte
 ritu sibi esse contrarium. Si autem (ut docui) nulla potest esse in homine in
 terna & propria scientia ob fragilitatem conditionis humanæ, Arcefilæ ma
 nus uicit. Sed ne ipsa quidem stabit: quia non potest omnino nihil sciri. 40

C O M M E N T A R I V S.

Hoc caput à superiori idem differt, quod the
 sis ab hypothese. Nam in superiori opinio cū scien
 tia fuit collata, in hoc opinatores Academiæ cū
 scientibus Stoicis conferuntur. Simili quodam
 modo conferuntur ab Aurelio Augustino lib. 2.
 aduersus Academicos, ca. 5. Ergo si.) Quia
 labefactatis partibus, corrumpit etiam totum.

Vt Zeno.) Zenonium enim est, ut prouer
 bium habet, & lentem coquere. Quid
 quòd.) Destructio est ab enumeratione par

tium. Ceterum quomodo philosophia in uarias
 scissa sit partes, scribit Cicero libro de Orat. 3.
 Laertius in *πρὸς ἑλληνιστῶν* uitarum philosophi
 carum. Galenus capitibus philosophicæ historiæ
 prioribus, Argumenta sunt à pugnantibus, iuxta
 illud Christi: Omne regnū inter se diuisum, &c.
 Comparatam esse.) Terentius in *Heaut.*
 Spartiata.) Tragedia, opinor, hoc argumen
 to fuit inscripta. Apud Plutarchū legimus, Cleo
 menē & socios se mutuis interfecisse uulneribus.

Redolet

Redolet prouerbiale quiddam. Artesilas Academiae cond.) Arbitror legendum esse, Arcefilas nouae Academiae conditor: quanta non nouam, sed mediam constituerit. ἀρχιφιλάκῃς μὲν οὖν ἢ ἀρχιφίλων πλάτων, ἢ μέγιστος ἀρχιφιλάκῃς, ἢ μέγιστος λακύνδης. Haec Laert. qui uitam eius scribit libro 4. Sed Cic. in Acad. quaest. ueterem Academiam, Platonice illam uocat: nouam, quae usq; ad Carneadem perducta est, qui quartus ab Arcefila fuit, in eademq; Arcefilae ratione permansit. Cic. in 3. de Orat. Arcefilas primum, qui Polemonem audierat, ex uarijs Platonis libris, sermionibusq; Socraticis hoc maxime arripuit, nihil esse certi, quod aut sensi-

bus aut animo percipi possit. Quasi ciuile bellum.) Cicero in eo lib. qui Lucullus inscribitur, affirmat Arcefilam, philosophiam bene constitutam eo euertisse modo, quo Gracchus Tiberius Remp. & in eorum delituisse autoritate, qui negarent quicquam sciri aut percipi posse: quorum e numero exiit & Socratem & Platonem. Si natura.) De solis igitur Physicis loquitur. nam dilemmate ipsos concludit. Hoc tyronum caterua.) Arcefilae sectatores, & noui Academici. Veterani.) Platonici. Quia non potest nihil.) Ergo Lactant. non sustulit τὸ εἶδ' εἶναι, uel τὴν ἰδέσθαι μὴ: ut ex sequentibus patet.

Multarum rerum scientiam esse necessariam. CAP. V.

Sunt enim multa, quae natura ipsa nos scire & usus frequēs, & uitae necessitas cogit. Itaque pereundum est, nisi scias quae ad uitam sunt utilia, ut appetas: quae periculosa, ut fugias & uitas. Praeterea multa sunt, quae usus inuenit. Nam solis ac lunae uarij cursus, & meatus siderum, & ratio temporum deprehensa est, & natura corporum à medicis, herbarumq; uires: & ab agricolis natura terrarum, nec non imbrium futurorum ac tempestatum signa collecta sunt. Nulla denique ars est, quae non scientia constet. Debit ergo Arcefilas, si quidem sciret, distinguere quae sciri possent, quae uel nesciri. Sed si id fecisset, ipse se in populum redegisset. Nam uulgus interdum plus sapit: quia tantum quantum opus est sapit. A quo si quaeras, utrum sciat aliquid an nihil: dicit se scire quae sciat: fatebitur se nescire quae nesciat. Recte ergo aliorum sustulit disciplinas, sed non recte fundauit suam: ignoratio enim rerum omnium non potest esse sapientia, cuius est scire proprium. Ita cum philosophos expugnauerit, ac docuerit eos nihil scire, ipse quoque nomen philosophi perdidit: quia doctrina eius est, nihil scire. Nam qui alios reprehendit quod nesciant, ipse debet sciens esse: cum autem nihil sciat, quae peruersitas, quae uel insolentia est, ob id ipsum se philosophum constituere, propter quod ceteros tollat. Possunt enim sic respondere: Si nihil nos scire conuiceris, & ideo non esse sapientes, quia nihil sciamus: ergo ne tu quidem es sapiens, quia te quoque confiteris nihil scire? Quid ergo promouit Arcefilas, nisi quod confectis omnibus philosophis, seipsum quoque eodem mucrone transfixit?

COMMENTARIUS.

Sunt enim multa.) Alterum dilemmatis cornu ἀπολογία confirmat. Nam haec superioribus coherent, ita ut non hic caput s. incipere uideatur, sed superius: Quod cum intelligeret Arcefilas. Nota quod Latinorum quidam hoc nomen scribunt Arcefilas, alij Archefilas, alij Archefilaus: apud Graecos, quotquot ego uidi, est ἀρχιφιλάκῃς. Et natura corporum à Medicis.) τῶν λογισμῶν, & praesertim Erasistrato, qui medicinam faciunt ἰατρικῶν τῶν. Methodici in uniuersum ἰατρικῶν cognominant. Galenus utrosque erroris arguit. artem esse contendens, eamque ἰατρικῶν definitionem adducens, quam paulo superius adduximus. Est autem ἡ φυσιογνωσία inter

Logicorum notas praecipua. Galen. sic definit: φυσιογνωσία μὲν οὖν ἐστὶν αὐτῶν μὲν, ἢ τῶν πᾶσι τῶν φύσεως τῶν αὐθρόπων ἐπιλαμβάνουσα. Et in uniuersum (ut inquit Hippocrates) ἐστὶν τὸ ἐν ἰατρικῶν λόγῳ ἢ φύσει πρῶτον. Herbarum uires.) Herbarum medicinae inuentionem Galenus assignat Chironi centauro, Macer Artemisiae. Nec non imbrium.) Id ipse Christus concedit Matth. 16. Lucae 11. De his Aratus potissimum, & Verg. in Georg. Debit ergo Arcefilas.) Arcefilas, teste Mela, nihil affirmantis Academiae antistes, ita omnem rerum scientiam ex hominibus sustulit, ut eam soli Deo reliquerit: ut Epiphanius de eo scribit

scribit to. 2 libri tertij *ἁπλοῦς*. Se in populum redegisset.) In populum redigere dicit, pro eo quod est, in ordinem redigere. De quo loquendi modo uide Budæum in L. D. Marcus. ff. de Off. præsidis. Idem ferè est quod capite diminui apud Iureconf. nisi quòd hic est status in deteriozem mutatio: illic uerò, coactio in eum

locum, unde ad splendidiora aspirauerat. A quo si quæras.) Ratiocinatio isthæc potest redigi ad Baroco, hoc modo:
Sapientum proprium est scire:
Arcesilaus nihil sciuit: ergo,
Arcesilaus non fuit sapiens.

De sapientia, & Academicis, & Physicis: & quòd rationes cælestium siue naturalium sciri non possint.

CAP. VI.

Nvsquam ne igitur sapientia est? Imò uerò inter Philosophos fuit: sed nemo uidit, alij putauerunt, sciri posse omnia: hi sapientes utiq; non fuerunt. Alij nihil, ne hi quidem sapientes fuerunt: illi, quia plus homini dederunt: hi, quia minus. utrisq; in utraq; partem modus detuit. Vbi ergo sapiëntia est? Ut neque te omnia scire putes, quod Dei est: neq; omnia nescire, quod pecudis. Est enim aliquid medium, quod est hominis: id est, scientia cum ignorantia cõiuncta & temperata. Scientia in nobis ab animo est, qui oritur è cælo: ignorantia à corpore, quod est è terra. unde nobis & cum Deo, & cum animalibus est aliqua communitas. Ita quoniam ex his duobus constamus elementis, quorum alterum luce præditum est, alterum tenebris: pars nobis data est scientiæ, pars ignorantia. per hunc quasi pontem transire sine cadendi periculo licet. nam illi omnes, qui in alteram partem inclinauerunt, aut dextro aut sinistro uersus ceciderunt. utraq; autem pars quomodo errauerit, dicam. Academici contra Physicos ex rebus obscuris argumentati sunt, nullam esse scientiam: & exemplis paucarum rerum incomprehensibilium contenti, amplexi sunt ignorantiam, tanquam scientiam totam sustulissent, quia in parte sustulerant. Physici contra ex ijs quæ aperta sunt, argumentum trahebãt, omnia sciri posse: contentiq; perspicuis, retinebãt scientiam, tanquam totam defendissent, quia ex parte defenderant. ita neq; hi clara, neq; illi obscura uiderunt: sed utriq; dum solam scientiam consertis manibus uel retinent, uel eripiunt, non uiderunt in medio constitutam fore, quæ illos ad sapiëntiam transmitteret. Verùm Arcesilas ignorantia magister, cum Zenoni obrectaret principij Stoicorũ, ut totam philosophiam euerteret, autore Socrate suscepit hanc sententiam, ut affirmaret nihil sciri posse. Itaq; coarguit existimationem Philosophorũ, qui putassent ingenijs suis erutam esse, atq; inuentã ueritatẽ: uidelicet, quia mortalis fuerat illa sapiëntia, paucisq; antè temporibus instituta, ad summũ iam incrementũ peruenerat, ut iam necessariò consenesceret, ac periret: repente extitit Academia tanquam senectus philosophia, quæ illam conficeret iam deflorescentem. Recteq; uidit Arcesilas, arrogantes, uel potius stultos esse, qui putent scientiam ueritatis coniectura posse comprehendi. sed tamen falsa dicentem redarguere non potest, nisi qui scierit antè quid sit uerum. quod Arcesilas ueritate nõ cognita facere conatus, introduxit genus philosophia *ἀόυστατος*, quod Latine instabile siue inconstans possumus dicere. Ut enim nihil sciri posse sciendũ sit, aliquid sciri necesse est. Nam si omnino nihil scias, id ipsum nihil sciri posse tolletur. Itaq; qui uelut sententia loco pronũciat, nihil sciri, tanquam præceptũ profitetur & cognitũ, ergo aliquid sciri potest. Huic simile est illud, quod in scholis proponi solet in alystati generis exemplũ: somniasse quendam, ne somnijs crederet. Si enim crediderit, tum sequitur ut credendũ non sit: si autẽ non crediderit, tunc sequitur ut credendum sit. Ita si nihil sciri potest, necesse est id ipsum sciri, quod nihil sciatur. Si autẽ, scitur posse nihil sciri: falsum est ergo quod dicitur, nihil posse sciri. Sic inducitur

inducitur dogma sibi ipsi repugnans, seque dissoluens. Sed homo uersutus, cæteris philosophis uoluit scientiam eripere, ut eam domi absconderet, nam sibi illam profectò non adimit, qui aliquid affirmat, ut cæteris adimat: sed nihil agit. apparet enim, ac furtum suum prodit. Quanto faceret sapiētius ac uerius, si exceptione facta diceret causas, rationesque duntaxat rerum cœlestium seu naturalium, quia sunt abdite, nesciri posse, quia nullus doceat: nec queri oportere, quia inueniri querendo nō possunt. Qua exceptione interposita, & phisicos admonuisse, ne quærent ea quæ modum excederent cogitationis humanæ, & seipsum calumniæ inuidia liberasset, & nobis certè dedisset aliquid, quod sequeremur. Nunc autem cū ab his sequendis nos retraxerit, ne uelimus plus scire, quàm possimus: nō minus à se quoque ipso retraxit. Quis enim uelit laborare, ne quicquam sciatur: aut huiusmodi suscipere doctrinam, ut etiā communem scientiam perdat? Quæ si doctrina est, scientia constet necesse est: si non est, quis tam stultus est, ut discendum id putet, in quo aut nihil discitur, aut omnino dediscitur? Quare si neque omnia sciri possunt, quod phisici putauerunt: neque nihil, quod Academicis: philosophia omnis extincta est.

COMMENTARIUS.

Capitulum capitibus diserta quadam solertia con-
nectit. Suprà euidenter edocuit, hinc Stoicos, il-
lic Academicos errare: in sequenti nunc hypoty-
pofei perspicua demonstrat, utrosque modi terminos
transiisse. Solent Ethici, id quod in unaquaque re,
uirtuosum est, in medio constituere. Modum illud

μέσση Latini poetæ uocant: Est modus in rebus,
etc. sunt qui mediocritatem auream appellent.
Vtrinque sunt uitia, quæ à Lactantio dicuntur, de-
scripta inuenies apud Aristotelem in Magnis
moralibus libro primo, hoc
modo:

ὑπερβολή.
ἀλαζονεία. Lactantio δ' ἀ-
λαζονεία est Zeno cum Stoicis
arrogantibus, qui non modo
πλεῖον, sed omnia sibi arroganti:
30 non κατέληγον modo, sed re-
rum omnium scientiam, quæ so-
lius est Dei, & cœlestis origine
habet.

μέσση.
ἐλάτεια. ἄλκιμος (quem
quidem Lactan. sapientem no-
minat.) ὅτι πρῶτον οἰσεται
πλεῖον τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ,
ὅτι ἐλάττω· ἀλλὰ τὰ ὑπερ-
χροντα αὐτῷ, τοῦτα φήσει
καὶ εἶναι, καὶ εἰδέναι. id homi-
nis esse dicit Lactant. uocatque
eam sapientiam.

ἐπιπέσι.
εἰρωνεία. εἰρωνία, id est dis-
simulator, est Arcefilaus: non
modo cum noua siue media sua
Academia, sed etiam cum supe-
riore, quæ τὴν ἀκατάλη-
ψίαν constituebat, maximam
scientiæ dissimulatricem. Hanc
animalibus propriam Lactant.
tribuit.

Nusquam igitur.) Subiectio. Scien-
tia ab anima.) Suprà cap. 3. ab ingenio dixit
scientiam esse. Elementi.) Suprà lib. 2. ca.
10. hac uoce pari usus est modo, ubi hoc negociū
pulchrè representauit. Ex rebus obscu-
40 ris.) Argumenta inquit ἐκ τῶν ἀσπερῶς sumpser-
runt, quod caput cōsutationis apud Rhetores est.
Exemplis paucorum.) Inductionem (in-
quit) fecerunt, minimè sufficientem, neque addide-
runt, sic in cæteris se habere. Exempla autem illa
Lact. suprà cap. 3. recensuit. Consertis ma-
nibus.) Prouerbiū, pro summa contentione:
metaphora sumpta à luctantibus. Vel est allusio
ad antiquum illum fori morem, quo ex iure manū
consertū uocabant. de quo præter Bud. & Eras-
50 uide Gell. lib. 20. cap. 9. Autore Socra-
te.) De quo nemo copiosius aut elegātius quàm
Xenophon de Dictis & fact. Soc. non longè ab

initio. Videlicet.) ἀμείλιχα, haud dubie, ni-
mirum: subindicat causam. Quia morta-
lis.) Eleganti & scita analogia docet, copiatque mi-
rabili exornat illud quod Philosophi dicunt, orta
cuncta interire. Arrogantes.) ἀλαζονεία.
Vel potius.) ἐπιπέσι. Scientiam
ueritatis.) Quod Arist. ἐλάτεια dixit.
ἀσπερῶς.) Nam apud Dialecticos Græci ἀσπ-
ερωτος, Latini insolubile uocant, fallaciarum ge-
nus, ut, Nihil scio. Igitur hoc scis, quod nihil scis.
Apud Rhetores status controuersia ἀσπερῶτος
dicitur, quæ aut depulsionem non habeat, aut im-
pudentem turpem ue intentionem. Numerantur
uaria τῶν ἀσπερῶτων forma, in quibus est ἀπι-
σπέφασσι: cuius hoc exemplum esse potest. De
quibus præter cæteros uide consultum Chirium
lib. Rhet. 1. Ut enim nihil scire posse,
sciendum sit.) Dixit enim Socrates, ut est

apud Laert. τότε τὸ ἀρχαῖον μίκρον μὲν μὴ
 εἶναι, πρὸς μίκρον δὲ καὶ εἰδέναι μὲν μὴ εἶναι,
 πλεονάζον τὸ εἰδέναι. Et apud Platonem in
 Alcibiade 2 λυσιτελεῖ ἀρχὴ τοῖς πολλοῖς μὴ τε
 εἰδέναι μὴ εἶναι, μὴ τε οἶδαι εἰδέναι. Som-
 niāsse quendam.) Laur. Valla lib. 3. Dial.
 cap. 13. ubi πρὸς τὸ δηλήματος καὶ ἀναστρέ-
 φοντος agit, Lactantianum hoc exemplū ad exa-
 men vocat, nec sine indigna illum calumnia dimit-

tur: perinde ac si Lactantius hanc rem seriō age-
 ret, ac non potius τὸ ἀσυνείητος ab Arcefila in-
 troduci absurditatem detegeret. Neq; enim ut
 suum, sed ut scholasticum exemplum hoc in me-
 dium adfert. Sed nihil agit.) Nihil agere
 prouerbialiter dicuntur, qui sumunt inanem ope-
 rā. Satius enim est ocīari, quā nihil agere. Exce-
 ptione facta.) Exceptio Iurecōsultis est actio-
 nis exclusio. Quæ si doctrina.) Dilemma.

De philosophia Ethica, & summo bono. CAP. VII.

TRanſeamus nunc ad alteram philosophiæ partem, quam ipsi Moralem
 uocant, in qua totius philosophiæ ratio continetur. siquidem in illa phy-
 sica sola oblectatio est, in hac etiam utilitas. Et quoniam in disponendo uitæ
 statu, formandisq; moribus periculo maiori peccatur: maiorem diligentiam
 necesse est adhiberi, ut sciamus quomodo nos oporteat uiuere. Illic potest ue-
 nia concedi: quia siue aliquid dicunt, nihil profunt, siue delirant, nihil nocent.
 Hic uerò nullus dissidio, nullus errori est locus: omnes unū sentire oportet,
 ipsamq; philosophiam uno quasi ore præcipere: quia si quid fuerit erratum,
 uita omnis euertitur. In illa priori parte ut periculi minus, ita plus difficultatis
 est, quod obscura rerum ratio cogat diuersa & uaria sentire. Hic ut periculi
 plus est, ita minus difficultatis: quod ipse usus rerū, & quotidiana experimen-
 ta possunt docere, quid sit uerius & melius. Videamus ergo utrum ne cōsen-
 tiant, aut quid nobis asserant, quo rectius uita degatur. Non necesse est om-
 nia circuire: unum eligamus, ac potissimum, quod est summū ac principale,
 in quo totius sapientiæ cardo uersatur. Epicurus summū bonum in uoluptate
 animi esse censet: Aristippus in uoluptate corporis: Calliphon & Dinoma-
 chus Cyrenaici, honestatē cum uoluptate iunxerunt. Diodorus in priuatio-
 ne doloris summum bonum posuit: Hieronymus in non dolendo: Peripate-
 tici autem in bonis animi, & corporis, & fortunæ. Herilli summū bonum est,
 scientia: Zenonis, cum natura congruenter uiuere: quorundam Stoicorum,
 uirtutem sequi. Aristobeeus in honestate ac uirtute, summum bonum colloca-
 uit. Hæ sunt uerè omnium sententiæ. In tanta diuersitate quem sequimur? cui
 credimus? Par est in omnib. autoritas. Si eligere possumus quod est melius,
 iam non est philosophia nobis necessaria: quia sapientes iam sumus, qui de sa-
 pientum sententijs iudicemus. Cū uerò discende sapiētiae causa ueniamus,
 qui possimus iudicare, qui nondum sapere cœperimus? maximè cū præstō
 adsit Academicus, qui nos pallio retrahat, ac uetet cuiquam credere, nec ta-
 men asserat ipse quod sequamur.

COMMENTARIUS.

Haecenus ex Physicorum dissensionibus do-
 cuit, eam philosophiæ partem à uera sapientia es-
 se alienam. Sequentibus iam deinceps aliquot ca-
 pitibus pari ratione ethicae autoritatem eleuabit:
 argumentis præsertim ex dogmatibus de finibus
 bonorum & malorum dissentientibus desumptis.
 Potuit occasionem habere ex quinq; libris, quos
 Marcus Cicero de finibus bonorum et malorum
 posteritati reliquit, in quibus singulis singula de fi-
 nibus dogmata executit. Continetur itaq; hoc ca-
 pite quasi transgressio quædam à præcedentibus
 ad sequentia, delinamq; quodammodo quid deinceps

sit dicturus. In ipso dissertationis de finib. limine,
 operæ precium duco, lectorem admonere, Varro-
 nem perspexisse CCLXXXVIII. sectas in
 quaestione. De quibus uide August. lib. 18. de Ci-
 uitate. Delirant.) De hoc diximus in Senect.
 Ciceronis. Quod est summum.) Quæ
 Philosophorum de finibus dogmata fuerint, quasi
 cōpendio quodā ex secundo Academicarū qua-
 estionū Ciceronis adscribemus: Sed quod cœpe-
 ram, quid habemus in rebus bonis & malis explo-
 rati? Nempe fines cōstituendi sunt, ad quos et bo-
 norū & malorū summa referatur. Qua de re est
 igitur

igitur inter summos viros maior dissensio. Et omit-
to illa, quæ relicta iam uidentur: & Herillū, qui in
cognitione & scientia summū bonū ponit: qui quū
Zenonis auditor esset, uides quāntū ab eo dissen-
serit: et quā nō multū à Platone Megarici, quo-
rum fuit nobilis disciplina, cuius (ut scriptū uideo)
princeps Xenophanes; deinde eum sequuti Parme-
nides & Zeno. Itaq; ab his Eleatici philosophi no-
minabantur. Post Euclides Socratis discipulus,
10 Megareus, à quo quidē illi Megarici dictū, qui id
bonū solū esse dicebāt, quod esset unū, & simile,
& idem, & semper. Hi quoq; multa à Platone:
à Menedemo autē, quod is Eretrias esset, Eretria-
ci appellati. Quorū omne bonū in mente positū,
& mentis acie, qua uerū cerneretur. Illis similia,
sed opinor explicata uberius & ornatius. Hos si
cōtemnimus, etiā abiectos putamus illos, certē mi-
nus despicere debemus Aristonem: qui cum Ze-
nonis fuisse auditor; reprobauit ea quæ ille uer-
20 bis nihil esse bonū nisi uirtutem, neq; malum nisi
quod uirtuti esset cōtrarium. In medijs ea momen-
ta quæ Zeno uoluit, nulla esse censuit. Huic sum-
mum bonum est, in his rebus neutram in partem
moueri, quæ ἀσάφεια ab isto dicitur. Pyrrho
autem, ea nescire quidem sapiētem, quæ ἀπρόβια
nominatur. Has igitur tot sententias ut omitta-
mus, hæc uideamus, quæ nunc diu multumq; de-
fensa sunt. Alij uoluptatem finem esse uoluerunt,
quorum princeps Aristippus, qui Socratem audie-
30 rat, unde Cyrenaici. Post Epicurus, cuius est di-
sciplina nunc notior, neq; tamen cum Cyrenai-
cis de ipsa uoluptate consentiens. Voluptatem autē
& honestatem finem esse, Callipho censuit: uaca-
re omni molestia, Hieronymus. Hoc idem cum ho-
nestate, Diodorus: ambo hi Peripatetici. Honestē
autem uiuere fruentem rebus his, quas primas ho-
mini natura conciliet, & uetus Academia cen-
suit: ut indicant scripta Polemonis, quæ Antio-
chus probat maximē, & Aristoteles, eiusq; ami-
40 ci nunc proximē uidentur accedere. Introduce-
bat etiam Carneades, non quò probaret, sed ut op-
poneret Stoicis, summum bonum esse frui his re-
bus, quas natura conciliauisset. Honestum autem,
quod ducatur à conciliatione naturæ, Zeno sta-
tuit esse finem bonorum, qui inuentor & princeps
Stoicorum fuit. Idem breuius in 2. de Finibus. Ita
tres sunt fines honestatis expertes: unus, Aristip-
pi uel Epicuri; alter, Hieronymi: Carneadis ter-
tius, tres, in quibus honestas cum aliqua accessio-
50 ne, Polemonis, Calliphonis, Diodori. una sim-
plex, cuius Zeno auctor, posita in decore tota, id
est in honestate. Epicurus summum bo-

num in uoluptate animi.) finem, sicut e-
tiam Græci τέλος uocant, quod alioqui extre-
mum, ultimum, siue etiam summum dixerūt: præ-
terquam apud Laert. Epicuri λευελαε δὲ φαε πα-
sim inueniuntur: nussiam tamen me legere me ni-
ni, in animi duntaxat uoluptate expressis ipsum
uerbis summum posuisse bonum: nisi uelimus ipse
us uerbis præbere aures, quæ scribit ad Menæ-
cea: ὡς τινδὲ ἀγνοοῦσιν, καὶ εἰς ὁμοιογού-
τες, ἢ λακῶς ἐκδεχόμενοι νομίζουσιν· ἀλλὰ τὸ
μὴ τε ἀλγῆν ἢ σώμα, μὴ τε ταρατῆσιν ἢ
ψυχῶν, &c. Atqui ne hic quidem corporis quā-
am animi uoluptas minus auditur. & Ambrosi. ait,
eum beatitudinem magis ex inquinamentis corpo-
ris, quā sobrietate animi metiri. Sed licet plausi-
bilis sui dogmatis sectatores Epicurus innumeros
inuenerit, & defensores non paucos, & licet uo-
luptatis nomen mirificè torqueant Epicurei: est ta-
men ἡδονὴ aliud nihil quā motus ille iucundus,
quo sensus hiant. Sensus autem corporis, non ani-
mi sunt, intellectus quidem ministri. Neq; ipse Epi-
curus negauerit, qui (teste Gellio) uoluptatem
definit σαρκὸς ὀρεσθὲς λατῆσιν. Sed nos
idem de Epicuro censeamus, quod Taurus ex Hie-
roclis sententia, ἡδονὴς τέλος πέντεσ δόγμα
appellat apud Gell. lib. 9. cap. 5. Sed in sequenti
cap. uidebimus, quatenus animi uoluptas Epicuro
sit finis bonorum. Aristippus.) Extat hu-
ius uita apud Laert. lib. 2. Multa de huius afortia le-
ge apud Athenæum, lib. 12. ἀετινοσθετικῶν.
Galen. in historia Philosophica, de huius dogma-
te breuiter sic scribit; philosophicarum discipli-
narum nomina uaria enumerans: ἡ δὲ αὐτοσ
καὶ δόγματος, ὡς ἡ ἡ ἀριστιππου μὲν ἀπὸ τοῦ
ἐνθωστος, λευελαεὶ δὲ ἀπὸ τοῦ πολεως ἢ
ἐκείνῳ μετ᾽ ἄλλῳ ἡδονικῆ δὲ ἀπὸ τοῦ τέλος
κατ' αὐτοσ φιλοσοφίας. τὸν γὰρ ἀριστιππου
τὴν ἡδονὴν πρὸσ κελευσθὲ μακροσ πινεσ ἡ
νόσασ. Qui locus, si cum Andrea Lacunæ in-
terpretatione conferatur, mancus inuenietur. No-
tat hunc Theodoretus, quod sub magna grauita-
tis specie nepotetur. Ex Ecclesiasticis porro hu-
ius dogma notat Epiphanius to. 2 lib. 3. contra
Hereses. uerba sunt: ἀριστιππὸς ὁ λευελαεὶ
ἔπος γασσῆμαργὸν ὡν καὶ εὐλεδονῶν, τέλος
ἔφην τὴν ψυχῆς τὴν ἡδονὴν, καὶ ὅσ τις ἡδονετα,
διδ' αἰμωγ ἔπος ὁ δὲ μὲν δ' ὅλωσ ἡδονετα,
τρισάβλι, καὶ λευελαεὶ αἰμωγ, ὡσ φασι. Con-
tra eos qui uoluptatem bonorum finem, consti-
tuunt, disputat etiam Arist. in 10. Moralium.

Calliphon & Dinomachus.) De his
apud Cic. in 5. de Finibus sic legimus: Nam aut

uoluptas adiungi potest ad honestatem, ut Calliphoni Dinomachos placuit: aut doloris uacuitas, ut Diodoro: aut prima natura, ut in antiquis quos eosdem Academicos & Peripateticos nominamus. Et in 2. Callipho ad uirtutem nihil adiunxit, cum uoluptatem Diodorus uacuitatem doloris. Peripatet.) Quid Stoici à Peripateticis differant, & quæ tria sunt Peripateticorum genera, lege apud Cic. in 4. De finibus. Est hæc diuisio apud ipsum Peripateticorum principem, lib. Moralium 1. cap. 8 *καὶ κεκοινωνημένων δὲ τῶν ἀγαθῶν τριχῶς, καὶ τῶν μὲν ἐν τῷ λεγόμενῳ, τῶν δὲ πρὸς τὴν ψυχὴν καὶ σῶμα, τὰ πρὸς τὴν ψυχὴν λεγόμενα τὰ λεγόμενα, καὶ μέγιστα ἀγαθὰ.* Herillus.) *ἡμεῖς δὲ ὁ καρχιδνιῶν, τέλει εἶπε τὴν ἐπιστήμην, ὅτι ἐστὶ ζῶν ἀεὶ πάντα, εὐαφρόντα πρὸς τὸ μετ' ἐπιστήμης ζῶν, ἢ μὴ τῆ ἀγνοίας ἀφελειμμένων. ἔν δὲ τὴν ἰδιότητα ἐξ ἡ φωνησίων πρὸς δεξιὰν ἑσπέρων ἑσπέρων λόγῳ, &c.* Laert. Cic. uero: Herillus aut ad scientiã omnia reuocans, unumquoddã bonum uidit. Sed nec optimum, nec quo uita gu-

bernari possit. Itaq. hic ipse iampridẽ est reiectus. Zeno.) Hæc Cicero antiquis Peripateticis tribuit. Sed ille idem Cicero refert, Zenoni summũ bonum esse id quod ducitur à conciliatione natura. Memineris interim, Zenonem *περὶ γυμνασίου* dicere, quæ alij bona uocant: quæ Latiorum alij præsentia, alij producta interpretantur. de quibus fortè alibi plura. Quorundam Stoicorum.) Extat Augustini nomine inscriptus liber de Stoicis & Epicureis, in quo Epicuro finis bonorum est uoluptas corporis, Stoico uirtus animi, Christiano donum Dei. Aristot.) Hæc nõ pugnant cum ijs quæ supra in diuisione ex libris Moralibus posuimus. Quod autem Laet. hic dicit, uidetur idem esse cum eo, quod Cicero alibi scribit, Aristotelem uirtutis usum cum uita perfecta coniunxisse, & cum eo qui apud ipsum Aristot. est lib. 1. cap. 7. ubi dicit, *τὸ ἀνθρώπινον ἀγαθὸν ψυχῆς γυμνασίου κατ' ἀρετὴν ἔστι, &c.* Alsit Academ.) Ob id ipsum apud Cic. quoq. Academici ab hac disputatione excluduntur.

Philosophorum sententia de summo bono sublata. CAP. VIII.

Quid ergo superest, nisi ut omnis litigationibus, furiosis ac pertinacibus, ueniamus ad iudicem illum, scilicet datorem simplicis & quietæ sapientiæ: qui non tantum formare nos ac inducere in uiam possit, uerum etiã de cõtrouersijs istorum ferre sententiã. Hic nos docet, quid sit hominis uerum ac summum bonum: de quo prius quàm dicere incipio, illæ omnes sententiæ sunt refellendæ, ut appareat, neminem illorum fuisse sapientẽ. Cũ de officio hominis agatur, oportet summum summi animalis bonum in eo constitui, quod cõmune cum cæteris animalibus esse nõ possit. Sed ut feris dentes, armentis cornua, uolucris pennæ, propria sunt: sic homini aliquid suũ debet ascribi, sine quo rationẽ suã cõditionis amittat. Nam quod uiuendi aut generandi causa datum est omnibus, est quidẽ bonũ naturale, summũ tamẽ nõ est: nisi quod est unicuiq. generi propriũ. Sapiens ergo nõ fuit, qui summũ bonũ credidit animi uoluptatẽ: quoniã siue illa securitas, siue gaudiũ est, cõmunis est omnibus. Aristippo ne respondendũ quidẽ duco, quem in corporis semper uoluptates ruentẽ, nihilq. aliud quàm uentri & Veneri seruientẽ, nemini dubium est, hominẽ nõ fuisse: sic enim uixit, ut nihil inter eum, pecudemq. distaret, nisi unum quod loquebatur. Quod si asino, aut cani, aut sui facultas loquendi tribuatur, quarasq. ab his quid sibi uelint, cum scæminas tam rabidẽ cõsectantur, ut uix diuelli queant, cibos etiam, potumq. negligat, cur aut alios mares uolenter abigant, aut ne uicti quidem absistant, sed à fortioribus sæpe contriti eo magis insectentur, cur nec imbres, nec frigora pertimescant, laborẽ suscipiãt, pericula nõ recusent: quid aliud respondebunt, nisi summũ bonũ esse corporis uoluptatẽ: eam se appetere, ut afficiantur suauissimis sensibus, eosq. esse tantũ, ut assequendorũ causa, nec laborẽ sibi ullum, nec uulnera, nec mortẽ ipsam recusandam putent. Ab his ne igitur præcepta uiuendi petemus, qui hoc idem sentiũt, quod animæ rationis expertes & Asiunt Cyrenaici, uirtutẽ ipsam ex eo ipso esse laudandam, quod sit efficiens uoluptatis. Non uerò, inquit, ut obscænis canis, aut sus ille lutulentus: nam ideo cum aduersario

aduersario summa uirium cōtentione depugno, ut uirtus mea pariat mihi uoluptatem: cuius expertus sum necesse est, si uictus abscessero. Ab his ergo sapere discemus, quos a pecudibus ac belluis non sententia, sed lingua discernit: Priuationē doloris summū bonū putare, nō planē Peripateticorū ac Stoicorum, sed Cynicorū est. Quis enim nō intelligat, ab ægrotis, & in aliquo dolore positis, esse hoc disputatū: Quid tam ridiculum, quā id habere pro summo bono, quod medicus possit dare? Dolendū est ergo, ut fruamur bono, & quidē grauiter, ac sape: ut sit postea, nō dolere iucundius. Miserrimus est igitur, qui nunquā doluit, quia bono caret: quē nos felicissimū putabamus, quia malo caruit. Ab hac uanitate nō longē abfuit, qui omnino nihil dolere, summum bonū dixit. Nam præter quod omne animal doloris est fugiēs, quis potest sibi hoc bonum præstare, quod nobis ut eueniat, nihil aliud possumus quæ optare? Summū autē bonū nō potest efficere quenquā beatū, nisi semper fuerit in ipsius potestate. hoc autē nō uirtus hominī, nō doctrina, nō labor, sed natura ipsa cunctis animantibus præstat. Qui uoluptatē cum honestate iunxerūt, cōmunionē hanc effugere uoluerūt: sed effecerūt repugnās bonū. quoniam qui uoluptati deditus est, honestate caret necesse est: qui honestati studet, uoluptate. Peripateticorū bonum nimīū multiplex, & exceptis animi bonis, quæ ipsa quæ sint, magna cōtentio est, cōmune cum belluis potest uideri. Nam corporis bona, id est incolumitas, indolentia, ualetudo, non minus sunt mutis quæ hominī necessaria, ac nescio an etiā magis: quia homo & medelis, & mīnisterijs subleuari potest, mura nō possunt. Item, quæ appellāt fortunæ bonæ: Nam sicut hominī opibus ad uitā tuendā, ita illis præda & pabulis est opus. Ita inducendo bono, quod nō sit in hominis potestate, totū hominem alienæ ditioni subiugarūt. Audiamus etiā Zenonē: nam is interdū uirtutē somniat. Summū, inquit, est bonū, cum natura cōsentaneē uiuere. Belluarū igitur nobis more uiuendū est. Nam quæ abesse debent ab homine, in his omnibus deprehenduntur, uoluptates appetūt, metuunt, fallunt, insidiantur, occidūt: & (quod ad rem maximē attinet) Deū nesciūt. Quid ergo me docet, ut uiuam secundū naturā, quæ ipsa in deterius prona est, & quibusdam blandimētis lenioribus in uicia præcipitat? Sed si aliā mutorū, aliā hominis dicit esse naturā, quod homo ad uirtutem sit genitus, non nihil dicit, sed tamē nō erit definitio summi boni: quia nullū est animal, quod nō secundū naturā suam uiuat. Qui scientiam summū bonū fecit, aliquid hominī propriū dedit. sed scientiam alterius rei gratia homines appetunt, non propter ipsam. Quis enim scire contentus est, non expetens aliquem fructum scientiæ? Artes ideo discuntur, ut exercentur: exercentur autem uel ad subsidia uitæ, uel ad uoluptatē, uel ad gloriā. Non est igitur summū bonum, quod nō propter se expetitur. Quid ergo interest, utrum scientiā summū bonum putemus, an illa ipsa, quæ scientia ex se parit, id est uictum, gloriā, uoluptatem? quæ non sunt hominī propria, & ideo ne summa quidem bona. Nam uoluptatis, & uictus appetentia non hominī solū, sed etiam mutis inest. Quid cupiditas gloriæ? non ne in equis deprehenditur, cum uictores exultant, uicti dolent?

Tantus amor laudum, tante est uictoria cure.

Hæc immeritō summus poeta experiendum esse ait:

Et quis cuiq; dolor uicto, quæ gloria palmæ.

Quod si ea quæ parit scientia, communia sunt cum alijs animalibus: non est ergo summum bonū scientia. Præterea nō mediocre huius * definitionis est uitium, quod scientia nuda ponitur. Incipiēt enim beati omnes uideri, qui autem * disputatiōnis. tem aliquam scierint, imò uerò qui & res malas scierint: ut tam beatus sit, qui uenena didicerit temperare, quā qui mederi. Quæro igitur, ad quam rem scientia referenda sit, si ad causas rerum naturalium: quæ beatitudo erit mihi

proposita, si sciero unde Nilus oriatur, uel quicquid de coelo Phisici delirant. Quid, quod earum rerum non est scientia, sed opinio, qua pro ingenijs uaria est? Restat, ut scientia bonorum ac malorum, summum bonum sit. Cur ergo scientiam maluit, quam ipsam sapientiam summum bonum dicere, cum sit utriusque significatio, & uis eadem? Nemo tamen usque adhuc summum bonum dixit esse sapientiam, quod melius dici potuit. Nam scientia parum est ad bonum suscipiendum, malumque fugiendum, nisi accedat & uirtus. Multi enim philosophorum, cum de bonis malisque differerent, aliter tamen quam loquebantur, natura cogente uixerunt, quia uirtute caruerunt. Virtus autem cum scientia coniuncta, est sapientia. Superest, ut eos etiam refellamus, qui uirtutem summum bonum putauerunt: in qua opinione etiam M. Tullius fuit, in quo multi inconsiderati fuerunt. non enim uirtus ipsa est summum bonum, sed effectrix, & mater est summi boni: quoniam perueniri ad illud sine uirtute non potest. Vtrumque intellectu est facile. Quaro enim, utrum ne ad praclarum illud bonum facile perueniri putent, an cum difficultate ac labore. Expediant acumen suum, erroremque defendat. Si facile ad illud, ac sine labore perueniri potest, summum bonum non est. quid enim nos cruciemus, quid conficiamus enitendo diebus & noctibus? quando quidem tam in promptu id quod quarimus iacet, ut illud quilibet sine ulla contentione animi comprehendat. Sed si commune quoque ac mediocre quodlibet bonum non nisi labore assequimur, quoniam bonorum natura in arduo posita est, malorum in praecipiti: summo igitur labore summum bonum assequi necesse est. quod si uerisimum est, ergo altera uirtute opus est, ut perueniamus ad eam uirtutem, qua dicitur summum bonum. quod est incongruum & absurdum, ut uirtus per seipsam perueniat ad seipsam. Si non potest ad ullum bonum nisi per laborem perueniri: apparet, uirtutem esse per quam perueniatur: quoniam in suscipiendis perferendisque laboribus, uis officiumque uirtutis est. Ergo summum bonum non potest esse id, per quod necesse est ad aliud perueniri. Sed illi cum ignorarent quid efficeret uirtus, aut quod tenderet, honestius aut nihil reperirent, substituerunt in ipsius uirtutis nomine, quam nullo proposito emolumento, appetendam esse dixerunt: & bonum sibi constituerunt, quod bono indigeret. Aristobaeus ab ijs non longe recessit, qui uirtutem cum honestate summum bonum putauit: quasi ulla uirtus possit esse inhonesta: ac non si quid habuerit turpitudinis, uirtus esse desinat. sed uidit fieri posse, ut de uirtute prauo iudicio sentiat malum: & ideo existimationi hominum seruientem putauit. quod qui facit, a recto bonoque discedit: quia non est in nostra potestate, ut uirtus pro suis meritis honestetur. Nam quid est honestas, nisi honor perpetuus, ad aliquem secundo populi rumore delatus? Quid ergo fiet, si errore ac prauitate hominum mala existimatio subsequatur? abijciemus ne uirtutem, quia flagitiosa, & turpis ab insipientibus iudicetur? Quae quoniam inuidia premi ac uexari potest, ut sit ipsum proprium ac perpetuum bonum, nullo extrinsecus adiuumento indigere debet, quin suis per se uiribus nitatur & constet. Itaque nec ullum ei ab homine bonum sperandum est: nec ullum malum recusandum.

C O M M E N T A R I V S.

Superiori capite Ethicae philosophiae de finibus bonorum siue de summo bono dogmata confutauit, ex multis singularibus uniuersale quiddam colligendo: in hoc uero sequenti cap. singularia illa singulatim destruit, ut non satis sit totum erroris aedificium una quadam corruisse ruina, nisi singula dogmata singulatim demoliantur funditus. Summum summi. Maiorem posuit aeternum: Nihil homini esse summum bonum, quod sit illi cum caeteris animantibus commu-

ne. Minor *λεωτόδωρον* omnia de finibus dogmata excludit, in quo demonstrando amplificandoque totum operatur caput. Sapiens non. Epicurus. Securitas siue gaudium. Securitatem fortassis dicit, quod Laert. in Aristippo. *ἀνοχλοσίαν*. Nam de gaudio id intelligo, quod *ἀγαθῶν πλοσθένειαν* idem Laert. uocat: nisi fortassis utrumque *μνήμην* *πλοσθένειαν* *ἀγαθῶν*. In quibus Epicurus in *δύλω* ponit: gaudium una uoce dicere uelis. Non enim repugnare

repugnare illa Ciceronis definitio uidetur, quando animus cum ratione constanter & placide mouetur. Quare & præmeditationem malorum in miseris ponit. Sed illud non stabit, si ad Christianæ doctrinæ regulam applicetur, quod rationem harum rerum gubernatricem ponit. Si concederemus Epicurum cum ratione posse insanire, sequeretur fortasse, eius uoluptatem ex animo esse metiendam: quia ex perturbationibus contra ueram rationem pugnantibus oriuntur. perturbationes autem ex interioribus hominis partibus pullulare, in confesso est. Non possum intelligere, quomodo uoluptas Epicuræ animi magis quam corporis sit. Obscœnus canis.) ipsum etiam Diogenes βασιλῶν κύναια appellauit: sed quod tyrannorum mensas sectaretur. Lactant. uero magis ad caninam impudentiam respicit. Sus ille lutulentus.) Pro uerb. Sus in uoluptate esse uoluit. Sus & canis duo quasi symbola quædam gula & crapulae, libidinisque impudentis. Quæ etiam Petrus simili quadam ratione coniunxit cap. 2. epist. posterioris. Priuationem dolor.) Diodori hæc sententia erat. Cynicorum.) Qui & ipsi ab impudentia canina nomen inuenerunt, quorum hæresiarcha fuit Antisthenes, ut Laertius refert: siue, ut Galenus, Antiochus. Verba Galeni sunt: εἰσὶ δὲ πῶς ταύτας πείσας ἀκαθάρτους δὲ νεώταται, ἃν ἢ μὴ πῶς πῶς πῶς ἐκ λῶν, ἀπὸ τοῦ δὲ ἐκ τῆς ἐφῆς. ἡ γὰρ μὲν δὲ τῶ σωματικῶν πένυ πολλῶν ἡμιόλιων, ἃ δὲ νόσος ἴσος λῶν, κατὰ δὲ εἰς ὅσον δὲ ὅς τῶν κύναια εἰς τὸν βίον πρὸς ἡγῶν δὲ διοχρῆς γέγονε ἡλιθιότης, καὶ προσωμοίωσιν ἢ τὰ ἀπὸ τῆς δὲ ἄματτα, τὰ τὰ ἢ τῶν ὁ λιπῆς ἀκύνων, ὅς τινὰ σωματικῶν φιλοσοφῶν δὲ ἄλλων, &c. De Cynicis, in Officijs Ciceronis nonnihil diximus. Dolendum est.) Eludit stultam illorum assertionem sorte inepto, quo sic colligit: Qui nunquam dolet, nunquam dolore liberatur. 40 Qui nunquam dolore liberatur, nunquam fruatur summo bono. Qui nunquam summo bono fruatur, est miserrimus: Ergo, qui nunquam doluit, est miserrimus. Similis est horum ratiocinatio, illi quam Paulus explodit: Exuberent peccata, ut magis exuberet gratia, &c. Nisi semper.) Nam quod aliqua circumstantia uitatur, absolute bonum esse nequit. Qui uoluptatem.) Aristoteles dicit Scyllam uitat, Charybdim incidit. Honestate careat.) Quid temperantia, quæ uirtus, & ob id etiam honestum est, cum uoluptate pugnat ita, quod uoluptatis non minima portio est

intemperantia, imò caput. Quæ ipsa quæ sint.) Ipsi quidem uirtutes pro animi bonis, & scientias numerarunt. Sed illa non tam uera sunt uirtutes, quam uirtutum quædam umbrae, quia fide carerent. Atque sic sequentia mira quadam solertia superioribus coherent. Belluarum.) Quia uis naturale quælibet animantia quadam consociatione coniungit, quod uel ipse Cicero in primo Off. docet. quo loco nos negotium hoc euidenti hypodeixi demonstrauimus. Quia ipsa in deterius.) corrupta scilicet per casum Adæ. Nam integra aliqui tam suam seruatam fuisset conditionem, quam aliorum quodque. Apud philosophos (Plotinum nimirum) si politicus homo non poterit poterit forte purgati uel defecati animi homo. Apud Christianos regeneratus homo diuini numinis agitato ad studia cælestia contendit, quem tamē carnis indoles semper in deterius sollicitat. Qui scientiam.) Herillus. Sed scientiam.) Remouet Herilli dogma per causam finale. Nam si ad studium aliquod honestum applicamus animum, uel opus, uel honoris acquirendi causa, illi incumbimus. Acquisita iam per industriam illius rei scientia, non amplius finalis, sed effectrix illius rei causa erit, quæ instituitur. Tantus amor.) Versiculi Maronis sunt, ex Georg. 3. quo loco equorum generosorum naturas describit. qua de re Xenophontis extat libellus: quæ Ioachimus Camerarius nostro tempore et transulit, et imitatus est. Nilus.) Unde puerbio, Nili caput is querere dicitur, qui rem non uestigabilem inquirere satagit. De cælo Physici.) Qui superius sunt confutati. Sapietiam.) de hac in 4. lib. Virtus autem.) Sapietia siquidem uirtutes in se complectitur omnes. Ut eos refellamus.) Stoicos nimirum quosdam. Marcus Tull.) Cum alibi sæpe, tum in 1. de Legib. quo loco, Deo & homini uirtutem quasi uinculum cuiusdam necessitudinis ponit, his uerbis: Est autem uirtus nihil aliud, quam in se perfecta, & ad summum perducta natura. Quot uero modis hæc definitio uitiosa sit, non est huius loci inquirere. Sed effectrix.) Alia rursus ex causarum uarietate ἀνάλογως. Simili quadam ratione Augustinus, uirtutem pro numine recte colit negat. Bonorum natura in arduo.) Iuxta illud, δισκοπῶν τὰ καλὰ. Aristoteles.) Peripatetici, inquit Theodoritus, laudant uirtutem, re ipsa uoluptati student. Nam quid est honestas.) Cic. in Oratorum catalogo: Quum honos, inquit, sit præmium uirtutis, iudicio studioque ciuium delatum ad aliquem, qui eum sententis & suffragijs adeptus est, is mihi & honestus

et honoratus uideatur. Sed quid sibi istud uult? Cicerone: quis quaeso honos fuit, cum exulares? Exilium (opinor, inquires) calamitatis, non ignominiae uocabulum esse.

Summum bonum quid sit: et Anaxagoram errasse. CAP. IX.

VEnto nunc ad uerae sapientiae summum bonum, cuius natura hoc modo determinanda est. Primum, ut solius hominis sit, nec cadat in ullum aliud animal: Deinde, ut solius animi, nec communicari possit cum corpore: Postremo, ut non possit cuiquam sine scientia & uirtute contingere. Quae circumscriptio illas omnes sententias excludit ac soluit. eorum enim qui dixerunt, nihil tale est. Dicam nunc quid sit: ut doceam (quod institui) philosophos omnes caecos atque insipientes fuisse: qui quod est homini summum bonum constitutum, nec uidere, nec intelligere, nec suspicari aliquando potuerunt. Anaxagoras cum ab eo quaereretur, cuius rei causa natus esset? respondit: Solis ac caeli uidendi. Hanc uocem admirantur omnes, ac philosopho dignam iudicant. At ego hunc puto non inuenientem quid responderet, effudisse hoc passim, ne taceret. quod quidem secum, si sapiens fuisset, commentatum meditatumque habere debuit: quia si quis rationem sui nesciat, ne homo sit quidem, sed putemus non ex tempore dictum illud effusum. Videamus in tribus uerbis quot & quanta peccauerit: Primum, quod omne hominis officium in oculis posuit, nihil ad mentem referens, sed ad corpus omnia. Quid si caecus fuisset, officium ne hominis admitteret? quod fieri sine occasu animae non potest. Quid caeterae corporis partes? carebunt ne suis quoque muneribus? Quid quod plus est in auribus, quam in oculis situm? quoniam & doctrina & sapientia percipi auribus solis potest, oculis solis non potest. Caeli, ac solis uidendi causa natus es? Quis te in hoc spectaculum induxit? aut, quid caelo rerumque naturae uisio tua confert? Nimirum ut hoc immensum & admirabile opus laudes. Confitere ergo rerum omnium esse constitutorem Deum: qui te in hunc mundum quasi testem, laudatoremque tanti sui operis induxit. Magnum esse credis, uidere caelum ac solem: cur ergo gratias non agis ei, qui huius beneficii autor est? cur non ipsius uirtutem, providentiam, potestatem metiris animo, cuius opera miraris? etenim necesse est, ut multo mirabilior sit, qui mirabilia perfecit. Si te quispiam uocasset ad coenam, in eaque optime acceptus esses: num sanus uiderere, si pluri faceres ipsam uoluptatem, quam uoluptatis autorem? Adeo philosophi ad corpus omnia referunt, nihil prorsus ad mentem: nec uident amplius, quam quod sub oculos uenit. At qui remotis omnibus officijs corporis, in sola mente ponenda est hominis ratio. Non ergo ideo nascimur, ut ea quae sunt facta uideamus, sed ut ipsum factorum rerum omnium contemplemur, id est, mente cernamus. Quare si quis hominem qui uere sapiat interroget, cuius rei gratia natus sit: respondebit intrepidus, ac paratus, colendi se Dei gratia natum, qui nos ideo generauit, ut ei seruiamus. seruire autem Deo, nihil aliud est, quam bonis operibus tueri & conseruare iusticiam. Sed ille, ut homo diuinarum rerum imperitus, rem maximam redegit ad minimum, duo sola eligendo, quae sibi diceret intuenta. Quod si natum se esse dixisset, ut mundum intueretur, quanquam omnia comprehenderet, ac maiori uteretur sono: tamen non impleisset hominis officium. quia quanto plurius est anima quam corpus, tanto plurius est Deus quam mundus: quia mundum Deus & fecit, & regit. Non ergo mundus oculis, quia utrumque est corpus, sed Deus animo contemplandus est: quia Deus, ut est ipse immortalis, sic animam uoluit esse sempiternam. Dei autem contemplatio est, uenerari & colere communem parentem generis humani. Quod si a philosophis abfuit, proiectaque in terram fuerunt diuina ignorando, existimandus est Anaxagoras ea ad quae uidentia natum se esse dixerit, nec caelum uidisse, nec solem. Expedita est igitur hominis

hominis ratio, si sapiat: cuius propria est humanitas. nam ipsa humanitas quid est, nisi iusticia? quid iusticia, nisi pietas? pietas autem nihil aliud est, quam Dei parentis agnitio.

COMMENTARIUS.

Finem honorū tribus circumscribit terminis, quibus non modo superius memoratorum dogmata excluduntur, sed etiam aliorum quos deinceps notabit. Aur. quoq; Aug. li. 19. ca. 4. Civit. docet, quid differentie sit inter Christianorū gentiliūq; de summo bono dogmata. Anaxagoras.)

Hæc apud Laert. in eius vita sic leguntur: ὄρωτι θεῖς ποτὲ εἰς τὴν γῆν γίνεσθαι, εἰς θεοειδίαν, ἔφη, ἡλίος καὶ σελάωνος καὶ ἕρως. De hoc infra ca. 23. & li. 6. cap. 1. Sed quid Lactanti? nunquid idē dixit, quod tu, quū Nasonem imitatus, τὸ αὐθεῶς πρὸς etymologiam rimabaris? nam videtur omnino ex creaturarum cōtemplatione creatorem admirari. Id tum magis dicemus, si cum hoc apophthegmate aliud eiusdem conferemus. Nam cū illi patrie neglectus obiiceretur: οὐφύμεν, ἔφη, ἔμοι γὰρ σφόδρα μέλει τὸ πατριῶδες. Δείξας τὸν ἕρως. Plus est in auribus quàm oculis.) Non ex sui natura, sed per accidens. Nam Arist. πρὸς αἰδῆσεως καὶ αἰδῆσῃν, de horum sensuum differentia sic scribit: αὐτῶν ἢ τῶν πρὸς μὲν τὰ ἀλογαῖα. ἡγεῖσθαι ἢ ὀφθαλμῶν καὶ αὐτῶν πρὸς δὲ νοῦν κατὰ συμβεβηκῶς ἢ ἀκοῆν. Διαφορὰς δὲ πολλὰς εἶσα γέμει, καὶ πάντῃ ἀπᾶς ἢ ὀφθαλμῶν δυνάμεις, ὅσα τὰ πάντα σώματα μετέχου χρώματος. ὡς τε καὶ τὰ κρινὰ ὅσα ταύτης αἰδῆσῃν μαλιστα λείγῃ ἢ κρινὰ, χημά, μέγῃ, λίνου,

σάσιν, ἀριθμῶν. ἢ δὲ ἀκοῆν τὰς τὸ φῶς διαφορὰς μόνον, ὀλίγοις δὲ καὶ τὰς φωνῶν. ἢ ὀυμβεβηκῶς δὲ, εἰς φρόνησιν πλείου ἢ ἀκοῆν συμβάλλεται μὲν. ὁ γὰρ λόγος αἰπίος ὄντι φησὶ συμβεβηκῶς, ἀκροῦς ὡν, ὅκαθ' ἑαυτὸν, ἀλλὰ ἢ συμβεβηκῶς ὅτι ὀνομάτων γὰρ σύγκειται. ἢ δὲ ὀνομάτων ἑκάστων σύμβολον ὄντι. διὸ πρὸς φρονιμώτεροι ἢ ἕκ γῆμι. ἢ εἰς ὀφθαλμῶν εἰσιν ἑκατόμιας αἰδῆσεως, οἱ τυφλοὶ ἢ γῆνεῶν καὶ λεωφῶν. Sic etiam Paulus apostolus, Romanus scribens cap. 10. sorte doctissimo probat fidem ex auditu esse, auditum autem per verbum Dei. Nam ipsa humanitas.) Sorte probat, quod paulo superius dixit, hominem sui rationem nescire non debere: simulq; docet, quæ nam sit hominis ratio. Videtur autem humanitatem appellare τὴν φιλαυθεῶπιαν, quæ sacre Scripturæ est charitas & dilectio: quæ si vera est, a fide nunquam auellitur. Nisi per humanitatem id intelligere malis, quod rationem hominiam aliquoties dixit, in qua verum Dei cultū constituit, eo quod hominis proprium sit Deum colere: ut alibi docebit planius. Sed humanitatis nomine Rodolphus Agricola proprietatem hominis exprimeret ausus non fuit, qui li. 2. cap. 7. de Inventione, Quiditatem eam dixit. sicut Cic.

Lentulitatem & Appietatem.

Proprium hominis esse, Deum noscere & colere. CAP. X.

Summum igitur bonum hominis in sola religione est: nam cætera, etiam quæ putantur esse homini propria, in cæteris quoq; animalibus reperiuntur. Cū enim suas voces proprijs inter se notis discernunt atq; dignoscunt, colloqui vident, ridendiq; ratio apparet in his aliqua, cū demullis auribus, cōtractoq; rictu, & oculis in lasciviam resolutis, aut homini alludūt, aut suis quib; cōiugibus, ac foetibus proprijs. non ne aliquid amori mutuo, & indulgentiæ simile impartiūt? Iam illa quæ sibi prospiciūt in futurū, & cibos reponunt, habēt utiq; providentiā. Rationis quoq; signa in multis deprehenduntur. Nam quando utilia sibi appetūt, mala cavēt, pericula vitant, latibula sibi parant in plures exitus dispatentia: profectō aliquid intelligūt. Poteest aliquis negare illis inesse rationem, cū hominem ipsum sæpe deludant? Nam quibus generandi mellis officium est, cū assignatas incolunt sedes, castra muniunt, domicilia inenarrabili arte cōponunt, regi suo serviūt: nescio, an in his perfecta sit prudentia. Incertum est igitur, utrum ne illa quæ homini tribuuntur, cōmunia sint cum alijs uiuentibus: religionis certē sunt expertia. Equidē sic arbitror, uniuersis animalibus esse datam rationem, sed mutis tantummodo ad uitam tuendā: homini autē etiā ad propagandā. Et quia in homine ipsa ratio perfecta est, sapientia nominatur: quæ in hoc eximium facit hominem, quod

quod soli datum est intelligere diuina. Qua de re Ciceronis uera est sententia: Ex tot, inquit, generibus nullum est animal præter hominē, quod habeat noticiam aliquam Dei: ipsiſq; in hominibus nulla gens est, neq; tam immanſueta, neq; tam fera, quæ non, etiamſi ignoret qualem Deum haberi deceat, tamē habendum ſciat. Ex quo efficitur, ut is agnoſcat Deum, qui unde ortus ſit quaſi recordetur. Qui ergo philoſophi uolunt animos omni metu liberare, tollunt etiam religionem, & orbant hominem ſuo proprio, ac ſingulari bono: quod eſt à rectē uiuendo, atq; ab omni humanitate diſiunctum: quia ut Deus cuncta uiuentia ſubiecit homini, ſic ipſum hominē ſibi. Nam quid eſt cur iſdem ipſi diſputent, eò dirigendam eſſe mentem, quò uultus erectus eſt? Si enim nobis cœlum ſpectādum eſt: ad nihil aliud utiq; quàm ob religionē. Si religio tollitur, nulla nobis ratio cum cœlo eſt: itaq; aut eò eſt ſpectādum, aut in terram procumbendum. In terram procumbere, ne ſi uelimus quidem, non poſſumus: quorum ſtatus rectus eſt. In cœlum igitur ſpectādum eſt, quò natura corporis prouocat, quòd ſi conſtat eſſe faciendum: aut ideo eſt faciendum, ut religioni ſeruiamus: aut ideo, ut rationem rerum cœleſtiū cognoſcamus. Sed rationem rerū cœleſtiū cognoscere nullo modo poſſumus, quia nihil eiufmo di poteſt cogitādo inueniri, ſicut ſuprà docui. Religioni ergo ſeruiendū eſt: quā qui nō ſuſcipit, ipſe ſe proſternit in terram: & uitam pecudum ſecutus, humanitate ſe abdicat. Sapientiores ergo imperiti: qui etiamſi errāt in religione deligenda, tamen naturæ ſuæ, conditioniſq; meminerunt.

C O M M E N T A R I V S:

Superiori capite tribus ſinibus ſummum circūſcripſit bonum, ex quibus noua naſcitur quaſtio, de qua hoc capite diſſerit: Hominem nempe à brutis non ratione, ſed religione diſſerre. Qua de re idem Lact. diſſerit cap. 17. de Ira Dei. Iura ueris quaſtionem dignam propter quam uadimonium deſeras. Sed meo iudicio, res tanti momenti non eſt. Philoſophi Græci, & hoſ ſequuti Latini, ferè in ea ſunt ſententia, quòd ratio ſpecificam inter hominem & bruta conſtituat differentiam, in quorum opinione (qua ſemel imbuti fuerunt) etiam claſſici poſtea Theologi, ſcholatiſtiq; hæſerunt pertinacius. Inuentus inter philoſophos antiquiores unus eſt Plutarchus, qui contradiceret: ſed declamatorio magis ſtylo, quàm philoſophico: Ut Ludouicus Viues ſinceriffimi iudicij ſcriptor de eo cenſuit. Laur. deinde Valla in Dialectica, ratione præditas eſſe mutas animātes arguitur. Lactantius uerò noſter non hoc agit, ut uelit belluas in rationem uendicare. Hoc contendit, ut homo una religionis præſtantia diſſerre à cæteris animantibus intelligatur: neq; eos eſſe hominis nomine dignos, qui nulla ſint religione imbuti. Plin. quidem gallinis uillaticis religionem tribuit: ſed religio talis eſt, qualis ratio. Quid quòd apud Eſaiam bouem & aſinū, religioſos facit: quanquā is ſenſus genuinus non eſt. Quid quòd Dauid ſæpe uolucres cœli & beſtias terræ, piſceſq; item maris dominum laudare facit? Sed figurata hæc eſſe, nemo cordatus ignorat. Qui uerò in rationis

dignitatem hominem aſſerere tanto ſtudio ſatagunt, non quælibet diſcuſſum pro ratione habent, ſed eum qui ad ueri boni, ipſiuſq; adeò ueritatis ſtudium euehit animum. Quam rationem Lactantius ſublimiore, Sapientiæ nimirum, dignatur uocabulo, beſtijs ſuam ſiue rationem, ſiue indiſtriā, qua ad ſuum quoddam rapiuntur bonum, relinquens. Nam ſi rem ipſam inſticias, tota iſt hac cōtentio de ſola uocis ratione eſt. Galenus in philoſophiæ medicinæq; profeſſione pariter excellens, optimus in hac cōtrouerſia arbiter, mea quidem ſententia, dari poteſt. Is enim in ea oratione, qua iuuenes ad artes diſcendas hortatur, inter hominis brutorumq; rationes hanc ponit differentiam, ut in uno hominum genere uniuerſa eam inueniantur diuinæ beneficentiæ munerā, quæ ſingula in ſingulis animantium formis uel uix, uel non omnino deprehendi queant. Inter cætera Galenus ſic dicit: *Ἐὰ τοῦτο τοῖνυν καὶ λόγος μὲν τῆς τοῖς ἄλλοις ζωοῖς κατ' ὄχλῳ καὶ ὁ ἀνθρώπος μόνῳ ἀνομιέειται λογικός. τῶς οὖν δὲ ἀχρόν, ὡ μόνῳ τῷ ἡμῖν κοινῶν μὲν θεοῖς, τῶς μὲν ἀμελεῖται, ἵνα δυνάται δὲ τῶν εἰ τι τῶν ἄλλων ἔτι.* quæ & antecedunt & ſequuntur. Quæ animalia quid cum homine cōmune habeant, docet Ariſt. li. 9. de hiſt. Animalium, cap. 7. Super hac porro quaſtione neminē rectius conſulueris, quàm Ludouicum Viuem, lib. de Anima ſecunda. Nam quotquot præterea uidi, partibus nimium fauere uidentur. Eſt præterea apud Ciceronem

Ciceronem etiam alius quidam rationis gradus, quo homines inter se differunt: eorum nempe, qui natura ita boni sapientesque gignuntur, ut supra hominem quiddam esse censeantur. Absolutam & perfectam eam ipse Cicero nominat. Illi opinor sunt, quos defecati purgatiq; animi Macrobiū ex Plotino dixisse indicauimus. Quæ tamē, si secundum Lactantiij determinationem rationis uocem sue significationē metiamur, erit illa eadē quam noster uel sapientiam, uel religionem dixit: quam tamē perfectionem philosophi gentilium somniant uerius, quam uiderunt, quæ non nisi in regeneratos cadere potest. In sola relig.) Lege Eusebium libro undecimo de Preparat. Evangelica, cap. 2. Sed quid Lactanti, si dicamus, ne religionem quidem esse finem bonorum: quum ea sit ratio & modus, quo ad eum peruenitur finem, qui est æterna optati atq; maximi Dei, fruitio? Cibos reponunt.) formica, quarum prudentiam imitandam etiam Hebræorū sapiens nobis proponit. In plures exitus.) Cuniculos notare uidetur. Generandi melis.) In apum ingenio describendo ingenij uires triuerunt ingeniosissimi homines, Maro & Pūnius: hic libro undecimo Naturalis historiae, ille Georgic. quarto. Ut interim Aristotelem, Columellam, Palladium, & alios taceamus, qui & ipsi egregia de his memoria prodiderunt. Ciceronis.) libro de Legib. primo. Meminit eiusdem libro 7. cap. 9. Nulla gens est.) Pīcus Mirandulanus primo capite de Prouidentia Dei, non modò ex Theologis quosdam hoc asseruisse testatur, utputa Damascenum, Augustinum, & Thomam Aquinatem illum: sed etiam ex densissimis tenebris id uidisse Epicurum, ex crepu-

sculo quodam Platonicum Iamblychū. Damasceni locus est capite tertio libri de Ineffabili diuinitate: Quòd (inquit) profectò sit Deus, his qui sacras admittunt scripturas, haudquaquā in controuersia uenit, neq; plurimis quidē Græcorū. Nā cōgnitio quòd Deus sit, nobis natura insita est, atq; ingenta. Nactus autem græcū exemplar, etiam græca adijcere uolui: ὅτι μὴ ἐν δὲ θεός, τοῖς μὴ τὰς ἀγίας γραφὰς δεχομένοις (τὴν τε παλαιὰν καὶ καινὴν Ἰαμβλικῶν φημι) ἔκ ἀπὸ Θεολογίας, ἔσθ' ἐν τοῖς ἱν' ἐλλώων πλείοσι. ὡς γὰρ ἐφημὴν, ἢ γινώσκεις τὸ εἶναι θεόν, φησὶ κὼς ἡμῖν ἐγκρατέα σφραγίσται. Et deinde indicat, paulo post eò maliciæ progressum esse, ut inuenerentur, qui auderent negare Deum esse. ἐπεὶ δὲ τὸ τοσοῦτον λατρίου σφραγίσται πονηρὸς λακίκα τὸ ἀνθρώπων φύσεως, ὡς καὶ πινὰς εἰς τὸ ἀλογώτατον, καὶ πάντων κακῶν ἰσχυρὸν λατρίου φησὶ ἀπὸ λακίκα βαρὰ δροῦ, τὸ λέγειν μὴ εἶναι θεόν, &c. Augustinus libro 1. contra Cresconū grammaticum, capite 29. ex ignoti Dei ara quæ Athenis fuit, id ostendit. Iamblychus de Mysterioris, statim ab initio, interprete Marsilio sic scribit: Ante omnem rationis usum inest naturaliter insita deorum notio: imò tactus quidam diuinitatis melior quàm noticia, ex quo incitatur naturalis appetitus boni, & ratiocinatio atq; iudicium, &c. Quid quòd Cicero aliquo loco ait, nullam gentem esse tam efferam aut barbaram, quæ non sit imbuta aliqua opinione deorum? Augustinus Steuchus in sua perenni Philosophia, hoc unum agit, ut ostendat gentiles quàm proximè accessisse ad uerā religionē. Humanitate se abdicat.) Sicut apud Liliū, abdicare se magistratu, consulatu, dictatura, &c. ἀνεγορεύει elegans.

Quòd Deus hominem cupidum religionis & sapientiæ fecit, quorum alterum sine altero constare non potest: & quòd nihil eorum quæ mortales appetunt, sit summum bonum.

CAP. XI.

40 **C**onstatigitur, totius humani generis consensu, religionem suscipi oportere: sed quomodo in ea erretur, explicandum est. Naturam hominis hanc Deus esse uoluit, ut duarum rerum cupidus & appetens esset: religiōis, & sapientiæ. Sed homines ideo falluntur, quòd aut religionem suscipiunt, ommissa sapientiā: aut sapientiā soli student, ommissa religiōe: cum alterum sine altero esse non possit uerū. Cadunt ergo ad multiplices religiones: sed ideo falsas, quia sapientiā reliquerunt: quæ illos docere poterat, deos multos esse non posse: aut student sapientiā, sed ideo falsæ, quia religionem summi Dei omiserunt, quæ eos ad uerā scientiam potuit erudire. Sic homines qui alterum 50 trum suscipiunt, uitam deuiam, maximisq; erroribus plenam sequuntur: quoniam in his duobus inseparabiliter connexis, & officium hominis, & ueritas omnis inclusa est. Miror itaq; nullum omnino philosophorum extitisse, qui

sedem ac domiciliū summi boni reperiret. Potuerunt enim sic quærere: Quodcunque est summum bonum, necesse est omnibus esse propositū. Voluptas est quæ appetitur à cunctis: sed hæc & communis est cum beluis, & honesti uim nō habet, & satietatem affert, & nimia nocet, & processu minuitur ætatis, & multis non contingit. nam qui opibus carent, quorum maior est numerus, etiam uoluptate careant necesse est. Non est igitur summum bonū, sed ne bonum quidem uoluptas. Quid diuitiæ? Multo magis. Nam & paucioribus, & plerunque casu, & inertibus sæpe, & nonnunquam scelere contingunt, & optantur ab ijs qui eas iam tenent. Quid regnum ipsum? Ne id quidem, non enim cuncti homines regnare possunt: & necesse est uniuersos 10 summī boni capaces esse. Quæramus igitur aliquid, quod propositū sit omnibus. Num uirtus? Negari non potest quin & bonum sit, & omnium certè bonum. Sed si beata esse non potest, quia uis & natura eius in malorum præferentia posita est: non est profectò summum bonum. Quæramus aliud. At nihil uirtute pulchrius, nihil sapientia dignius inueniri potest. Si enim uitia ob turpitudinem fugienda est, uirtus igitur appetēda est ob decorem. Quid ergo? Potest ne fieri, ut quod bonum, quod honestum esse constat, mercede ac præmio careat: sitq; tam sterile, ut nihil ex se commodi pariat? Labor ille magnus, & difficultas, & eluctatio aduersus mala, quibus hæc uita plena est, aliquid magni boni pariat necesse est. Id uerò quid esse dicemus? num uolu- 20 ptatem? at nihil turpe ex honesto nasci potest. Num diuitias? num potētias? At ea quidem fragilia sunt & caduca. Num gloriam? num honorem? num memoriā nominis? At hæc omnia non sunt in ipsa uirtute, sed in aliorum existimatione atq; arbitrio posita. Nam sæpe uirtus & inuisa est, & malo afficitur. Debet autem id bonum quod ex eo nascitur, ita cohærere, ut diuelli atque distrahi nequeat. Nec aliter summum bonum uideri potest, quàm si proprium sit uirtutis, & tale, ut neq; adijci quicquam, nec detrahi possit. Quid, quòd in his omnibus contemnendis uirtutis officia consistunt? Nam uoluptates, opes, potentias, honores, atq; omnia quæ pro bonis habentur, non concupiscere, non appetere, non amare, quod ceteri faciunt uicti cupiditate, 30 id est profectò uirtutis. Aliud ergo sublimius atq; præclarius efficit: nec frustra his præsentibus bonis reluctatur, nisi quòd maiora & ueriora desiderat: non desperemus inueniri posse, modò uerset se cogitatio in omnia. Neque enim leuia aut ludicra petuntur præmia, sed quæritur quid sit, propter quod nascimur.

C O M M E N T A R I V S.

Superius tres quasi regulas posuit, uel ceu Lydios quosdam lapides, quibus philosophorum de finibus dogmata examinat. Nam *λευρόμυρα* falsa esse apparent, cum ad *αἴτια* illa exiguntur. Naturam hominis.) Vtrumq; Cicero in 1. de Legibus probat. Quod uerò religio à sapientia diuelli nequeat, potest philosophicis demonstrari rationibus. Nam Cicero in Offic. lib. sapientiam cum iusticia (sicut uirtutes inter se omnes) insolubili uinculo copulat. Iusticiæ uerò forma uel pars est religio. Sed Hebræorum sapiens fundamentum sapientiæ ponit religionem, quum ait: Initiū sapiētiæ, timor Domini. Multiplices religiones.) *δυσόμοιαι*, Omnibus esse propositum.) Tollit *πρωτοδυσία*. Cum beluis.) Non quidem

ex uniuersa uoluptate, sed quia sensus uoluptatis ministri sunt, singuli corpus humanum suauitate quadam afficiunt. Visus tamen, auditus & odoratus hominis peculiariter: ceterum gustus duntaxat, tactusq; beluas & hominem iuxta: ut auctor est Aristoteles in 1. Moral. cap. 21. item sect. 28. Problem. 2. De quo lege etiam Gell. lib. 19. cap. 2. Satietatem affert.) & per consequens nauseam, quæ uoluptati contraria est. Et processu minuitur ætatis.) Apud Ciceronem in Catone maiore quæstio est, utrum senectus uoluptate careat. Sed ne bonū quidem.) Remotio ab est secundi adiecti, ad est tertij adiecti: uel etiam generis ad speciem. 50 Et inertibus.) Id quod exprimitur in Aristophanis Pluto. Num uirtus.) Suprà uirtutem

tem causam mediam summi boni posuit. Differe-
bant igitur, quod causa & effectus. Iam dicit uir-
tutem malis esse contaminatam. Mala autem bo-
nis ex diametro pugnare, quis ignorat? Num

uoluptatem.) Elegans subiectionis exem-
plum, quæ in consuetudine regnat maximè.
Necq; adijci quicquam.) Nam sic absolu-
tum non esset.

*De duplici pugna corporis & animæ, & hostibus utriusq; : & quod uirtus non
propter se appetenda est, sed propter uitam æternam, quæ summum
bonum est, & uirtutem necessario sequitur, & in præ-
senti haberi non potest. CAP. XII.*

10 **Q**uid efficiat uirtus, sic possumus inuestigare. Duo sunt, ex quibus ho-
mo constat, animus & corpus. Multa sunt propria animi, multa pro-
pria corporis, multa utriq; cõmunia, sicut est ipsa uirtus : quæ quoties ad cor-
pus refertur, discernendi gratia fortitudo nominatur. Quoniam igitur utriq;
subiacet fortitudo, utriq; proposita dimicatio est, & utriq; ex dimicatione ui-
ctoria. Corpus, quia solidum est, & comprehensibile, cum solidis & cõprehen-
sibilibus cõfligat necesse est: animus autem quia tenuis & inuisibilis est, cum ijs
congregitur hostibus, qui uideri tangiq; nõ possunt. Qui sunt autem hostes
animi, nisi cupiditates, uitia, peccata: quæ si uicerit uirtus ac fugauerit, imma-
culatus erit animus ac purus. Vnde ergo colligi potest, quid efficiat animi
20 fortitudo: Nimirum ex coniuncto & pari, hoc est, ex corporis fortitudine :
quod cum in aliquam congressionem certamenq; uenerit, quid aliud ex ui-
ctoria quam uitam petit? Siue enim cum homine, siue cum bestia dimices,
pro salute certatur. Ergo ut corpus uincendo id assequitur, ut non intereat :
sic etiam animus, ut permaneat: & sicut corpus ab hostibus suis uictum, mor-
te multatur: ita superatus à uitijs animus, moriatur necesse est. Quid ergo in-
tererit inter animi corporisq; dimicationem, nisi quod corpus temporale ui-
tam expetit, animus sempiternam? Si ergo uirtus per seipsam beata non est,
quoniam in perferendis (ut dixi) malis, tota uis eius est: si omnia quæ pro bo-
nis concupiscuntur, negligit: si summus eius gradus ad mortem patet, quan-
30 do quidem uitam quæ optatur à cæteris, sæpe respuit, mortemq; quam cæ-
teri timent, fortiter suscipit: si necesse est ut aliquid ex se magni boni pariat,
quia suscepti & superati usq; ad mortem labores sine præmio esse non possunt:
si nullum præmiũ, quod ea dignũ sit, in terra reperitur, quando quidẽ cuncta quæ
fragilia sunt & caduca, spernit: quid aliud restat, nisi ut cœleste aliquid effi-
ciat, quia terrena uniuersa contemnit: & ad altiora nitatur, quia humilia de-
spicit: id uerò nihil aliud potest esse, quam immortalitas. Merito ergo phi-
losophorum non obscurus Euclides, qui fuit conditor Megaricorum discipli-
næ, dissentiens à cæteris, id esse summum bonũ dixit, quod simile sit, & idem
semper. Intellexit profecto quæ sit natura summi boni, licet id non explicauit
40 it quid sit: id est autem immortalitas, nec aliud omnino quicquam: quia sola
nec imminui, nec augeri, nec immutari potest. Seneca quoq; imprudens in-
cidit, ut fateretur, nullum esse aliud uirtutis præmiũ, quam immortalitatem.
Laudans enim uirtutem in eo libro quem de Immatūra morte conscripsit:
Vna, inquit, res est uirtus, quæ nos immortalitate donare possit, & pares
dijs facere. Sed & Stoici, quos secutus est, negant sine uirtute effici quenquã
beatum posse. Ergo uirtutis præmium beata uita est, si uirtus (ut rectè dictũ
est) beatam uitam facit. Non est igitur (ut aiunt) propter seipsam uirtus ex-
petenda, sed propter uitam beatam, quæ uirtutẽ necessario sequitur. Quod
argumentum docere eos potuit, quod esset summum bonũ. Hæc autem uita
50 præsens & corporalis beata esse non potest, quia malis est subiecta per cor-
pus. Epicurus Deum beatum uocat, quia incorruptus, & quia sempiternus
est. Beatitudo enim perfecta esse debet, ut nihil sit quod eam uexare ac mi-
nuere

nuere aut immutare possit. Nec aliter quicquam existimari beatū potest, nisi fuerit incorruptum. Incorruptum autem nihil est, nisi quod est immortale. Sola ergo immortalitas beata est, quia corrumpi ac dissolui non potest. Quod si cadit in hominem uirtus, quod negare nullus potest, cadit & beatitudo. Nō potest enim fieri ut sit miser, qui est uirtute præditus. Si cadit beatitudo, ergo & immortalitas cadit in hominem, quæ beata est. Summum igitur bonum sola immortalitas inuenitur, quæ nec aliud animal, nec corpus attingit, nec potest cuiquam sine scientia ac uirtute, id est, sine Dei cognitione ac iusticia obtinere: cuius appetitio quàm uera, quàm recta sit, ipsa uitæ huiusce cupiditas indicat. quæ licet sit temporalis, & labore plenissima, expetitur tamen ab omnibus, & optatur: hanc enim tam senes quàm pueri, tam reges quàm infimi, tam denique sapientes quàm stulti cupiunt. Tanti est (ut Anaxagoræ uisum est) contemplatio cœli ac lucis ipsius, ut quascunq; miseras libeat sustinere. Cum igitur laboriosa hæc & breuis uita, non tantum hominum, sed etiam ceterorum animantium consensu, magnum bonum esse ducatur: manifestū est, eandem summum ac perfectum fieri bonum, si & sine careat, & omni malo. Denique nemo unquam extitisset, qui hanc ipsam breuem cōtemneret, aut subiret mortem, nisi spe uitæ longioris. Nam illi qui propter salutem ciuū uoluntariæ se neci obtulerunt, sicut Thebis Menœceus, Athenis Codrus, Romæ Curtius, & Mures duo, nunquam mortem uitæ cōmodis prætulissent, nisi se immortalitatem opinione ciuū consequi putauissent. qui tametsi nescierunt immortalitatis uiam, res tamen eos nō fefellit. Si enim uirtus diuitias & opes ideo contemnit, quia fragiles sunt, uoluptates ideo quia breues: ergo & uitā fragilem breuemq; ideo contemnit, ut solidam & perpetuam consequatur. Ipsa ergo cogitatio per ordinem gradiens, & uniuersa considerans, perducit nos ad eximium illud & singulare, cuius causa nascimur, bonum. Quod si fecissent philosophi, si non quod semel apprehenderant, tueri pertinaciter maluissent: profecto peruenissent ad uerum hoc, ut ostendi modò. Quod si nō fuit eorum qui cœlestes animas unā cum corporibus extinguunt: illi tamen qui de immortalitate disputant animi, intelligere debuerūt, ideo propositam nobis esse uirtutem, ut perdomitis libidinibus, rerumq; terrestrium cupiditate superata, puræ ac uictrices animæ ad Deum, id est, ad originem suam reuertantur. Idcirco enim soli animantium ad aspectum cœli erecti sumus, ut summum bonum nostrum in summo Deo esse credamus. Ideo religionē soli capimus, ut ex hoc sciamus, humanum spiritum non esse mortalem: quod Deū, qui est immortalis, & desiderat & agnoscit. Igitur ex omnibus philosophis qui aut pro summo bono scientiam aut uirtutem sunt amplexi, tenuerūt quidem uiam ueritatis, sed non peruenierunt ad summum. Hæc enim duo sunt, quæ simul efficiunt illud quod quæritur. Scientia id præstat, ut quomodo & quò perueniendum sit nouerimus: uirtus, ut perueniamus. Alterum sine altero nihil ualet: ex scientia enim uirtus, ex uirtute summum bonum nascitur. Beata igitur uita, quam philosophi quæsiuerunt semper, & quærunt, siue in cultu deorum, siue in philosophia, nulla est. & ideo ab his nō potuit reperiri, quia summum bonum non in summo quæsiuerunt, sed in imo. Summum autē quid est, nisi cœlum & Deus, unde animus oritur: Imū quid est nisi terra, unde corpus est: Itaq; licet quidam philosophi summum bonum non corpori, sed animo dederint: tamen quoniam ad illud hanc uitam retulerunt, quæ cū corpore terminatur: ad corpus reuoluti sunt, cuius est omne hoc tēpus quod tranfgitur in terra. Quare non immeritò summum bonum non comprehenderunt: quia quicquid ad corpus spectat, & mortale & periturum, uanum sit necesse est. Non cadit ergo in hominem beatitudo illo modo, quo philosophi putauerunt: sed ita cadit, non ut tunc beatus sit quum uiuit in corpore: quod

quod utiq; ut dissoluatur, necesse est corrumpi: sed tunc cum anima societate corporis liberata, in solo spiritu uiuit. Hoc uno beati esse in hac uita possumus, si minimè beati esse uideamur: si fugientes illecebras uoluptatum, soliq; uirtuti seruientes, in omnibus laboribus miserisq; uiuamus, quæ sunt exercitia & corroboramenta uirtutis: si deniq; asperam illam uitam difficilemq; teneamus, quæ nobis ad beatitudinem patefacta est. Summum igitur bonum quod beatum facit, non potest esse, nisi in ea religione atq; doctrina, cui spes immortalitatis adiuncta est.

COMMENTARIVS.

- 10 Inter summi boni characteres fuit uisus: Summum bonum animi, nõ corporis esse, id nunc syn crisi ostendit. Nequaquam tamen satis cautus, in grauisimum impingit errorem: non Stoicorũ modo, quorum ipse autoritate nititur, sed Platonica etiam philosophia deceptus: quæ, id quod humanitatem noster capitibus superioribus uocauit, in solo animo, non item corpore constare creditur, & corpus pro carcere tantum animi habetur. quanquam uirtutem communem corpori cum animo facit, beatitudinis tamen summam in solo posuit animo, quum interim catholica ecclesie symbola habeant $\alpha\lambda\ \sigma\alpha\pi\eta\delta\ \alpha\omega\ \alpha\sigma\tau\epsilon\sigma\iota\upsilon$. Hierax Aegyptius, cuius sectatores $\iota\delta\ \rho\alpha\kappa\iota\sigma\tau\alpha$ fuerunt cognominati, animi tantum, non item corporis resurrectione, posuit: cuius dogma Epiphanius confutat libri secundi tomo secundo. Et est sanè difficile humanæ rationi creditu, quum multorũ corpora uideamus igne absumi, à bestijs auibusq; dilaniata uorari. Sed Paulus unus hisce erroribus
- 20 refellendis nobis sufficiet, qui priore ad Corinth. epist. capite 15. sol. dissimis rationibus carnis resurrectionem astruit. Vide Greg. Nyssenum. Duo sunt.) Paulina doctrina tribus hominem partibus componit: corpore, anima, & spiritu. Sed animalis homo nõ percipit ea quæ sunt Dei. Constituanus igitur in spirituali homine sinceram religionem: qua homines perfectam (quam Cicero somniauit) rationem habentes, multis gradibus à communi illa psychicorum, plurimis à be-
- 30 luina natura distant. Potest uideri, Lactantium idem credidisse animum, quod in sacris literis terra pars est spiritus: nempe apud quem spiritus nomen rarissimum est. Quid autem animus & anima differant, docet idem Lactantius de Opificio hominis. Ipsa uirtus.) Genus probat ex specie. Robur enim corporis, animi fortitudo esse aliàs obseruatur. Virtutem autem à uiro nominatam putant. Argumentatio est: Eandem esse generis materiem, quæ est speciei: sed materies
- 40 finis non est. Item: Si corpori & animo fortitudo communis est, iuxta determinatione supra traditam: non erit uirtus summum bonum, quia nec

fortitudo. Sed de dimicatione illa scripsit egregie Erasmus in enchiridio Militis Christiani. Hostes animi.) De hostib. $\epsilon\ \omega\alpha\upsilon\sigma\tau\lambda\iota\epsilon\ \chi\eta\sigma\tau\iota\alpha\ \nu\epsilon\iota\tau\iota\sigma\tau\epsilon\ \mu\epsilon\gamma\alpha\lambda\iota\sigma\tau\epsilon\ \mu\epsilon\gamma\alpha\lambda\iota\sigma\tau\epsilon\ \mu\epsilon\gamma\alpha\lambda\iota\sigma\tau\epsilon$ Christiani militis, uide Paulum ad Ephes. cap. 6. Moriatur necesse est.) quam mortem peccatorum Scriptura nominat. Quam immortalitas.) Iam tandem suam de summo bono pronunciat sententiam. Qui conditor Megaricorum.) Orditur iam nouam disputatione contra eos qui imprudentes & quasi per nebulam summum bonum uiderunt. Et est talis argumentatio, qualis Pauli aduersus Athenienses, de ara ignoti Dei. Videntur hæc ex quarto Academicarum Ciceronis desumpta esse. Locũ huc integrum referam: Et quam non multum à Platone Megarici discesserunt, quorum fuit nobilis disciplina, ut scriptum uideo, princeps Xenophanes: deinde eum sequuti Parmenides & Zeno. Itaq; ab his Eretriaci philosophi nominabantur. Post Euclides Socratis discipulus Megaræus, à quo idem illi Megarici dicuntur, qui id bonum solum esse dicebant, quod esset unum, & simile, & idem semper. Hi quoq; multa à Platone: à Menedemo autem, quod is Eretrias fuit, Eretriaci appellati. Quorum omne bonum in mente positum, & mentis acie, qua uerum cerneretur. Ex quib. uerbis patet, Lactantianam lectionem integram non esse. Nam ad descriptionem summi boni pertinebat etiam, ut unum esset. Galenus ad Stilponem Megaræum, Euclidis auditorem, disciplinae huius originem refert. Verba ipsius sunt ex Historia philosophica: $\alpha\lambda\ \epsilon\ \delta\epsilon\ \tau\omega\ \mu\epsilon\gamma\alpha\lambda\iota\sigma\tau\epsilon\ \delta\epsilon\ \tau\omega\ \mu\epsilon\gamma\alpha\lambda\iota\sigma\tau\epsilon\ \delta\epsilon\ \tau\omega\ \mu\epsilon\gamma\alpha\lambda\iota\sigma\tau\epsilon$ $\delta\iota\kappa\alpha\iota\upsilon\ \pi\alpha\tau\epsilon\delta\ \epsilon\iota\upsilon$, $\omega\varsigma\ \tau\omega\ \sigma\omega\kappa\alpha\tau\iota\kappa\omega\ \delta\epsilon\ \delta\epsilon\ \iota\upsilon\delta\ \delta\ \delta\upsilon\tau\alpha\pi\theta\ \tau\omega\ \delta\iota\alpha\lambda\omicron\iota\alpha\ \gamma\epsilon\gamma\omicron\upsilon\varsigma$, $\eta\varsigma\ \sigma\iota\lambda\pi\omega\ \mu\epsilon\gamma\alpha\lambda\iota\sigma\tau\epsilon\ \tau\omega\ \alpha\upsilon\tau\omega\ \delta\upsilon\gamma\mu\alpha\tau\omega\ \epsilon\upsilon\gamma\epsilon\tau\iota\varsigma$ $\lambda\omega$, $\tau\omicron\tau\epsilon\ \delta\epsilon\ \pi\alpha\mu\lambda\omega\iota\delta\iota\varsigma\ \delta\ \delta\epsilon\ \tau\omega\ \mu\epsilon\gamma\alpha\lambda\iota\sigma\tau\epsilon\ \delta\iota\delta\epsilon\ \alpha\iota\sigma\tau\omicron$, $\alpha\phi\ \delta\ \delta\epsilon\ \delta\epsilon\ \tau\omega\ \mu\epsilon\gamma\alpha\lambda\iota\sigma\tau\epsilon\ \delta\iota\delta\epsilon\ \alpha\iota\sigma\tau\omicron$. Sed ratione ipsa, deinde etiam autoritate Laertij probabiliora sunt, quæ retulit Cicero. Quod simile.) Simile, non $\pi\alpha\sigma\theta\varsigma$ intelligendum est, sed quod sibi sit simile. Sustulit enim (ut Laertius scribit) de cõparatione disputationem. Sunt hæc Platonica, nam in Cratylo: $\tau\omicron\ \kappa\alpha\lambda\omicron\upsilon\ \kappa\omega\ \alpha\gamma\alpha$

ὅτι τοῦτο ἄνδρα, οἷόν ἐστι. Et in Phædone:
 ὁ δὲ ἄλλο καλόν, πάλιν αὐτὸ τὸ καλόν.
 Seneca.) Nullus hodie Senecæ liber hoc titu-
 lo extat. Extat quidem de Vita beata ad Gallio-
 nem liber nobilis. Quinimò omnia Senecæ scri-
 pta hac sunt doctrina conspersa: præsertim tamē
 epistola 56, quæ est libro 12. Stoici.) Hip-
 podamus quidam Thurius citatur à Ioanne Sto-
 bæo, præclare de beatitudine differens. Is inter
 plurima alia inquit: ἂν μὲν γὰρ οὐδ' αἰμονία ἐκ
 ἀτρεθῶν ἀρετῶν. Epicurus Deum
 beatum.) Apud Laertium lib. 10, extat Epicu-
 ri uita: & in eadem, eiusdem ad Mæneciū quen-
 dam epistola, in qua ponit hanc Dei definitionem:
 πρῶτον μὲν τὸν θεόν, ζωὴν ἀφθάρτου καὶ μα-
 κροῦ νομίζειν, ὡς ἢ κοινὴ τῶν θεῶν νόσις, μη-
 θὲν μὴτε ἀφθαρσίας ἀλλότριου, μήτε τῆς
 μακροβιότητος ἀνοίκτου αὐτῷ προσήεται.
 Menœceus.) Eteocles Polynicen fratrem par-
 te regni excluderat. hunc quum socer Adrastus
 restituere uellet, accidit ut Tyresias uates uatici-
 naretur, uictoriam penes Thebanos futuram, si
 Menœceus Creontis filius sacrificium Marti fie-
 ret. Patris autem exilium potius suadentis, consi-
 lium filius repudians, se pro salute patriæ interfe-
 cit. Est hæc historia tragica apud Euripidem in
 Phœnissis, apud Statium in 10. Thebaid. Meminit
 Plut. in Pelopida. Iuuenalis satyra 14.

Quātus erat patriæ Deciorū in pectore: quā-
 uil Dilexit Thebas, si Græcia uera, Menœceus.

Menœcei & Codri meminit Cicero in primo
 Tusc. quæst. Codri, Curtij & Deciorum præte-
 rea Valerius lib. 5, cap. de Amore patriæ: ubi hi-
 storia à nobis latius explicabuntur. Puræ
 ac uictrices.) Non dissimile est illud Iambly-
 chi: οὐδ' αἰμωνία δὲ, ὁ δὲ ἄνθρωπος ὁ δὲ αὐτῶν ἄ-
 ματος, τέλει, ἀπλῶς, καλῶς, ἡγετυμῶν
 ἀπὸ ἀφθαρτίας ζωῆς. Sed gentilis ille respi- 10
 cit fortassis ad tertium illud Platonicum uirtutis
 genus, de quo Macrobius libro primo de Somn.
 Scipionis, capite octauo. Puræ et defecatæ apud
 Christianos animæ sunt regenerantium homi-
 num. Scientia id præstat.) Distribu-
 tione declarat id, quod ab initio proposuit.
 Dum uiuit in corpore.) Multis in ore
 est, ante obitum neminem esse beatum: suntq; hac
 sententia scriptorum libri conspersi. Sed non eo-
 dem sensu ab omnibus hoc intelligitur. Inuenias 20
 igitur hoc asserentes, qui animorum immortalita-
 tem negant, eos tum demum felicitatem assequu-
 tos credentes, quorum uitam beatam nulla pot-
 calamitatis aut ignominie nebula obtegere po-
 test, &c. Si immortalis sepe non ille est, qui æ-
 ternam uicturus est uitam: sed cuius nomen
 è memoria mortalium nunquam
 abolēbitur.

Quod anima sit immortalis: & quare diuina traditio logicam nō desideret, aut phi-
 losophiam, sed ethicam solam, in qua docenda summi philosophi erra-
 uerunt: & quare philosophia non sit dux uitæ, & uirtu-
 tum parens, expultrixq; uitiorum, contra
 Ciceronis opinionem, & aliorum.

CAPVT XIII.

RES exigere uidetur hoc loco, ut quoniam docuimus, immortalitatē esse
 summū bonum, id ipsum immortalem esse animam cōprobemus. Qua-
 dere ingens inter philosophos disceptatio est: nec quicquam tamen expli-
 care aut probare potuerunt ij qui uerum de anima sentiebāt, expertes huius
 diuinæ eruditionis: nec argumenta uera quibus uincerent attulerunt, nec te- 40
 stimonia quibus probarent. Sed opportunius hanc quæstionē tractabimus
 in ultimo libro, cum de uita beata nobis erit differendum. Superest pars illa
 philosophiæ tertia, quam uocant λογικῶν, id est rationalem: in qua tota dialē-
 ctica & omnis loquendi ratio continetur. Hanc diuina eruditio non deside-
 rat: quia non in lingua, sed in corde sapientia est: nec interest quali utatur ser-
 mone: res enim, non uerba loquuntur. & nos nō de grammatico aut orato-
 re, quorum scientia est, quomodo loqui deceat: sed de sapiente differimus, cu-
 ius doctrina est, quomodo uiuere oporteat. Quod si neq; physica illa ratio
 necessaria est, neq; hæc logica, quia beatum facere non possunt: restat ut in so- 50
 la ethica totius philosophiæ uis contineatur: ad quam se abiectis omnib. So-
 crates contulisse dicitur. In qua etiam parte quoniam philosophos errasse do-
 cui, qui summum bonum, cuius capiendi gratia generati sunt, non cōprehen-
 derunt:

derunt: apparet falsam & inanem esse philosophiam, quia nec instruit ad iusticiae munera, nec officium hominis rationemque confirmat. Sciant igitur errare se, qui philosophiam putant esse sapientiam, non trahantur autoritate cuiusquam, sed ueritati potius & faueant ac cedant. Nullus hic temeritati locus est: in aeternum stulticiae poena subeunda est, si aut persona inanis, aut opinio falsa deceperit. Homo autem qualiscumque est, si sibi credit: hoc est, si homini credit (ut non dicam stultus, qui suum non uideat errorem) certe arrogans est, qui sibi audeat uendicare, quod humana conditio non recipit. Ille ipse Romanæ linguæ summus autor quantum fallatur, licet ex illa scientia peruidere.

10 qui cum in libris Officiorum philosophiam nihil aliud esse dixisset, quam studium sapientiae: ipsam autem sapientiam, rerum diuinarum & humanarum scientiam, tum adiecit: Cuius studium qui uituperat, haud sanè intelligo, quid nam sit quod laudandum putet. Nam si oblectatio quaeritur animi, requiesque curarum, quæ conferri cum eorum studiis possunt, qui semper aliquid inquirunt quod spectet & ualeat ad bene beateque uiuendum. Si uerò ratio constantiae uirtutisque quaeritur, hæc ars est, aut nulla omnino, per quam eas assequamur. nullam dicere maximarum rerum artem esse, cum minimarum sine arte nulla sit, hominum est parum consideratè loquentium, atque maximis in rebus errantium. Si autem est aliqua disciplina uirtutis, ubi ea quaeretur, cum ab isto genere discendi discesseris: Equidem tamen si operam dederim, ut quantulumcunque dicendi assequerem facultatem, propter studium docendi: tamen eloquens nunquam fui, quippe qui forum ne attigerim quidem: sed necesse est ipsa me faciat causæ bonitas eloquentem. ad quæ disertè copioseque defendendam, scientia diuinitatis & ipsa ueritas sufficit. Vellem igitur Ciceronem paulisper ab inferis surgere, ut uir eloquentissimus ab homunculo non deserto doceretur. Primum, quid nam sit quod laudandum putet, qui uituperat id studium, quod uocatur philosophia. Denique neque illam esse artem, qua uirtus & iusticia discatur, nec aliam ullam, sicut putauit. Postremo, quoniam est uirtutis disciplina, ubi quaerenda sit, cum ab illo discendi genere discesseris. Quod

20 ille non audiendi discendi que gratia quaerebat (à quo enim posset audire, cum sciret id nemo?) sed, ut in caulis sacre solebat, interrogatiōe uoluit urgere, ad confessionemque deducere: tanquam consideret, responderi prorsus nihil posse, quo minus philosophia esset magistra uirtutis. quod quidem in Tusculanis disputationibus aperte professus est, ad eam ipsam conuersa oratione, tanquam se declamatorio dicendi genere iactaret: O uita philosophia dux, inquit, o uirtutis indagatrix, expultrixque uirtutum, quid non modo nos, sed omnino uita hominum sine te esse potuisset? Tu inuentrix legum, tu magistra morum ac disciplinae fuisti. Quasi uerò aliquid per seipsa sentiret, ac non potius ille laudandus esset, qui eam tribuit. Potuit eodem modo gratias agere cibo & potui, quia

30 sine his rebus uita constare non possit: in quibus ut sensus, ita beneficii nihil est. Atqui ut illa corporis alimenta sunt, sic animæ sapientia.

COMMENTARIUS.

A capite tertio ad septimum usque, contra physicos disseruit. Inde hucusque, ad Ethicam deflexit. Prior huius capituli pars logicam à sapientiae professione excludit. Altera docet aliud esse sapientiam, aliud philosophiam: & id maxime contra Ciceronem. Ultimo libro.) cap. 8.9 et 10. Non in lingua.) Ab ubi, siue diuersitate causarum. A corde autem, sapientes homines cordati sunt dicti: à lingua, stulte garruli linguaces. Res enim, non uerba.) Historia memo-

rato digna scribitur in historijs Ecclesiasticis, de quodam arguto disputatore, cuius sophismata cum nemo equalium eludere ualeret, intererat Christianus aliquis, nullo alio quam simplicitatis nomine insignis. Hic arroganter disputatis os sua simplicitate ita obstruxit, ut obmutesceret, non sine omnium admiratione. Interrogatus de tã repentino silentio, respondit: alios uerba uerbis comutasse, hunc uerò uirtute pugnare. Extant Socrōmi uerba lib. 1. ca. 18. quæ propter græcæ linguæ studiosos subiungantur.

λέγεται ἔν, ὡς τινος αὐτῶν ἑσὶ φιλοσοφίας
 λόγων κομπίζοντος, ἢ τοῖς ἰσοδύοις ἡδύτω
 θαζόντι, ἐκ τῶν γὰρ τῶν τῶν γὰρ ἀ-
 πλῆς τις ἴσῃ ὁμολογίας διδασκίμω αὐτῶν.
 τοιούτων δὲ σκινδ' ἀλάμων καὶ τέρθειας ἀ-
 μοιρος ὦν, τῶν πῶς αὐτῶν ἀνδ' ἔφατο λόγων.
 ἡδὲ ἑσὶ δὲ τοῖς ἢ πεπετίει τῶν εἰδῶν τῶν
 ὁμολογητῶν, γέλωτα ἐκίνησε τὸ πρῶτον.
 τοῖς δὲ ἡδύταισι δὲ, πρῶτον μὲν ἢ πρῶτον
 ἀνδρὶ τεχνίτη λόγων γέλωτα φανείν. ὡς
 δ' ἔν συγχωρησάντων λέγειν ἢ βύλετου (αὐ-
 πτείναν γὰρ αὐτῶν τοιούτων ὄντι ἡδὲ πολὺ
 ἡδύτω) ἢ ὄνομα πικροῦ χριστοῦ, ἔφη, φιλό-
 σοφει ἀκουσομ' εἰς δὲ θεὸς ἔρανον καὶ γῆς, καὶ
 πάντων τῶν ὁρμηλίων καὶ ἀοράτων διακίονε-
 γός, ὁ πάντα ταῦτα τῆ δυνάμει τοῦ λόγου
 ποιήσας, καὶ τῆ ἀγνοσῶν τὸ ἀγίον πῶν δὲ
 τῶν αὐτῶν σκεῖφας. ὅπως ἔν ὁ λόγος, φησὶν, ὅν
 ἡμῖς ἡδὲ θεὸς πρῶτον γέλωτα, ἐλεήσας ἑσὶ
 ἀνθρώπους ἢ πλάνης, καὶ ἢ θεοῦ δὲ πῶ
 λιτήσας, εἴλετο ἐκ γυναικὸς τεχνίτων, καὶ
 τοῖς ἀνθρώποις σιωμῶν ἢ, καὶ ἀρδανῶν
 ἢ πρῶτον αὐτῶν. ἢ ἔπει δὲ πάλιν κειτῆς τῶν ἐκείνων
 βεβιωμένων, ταῦτα ἔρανος ἔχειν ἀπὸ ὁρμῶν
 πρῶτον μὲν, μὴ τῶν μᾶλλον πῶν τῶν πῶν
 κατὰ ὁρμῶν ἐλέγχος ἡδὲ τῶν, ἢ τῶν
 ἢ ἡδὲ τῶν ταῦτα, ἢ μὴ ἡδὲ τῶν ἢ ἔρανος,
 ἢ ἢ πρῶτον ὁρμῶν μοι ἀποκείναι. πῶς
 ταῦτα κατὰ πλάγεις ὁ φιλόσοφος, πρῶτον
 φησὶ, καὶ ἢ ἢ πῶν χρεῖν ὁμολογήσας, αὐτῶν
 τῶν πρῶτον ἔρανος ἢ ἢ τῶν πρῶτον ὁ-
 μοίως ὁρμῶν ὁμοφρονῶν σιωμῶν ἢ ἢ ἢ
 ἐκ ἀθε εἰ μεταπεθεῖς ἐπομνύμενος, ἢ ἢ ἢ
 φράσῶ τῶν δυνάμει χριστοῦ πρῶτον ἢ ἢ ἢ.
 Atq; hæc ibi ad hunc modum leguntur.

Quod si.) A' causa materiali. Sciant igi-
 tur.) Sequitur iam altera disputatio. Sed
 ueritati.) Licet Plato amicus, magis tamen a-
 mica ueritas. Homo autem.) Respicit
 ad illud Terentij: Censet me hominem esse?
 Quo loco poeta proprium hominis esse dicit, er-
 rare. Sed quid, Lactanti, Comicus dicit, hominis
 proprium esse errare: tu, religione tinctum esse,
 ceu proprium homini adscribis. Vtri potius cre-
 dam? Nam alterutri subscribendum uideo. Aut
 quomodo te tibi conciliabo? Mea quidem senten-
 tia, nō malē, si dicam: Animalis hominis propriū
 esse, errare: spiritualis proprium esse, religione
 esse præditum, & ea uera. In libris Offi-
 ciorum.) in præfatione secundi libri. Et quan-
 quam hic locus omnium in manib. uersetur: quia
 tamen lectio Lactantiana cum Cicerone nō per

omnia congruit, & pleraq; manca leguntur, adscri-
 bam Ciceronis locum integrum. Quid est enim,
 inquit, per deos optabilius sapientia? quid præ-
 stantius? quid homini melius? quid homine di-
 gnus? Hanc qui expetunt igitur, philosophi nomi-
 nantur: nec quidquā aliud est philosophia, si in-
 terpretari uelis, quam studium sapientiæ. Sapien-
 tia autem est (ut à ueteribus philosophis definitū
 est) rerum diuinarum & humanarū, causarūq;
 quibus hæc res continentur scientia. Cuius studiū
 qui uituperat, haud sanē intelligo quid nam sit
 quod laudandū putet. Nam siue oblectatio quæ-
 ritur animi, requiesq; curarum, quæ conferri cū
 eorum studijs potest, qui semper aliquid acquirūt,
 quod spectet & ualeat ad bene beateq; uiuendū:
 siue ratio constantiæ uirtutisq; dicitur, aut hæc
 ars est, aut nulla omnino, per quam eas assequa-
 mur. Nullam uerō dicere maximarum rerum ar-
 tem esse, cum minimarum sine arte nulla sit, homi-
 num est parum consideratē loquentium, atque in
 maximis rebus errantium. Si autē est aliqua disci-
 plina uirtutis, ubi ea quæretur, cum ab hoc discen-
 di genere discesseris? Hactenus Cicero. Verū
 utrum uirtus doceri possit, præter ea quæ Plutar-
 chus disputat, quædam nos in eodem Ciceronis
 loco annotauimus. Maximarum rerū.)
 A' minori ad maius. Qui eloquens.)
 uisio, qua Ciceronis eloquentiam suspectam
 facit. Nam dum suam extenuat dicendi facultatē,
 uictoriam tamen disputationis concedit minimē,
 contentione demonstratiua docens, dicendi rati-
 onem parum ad probandam ueritatem ualere.

Vides porrō hic discrimen aliquod inter elo-
 quentem & disertum, de quo Quintilianus in
 proœmio libri octauī, disertis satis putat dicere,
 quæ oporteat ornate autem propriē esse dicere,
 eloquentissimi. Antonius in primo de Oratore a-
 pud Ciceronem, disertos dicit se uidisse nonnul-
 los, eloquentem adhuc neminem. Quod enim,
 inquit, statuebam disertum, qui posset satis acutē
 atq; dilucidē apud mediocres homines ex commu-
 ni quadam hominum opinione dicere: eloquen-
 tem uerō, qui mirabilius & magnificentius au-
 gere posset, atq; ornare quæ uellet, omnesq; om-
 nium rerum quæ ad dicendum pertinerent, fon-
 teis animo ac memoria contineret. In
 Tusc. quæst.) In præfatione quinti libri. cui-
 us uerba, quia etiam hic mutilata leguntur, ex
 ipso authore etiam isthæc integra adscribam: O
 uitæ philosophia dux, o uirtutis indagatrix, ex-
 pultrix que uitiorum, quid non modō nos, sed
 omnino uita hominum sine te esse potuisset?

Tu ur-

Tu urbes peperisti, tu dissipatos homines in societatem uitæ conuocasti. Tu eos inter se primò domesticis, deinde coniugijs, tum literarū & uocum, cōmuni ore iunxisti: tu inuentrix legū, tu magistra morū & disciplinæ fuisti. Deus bone, quanta ex his uerbis confutandi relicta est materia.

Quòd Lucretius & alij errauerunt, opinati sapientiā inuentam esse ab homine, nec datam hominibus à creatore. Et quomodo Cicero suis uerbis conuincitur: & quòd philosophia nec uerum docet, nec ad rectè uiuendum instruit. CAPVT XIII.

10 **R**ectius itaq; Lucretius, cum eum laudat, qui sapientiā primus inuenit: sed hoc ineptè, quòd ab homine inuentam putauit. Quasi uerò illam alibi iacentem homo ille quem laudabat, inuenerit, tanquam tibias ad fontem, ut poetæ aiunt, quòd sic repertorem sapientiæ ut Deum laudauit: ita enim dicit:

Nemo (ut opinor) erit mortali corpore cretus.

Nam si ut ipsa petit maiestas cognita rerum,

Dicendum est: Deus ille fuit, Deus in clype Memmi.

Tamen nō erit sic laudandus Deus, quòd sapientiā inuenerit: sed quòd hominem fecerit, qui posset capere sapientiā. Minuit enim laudem, qui partē laudat ex toto. Sed ille ut hominem laudauit: qui tamen ob id ipsum deberet pro Deo haberi, quòd sapere inuenerit. nam sic ait:

— Nonne decebit

Hunc hominem numero diuū dignari esse?

Vnde apparet, aut Pythagoram uoluisse laudare, qui se primus (ut dixi) philosophum nominauit: aut Milesium Thalem, qui de rerum natura primus traditur disputasse. Sed dum hominem quærit extollere, rem ipsam deprehsit: non est enim magna, si ab homine potuit inueniri. Verum potest, ut poetæ, dari uenia. At ille idem perfectus orator, summusq; philosophus, ne Græcos reprehendam, quorum leuitatem semper accusat, & tamen sequitur ipsam sapientiā, quam aliàs donum, aliàs inuentum deorum uocat, poeticè figuratam laudat in faciem. Grauius etiam queritur, extitisse aliquos qui eam uituperarent. Quisquā ne, inquit, uituperare uitæ parentem, & hoc parricidio se inquinare audeat, & tam impiè ingratus esse? Nos ergo, Marci Tulli, parricide sumus, & insuendi te iudice in culeum, qui philosophiā negamus parentem esse uitæ? An tu qui aduersus Deum tam impiè ingratus es (non hunc, cuius effigiem ueneraris in Capitolio sedentem: sed illum qui mundum fecit, hominemque figurauit: qui sapientiā quoque ipsam inter cætera cœlestia beneficia largitus est) Magistram tu uirtutis, aut parentem uitæ uocas: ad quam si quis accesserit, multo sit incertior necesse est, quam prius fuerit? Cuius enim uirtutis? quæ ipsa ubi sita sit, adhuc philosophi non expediunt. Cuius uitæ? quum ipsi doctores antè fuerint senectute ac morte confecti, quam constituerint, quomodo uiui deceat. Cuius ueritatis indagatricem profiteri potes, qui sæpe testaris, quum tanta multitudo fuerit philosophorum, sapientem tamen extitisse adhuc neminem. Quid ergo te magistra illa uitæ docuit? An ut potentissimum Consulem maledictis incesseres? eumque hostem patriæ uenenatis orationibus faceres? Sed omittamus illa, quæ possunt excusari fortunæ nomine. Studuisti nempe philosophiæ, & quidem sic, ut nullus unquam diligentius: quippe qui omnes cognoueris disciplinas, sicut ipse gloriari soles, eamque ipsam latinis literis illustraueris, imitatorēque te Platonis ostenderis. Cedò igitur quid didiceris, aut in qua secta ueritatē deprehenderis? In Academia scilicet, quam sequutus es: quam probasti? At hæc nihil docet, nisi ut scias te nihil scire.

Tui

Tui ergo te libri arguunt, quàm nihil à philosophiâ disci possit ad uitam. Hæc tua uerba sunt: Mihi autem non modò ad sapientiâ cæci uidemur, sed ad ea ipsa, quæ aliqua ex parte cerni uideantur, hebetes & obtusi. Si ergo philosophia est magistra uitæ, cur tibi ipse cæcus & hebes & obtusus uidebare, quæ oportuit illa docentem & sentire & sapere, & in clarissimâ luce uersari? At quam confessus fueris philosophiæ ueritatem, docent ad filium composita præcepta: quibus mones, philosophiæ quidem præcepta noscenda, uiuendum autem esse ciuilitate. Quid tam repugnans dici potest? Si noscenda sunt præcepta philosophiæ, ideo utique noscenda sunt, ut rectè sapiēterque uiuamus. Vel, si ciuilitate uiuendum est, non est igitur philosophia sapientia: siquidem melius est ciuilitate quàm philosophicè uiuere. Nam si sapiētia est, quæ dicitur philosophia: stultè profectò uiuit, qui non secundum philosophiam uiuit. Si autem non stultè uiuit, qui ciuilitate uiuit: sequitur ut stultè uiuat, qui philosophicè uiuit. Tuo itaque iudicio philosophia stulticiæ inanitatisque damnata est. Idē in Consolatione, id est in opere nō ioculari, hanc de philosophia sententiam tulisti: Sed nescio quis nos tenet error ac miserabilis ignoratio ueri. Vbi est ergo philosophiæ magisterium? aut quid te docuit illa uitæ parens, si uerum miserabiliter ignoras? Quod si hæc erroris ignorationisque confessio penè inuito tibi ab intimo pectore expressa est: cur non aliquando uerum fatearis, philosophiam, quam tu nihil docentem in cœlum laudibus extulisti, magistram uirtutis esse non posse?

C O M M E N T A R I V S.

Inuentor cuiusque rei maior est re inuenta. Citero ingratus est aduersus Deum, ad quæ sapientia suum refert originem: ingrator Lucretio, qui sapientia repertorē pro deo habuit. Docet item, Ciceronis doctrinam cum professione pugnare. **Lucretius.**) libro quinto. Tanquam tibias.) Proverb. Casus fortuiti: natum ex fabula Marsyæ Phrygiæ. Sed cur non eam adeo ex Hygino refero? Minerua tibias dicitur prima ex osse ceruino fecisse, & ad epulum deorum cantatum uenisse. Iuno & Venus cum eam irriderēt, quod & cæsa erat, & buccas inflaret, sceda uisa, & in cantu irrisa, in Idam sylvam ad fontem uenit, ibique cantas in aqua se aspexit, & uidit se merito irrisam, unde tibias ibi abiicit, & imprecata est, ut quisquis eas sustulisset, graui afficeretur supplicio, quas Marsyas Oeagri filius pastor, unus ex Satyris, inuenit: quibus assidue cōmeletando, sonū suauiore[m] indies faciebat, adeo ut Apollinē ad citharæ cantū in certamen prouocaret. Quò ut Apollo uenit, Musas iudices sumpserunt. & cum iam Marsyas inde uictor discederet, Apollo citharam uersabat: idemque sonus erat, quod Marsyæ tibijs facere non potuit. Itaque Apollo uictum Marsyā ad arborē religatū Scythæ tradidit, e cuius sanguine flumē Marsyan est appellatū. Refertur etiā à Palæphato non longè à sine: item à Iohanne Tzetza Chiliade prima, de Varia historia. Mythologiam uide apud Fulgentium lib. ter-

tio. Plato & Ouidius satyrum fuisse scribunt: Palæphatos ἀγροῦνοῦ uocat generaliōri uocabulo. neque de parente constat, quod ex sequentibus clarius fiet. Sed quia in tibiæ inuentionem incidimus, Plinij, Plutarchi et Apuleij super hac re uerba adscribemus. Plinius libro septimo, cap. quinquagesimo sexto: Musicam Amphion, fistulam Pan, monaulum Mercurius, obliquam tibiam Midas in Phrygia, geminas tibias Marsyas in eadem gente, Lydios modulos Amphion, Dorios Thamyras Thrax, Phrygios Marsyas Phryx, &c. Plutarchus in Musica: λέγεται γὰρ ἡ πρῶτη μῦθος Ὀλύμπου ἀλλητικῶν ὄντων ἐκ Φρυγίας, ποιῆσαι νόμον ἀλλητικῶν εἰς ἀπέλλων, τὸν καλέμενον πολυκίθαρον. εἰ δὲ ἡ Ὀλύμπου τὸ τὸν φασιν ἦν ἄρ' ἢ πρῶτος Ὀλύμπου, τὸ μαρσὺς πεποιημένος εἰς αὐτὸ θεὸς αὐτὸς ἦν. ὁ γὰρ ποιητὴς ἀγρόμιλος μαρσὺς, ἡτικῶν ἀλλητικῶν μαθὼν ἢ αὐτῷ, αὐτὸς νόμος αὐτὸς ἀρμονικὸς ἐξέλιγε εἰς τὴν ἑλλάδα, &c. Et paulo inferius: τὸν δὲ καλέμενον ἀρμάτιον νόμον λέγεται ποιῆσαι ὁ πρῶτος Ὀλύμπου, ὁ μαρσὺς μαθητὴς. ἢ δὲ μαρσὺν φασὶ τινὸς μάστω καλεῖσθαι: οἱ δ' ἄλλα μαρσὺν εἶναι δὲ αὐτὸν ἀγροῦνοῦ ἦν, τὸ πρῶτος εὐρέντων ἡτικῶν ἀλλητικῶν τέχνη, &c. Apuleius lib. 1. Floral. Hyagnis, inquit, fuit (ut fando accepimus) Marsyæ tibicinis pater, & magister, rudibus adhuc musica seculis, solitus ante alios cantus canere.

Nondum

Nondum tam infessa anima sono, nec tam pluri-
formi modo, nec tam multiformi tibia. Quippe
adhuc ars ista repertu nouo commodum orieba-
tur: nec quicquam omnium est, quod possit in pri-
mordio sui perfici: sed in omnibus ferme ante esse
spei rudimentum, quam rei experimentum. Pro-
sus igitur ante Hyagnin nihil aliud pleiq; calle-
bat, quam quod Vergilianus opilio seu bubsequa,
Stridenti miserum stipula disperdere carmen.

10 Quod si quis uidebatur paulo largius in arte
promouisse, ei quoq; tum mos fuit una tibia, uelut
una tuba personare. Primus Hyagnis in canendo
manus discapudinavit. primus duas tibias uno spi-
ritu animauit, primus laeuis & dextris forami-
bus acuto tinnitu, & graui bombo cōcentum mu-
sicum miscuit. Eo genitus Marsyas, cum in arti-
ficio patris foret tibicinus Phryx cetera & Bar-
barus, uulu ferino, trux, hispidus, multibarbus,
spinis & pilis obsitus, fertur (proh nefas) cum
20 Apolline certauisse. Ceterum de illo certamine,
deq; Marsyæ excoriatione, lege Ouidium lib. 6.
Diodorum Siculum libro quarto Antiquit.

Vt dixi.) eodem supra libro, capite secundo.
Thalem.) Ionice philosophiæ authorem, de
quo alibi. Leuitatem.) cum alibi, tum in o-
ratione pro L. Flacco. Alias donum.)
Cicero in 1. Tusc. Philosophia uerò omnium ma-
ter artium, quid est aliud, nisi (ut Plato ait) do-
num: at ego, inuentum deorum. Plato in Timæo:
30 οὐ μὲν γὰρ ἀγαθὸν οὐδ' ἄλλο τι, ἢ τὸ ἀγαθὸν ποιεῖν.
Quam sen-
tentiam transtulit Cicero ad M. Catonem scri-
bens, libro Epist. 15. Quisquam ne.) Su-
spicor locum fuisse in Hortensio. Et insuen-

di.) Cicero pro Roscio: Supplicium in parrici-
das singulare excogitauerunt, ut quos natura ip-
sa in officio retinere non potuisset, in magnitudine
pœnæ maleficio submouerentur: insui uoluerunt
in culeum uiuos, atque in fluuium deijci. Modesti-
nus Iurecos, l. pœna par. ff. ad leg. Pomp. de pœnâ
parricid. Pœna, inquit, parricidij more maiorū hæc
instituta est, ut parricida uirgis sanguineis uerbe-
retur, deinde culeo insuatur, cum cane & gallo
gallinaceo, & uipera et simia, deinde in mare pro-
fundum culeus iactetur. Hoc ita, si mare proximū
sit: alioqui bestiis subijcietur, secundum diu Ha-
driam constitutionem. Potentissimum
Cos.) Marcum Antonium, qui cum C. Casare
eo anno consulatum gessit, quo Casar fuit inter-
fectus, anno ab V. C. septingentesimo decimo: in
quem nouem scripsit orationes inuectiuas, quas
(teste Fabio) ad Demosthenis imitationem Phi-
lippicas nominauit. Literis illustraue-
ris.) In præfatione primi libri Tuscul. Nisi
ut scias te nihil scire.) Cicero in primo A-
cademic. quæst. de Socrate: Refellat alios, nihil
se scire dicat nisi id ipsum, eoque præstare ceteris,
quod illi quæ nesciant, scire se putent: ipse se nihil
scire, id unum sciat. ob eamq; rem se arbitrari ab
Apolline omnium sapientissimū esse dictum, quod
esset una omnis sapientia, non arbitrari se scire
quod nesciat. Mihi autem.) Locus hic de-
sideratur hodie. Ad filiū.) In Officijs qui-
dem negat extra consociationem iusticiæ officia
conseruari posse, & ob id ociosam & inerti phi-
losophorū uitam damnat. ut infra cap. 16. ipse La-
etantius indicabit. Sed hæc uerba in Cicerone
nuspian inuenio.

Seneca error, & quid philosophia secundum ipsum: & quod sicut Deus unus
& ueritas una, ita una est & simplex sapientia: & quomodo
philosophorum oratio pugnet cum uita.

CAPVT XVI

40 Eodem ductus errore Seneca (quis enim ueram uiam teneret, errante Ci-
cerone?) Philosophia, inquit, nihil aliud est, quæ recta uiuendi ratio, uel ho-
nestè uiuendi scientia, uel ars rectè uitæ agenda. Non errabimus, si dixerimus
philosophiā esse legē bene honesteque uiuendi. Et qui dixit illam regulā uitæ,
suum illi nomen reddidit. Hic planè nō respexit ad cōmune philosophiæ no-
men: quæ cum sit in plureis sectas disciplinasque diffusa, nihilque habeat certi,
nihil denique de quo uniuersi una mēte ac uoce cōsentiāt: quid potest esse tam
falsum, quæ regulā uitæ philosophiā uocari, in qua diuersitas præceptorū rectū
iter impediāt & turbet? aut legē bene uiuendi, cuius capita lōgè dissonant?
aut scientiā uitæ agenda, in qua nihil aliud efficit, contraria sæpe dicēdo, quæ ut
50 nemo quicquam sciat? Quæro enim, utrum ne academiā philosophiā putet esse,
an nō? Negaturū non arbitror. quod si est, nihil ergo illorū cadit in philosophiā:
quæ ut omnia reddat incerta, legē abrogat, artē nullā putat, rationē subuertit,
regulam

regulam deprauat, scientiã funditus tollit. Falsa igitur illa omnia, quia in rem semper incertam & adhuc nihil explicantem, cadere non possunt. Nulla itaque ratio, uel scientia, uel lex bene uiuendi, nisi in hac unica & uera & cœlesti sapientia constituta est, quæ philosophis fuit ignota. Nam illa terrena, quoniam falsa est, sit uaria & multiplex, sibiq; tota contraria est: & sicut unus est huius mundi constitutor & rector Deus, una ueritas: ita unam esse ac simplicem sapientiam, necesse est: quia quicquid est uerum ac bonum, id perfectum esse non potest, nisi fuerit singulare. Quod si philosophia uitã posset instruere, nulli alij nisi philosophi essent boni: & qui eam non didicissent, essent omnes semper mali: cum innumerabiles existant, & semper extiterint, qui sint aut fuerint sine ulla doctrina boni: ex philosophis autem perrarò fuerit, qui aliquid in uita fecerit laude dignum. Quis est tandem, qui non uideat, eos homines uirtutis, qua ipsi egent, non esse doctores? Nam si quis mores eorum diligenter inquirat, inueniet iracundos, cupidos, libidinosos, arrogantes, proteruos, & sub obtentu sapientiæ sua uitia celantes, tum domi facientes ea que in scholis arguissent. Fortasse mentior accusandi gratia. nonne id ipsum Tullius & fatetur & queritur? Quotus quisq; (inquit) philosophorũ inuenitur, qui sit ita moratus, ita animo & uita cõstitutus, ut ratio postulat: qui disciplinam suam non ostentationem scientiæ, sed legem uitæ putet: qui obtemperet ipse sibi, & decretis pareat suis? Videre autem liceat alios tanta leuitate & iactatione, ut his fuerit non didicisse melius: alios pecuniæ cupidos, alios gloriæ, multos libidinum seruos, ut cum eorum uita & uitijs mirabiliter pugnet oratio. Nepos quoq; Cornelius ad eundem Ciceronem ita scribit: Tantum abest, ut ego magistram esse putem uitæ philosophiam, beatæq; uitæ perfectricem, ut nullis magis existimem opus esse magistris uiuendi, quàm plerisq; qui in ea disputanda uersantur. Video enim magnam partem eorum qui in schola de pudore & continentia præcipiant argutissimè, eosdem in omnium libidinum cupiditatibus uiuere. Item Seneca in Exhortationibus: Plerique, inquit, philosophorum tales sunt disertissimi in conuitiu suum, quos si audias in auariciam, in libidinem, in ambitionem perorantes, in iudiciũ sui putes professos: adeò redundant ad ipsos maledicta in publicum missa, quos nos non aliter intueri decet, quàm medicos, quorũ tituli remedia habent, pyxides uenena. Quosdam uerò nec pudor uitiorum tenet, sed patrociniã turpitudini suæ fingunt, ut etiam honestè peccare uideantur. Faciet sapiens (inquit idem Seneca) etiam quæ non probabit, ut etiam ad maiora transitum inueniat: nec relinquet bonos mores, sed tempori aptabit: ut quibus alij utuntur in gloriam aut uoluptatem, utatur agenda rei causa. Deinde paulo post: Omnia quæ luxuriosi faciunt, quæq; imperiti, faciet & sapiens: sed non eodem modo, eodemq; proposito. Atqui nihil interest quo animo facias, quod fecisse uitiosum est: quia facta cernuntur, animus non uidetur. Aristippo Cyrenai-
corũ magistro cũ Laide nobili scorto fuit cõsuetudo: quod flagitiũ grauis ille philosophiæ doctor sic defendebat, ut diceret, multũ inter se & ceteros Laidis amatores interesse: quòd ipse haberet Laidem, alij uerò à Laide haberentur. O præclara & imitanda bonis sapientia. Huic uerò liberos in disciplinã daret, ut discerent habere meretricem? Aliquid inter se ac perditos interesse dicebat: scilicet quòd illi bona sua perderent, ipse gratis luxuriaretur. In quo sanè sapientior meretrix fuit, quæ sic philosophum habuit pro lenone, ut ad se omnis iuuentus, doctoris exemplo & autoritate corrupta, sine ullo pudore concurreret. Quid ergo interfuit, quo animo philosophus ad meretricem famosissimam commearet, cum eum populus & riuales sui uiderent omnib; perditis nequiores? Nec satis fuit ita uiuere, sed docere etiam libidines cõpit, ac mores suos de lupanari ad scholam transtulit: differens, uoluptatem corpo-

corporis esse summum bonum. Quæ doctrina execrabilis & pudenda, non in corde philosophi, sed in sinu meretricis est nata. Nam quid ego de Cynicis loquar: quibus in propatulo coire cum coniugibus mos fuit. Quid mirum, si à canibus, quorum uitam imitantur, etiam uocabulum nomenq; traxerunt? Nullum igitur in hac disciplina magisterium uirtutis est, cum etiam illi qui honestiora præcipiunt, aut non faciant ipsi quæ suadent, aut si faciunt (quod raro accidit) non disciplina eos ad rectum, sed natura perducatur, quæ sapius etiã indoctos impellit ad laudem.

C O M M E N T A R I V S.

10 Senecæ de philosophia sententias iisdem ferè argumentis reprehendit, quibus Ciceronis superioribus, à pugnantibus nimirum, & effectibus: ostendens uitam ipsorum cum doctrina pugnare.

Philosophia nihil aliud.) Doctrina quidè Senecæ huiusmodi notionibus conspersa est passim. Quæ uerò hic citantur, perierunt cum alijs plerisque. Philosophiam uitæ legem esse, disputat epist. 90 & 95. Ad cõmune philosophiæ nomen.) Ita philosophorũ pro se quis-

20 que non ad alias, sed ad suam potissimum sectam respexit. Sed miror Lactanti, cur Senecam Academicum facias, quum ex professo Stoicus fuerit: quod te non ignorasse, ex alijs locis manifestum est. Ac simplicem.) De hoc memini me apud Ciceronem in Laelio, etiam ex Gentilibus quædam annotasse autoribus. Tullius & fatetur.) Locus Ciceronis est in præfatione secundi Tuscul. quæst. Decretis.) *ὁβρυμαστ*, *ἀστρονιστ*, scitis. Alios gloriæ.) Apud Ci-

30 ceronem legitur, Gloriæ nonnullos. Et uirtus.) Hoc apud Cic. non legitur. Nepos quoq; Cor.) Utinam extarent huius scripta. Seneca in Exhortationib.) Qui liber etiam lib. 6 cap. ult. citabitur. Desideratur hodie: sicut etiã ille qui est de Immatura morte citatus, & ab Augustino de Superstitionibus, ab Hieronymo de Matrimonio, ab ipso de Terræ motu, ab alijs alijs. Pyxides.) Apud Græcos utrumq; est *πυξιδεύου*. Pyxides per metalepsin, teste

Fabio, cuiuscunq; materiæ sunt. Nam propriè ex buxo sunt, quæ Græcis *πυξιδεύου* dicitur. Aristippo Cyren.) Laertius: *ἔχουσιν δὲ λαίδαι τῆς ἐπιτοίχας· λαίδαι φησι ἢ σωπῶν ἢ δὲ τυπῶν τῶν ἀσθενῶν. πῆδες δὲ τῶν μεμφομένων ἐφῆ, ἔχω λαίδαι, ἀλλ' οὐκ ἔχωμαι.* Meminit eiusdem Cicero ad Papyriũ Patum scribens lib. Epist. 9. epist. ult. Meminit etiã Athenæus lib. 12. Dipsosophist. Exprobratur Gentilibus à Theodorico lib. 2. de Actiua uita. Numeratur inter cæteras à Tatiano. Ceterum de Laidis amatorib. lege eundem Athenæum libro 13. ubi etiam de morte & patria. Lege item Gellium lib. 1. cap. 8. & Pausaniam in Corinth. Quod ipse haberet Laidem.) Si Aristoteli *ἀμορτωμάτων τῶν τῶν ἔχει* est, si uir uxore habeat, eo quod nõ magis habet quàm habetur: erit haud dubiè eadẽ ratio in habendo scorto. Nam captus amore apud Terent. adolescens habere dicitur: sicut aues captæ habet escam. Quare magis callidũ, quàm uerum hoc responsum censendum est. Quid ego de Cynicis loquar?) Sic etiam Augustinus multis in locis à canina inuerecundia Cynicos dictos putat: ob quam etiam ipsos à decori disputatione in Off. Cicero excludere uidetur. Alij tamẽ ab allatrato & mordacitate canina ipsos dictos putant. Laertius quidẽ *ἀπὸ τῶν σπομμάτων* hanc nominationẽ ortã esse testatur: Galen. *δὲ γῆστασις*. Apud Lucian. uerò in Auctione uitariũ notantur quasi *ὄλακτῶντες ἢ δὲ κνοντῶν*.

40 Quod rectè docentes, & malè uiuentes (teste Cicerone) non utilitatem ex philosophia, sed inanem percipiunt delectationem: & quod sapientia seipsam semper exercet in bonis actibus: & quare non philosophia, sed sapientiæ ipsi iugiter insistendum sit. CAP. XVI.

VERUMENIMUERO cum se perpetuæ desidiæ tradant, nullamq; uirtutẽ capeffant, & omnẽ suam uitam nihil aliud q̃ in eloquẽdo peragant: quid aliud quàm inertes putari debent? Sapiẽtia aut̃ nisi in aliquo actu fuerit, quouim suã exerat, inanis & falsa est. Rectèq; Tullius ciuiles uiros, qui rempub. gubernent, qui urbes aut nouas constituant, aut constitutas equitate tueant, qui salutem libertatemq; ciuĩũ uel bonis legibus, uel salubribus consilijs, uel iudicijs grauib; conferuent, philosophiæ doctoribus præfert. Bonos enim q facere

facere oportet potius, quā inclusos in angulis facienda præcipere, quæ ne ipsi quidem faciunt qui loquuntur. Et quoniam se à ueris actibus remouerunt, apparet, eos exercendæ linguæ causa, uel aduocandæ gratia, artem istam philosophiæ reperisse: qui autem dicunt tantum, nec faciunt, ipsi præceptis suis detrahunt pondus. quis enim obtemperet, cum ipsi præceptores doceant non obtemperare? Bonum est autem, recta & honesta præcipere: sed nisi & facias, mendacium est: & incongruens atque ineptum est, non in pectore, sed in labijs habere bonitatem. Non ergo utilitatem ex philosophia, sed oblectationem petunt. Quod quidem Cicero testatus est. Profecto, inquit, omnis istorum disputatio, quanquam uberrimos fontes uirtutis & scientiæ contineat, tamen collata cum horum actis, perfectisque rebus: uereor ne tantum uideatur, attulisse negotijs hominum, quandam oblectationem oculi. Vereri quidem non debuit, cum uerum diceret: sed quasi timeret, ne proditi mysterij reus à philosophis citaretur, non est ausus confidenter pronunciare quod fuit uerum: illos non ideo disputare ut doceant, sed ut se oblectent in ocio: qui quoniam authores sunt rerum gerendarum, nec ipsi quicquam gerunt, pro loquacibus sunt habendi. Sed profecto quia nihil boni ad uitam afferebant, nec ipsi decretis suis obtemperauerunt, nec quisquam per tot secula inuentus est, qui eorum legibus uiueret. Abijcienda est igitur omnis philosophia: quia non studendum est scientiæ, quod sine ac modo careat: sed sapiendum est, & quidem mature. Non enim nobis altera uita conceditur, ut cum quæramus in hac sapientiam, in illa sapere possimus: in hac utrumque fieri necesse est, citò inueniri debet, ut citò suscipi possit: ne quid pereat ex uita, cuius finis incertus est. Ciceronis Hortensius contra philosophiam differens, circumuenitur arguta conclusionem, quod cum diceret philosophandum non esse, nihilominus philosophari uidebatur: quoniam philosophi est, quid in uita faciendum uel non faciendum sit, disputare. Nos ab hac calumnia immunes ac liberi sumus, qui philosophiam tollimus, quia humanæ cogitationis inuentio est: philosophiam defendimus, quia diuina traditio est, eamque ab omnibus suscipi oportere testamur. Ille cum philosophiam tolleretur, nec melius aliquid afferret, sapientiam tollere putabatur: eoque facilius de sententia pulsus est, quia constat hominem non ad stulticiam, sed ad sapientiam nasci. Præterea illud quoque argumentum contra philosophiam ualet plurimum, quo idem est usus Hortensius, ex eo ipso posse intelligi, philosophiam non esse sapientiam, quod principium & origo eius appareat. Quando (inquit) philosophi esse cœperunt? Thales (ut opinor) primus, recens hæc quidem ætas: ubi ergo apud antiquiores latuit amor iste inuestigandæ ueritatis? Item Lucretius ait:

*Denique natura hæc rerum, ratioque reperta est
Nuper, & hanc primus cum primis ipse repertus
Nunc ego sum, in patrias qui possum uertere uoces.*

Et Seneca: Nondum sunt, inquit, mille anni, ex quo initia sapientiae nota sunt. Multis ergo seculis humanum genus sine ratione uixit. Quod irridens Persius: Postquam, inquit, sapere urbi cum pipere & palmis uenit: tanquam sapientia cum saporis mercibus fuerit inuecta. quæ si secundum hominis naturam est, cum homine ipso cœperit necesse est: si uero non est, nec capere quidem illam posset humana natura. Sed quia recepit, igitur à principio fuisse necesse est: ergo philosophia quia non à principio fuit, non est eadem uera sapientia. Sed uidelicet Græci, qui sacras ueritatis literas non attigerant, quemadmodum deprauata esset sapientia nesciuerunt. Et ideo cum uacare sapientia humanam uitam putarent, philosophiam commenti sunt: id est, latentem atque ignotam sibi ueritatem differendo eruere uoluerunt: quod studium per ignorantiam ueri, sapientiam putauerunt.

COMMENTARIUS.

Inertem philosophiam ipsorum philosophorū auctoritate eleuat. Nata est hæc disputatio ex tribus uitæ humanæ generibus; quorum primum est actiuum, ociosum alterum, tertium ex utroq; mixtum, quod præ cæteris probatum ab ipsis philosophis fuit. De quo Augustinus lib. 19. Cuius. capite 3. Scripsit de actiua uita cōtra Gentes, Theodoritus. Habes in hoc capite præterea euidentem 10 monasticæ uitæ, qualis hodie est, descriptionem. Sapiencia.) Nam si uirtutis laus in actione consistit, certè etiam sapiencia. Docet hoc Cic. in primo Offic. cap. de Prudentia. & Musonius: ἡ ἀρετὴ (inquit) ἰδρὶς ἢ οὐ θεωρητικὴ μόνου, ἀλλὰ καὶ πρακτικὴ. Aristoteles in magnis Moralib. inter ἰδρὶς ἢ οὐ φρόνησις distinguit: quod hæc eo quod in actione cadit, uirtutis nomen meretur, illa nō item. Plutarchus de Educandis pueris tria uitæ genera facit: 20 πρακτικὴν, θεωρητικὴν, ἐπιλωσιμὴν. ὁ δὲ Ἰνquit, ἐκλυτοσ καὶ δ' ἄλλος τῶν ἰδρῶν, ζωὸς ἢ μὴ καὶ πρὸς ἐπίου. ὁ δὲ θεωρητικὸς τὸ πρακτικὸν ἐστὶ μὴ ἀποστρέφειν, ἀναφελῆς. ὁ δὲ πρακτικὸς ἀμοιβήσας ἐπιλοσιμίας, ἀμειστος καὶ πλημμελής.

Rectèq; Tullius.) Desiderantur & hi Ciceroniam loci. Sed tamen in 1. Offic. cap. de Prudentia, damnat ignauam philosophiam. Nobilis est apud Gell. Pacuij uersus, quem Macedo phi-

losophus pro foribus templorū scribendū censuit: Ego odi homines ignaua opera, & philosopha sententia. Lucretius.) libro quinto. Nondum sunt mille.) Non credo hoc ad Thaletē Milesium referri posse, qui uix DCCC annis Senecæ tempora antecessit: natus enim legitur, cū Ancus Martius regno fuit inauguratus, & multo minus ad Pythagoram. Ad Homerum fortè, Hesiodumq; referri potest, qui centum & sexaginta ferè annis ante Urbem cōditam fuit: ut Gellius ex Cornelio Nepote retulit. Certè Cicero in primo Tusc. quaest. scribit, philosophiam latuisse ad suam usq; ætatem, nec ullum habuisse lumen literarum latinarum. Cæterum de origine philosophiæ uaria refert Laert. in Prolegomenis uitarum, & Polydorus Urbem lib. 1. de Inuent. rerum, cap. 16. Et licet hic Senecæ locus hodie, apud nos saltē, non extet: negat tamen epist. 90. ob id uirtutem in hominibus fuisse, cum rudibus adhuc illis seculis fraus aberat omnis. Virtutes enim doctrinæ munus esse, nō naturæ. Neminem siquidem tum fuisse, qui uirtutes docuerit, atq; ob id philosophiam nondum fuisse inuentam. Sed illi rectè respondet Lactantius: Si illis uirtus defuit, defuit etiam ratio. Et sic ex uno inconueniente nascuntur plura.

30 *Quæ fuit ipsa doctrina Epicuri, quæ moribus omnium appositissima loquebatur: & quomodo Lencippum & Democritum habuerit autores erroris, & fabros atomorum, & assertores uoluptatis. CAP. XVII.*

Dixi de philosophia ipsa quàm breuiter potui, nunc ad philosophos ueniā mus: non ut cum his decertemus qui stare nō possunt: sed ut eos fugientes atq; deiectos nostro campo insequamur. Epicuri disciplina multo celebrior semper fuit, quàm cæterorum: non quia ueri aliquid afferat, sed quia multos populare nomen uoluptatis inuitat. Nemo enim non in uitia pronus est. Propterea ut ad se multitudinem contrahat, apposita singulis cuiusq; moribus loquitur. Desidiosum uetat literas discere, auarum populari largitione liberat, ignauum prohibet accedere ad rempublicam, pigrum exercere, timidum militare. Irreligiosus audit deos nihil curare: inhumanus, & suis commo- dis seruiens, iubetur nihil cuiquam tribuere. omnia enim sui causa facere sapientem. Fugienti turbam, solitudo laudatur. Qui nimium parcus est, discit aqua & polenta uitam posse tolerare. Qui odit uxorem, huic enumerantur cœlibatus bona: habenti malos liberos, orbitas prædicatur: aduersus impios parentes nullum esse uinculum naturæ: impatienti ac delicato dolorem esse omnium malorum maximum dicitur: forti, etiam in tormentis beatum, esse sapientem. Qui claritati ac potentia studet, huic præcipitur reges colere: qui molestiam ferre non potest, huic regiam fugere. Ita homo astutus ex uarijs diuersis que modis circulum cogit: & dum studet placere omnibus, maiore discordia secum ipse pugnauit, quàm inter se uniuersi. Vnde autem disciplina eius

eius: tota descendat, quam originem habeat, explicandum est. Videbat Epicurus bonis aduersa semper accidere, paupertatem, labores, exilia, charorum amissiones: malos contra beatos esse, augeri potentia, honoribus affici: uidebat innocentiam minus tutam, scelera impune committi: uidebat sine delectu morum, sine ordine ac discrimine annorum sauire mortem: sed alios ad senectutem peruenire, alios infantes rapi, alios iam robustos interire, alios in primo adolescentiae flore immaturis funeribus extinguui: in bellis potius meliores & uinci & perire, maxime autem commouebat, homines in primis religiosos grauioribus malis affici: ipsi autem qui aut deos omnino negligenter, aut non pie colerent, uel minora incommoda euenire, uel nulla: ipsa etiam saepe templa fulminibus conflagrare. Quod Lucretius queritur, cum dicit de Deo:

—Tum fulmina mittat, & aedis

Ipsae suas disturbet, & in deserta recedens

Senuat, exercens telum, quod saepe nocenteis

Præterit, examinatq; indignos, inq; merenteis.

Quod si uel exiguum ueritatis auram colligere potuisset, nunquam diceret, aedes suas disturbare: cum ideo disturbet, quod non sunt suae. Capitolium, quod est Romanae urbis, & religionis caput summum, non semel, sed saepius fulmine ictum conflagrauit. Homines autem ingeniosi quid de hoc existimauerint, ex dicto Ciceronis apparet: qui ait, diuinitus extitisse illam flammam non quae terrestre domicilium Iouis deleret, sed quae sublimius magnificentiusque deposceret. Qua de re etiam in libris Consulatus sui eadem dixit quae Lucretius:

Nam pater altitonans stellanti nixus olympo,

Ipsae suas arces atq; incluta templa petiuit,

Et Capitolinis iniecit sedibus ignes.

Pertinaciter ergo stulticia non modo uim maiestatemque ueri Dei non intellexerunt, sed etiam impietatem sui erroris auxerunt, qui templum caelestis iudicio saepe damnatum restituere contra fas omne contenderint. Cum haec igitur cogitaret Epicurus, earum rerum uelut iniquitate inductus (sic enim causam rationemque ignorantia uidebatur) existimauit nullam esse prouidentiam. Quod cum sibi persuasisset, suscepit etiam defendendum: & sic in errores inextricabiles se ipse coniecit. Si enim prouidentia nulla est, quomodo tam ordinate, tam dispositè mundus effectus est? Nulla, inquit, dispositio est. multa enim facta sunt aliter, quam fieri debuerunt: & inuenit homo diuinus quae reprehenderet. Quae singula si uacaret refellere, facile ostenderem, nec sapientem hunc fuisse, nec sanum. Item, si nulla prouidentia est, quomodo animalium corpora tam prouidentè ordinata sunt, ut singula quaeque membra mirabili ratione disposita, sua officia conseruent? Nihil, inquit, in procreandis animalibus prouidentiae ratio molita est: nam neque oculi facti sunt ad uidendū, neque aures ad audiendum, neque lingua ad loquendum, neque pedes ad ambulandū: quoniam prius haec nata sunt, quam esset loqui, audire, ambulare. Itaque non haec ad usum nata sunt, sed usus illis natus est. Si nulla prouidentia est, cur imbres cadunt, fruges oriuntur, arbuta frondescent? Non, inquit, semper animalium causa ista fiunt: quoniam prouidentiae nihil profunt, sed omnia sua sponte fieri necesse est. Vnde ergo nascuntur, aut quomodo fiunt omnia quae geruntur? Non est, inquit, prouidentiae opus. sunt enim semina per inane uolitantia: quibus inter se temerè conglobatis, uniuersa gignuntur atque con crescent. Cur igitur illa non sentimus aut non cernimus? Quia nec colorem habent, inquit, nec calorem ullum, nec odorem: saporis quoque & humoris expertia sunt: & tam minuta, ut secari ac diuidi nequeant. Sic eum, quia in principio falsum susceperat, consequentium rerum necessitas ad deliramenta perduxit,

perduxit. Vbi enim sunt, ac unde ista corpuscula? Cur illa nemo præter unū Leucippū somniauit? à quo Democritus eruditus, hæreditatē stulticiæ reliquit Epicuro. Quæ si sunt corpuscula, & quidem solida, ut dicunt, sub oculos certè uenire possunt. Si eadem est natura omnium, quomodo res uarias efficiunt? Vario (inquit) ordine ac positione conueniunt, sicut literæ: quæ cum sint pauca, uariè tamen collocata, innumerabilia uerba conficiunt. At literæ uarias formas habent. Ita (inquit) & hæc ipsa primordia. nam sunt aspera, sunt hamata, sunt leuia. Secari ergo & diuidi possunt, si aliquid inest illis quod emineat. Si autem leuia sunt, & humoris indigent, coherere nō possunt. Hamata igitur esse oportet, ut possint inuicem concatenari. Cum uerò tam minuta esse dicantur, ut nulla ferri acie disijci ualeant, quomodo hamos aut angulos habent? Quos, quia extant, necesse est posse diuelli. Deinde quo foedere inter se, qua mente conueniunt, ut ex his aliquid constituatur? Si sensu carent, nec coire tam dispositè possunt: quia non potest quicquam rationale perficere, nisi ratio. Quàm multis coargui hæc uanitas potest, sed properat oratio. Hic est ille,

*Qui genus humanum ingenio superauit, & omnes
Restrinxit stellas, exortus uti ætherius sol.*

Quos equidem uersus nunquam sine risu legere possum. Non enim de Socrate aut Platone hoc saltem dicebat, qui uelut reges habentur philosophorum: sed de homine, quo sano & uigente nullus æger ineptius delirauit. Itaque poeta inanissimus leonis laudibus murem nō ornauit, sed obruit & obtriuuit. At idē nos metu liberat mortis, de qua hæc ipsius uerba sunt expressa: Quando nos sumus, mors non est: quando nos non sumus, mors est. mors ergo nihil ad nos. Quàm argutè nos fefellit. Quasi uerò trāfacta mors timeatur, quia iam sensus ereptus est: ac non ipsum mori, quo sensus eripitur. Est enim tempus aliquod, quo & nos iam non sumus, & mors tamen nondum est. idē ipsum uidetur miserū esse, cum & mors esse incipit, & nos esse desinimus. Nec frustra dictum est: Mors misera non est. aditus ad mortem est miser: hoc est, morbo tabescere, ictum perpeti, ferrum corpore excipere, ardere igni, dentibus bestiarum laniari: hæc sunt quæ timentur: non quia mortem afferunt, sed quia dolorem magnum. Quæ res potius efficit, ut dolor malum sit. Omnium (inquit) malorum maximum est. Qui ergo non possum nō timere, si id quod mortem antecedit aut efficit, malum est? Quid quod totum illud argumentū falsum est, quia non intereunt animæ. Intereunt uerò, inquit. nam quod cum corpore nascitur, cum corpore intereat necesse est. Iam superius dixi, differre hunc locum melius, & operi ultimo referuare, ut hanc Epicuri persuasionem siue illa Democriti, siue Dicæarchæ fuit, & argumentis & diuinis testimonijs redarguam. Verū ille fortasse impunitatem uitijs suis spondit: fuit enim turpissimæ uoluptatis assertor, cuius capiendæ causa hominem nasci putauit: Quis, cum hoc affirmari audiat, uitijs & sceleribus abstinere? Nam si perituræ sunt animæ, appetamus diuitias, ut omnes suauitates capere possimus. quæ si nobis desunt, ab ijs qui habent auferamus clam, dolo, ui: eo magis si humanas res Deus nullus curat, quando cunq; spes impunitatis arriserit, rapiamus, necemus. Sapientis est enim, malè facere, si & utile sit, & tutum: quoniam si quis in cælo Deus est, non ita scitur cuiquam. Aequè stulti est, & benefacere: quia sicut ira non commouetur, ita nec gratia tangitur. Voluptatibus igitur quomodo possumus seruiamus: breui enim tempore nulli erimus omnino. Ergo nullum diem, nullum deniq; temporis punctum fluere nobis sine uoluptate patiamur: ne, quia ipsi quādoq; perituri sumus, id ipsum quod uiuimus pereat. Hæc ille tamen non dicit uerbo, re tamen ipsa docet. Nam cum disputat, omnia sapientem sua causa facere, ad utilitatem suam refert omnia quæ

agit. Itaque qui audit hæc flagitia, nec boni quicquam faciendum putabit, quoniam benefacere ad utilitatem spectat alienam: nec à scelere abstinendum, quia maleficio præda coniuncta est. Archipirata quisquam, uel latronum ductor, si suos ad grassandum cohortetur, quo alio sermone uti potest, quam ut eadem dicat quæ dicit Epicurus: Deos nihil curare: non ira, non gratia tangi: inferorum poenas non esse metuendas, quod animæ post mortem occidant, nec ulli omnino sint inferi: uoluptatem esse maximum bonum: nullam esse humanam societatem: sibi quemque consulere: neminem esse qui alterum diligat, nisi sua causa: mortem non esse metuendam forti uiro, nec ullum dolorem: quin etiã si torqueatur, si uratur, nihil se curare dicat. Est planè, cur quisquam putet hanc uocem uiri esse sapientis, quæ potest latronibus aptissimè commodari?

C O M M E N T A R I V S.

Postquam ex uarietate dogmatum totam improbauit philosophiam, iam deinceps philosophos ipsos à seipsum dissentire indicabit. initio ab Epicuro sumpto. Epicurum siquidem sibi contraria dixisse, ut hic à Lactantio, sic à Cicerone quoque demonstratur libro Tusculanarum quaest. tertio. *Verat literas discere.*) Reprehenditur ipse Epicurus, quod non ea adludigerit, quæ hominem uere eruditum faciunt. Scribit ad Pythoclem, *παιδείαν δὲ πᾶσαν μακάριον φέρει.*

Deos nihil curare.) De hoc in libro de Ira Dei, cap. 17. *Aqua & polenta.*) Scripsit in epistolis, *ὁ δὲ ἀπὸ μόνου ἀγνεῖδρα, καὶ ἀπὸ πωλιτῶν.* Meminit Hieronymus aduersus Iovinianum lib. 2. Additur tamen, quod respuat reliquas uoluptates, sed propter incommoda consequentia. Stob. *Qui odit uxorem.*) Meminit Hieronymus sub finem libri primi aduersus Iovinianum. *Forti in tormentis.*) Seneca etiam alicubi Epicuri sententiam refert, sapientii iniurias esse tolerabiles. *Qui claritati ac potentia studet.*) Plutarchus de Tranquillitate animi, *ὁ δὲν εὖ δὲ ἐπίκερθε οἷοι τοὺ δ' εἶν ἡσυχάζειν, ἀλλὰ τῆ φύσει χυδαὶ πολὺ δουρῆδες καὶ πρὸς ἀσόντας τὰ κωινὰ, οὗ Ὀλοπιδος ἐν Ὀλοπιδος, ὡς μάλλον ἢ πρὸς πρᾶγμασι τὰ ἀπὸ τῆ δακ καὶ λακιδου, ἀν' ὧν ὀργίζονται μὴ τυγχάνωσι, &c.* Refertur etiam à Stobæo, Serm. 27. *Bonis aduersari.*) Idem argumentum est Psalmi, *Noli emulari, &c.*

Capitolium.) De Capitolij incendijs, ex antiquioribus nemo copiosius quam Plutarchus, in uita Publicolæ: & Cornelius Tacitus lib. 19. *Annalium.* Nos cum ex hoc, tum ex alijs summam quandam de his colligemus. Tarquinius Priscus Demarati filius, Sabino bello templū Ioui in monte Tarpeio, qui antè Saturnius dictus fuerat, edificare cœpit. Dum opifices fundamenta aperirēt, caput hominis est reperiū. Quod omen augures

significare dicebant, arcem hanc caput orbis futurum: & ob id monti nomen est inditū Capitolini. Sed morte interceptus ille Priscus, inchoatā structuram reliquit. Quam post Tarquin. Superbus, illius nepos, ex spolijs captæ Pomeriæ absoluit: qui priusquam dedicationē obiret, propter tyrannidē expulsus fuit. Postea P. Valerius Public. & M. Horat. Puluillus Coss. certabant, uter dedit caret. Obtinuit Horatius: cuius præter Plutarch. & Liniū, meminit etiã Val. Max. lib. 5. cap. 10. Et hæc quidem dedicatio facta fuit anno ab V. C. 247. Anno uerò deinde 367. ut Linius libro sexto scribit. Capitolium saxo quadrato substructū est, opus uel in postera magnificentia conspiciendum. Incendio autem primò absumptum est, bellis Marianis L. Scip. Asiatic. & C. Norbano Balbo Coss. hoc est, anno V. C. 671. à dedicatione annis 324. non (ut apud Cor. Tacitum est) 415. cuius errorem postea sequutus est & Alexander Neapolitanus. Quæ ratio non malè conuenit cū Plinio, qui libro 35. cap. 1. CCCVI I annis urbem à Gallis captam cōflagrasse scribit: nec malè, etiam cum Cicerone, qui in tertia Catilin. 20 annis ante suum Consulatum, id factū esse testatur. Restituit hoc Sylla, & hoc uno infelicio, ut sibi uidebatur, quod non etiam dedicauit, morte nimirum interceptus. Consecrauit restauratā Qu. Catulus, cuius Plinius etiã meminit lib. 19. cap. 1. Durauit hoc ad bellum usq. Vitellianum, quo secundo à militibus incensum, clausis foribus, indefensum indireptumq. conflagrauit. Cuius etiam Plinius meminit lib. 34. cap. 7. Restituit Vespasianus: eoq. adhuc uiuente, tertio igne absumptū, cumq. ipso Capitolio Vespasianus quoq. mortem obiit. Domitianus deinde magnificentius illud fecit, quam ante unquam fuisset: sed omnia (ut inquit Tranquillus) sub titulo tantum suo, ac sine omni pristini auctoris memoria. Hæc, candide Lector, ob id studiosius annotauimus, ut quid mihi de hoc

de hoc loco uideatur, eo melius intelligas. Nam ex hac incendiorum serie, non uideo quando Iouis fulmine conflagravit. Nam si hi uerius, qui citantur, Lucretij sunt, (qui ut in sex libris, qui extant, non inueniuntur, ita uena non repugnat) non aliud intelligi potest quam illud Marianum. Cæterum mirum est, inter tot rerum Romanarum scriptores neminem unum esse, qui huius fulminis, præter hos, mentionem fecerit. Sed quæ sublimius.) Simili uasificie usus est satan etiam in nostris delubris. Exemplo esse potest ædes hic Augustæ, S. Huldrici & Afræ consecrata: ut quæ post incendium, quo conflagrauit, non satis magnifica instaurata, grauisima corruerit ruina. Si enim prouidentia.) Ista disputat Velleius apud Cic. in 1. de Nat. deorū. Cæterum quæ ad questionem de Prouidentia pertinent, in librum de Ira Dei referuabimus. Obserua obiter in signe dialogismi exemplum. Nulla, inquit, dis-

20 spolitio.) Et licet rotunda mundi figura Platoni pulcherrima uideatur, Velleio tamē, qui apud Cic. de Nat. deor. Epicuri partes tuetur, uel cylindri, uel quadrati, uel conici, uel pyramidis uidetur formosior. Sunt enim semina.) Referuabimus etiam hanc de atomis disputationem in caput 10. libri de Ira Dei. Et ne omnino cum silentio hunc locū trāseamus, arrabonis loco Basilij super hac re uerba adscribemus. Sic enim scribit homilia eis τῆς ἐξάμυρου primo: οἱ ἡ (Epicurei) ἀ-

30 τομα καὶ ἀμύρη σώματα καὶ ὄγκος καὶ πόρος σπιέχου τῆς φύσιν τῆς ἀετῆς ἐφαντάδιον. καὶ νῦν γὰρ σπιόντων ἀλλήλοισι τῶν ἀμύρων σώματων, νῦν δὲ μετὰ συγκεινομένων τὰς γενέσεις καὶ τὰς φθορὰς ὑδριγίνεσθαι. καὶ ὑπὲρ τῆς ἀρκυεσθῶν σώματων, τῶν ἰαχυροτέρων τῶν ἀτόμων ἀντεμπλοκῶν τῆς ἀεμονῆς τῶν αἰτίων πῆχου. ὅπως ἰσὺν ἀρχῆς ὑφαίνουσιν οἱ ταῦτα γράφοντες, οἱ δὲ τῶν λεπτῶν καὶ ἀνυπεσάτους ἀρχὰς ἔρανδ καὶ γῆς, καὶ θαλάσσης

40 ἰσοτιβιμένοι. ὁ γὰρ εἰσεσαν εἰπεῖν, καὶ ἀρχὴ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἔρανδ καὶ τῶν γῆν, etc. Vide interea caput tertium libri primi Placitorum apud Plut. Præter unum Leucippum.) Galenus in Historia philosophica: ἡμῶν δὲ ὁ

λατῆς τῆς ἐπεικῆς φιλοσοφίας ἀρχὴς μὴ μόνον ἔσται γινώσκων. τὰ τῶν ἡ δούκιπτοῦ ἀετῆς ἀρκυεσθῶν, τῶν τῆς ἀτόμων ὑφαίνουσιν ὑδριγίνεσθαι τῶν ἀετῶν. ἀμύροισι ἐκράτωσιν. ὁ τῶν τῶν ἀετῶν ὁ αὐτῆς τῆς ἡμῶν, ὁ δὲ οὐκ ἔστι τῆς ἀετῆς ἀρκυεσθῶν τῆς ἀετῆς. Sed de his in lib. de Ira Dei plura. Somniauit.) Plato in quinto de Repub. inter ὑπὲρ καὶ ὄναρ κῆν διασcernit: illud ueritatem, hoc uanitatem apprehendentibus tribuit, ὄνειρῶν πῆλιν esse dicēs, sine dormias, siue uigiles, similitudines pro rebus ipsis arripere. Somnium deinde in prouerb. ἀβήτ τει futillis & inanis, de quo uide Erasmus. Hic est ille.) Scilicet, ipse Epicurus, qui obiit decurso in mine uita, Qui genus, &c. Lucret. libro 3. Leonis laudibus.) Prouerb. est apud Erasmus pro leone ostendit. Quando nos sumus.) Sic enim ad Menceceum scribit: τὰ φειροδῆσατον ἐν τῶν ἡμῶν ὁ θαλάσσιον, ὁ δὲ πῆλιν ἡμῶν. ἐπὶ τῆς ἀετῆς ὅταν μὲν ἡμῶν ὄναρ, ὁ δὲ ἀνάσσει τῶν ἀετῶν. ὅταν δὲ ὁ δὲ ἀνάσσει τῶν ἀετῶν, τὸ δὲ ἡμῶν ἐν ὄναρ. Simile refertur etiam ab A. Gell. libro nocturnum Attici. 2. cap. 8. ex secundo Plutarchi de Homero libro, his uerbis: ὁ δὲ ἀνάσσει τῶν ἀετῶν πῆλιν ἡμῶν. ὁ γὰρ ἐσαλευσθῆναι ἀνάσσει τῶν ἀετῶν τὸ δὲ ἀνάσσει τῶν ἀετῶν, οὐδὲν πῆλιν ἡμῶν. Refertur ab eodem Plutarcho in libro de Tranquillitate uitæ. Citatur item à Ioanne Stobæo Serm. 115. Extant autem uerba in eadem ad Menceceum epistola. Operi ultimo.) Libro 7. cap. 7 & 8. & sequentibus. Sapientis est.) Atqui Cicero in Officijs docet, bonum uirum nunquam peccaturum, etiamsi impunitas sit proposita. Nihil enim utile, quod non sit honestum. Breui enim tempore.) Iuxta epitaphium ipsius, Ede, bibe, &c. Qui alterum diligit.) Atqui Cicero in Lælio damnauestuosam amicitiam, nec alium amicitia finē, quam honestatis admittit. Aduersatur etiam illi Platonis doctrina, qui hominem non tam sibi natum dicit, quam proximo cuius. Deos nihil.) Dictorum ἀνάσσει φηλαίωσις.

Quomodo Pythagorici & Stoici contrario Epicureis errore desipiant: sic animarum immortalitatem statuentes, ut eas in uaria corpora transire mentiantur, & uoluntariam mortem persuaferint inaniter philosophantibus. CA-

30 Alij autem contraria his disserunt, superesse animas post mortem: & hi sunt maximè Pythagorici ac Stoici, quibus etsi ignoscendum est, quia

quia uerum sentiunt: non possum tamen non reprehendere eos qui non sci-
 entia, sed casu inciderunt in ueritatem. Itaque in eo ipso quod recte sentiebant,
 aliquid errarunt. Nam cum timerent argumentum illud, quo colligitur, necesse
 esse ut occidant animae cum corporibus, quia cum corporibus nascuntur: di-
 xerunt non nasci animas, sed insinuari potius in corpora, & de alijs in alia mi-
 grare. Nec putauerunt aliter fieri posse, ut supersint animae post corpora, nisi
 uideant fuisse ante corpora. Par igitur, ac propè similis error est partis utriusque.
 Sed haec in praeterito falsa est, illa in futuro. Nemo enim uidit, quod est uerissi-
 mum, & nasci animas, & non occidere: quia cur id fieret, aut quae ratio esset,
 homines nescierunt. Multi ergo ex ijs qui aeternas esse animas suspicabantur, 10
 tanquam in caelum migraturi essent, sibi ipsi manus intulerunt: ut Cleanthes,
 ut Chrysis, ut Zenon, ut Empedocles, qui se in ardentis Aetnae specum
 intempesta nocte deiecit: ut, cum repente non apparuisset, abisse ad deos cre-
 deretur: & ex Romanis Cato, qui fuit in omni sua uita Stoicae uanitatis imi-
 tator. Nam Democritus in alia fuit persuasione. Sed tamen sponte sua letho
 caput obuuius obtulit ipse, quo nihil sceleratius fieri potest. Nam si homicida
 nefarius est, quia hominis extinctor est: eidem sceleri obstrictus est, qui se ne-
 cat, quia hominem necat. Imò uerò maius esse id facinus existimandum est,
 cuius ultio Deo soli subiacet. Nam sicut in hanc uitam non nostra sponte ue-
 nimus: ita rursus ex hoc domicilio corporis, quod tuendum nobis assignatum 20
 est, eiusdem iussu nobis recedendum est: qui nos in hoc corpus induxit, tam
 diu habituros, donec iubeat emitti. & si uis aliqua inferatur, a qua mente id
 ferendum est: quum extincta innocentis anima inulta esse non possit, habea-
 musque uindictam magnum, cui soli uindicta in integro semper est. Homicidae
 igitur illi omnes philosophi, & ipse Romanae sapientiae princeps Cato: qui ante
 tequam se occideret, perlegisse Platonis librum dicitur, qui est scriptus de Ae-
 ternitate animarum, & ad summum nefas philosophi auctoritate compulsus
 est. & hic tamen aliquam moriendi causam uidetur habuisse, odium seruitu-
 tis. Quid Ambraciotas ille, qui cum eundem librum perlegisset, praecipitem
 se dedit, nullam aliam ob causam, nisi quod Platoni credidit: Execrabilis pro- 30
 fus ac fugienda doctrina, si abigit homines a uita. Quod si sciuisset Plato, atque
 docuisset a quo, & quomodo, & quibus, & quae ob facta, & quo tempore im-
 mortalitas tribuatur: nec Cleombrotum impegisset in mortem uoluntariam,
 nec Catonem: sed eos ad uitam & ad iusticiam potius erudisset. Nam Cato
 uidetur mihi causam quaesisse moriendi, non tam ut Caesarem fugeret, quam
 ut Stoicorum decretis obtemperaret, quos sectabatur, nomenque suum grandi
 aliquo facinore clarificaret. Cui quid mali accidere potuerit, si uiueret, non
 inuenio. C. enim Caesar, ut clemens erat, nihil aliud efficere uolebat, etiam in
 ipso belli ciuili ardore, quam ut bene mereri de repub. uideret, duobus optimis
 ciuibus Cicerone & Catone seruatis. Sed redeamus ad eos qui mortem pro 40
 bono laudant. De uita quereris: quasi uixeris, aut unquam tibi ratio constite-
 rit, cur omnino sis natus. Nonne igitur tibi uerus ille & communis omnium pa-
 ter Terentianum illud iure increpauerit: Prius discite quid sit uiuere: si displic-
 ebit uita, tum isthoc utitor. Indignaris te malis esse subiectum: quasi quicquam
 merearis boni, qui patrem, qui dominum, qui regem tuum nescis: qui quamuis
 clarissimam lucem intuearis oculis, mente tamen caecus es, & in profundis
 ignorantiae tenebris iaces. quae effecit, ut quosdam dicere non puderet, idcirco
 nos esse natos, ut scelerum poenas lueremus. quo quid delirius dici possit, non
 inuenio. Vbi enim, uel quae scelera potuimus admittere, quae omnino non fuimus?
 Nisi forte credamus inepto illi seni, qui se in priori uita Euphobum fuisse men- 50
 titus est. Hic credo quod erat ignobili genere natus, familiam sibi ex Homeri carmi-
 nibus adaptauit. O miram & singularem Pythagorae memoriam: o miseram obli-
 uionem

uionem nostrum omnium, qui nesciamus quid ante fuerimus. Sed fortasse uel errore aliquo, uel gratia sit effectum, ut ille solus lethæum gurgitem non attingerit, nec obliuionis aquam gustauerit: uidelicet senex uanus (sicut ociosæ aniculæ solent) fabulas tanquam infantibus credulis finxit. Quod si bene sensisset de ijs quibus hæc locutus est, si homines eos existimasset, nunquam sibi tam petulanter mentiendi licentiam uendicasset. Sed deridenda est hominis uanissimi uanitas. Quid Ciceroni faciemus? qui cum in principio Consolationis suæ dixisset, luendorum scelerum causa nasci homines: iterauit id ipsum postea, quasi obiurgans eum qui uitam non esse malis plenam putet. Recte ergo profatus est, errore ac miserabili ueritatis ignorantia se teneri.

C O M M E N T A R I V S .

Reijcit Pythagoricorum Stoicorumque de immortalitate animæ sententias. Et obiter damnat eos qui sibi mortem consciuerunt, studio alterius uitæ. Philosophorum de immortalitate animæ sententias reperies apud Plutarchum in Placitis libro 4. cap. 7. Sed insinuari potius.) Quæstio, quæ etiam Christianæ doctrinæ professores in uarias sæpe opiniones rapuit. Et nasci potius.) Videtur hoc loco Lactantius à seipso dissentire. Secus enim supra docuit lib. 2. cap. 11. Sed hæc etiam de eo tradit Hieronymus in 2. Apologiæ aduersus Rufinum libro, cuius hæc uerba sunt: Legi quosdam dicentes, quod pariter cum corpore per humani corporis traducem, etiã animæ diffundantur: & hæc quibus poterant assertionibus confirmabant. quod puto inter Latinos Tertullianum sensisse, & Lactantium, fortassis et nonnullos alios. Alij asserunt, quod formati in utero corporibus Deus quotidie faciat animas, et infundat. Alij factas iam olim, id est, tunc cū omnia creauit Deus ex nihilo, nunc eas iudicio suo nasci dispenset in corpore. Hoc sentit & Origenes, et nonnulli alij Græcorum. Ego uero cū hæc singula legerim (Deo teste dico) quia usque ad præsens certi & definiti aliquid de hac quæstione nō teneo, sed Deo relinquo scire quid sit in utero, & si cui ipse reuelare dignabitur, &c. Tertullianus sanè in libro de Resurrectione carnis, de ueteri & nouo homine uerba facies: Porro (inquit) si secundum substantias, nec anima nouus homo, quia posterior: nec caro ideo uetus, quia prior. Quantulum enim temporis inter manum Dei, & adflatum auisim dicere, etiamsi multo prior anima caro, eo ipso quod anima impleri se expectauit, priorē eam fecit. Omnis enim consummatio atque perfectio, etsi ordine posthumat, effectu anticipat, &c. Cæterum super hac quæstione lege Eusebium cap. 10. libri 13. de Præparat. Euang. Cassiodorum senatorum in libro de Anima, capite nono. Cleanthes.) Qui φρεάντλης dictus, quod

noctū in hortis hauriret aquas, ut interdū phidiasophari liceret: is inedia uitā finiuit, ut Laertius libro septimo in eius uita refert. Meminit Lucianus in Macrobijs. Chrylippus.) Duæ sunt de huius obitu apud Laertium sententiæ: una, quod dulcis meri haustu: altera, quod risu nimio mortuus sit. Seneca epist. 57. memorat, quod assidua salutatio ipsum perduxerit ad mortem. Zenon.) De huius interitu Laert. sic scribit: Cum abiret à schola, offendit, digitumque perfregit. Manu uero terram feriens, dixit illud ex Niobe: ὄρθρουμα, τί μ' ἀείεις; cōtinuός; se strangulans interijt. Empedocles.) Variæ de huius obitu referuntur à Laertio opinioniones. hæc tamen constantior fama obtinuit, quæ à Strabone quoque refertur lib. 6. Apud Lucianum in dialogo Menippi & Aeaci, quaerit ex ipso Menippus causas præcipitationis, his uerbis: ὦ χαλκώπης βέλτισε, τί παθῶν σαυτῶν ὄντος ἑρατῆρας γνέβαλον; respondet Empedocles: μελαγχολία τίς, ὦ Μενίππε. Menippus factum in fastum atque in inanis gloriae affectationem trāsferit: & μεθ' ἧς, inquit, ἀλλὰ κρηνοβήσια, καὶ τύφθ, καὶ πολλὰ κρηνοζα ταῦτά σε ἀπλωθεράκωσεν αὐταῖς κρηνοσίμ, ἔκ ἀξίον ὄντα. Notatur etiam in Icaromenippo: Tertullianus in libro ad Martyres, pro exemplo contemnendæ mortis adducit. Iuuat de hoc etiam Nazianzenus uersiculos subdere, quæ in egregio ad Nemesium carmine leguntur: Εμπροδὲκλεις, σὲ μὲν αὐτὴν ἑταῶσια φυσῶντων, καὶ βροτῶν αἰτηναίω τωρὸς ἑρατῆρας ἑσθλας, σαυδ' ἀλ' ἀρεβράσσαντες ἐλαφρονόμο θεοῖο χέλικα. καὶ σε βροτοσίμ ἐπαιχέα πᾶσιμ ἔθικαν. Ἡύδρος ἡμείροντα δι' ἀλματος αἰνομόροιο. Empedocles, fastu tumidum te ualde superbo Aetnei monstrant crateres morte caducum. Sandalia eni iactant amentis numinis æstus

Aetna;

Aerea, ridendum mortalibus illa dederunt,
Quem graue in exitium te gloria pellit inanis.

Meminit etiam Tertullianus in libro ad Mar-
tyres, & Tatianus aduersus Gentes. Nam
Democritus.) Leticiam hic optimum dixit,
tristitiam pessimum, alienissimum a Stoica seueri-
tate. Lucretij locum, unde hic uersus desumptus
est, integrum adscribemus :

Deniq; Democritum postquam matura uetustas
Admonuit, memores motus languescere mentis,
Sponte sua leto caput obuius obtulit ultero.

Sed apud Laertium diuersum legitur, nempe
quod panes calidos narib. admouendo, tribus die-
bus fata impediuerit. Sed intelligendū est, ipsum
ante hac mori per inediam decreuisse. Nam in Ma-
crobij Lucianus de hoc sic scribit: Δημόκριτος
μὲν ὁ ἀβδηρῆτης ἐπὶ γεροντὸς πρὸς αὐτὸν ἐκεί-
την ἀρχὴν ἀρχόμενος προσφῶν, ἐπελάττα. Variat
etiam hoc Lucian. a Laert. quod ille γυνίκα πρὸς
τοῖς ἐκείνου ἔτεσι posuit. Variat a Laertio etiam
Athenaeus, qui non ἀρτὸς θόρυβος habet, sed τὸ
μέλι. Sed huius uerba, quia rarior hic autor est,
ex secundo Dipnosoph. adscribam: Δημόκριτος
τὸ ἀβδηρῆτι μὲν ὁ λόγος ἔχει ὅτι γῆρας ἐξέβα-
αὐτῷ, διεγνωσάτω τὸ κλῆν, καὶ ὑφαρξάντα φ-
προσφῶν ἑαδ' ἐκείνου ἡμῶν, ἐπεὶ αἱ ἐπὶ θε-
σμοφορέων ἡμῶν γίνεσθαι, δεκθεισῶν τῶν
οἰκείων γυναικῶν, μὴ ἀρθνήσκειν ἢ τῶν πα-
νήγειν, ὅπως ἐορτάσωσι, παθῶναι ἑαδ' ἐ-
σαντα μέλιτ' ἄγγειον αὐτῷ πλοσίου πῆρα
τεθεῖναι, καὶ ὅτι ἑαδ' ἡμῶν ἰκανὸς τὸν ἀν-
δρα τῆ ἀρτὸς μέλιτος ἀναφορᾶ μόνῃ χόμ-
νου, καὶ μετὰ τὰς ἡμῶν βασταχθῆναι τὸ
μέλιτος ἀρθναίην. ἔχαρε δὲ ὁ Δημόκριτος αἰ-
τῶ μέλιτι, &c. Ita rursus ex hoc do-
micilio.) Dissimulat Laetātius unde haec de-
sumpserit. Cicero in Catone maiore haec ad Py-
thagoram refert: Vetat (inquit) Pythagoras in-
iussu Imperatoris, id est Dei, de praesidio & sta-
tione uitae decedere. Et in fragmento de Repub.
Scipio nepoti loquēs, sic ait: Quare & tibi Pub.
& rījs omnibus retinendus est animus in custo-
dia corporis, nec iniussu eius a quo ille est nobis
datus, ex hominū uita migrandum est, ne munus
humanū assignatum a Deo defugisse uideamini.
Apparent ex Platone desumpta esse. Socrates e-
nim in Phaedone sic loquitur: ὁ μὲν ἐν γυνὶ ἀρξάν-
τοῖς λεγόμενον ποδὶ αὐτῶν λόγῳ, ὡς γυνὶ τινὶ
φρεσῶν ἐσ μὲν οἱ ἀνδρωποῖ, καὶ δ' αἱ δ' ἑαυτῶν
ἐκ ταύτης λύνει, δ' αἱ ἀρξάντοσ κειν, μέγας
τε τίς μοι φαίνεται, καὶ δ' ἑαδ' ὁσ δ' ἰσάειν.

Ambraciotam.) Cleombrotum scilicet. Ci-

cero 1. Tusc. quaest. Callimachi quidem epigram-
ma in Ambraciotam Cleombrotum est. quae ait,
cū nihil accidisset aduersi, è muro se in mare abie-
cisse, lecto Platonis libro. Meminit Augustinus li-
bro primo de ciuit. Dei, cap. 22. Callimachi autē
epigramma hoc est :

εἶπας, ἦλκε χαῖρε, κλεόμβροτος ὦ μερακί-
της

ἦλατ' ἀφ' ὑψηλῶ τέχεος εἰς ἀλάδ' ε.
ἄξιον ὄσον ἰδ' ὠν θανάτῳ λακῶν. ἀλλὰ πλά- 10

των
ἐν τῷ ποδὶ ψυχῆς χράμια ἀναλεξάμενος.

Eos sic latine reddidimus :
Sol age χαῖρε, Cleobrotus Ambraciot a ferebat,
Cello de muro se in mare praecipitans.
Dum letho nil est dignum: uerum ipse Platonis
De natura animae legerat ecce librum.

Romanae sapientiae princeps Cato.)
Ut cuius consiliū oraculum sit habitum, teste Plu-
tarcho: qui in eius uita easdem causas spontanea 20
necis assignat. Cicero Officiorum primo, de de-
coro personarum loquens, dicit hoc Catonis gra-
uitatem decuisse maximē: ceteros, qui in eadem
causa fuerunt, minime. Nos Augustinum rectius
audiemus, qui uoluntariae necis ius omne homini-
bus aufert. Is lib. de ciuit. Dei cap. 23. hoc exem-
plum examinans, causas non Platonis lectionem
credit, sed quod turpe duxerit, in Caesaris uictori-
s manus uenire: atq; hoc facinus, imbecillioris
quam fortioris animi facinus esse. In hoc etiam Io 30
sephus inuehitur, libro excidij Hierosolymitani
tertio, cap. 21. Iure civili non lugebantur, nec co-
gnati eos in polinctura nominabant, qui manus
sibi mala cōscientia iniecerant. l. liberorum. §. nō
solent. ff. de ijs qui infam. not. Sed stultē, quod nō
etiam illos qui tædio uitae. Caesar ut cle-

mens.) Quam non modō Plutarchus, Tran-
quillus, Valerius, Paterculus, & alij historici ce-
lebrant: sed ipse etiam Cicero cūm alibi, tum in
oratione pro Marcello & Ligario. Teren- 40
tianum.) in Heautontimor. Qui se in
priori uita Euphorbū.) Altera pars hu-
ius confutationis continet παλιγγενεσίαν, siue
μετεμύχωση Pythagoricam: de qua ex Gen-
tilibus nemo copiosius Ouidio lib. 15. Metamor.
Post Laertium uerō lege Gellium lib. 4. cap. 11.
Philostratū lib. 8. de uita Apollonij. Exploditur
dignis modis a Luciano cūm alibi, tum etiam in
Gallo. Lege praeterea Petrum Crinitum de Ho-
nesta disciplina lib. 11. cap. 3. De Euphorbo a Me 50
nelao occiso Homerus Iliad 9. Ex Ecclesiasticis
scriptoribus notant Tertull. in Apolog. cap. 46.
Tatianus

Tatianus aduersus Gentes: Orig. libro 1. contra
Celsum: atq; rursus noster Lactantius lib. 7. ca-
p. 23. Hieronymus lib. 2. aduersus Iouin. & in
Apologia aduersus Rufinum: Augustinus de Tri-
nitate lib. 12. Chrysof. homilia quadam in 12 ca-
put Iohannis: Cyrillus contra Iulianum libro 7.
Zuinglius lib. 3. de Providentia: Aeneas Plato-

nicus in Theophrasto. Epiphanius lapsu quodam
memoriae, incertus Stoicis ne an Platoni huius
haereseos originem adscribat, Manichaeos fuisse
hoc implicitos scribit libro secundo. Et est certe
apud Platonem in Phaedone *μετεμύχουσεως*
assertio, ut in sequenti capite cla-
rius patebit.

Quod Cicero & alij sapientissimi immortalitatem animarum, sed infideliter docent:
& quod mala uel bona mors sit ponderanda ex antea acta uita,
& gratia Dei. CAPVT XIX.

10
20
30
40
50
At illi qui de mortis bono disputant, quia nihil ueri sciunt, sic argumen-
tantur: Si nihil est post mortem, non est malum mors: aufert enim sen-
sum mali. Si autem semper sunt animae, est etiam bonum, quia immortalitas se-
quitur. Quam sententiam Cicero de Legibus sic explicauit: Gratulemurque no-
bis, quonia mors aut meliorem quam qui est in uita, aut certe non deteriore
allatura est statum. Nam sine corpore animo uigete, diuina est uita: sensu ca-
rente, nihil profecto est mali. Argute, ut sibi uidebat, locutus est, quasi nihil
esse aliud possit. Atqui utrumque hoc falsum est. Docent enim diuinae literae,
non extingui animas, sed aut pro iusticia premio affici, aut poena pro sceleri-
bus sempiterna. Nec enim fas est, aut eum qui sceleratus in uita feliciter fuerit,
effugere quod meretur: aut eum qui ob iusticiam miserimus fuerit, sua mer-
cede fraudari. Quod adeo uerum est, ut idem Tullius in Consolatione, non
easdem sedes incolere iustos atque impios praedicauerit. Nec enim omnibus,
inquit, idem illi sapientes arbitrati sunt eundem cursum in coelum patere, nam
uirtus & sceleribus contaminatos deprimi in tenebras, atque in caeno iacere do-
cuerunt: castos aut animos, puros, integros, incorruptos, bonis etiam studiis
atque artibus expolitos, leui quodam & facili lapsu ad deos, id est ad naturam
sui similem peruolare. Quae sententia superiori illi argumento repugnat. Illud
enim sic assumptum est, tanquam necesse sit omnem hominem natum immor-
talitate donari. Quod igitur erit discrimen uirtutis ac sceleris, si nihil interest,
utrum ne Aristides sit aliquis, an Phalaris: utrum Cato, an Catilina? Sed hanc
repugnantiam rerum sententiarumque non cernit, nisi qui tenet ueritatem. Si quis
igitur nos roget, utrum ne bonum sit mors, an malum? respondebimus, qua-
litate eius ex uitae ratione pendere. Nam sicut uita ipsa bonum est, si cum uir-
tute uiuatur: malum, si cum scelere: sic & mors ex praeteritis uitae actibus pon-
deranda est. Ita fit, ut si uita in Dei religione transacta sit, mors malum non sit:
quia translatio est ad immortalitatem. Sin aliter, malum sit necesse est: quonia
ad aeterna (ut dixi) supplicia transmittit. Quid ergo dicemus, nisi errare illos,
qui aut mortem appetunt tanquam bonum, aut uitam fugiunt tanquam malum?
nisi quod sint iniquissimi, qui pauciora mala non pensant bonis pluribus. Nam
cum omnem uitam per exquisitas & uarias traducant uoluptates, mori cupiunt,
si quid forte his amaritudinis superuenit, & sic habent, tanquam illis nunquam
fuerit bene, si quando fuerit male. Damnant igitur uitam omnem, plenamque
nihil aliud quam malis opinantur. Hinc nata est inepta illa sententia, hanc esse
mortem, quam nos uitam putemus: illam uitam, quam nos pro morte timeamus:
ita primum bonum esse, non nasci: secundum, citius mori. Quae ut maioris sit auto-
ritatis, Sileno attribuitur. Cic. sic in Consolatione: Non nasci, inquit, longum opti-
mum, nec in hos scopulos incidere uitae: proximum aut, si natus sis, quam pri-
mum mori, tanquam ex incendio effugere uiolentiam fortunae. Credidisse illi
uanissimo dicto exinde apparet, quod adiecit aliquid de suo ut ornaret. Quod
igitur, cui esse optimum putet non nasci, cum sit nullus omnino qui sentiat?
nam

nam ut bonum sit aliquid, aut malum, sensus efficit. Deinde cur omnem uitam aliud nihil esse quam scopulos & incendiū putauerit, quasi aut in nostra fuerit potestate ne nasceremur, aut uitā nobis fortuna tribuat, non Deus: aut uiuendi ratio quicquam simile incendio habere uideatur? Non dissimile Platonis illud est, quod aiebat, se gratias agere naturæ: primum, quod homo natus esset potius, quam mutum animal: deinde, quod masculus potius quam foemina: quod Græcus, quam barbarus: postremò, quod Atheniensis, & q̄ temporibus Socratis. Dici non potest, quantam mentibus cæcitatem, quantosq̄ pariat errores ignoratio ueritatis. Ego planè contenderim, nunquam quicquam dictum esse in rebus humanis delirius. Quasi uerò si aut barbarus, aut mulier, aut asinus deniq̄ natus esset, idem ipse Plato esset, ac non ipsum illud quod natum fuisset? Sed uidelicet Pythagoræ credidit, qui ut uetaret homines animalibus uesci, dixit animas de corporibus in aliorum animalium corpora comineare. quod & uanum & impossibile est. Vanum, quia necesse nō fuit, ueteres animas in noua corpora inducere: cum idem artifex, qui primas aliquando fecerat, potuerit semper nouas facere. Impossibile, quia rectæ rationis anima tam immutare naturā status sui non potest, quam ignis aut deorsum niti, aut in transuersum, fluminis modo, flammam suam fundere. Existimauit ergo homo sapiens, potuisse fieri, ut anima quæ tunc erat in Platone, in aliquod mutum animal includeretur: essetq̄ humano sensu prædita, ut intelligeret ac doleret, incongruenti se corpore oneratam. Quanto sanius faceret, si gratias agere se diceret quod ingeniosus, quod docilis natus esset, quod in ijs opibus, ut liberaliter erudiretur. Nam quod Athenis natus est, quid in eo beneficij fuit? An non plurimi extiterunt in alijs ciuitatibus excellenti ingenio atq̄ doctrina uiri, qui meliores singuli, quam omnes Athenienses fuerunt? Quanta hominum millia fuisse credamus, qui & Athenis nati, & temporibus Socratis, indocti tamen ac stulti fuerunt? Non enim aut parietes, aut locus in quo quisq̄ sit effusus ex utero, conciliat homini sapientiam. Quid uerò attinuit, Socratis se temporibus natū gloriari? Num Socrates ingenia discitibus potuit commodare? Non uenit in mentem Platoni, Alcibiadem quoq̄ & Critiam eiusdem Socratis assiduos auditores fuisse: quorum alter hostis patriæ acerrimus fuit, alter crudelissimus omnium tyrannorum.

C O M M E N T A R I V S.

Hoc argumentum cum superiori coheret: hoc est, confutat aliquos de immortalitate animi errores. Primum destruit dilemma Ciceronis: deinde edocet, Ciceronem sibi ipsi repugnare: postremò reprehendit Platonem, partim quod naturæ de quibusdam gratias egit, partim quod Pythagoræ metempsychosin secutus est. Cicero de Legibus.) Hæc uerba apud Ciceronem nec de Legibus, nec alibi usquam inuenio. Est quidem hæc res in 1. Tusc. quæst. sub initium disputationis, sed alijs uerbis. Docent diuinæ literæ.) ipse adeò Christus: Ite benedicti patris mei, &c. Non eadem sedes.) Homeri & Vergilij poemata hoc idem docent. Omnem hominem.) In quo errore etiā nostro tempore quidam fuere. Vtrum ne Aristides.) Antonomastæ sunt: per Aristidem hominem iustum, per Phalarim tyrannum, per Cato-

nem ciuem bonum, per Catilinam nefarium intelligit. Historiæ sunt notæ. Antithesis mirifice antonomastiam ornat. Respondebimus.) Iuxta prouerbium, Finem uitæ specta. Plinius libro 7. cap. 40. Ita est profecto, alius de alio indicat dies, & tamē supremus de omnibus. Non nasci.) Est & hic locus in 1. Tusc. quæst. non longè à fine. Plinius in præfatione septimi libri: Itaq̄ multi extiterunt, qui non nasci optimum censerent, aut quàm ocyssimè aboleri. Prouerbium celebratur apud Eras. in Chil. ubi hunc Laetatiij locū adducit, et ex eo Alexidis comici uersus citat: τὸ μὴ γένεσθαι μὲν καὶ πρὸς τὸν αἶμα, ἐπὶ αὐτῶν γίνεσθαι δὲ ὡς τὰ χίμαιρα ἐν τέλει.

Deinde alios Theognidis:

ἀρχὴν μὴ μὴ φῶμαι ἀδελφονιστῶν ἀριστῶν,
μὴ δ' εἰσὶν αὐτῶν ἀφ' ἧλίου. (σαμ.
φῶται δ' ὅπως ὠκυσε πύλας αἰδῶο τῆς

Ita ut Eras. aut alio exemplo Lactantiano sit usus, antiquo forte aliquo, in quo hæc habeantur, aut lapsu memoriae alicunde huc congesserit. Caterum quæ de Sileno hic & apud Cic. dicuntur, narratur copiosius à Plut. in Paranythico ad Apollonium, idq; ex Aristot. Eudemo, ubi inter cætera Sileni ad Midam uerba hæc sunt: πῶς δὲ δὴ τὸ τοῖς ἄλλοις σώματος γὰρ τοῖς ἀνθρώποις ὄρατος, ὡς ἐκ πολλῶν ἐστὶν παλαιὸν γένος ποδιφορέται θρυλλόμενον. Quid hoc? inquit, Midas. Ad hæc Silenus: ὡς ἀρετὴ μὴ γίνεσθαι μὲν, ἀρίστου πάντων τὸ δὲ τεθνῶσαι, τὸ δὲ ζῆν ὅτι κερῆσθαι. Atq; hæc, numen in testimonium uocans, urando asseueravit. Atq; hoc ferunt Silenum respondisse Midæ, captum iam post uenationem sciscitanti, quidnam esset hominibus optimum, quidq; omnium maxime optabile? Primum quidem nihil uoluisse dicere, sed silentium tenuisse: postquam uero omnes adhibuisset machinas, adactum dixisse: αἰμίμονος ὡδὶ πόντος καὶ τυχεῖς χαλεπῆς ἐφήμερον ὄραμα, τί μὲν βιάσεται λέγειν, ἀύμιον ἀρίστου μὴ γνῶναι; μὲν τ' ἀγνοίας γὰρ ἐστὶν οἰκείων καὶ ἄλυπότητος ὁ βίος ἀνθρώποις δὲ πᾶσι πάντων ἐστὶν γίνεσθαι τὸ πάντων ἀρίστου, ὅδε μὲν ταχέως τὸ βελτίστη φύσις. ἀρίστου γὰρ πᾶσι καὶ πάσαις, τὸ μὴ γίνεσθαι, τὸ μὲν τοι μὲν τὰ ἄλλα καὶ τὸ πρῶτον ἐστὶν ἄλλων. Ἄδύτηρον δὲ, τὸ γηνομένης ἀρεθῶν ὡς ταχέως. Præter Erasimum reuise Ioachimi et Beroaldi Commentaria in Tuscul. quaest. Sileni à Midæ capti meminit etiam Athenæus lib. 2. Non dissimile Plat.) Refertur à Plut. in Mario his uerbis: πᾶσι τῶν μὲν οὐκ ἴδ' ἢ πῶς τὸ τελευτᾶν γὰρ ὁ μὲν ὄραμα, ὅ μιν τὸν αὐτὸν αἰμίμονα, καὶ τὴν τὴν χλῶ, ὅτι πρῶτον μὲν ἀνθρώπων ἐστὶν ἕλλησιν, ὅτι βαρβάρων, ὅδε ἄλλοι γὰρ τῆ φύσει θεοῖον γένοιτο πῶς δὲ τὸ τοῖς, ὅτι τοῖς σωκράτους γένους ἀπ' ἡρώτων ἢ γένεσις αὐτῶν. Meminit etiam Marsilius in eius uita. Sed ut delictet Pythagoras credidit.) Platonem Pythagoræ

doctrinam sequentū fuisse, testatur etiam August. de doct. Christiana. Atq; idem August. contra Iulianum lib. 2. ex Ambrosij libro contra Plat. hæc recitat uerba. Miror tantum philosophum, quomodo animam cui potestatem conferendæ mortalitatis adtribuit, in noctuis includat, & ranulis, feritate quoq; induat bestiarum: cum in Timæo eam Dei opus esse memorauerit, inter immortalia à Deo facta. corpus, autem non uideri opus summi Dei asseruit: quia natura carnis humanæ nihil à natura corporis bestialis differat. Emit autem Plato Philolai Pythagorici libros à mulierculis pauperibus: unde quicquid de immortalitate animæ scripsit, furatus est. Tzet. Chil. 11. Variæ hist. Qui meliores singuli quàm omnes Atheniensis. Apud quos ne gratis quidem mori licuit, ut alicubi refert Plutarchus. Alcibiadem quoq; & Critiam. Isocrates Alcibiadem Socratis discipulum fuisse negat in Busiride, Polycratem id asserentem redarguens. Verba, si quis requirat, hæc sunt: σωκράτης δὲ καὶ τι γορεῖν ἐγχεῖσθαι, ὡς ὅτι ἐγνωμῶσσι βασιλόμηνος, ἀλκιβιάδων ἰδωσιν αὐτῶν μαθητῶν, ὅτι τὸ ἐκείνους μὲν ὁδοῖς ἴδωτο ποιεῖν ὁ δὲ οὐκ ἔσθ' ἔσθ'. Et in Gorgia Platonis ipse Socrates ipsum ἐπερᾶσθαι suum dicit. Xenophon lib. 1. ἀρετῆμον οὐ μόνον, hæc Socratis accusatores inter alia criminationis habuisse capita ait: ἀλλ' ἐφ' ἧν γὰρ ὁ κατηγοροῦσθε σοκράτη καὶ δὲ μάλιστα γηνομένης, καὶ πᾶσι τε καὶ ἀλκιβιάδους πᾶσι καὶ τῶν πόλιον ἐποισσῶν καὶ πᾶσι μὲν γὰρ τῶν γὰρ τῆ ὀλιγαρχίας πάντων πλεονεκτησῶν τε καὶ βιασῶν ἐγένετο ἀλκιβιάδους δὲ αὐτῶν γὰρ τῆ δημοκρατίας πάντων ἀρετῶν καὶ ὕψιστος καὶ βιασῶν. & multa præterea quæ sequuntur. Caterum de rebus Alcibiadis lege Iustini lib. 5. Thucyd. lib. 6. Plutarchum in Nicia, & alibi. Caterum de xxx. tyrannide, lege Xenophontem lib. 2. rerum Græcarum, Iustinum lib. 5.

Quod Socrates in eo fuit prudentior cæteris, quia à perscrutatione cælestium & naturalium causis disputationem suspendit, in quibus temerè consumitur ingenium & tempus: & in multis desipuit, quorum subijciuntur exempla. CAP. XX.

Videamus nunc, quid in Socrate ipso tam magnū fuerit, ut homo sapiens meritò gratias ageret, illius se temporib. esse natum. Non inficior, fuisse illum paulo cordatiorem quàm cæteros, qui naturam rerum putauerunt ingenio posse comprehendī. In quo illos non excordes tantum fuisse arbitror, sed etiam impios, quòd in secreta cælestis illius prouidentiae curiosos oculos uoluerint immittere. Romæ, & in plerisq; urbibus scimus esse quædam sacra, quæ aspici à uiris nefas habeatur. Abstinent igitur aspectu, quibus contami-

nare illa non licet: & si forte uel errore, uel casu quispiam uir aspexerit, primò pœna eius, deinde instauratione sacrificij scelus expiatur. Quid his facias, qui inconcessa scrutari uolunt? Nimirum multo sceleratiores, qui arcana mundi, & hoc cœleste templū profanare impijs disputationibus quærunt, quàm qui ædē Vestæ, aut Bonæ deæ, aut Cereris intrauerint. Quæ penetralia quamuis adire uiris non liceat, tamen à uiris fabricata sunt. Hi uerò non tantum impietatis crimen effugiunt, sed quod est multo indignius, eloquentiæ famam, & ingenij gloriam consequuntur. Quid si aliquid inuestigare possent? Sunt enim tam stulti in asseuerando, quàm improbi in quærendo: cum neq; inuenire quicquam possint, nec defendere, etiam si inuenerint. Nam si uerum uel fortuito uiderint, quod sapius contingit, committunt ut ab alijs id pro falso refellatur. Non enim descendit aliquis de cœlo, qui sententiam de singulorū opinionibus ferat: quapropter nemo dubitauerit, eos qui ista conquirāt, stultos, ineptos, insanos esse. Aliquid ergo Socrates habuit cordis humani, qui cum intelligeret hæc non posse inueniri, ab eiusmodi quæstionibus se remouit: uereorq; ne in eo solo. Multa enim sunt eius nō modò laude indigna, sed etiam reprehensione dignissima, in quibus fuit suorū simillimus. Ex his unum eligam quod ab omnibus sit probatum. celebre hoc prouerbiū Socrates habuit: Quod supra nos, nihil ad nos. Procumbamus igitur in terram, & manus nobis ad præclara opera datas cōuertamus in pedes. Nihil ad nos cœlū, ad cuius contemplationem sumus excitati: nihil deniq; lux ipsa pertineat, certe uictus nostri causa de cœlo est. Quòd si hoc sensit, nō esse de rebus cœlestibus disputandum, ne illorum quidem rationem poterat cōprehendere, quæ sub pedibus habebat. Quid ergo? num errauit in uerbis? Verisimile non est: sed nimirum id sensit quod locutus est, religioni minimè seruiendum: quòd si aperte diceret, nemo pateretur. Quis enim non sentiat, hunc mundum tam mirabili ratione perfectum, aliqua prouidentia gubernari? quando quidem nihil est quod possit sine illo moderatore consistere. Sic domus ab habitatore deserta dilabitur: nauis sine gubernatore abit pessum: & corpus relicū ab anima defluit: nedum putemus, tantam illam molem aut cōstrui sine artifice, aut stare tam diu sine rectore potuisse. Quòd si publicas illas religiōes uoluit euertere, nō improbo, quin etiam laudabo, si ipse quod est melius inuenerit. Verum idem per canem & anserem deierabat. O hominem scurrā (ut ait Zeno Epicureus) ineptum, perditum, desperatum, si cauillari uoluit religionem: dementem, si hoc serid fecit, ut animal turpissimum pro Deo haberet. Quis iam superstitiones Aegyptiorum audeat reprehendere, quas Socrates Athenis autoritate cōfirmauit sua: illud uerò non ne summe uanitatis, quòd ante mortem familiares suos rogauit, ut Aesculapio gallum quem uouerat, pro se sacrarent? Timuit uidelicet, ne apud Rhadamanthum * recuperatorē uoti reus fieret ab Aesculapio. Dem entissimū hominē putarem, si morbo affectus perisset. Cum uerò hoc sanus fecerit, est ipse insanus, qui eum putet esse sapientem. En, cuius temporibus natum esse se homo sapiens gratuletur.

* receptorem

COMMENTARIUS.

Solerti quadam ratione capita capitibus annexit, & argumenta ex argumentis serit. Edocet hoc capite, Socratem etiam ipsum tantis implicitum fuisse erroribus, ut in uerè sapientibus locum habere nequeat: & ex cōparatione, multo minus ceteri. Arguit autem Socratem, quòd mediū non tenuerit. Rectè quidem, ipsum physicis disputationibus neglectis, se ad Ethicē contulisse. Sed ab illa ipsa rerum naturalium cōtemplatione, abhor-

ruisse magis, quàm pietas poscat. Confissit autem tota fere illa reiectio quæ à se fieri. In simulat deinde ipsum contemptæ religionis. Quod in secreta.) De quibus in prioribus huius tertij libri capitibus dictum est, & ab Aug. cum alibi, tum in lib. 8. cap. 3. Ciuit. Romæ & in plerisq;.) Comparatio à minori ad maius. De Vestæ templo Dionysius lib. 2. scribit, interdum neminem fuisse exclusum, noctu uerò uiris immorari

immorari licitum non fuisse. De Bonâ deâ sacrâ lege Ciceronem in Orat. pro domo suâ ad Pontifices, item de Aruspicum responsis: Macr. lib. 1. Sat. ca. 12. &c. De Cereris tam Catinensis, quàm Romanæ, Cic. 6. & 7. Verrina. Instauratorem.) Macr. lib. 1. Sat. cap. 11. Seru. 4. Aen. Hoc cœleste templū.) Sic Scipio in Somnio apud Cic. appellauit mundū. Quo loco Mac. Bene autem (inquit) uniuersus mundus Dei templum uocatur, propter illos qui existimant nihil aliud esse Deum, nisi cœlum ipsum, & cœlestia ista quæ cernimus. Ideo ut summi potentiam Dei ostenderet, posse uix intelligi, nunquam uideri, quicquid humano subijcitur aspectui, templū eius uocauit, qui sola mente cōcipiunt, ut qui hæc ueneratur ut templa, cultū tamē maximū debeat conditori, sciat q̄, quisquis in usum templi huius inducitur, riuu sibi uiuendum sacerdotis, &c. Aliquid ergo Socrates habuit cordis.) ut qui Apollinis oraculo sapiētissimus fuerit habitus. Quod supranos, nihil ad nos.) Meminit etiam Hieronymus in Apologia aduersus Rufinū. Dum Lactantius Socrati inquit est, sibi cōtraria dicit. Nam quomodo Socratis dictū intelligendum sit, edocet ipse Xenophon in dictis & factis Socratis: imò Socrates ipse, dum Aristodemus respondet, respondet obiectioni tuæ ὁ Λακταντι. *ἔπειτ' ἄν οἷσι φρονιζέει, οἱ πρῶτον μὲν μόνου τ' ἑωυτοῦ ἀθεωποῦ θεῶν ἀνεπιστοῦ ἢ δὲ ὁρθότης καὶ πρὸς ὁρᾶν πλείον ποιῆσθαι ἀντὶ τῆ ὑποθέσει μάλλον δεῖσθαι, καὶ ἡθου κακοπαθεῖν, καὶ ὄψιν καὶ ἀκρωλὴ καὶ τὸ σῶμα ἐμποίνισσεν, etc.* lam tibi, mi Lactanti, sublata est ambiguitas, quæ ex scripto nascebatur, postquam tibi de mente constat. Verūm idem per

canem.) Meminit huius iuramenti Athenæus li. 9. Deipnos. *ὅτι τὰ καὶ Ζώων ὁ λειπὸν ὁ δ' ἑωυτοῦ ἀθεωποῦ, καὶ ἀπὸ τοῦ ὄμου τῶν καπ-παριῶν.* Excusat hunc Apollonius apud Philost. lib. 6. quod iurauerit per ea, non tanquā per deos, sed ne per deos iuraret: **Wie wir pflegen bey dem steinin Creuz / oder steinin Stephan zu schweren.** Quid dicam de Theologis? Tertul. cap. 14. Apolog. Taceo inquit, de philosophis, Socrate contentus, qui in contumeliam deorum, Quercum, & Hircum, et Canem deierabat. Sed propterea damnatus est Socrates, quia deos destruebat. Augustinus item cap. 2. libri de Vera religione clementius hoc interpretatur. Interea non negabimus, canem apud Aegyptios deum fuisse: quod non modò Euseb. in Præparat. Euangelica testatur, sed ipse etiam Plato in Gorgia. Ut Zeno Epicureus.) Apud Cic. de Finibus quinto. Sed quid ualebit Epicurei testimonium contra Socratem? Valeat autem Lactantij, & eius magistri Arnobij, qui eodē epitheto eum notat lib 8. Aesculapio gal lum.) Meminit Tertul. in li. de Corona militis. Apud Rhadamanthum.) Rhadamantheum iudicium, ex prouerbio & fabulis poetarū notius est, quàm quod debeat hic memorari. Recuperat.) Recuperatores iudices sunt, qui à Præatore priuatis dabantur causis: delegatos iudices appellarunt recentiores. Sic dicti, quod res dolo ac fraude subductas, domino suo recuperare illorum officij erat. quanquam etiam sponsionis actiones apud illos decidebantur: ut hoc loco. *καὶ τὰς* Græci appellant eiusmodi iudices.

Quod Plato didicerit à Socrate ea, quæ si obtineret, humani generis periret societatis. CAP. XXI.

40 **V**ideamus tamen, quid illum Socrates docuerit: qui cum totam Physicā repudiasset, eò se contulit ut de uirtute atq; officio quæreret. atq; non dubito, quin auditores suos iusticiæ præceptis erudierit. Docente igitur Socrate, non fugit Platonem, iusticiæ uim in æquitate consistere: siquidem omnes pari conditione nascuntur. Ergo nihil, inquit, priuati ac proprii habeant, sed ut pares esse possint, quod iusticiæ ratio desiderat, omnia in commune possideant. Ferri hoc potest, quamdiu de pecuniâ dici uidetur. Quod ipsum quàm impossibile sit, & quàm iniustum, poteram multis rebus ostendere. Concedamus tamen, ut possit fieri. Omnes enim sapientes erunt, & pecuniâ contemnent. Quò ergo illum communitas ista perduxit? Matrimonia quoque (inquit) communita esse debent: scilicet ut ad eandem mulierem multi uiri tanquam canes confluant, & is utiq; obtineat, qui uiribus uicerit: aut si 50 sapientes sunt, ut philosophi, expectent, ut uicibus tanquam lupanar obeant. O miram Platonis æquitatem! Vbi est igitur uirtus castitatis? ubi fides con- r 2 iugalis?

iugaliter quæ si tollas, omnis iusticia sublata est. At idem dixit, beatas ciuitates futuras fuisse, si aut philosophi regnarent, aut reges philosopharentur. Huic uerò tam iusto, tam æquo uiro regnū dares, qui alijs abstulisset sua, alijs condonasset aliena: prostituisset pudicitiam fœminarum, quæ nullus unquã non modò rex, sed ne tyrannus quidem fecit. Quam uerò intulit rationem turpissimam huius consilij, sic inquit: Ciuitas concors erit, & mutui amoris constricta uinculis, si omnes omnium fuerint & mariti, & patres, & uxores, & liberi. Quæ ista confusio generis humani est? Quomodo seruari potest charitas, ubi nihil est certum quod ametur? Quis aut uir mulierem, aut mulier uirum diliget, nisi habitauerint semper unã: nisi deuota mens, & seruata inuicẽ fides indiuiduam fecerit charitatem? quæ uirtus in illa promiscua uoluptate locum non habet. Item si omnes omnium liberi sint, quis amare liberos tanquam suos poterit, cum suos esse aut ignoret, aut dubitet? quis honorem tanquam patri deferet, cum unde natus sit nesciat? ex quo fit, ut non tantum alienum pro patre habeat, sed etiam patrem pro alieno. Quid quòd uxor potest esse communis, filius uerò non potest, quem concipi non nisi ex uno necesse est? Perit ergo illi uni cõmunitas, ipsa reclamante natura. Superest, ut tantummodo cõcordiæ causa uxores uelint esse communes. At nulla uehementior discordiarum causa est, quàm unius fœminæ à multis maribus appetitio. In quo Plato si ratione non potuit, exemplis certè potuit admoneri, & mutorum animalium, quæ ob hoc uel acerrime pugnant: & hominum, qui semper ob eam rem grauissima inter se bella gesserunt.

COMMENTARIVS.

Rursus à Socrate ad Platonem transiens, cõmunicationem uxorū reprehendit. Iusticiã uim in æquitate. Aequalitatem ego malim: non quòd neque æquitatem, quæ Græcis ἰσότης dicitur, fundamentum iusticiæ esse, ut ipse Plato, Aristot. & post hos Cic. quoq; docet abunde: sed Lactantium τὸ ἴσον siue τὴν ἰσότητά, quam Cic. solet æqualitatem interpretari, intelligere, ipsa cõmunitio de qua questio est, euincit. Quamquam non desint, qui ἰσότητά etiam æquitatem transferant, eam intelligentes quæ Varroni est paritas. Plato de Legibus quinto, τὴν ἰσότητά nominat δῶτα μὲν τῶν κελῶν καὶ γαβῶν πρᾶγμα δὲ. & in 6. de Legibus, τὸ δίκαιοσιν definit, τὸ ἴσον ἰσοσύναντες ἐκείσιν τε δὲ. Quam etiam Cicero aliquoties sequitur. Aristot. in 5. Eth. τὸ ἴσον medium faciens διζυμίας καὶ τὸ ἰσοπέδης, idem esse dicit, quod τὸ δίκαιοσιν. Nihil priuati. Lib. de Rep. 9. γυνῶναι μὲν γὰρ πρῶτον χελεπόρ, ὅτι πολιτικῆ καὶ ἀληθείας τέχνης, ὅ τὸ ἴσον, ἀλλὰ τὸ κοινόν ἀνάγκη μέλειν ὅ μὲν γὰρ κοινόν εὐδαιμονία, τὸ δὲ ἴσον ὁμοιωτὰς τὰς πόλεις, &c. Matri.) Cum alibi, tum in 5. de Rep. τὸ μέγιστον ἀγαθὸν τῆς πόλεως ἀπὸ τῆς ἡμῶν ἐφάνη ἢ κοινωνία τοῖς ἀδικέουσιν ἢ τὴν καὶ δίκαιοσιν καὶ τῶν γυναικῶν. Disputat contra hanc Aristoteles in 2. de Rep. item ex Ecclesiasticis scriptorib. Euseb. lib. 13. de Preparat. Euang. cap. 12. Nota

tur ab Epiphano to. 2. libri. 3. à Chrystomo homilia 1. in Matth. & in Actis capite 2. Atq; idem Epiph. to. 2. libri. 1. Secundianorū dogma ex Platonica philosophia fluxisse indicat, autore quodam Epiphane. Beatas ciuitates.) Hæc Socratis sententia est in 5. de Rep. his uerbis: ἐὰν μὲν, ὡς δὲ ἐγὼ, ἢ οἱ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν ἐν ταῖς πόλεσιν, ἢ οἱ βασιλεῖς τι νῦν λεγόμενοι καὶ δῶτα φιλοσοφῆσαι γνησίως τε καὶ ἰκανῶσ: καὶ εἴτε εἰς ταῦτον εὐμπεσῶσι δῶτα μὲν τε πολιτικῆ καὶ φιλοσοφίας, &c. Cic. ad Q. fratrem epist. 1. Atq; ille quidem princeps ingenij & doctrinæ Plato, tum deniq; fore beatas Resp. putauit, si aut docti, aut sapientes homines eas regere cœpissent: aut qui regerent, omne suum studium in doctrina ac sapientia collocassent. Extat eodem argumento libellus Plutarchi. Non id uerò agit Lactantius, ut uelit hoc dictum improbare: sed si tu τὸ λεγόμενον τῶν ἀπίων subijcias, adpareat nec Socratem, nec Platonem inter sapientes esse numerandum, idq; ex euentu. Deinde quòd dicit beatas futuras fuisse: miscet futurum præterito. quod idem ferè est, quod Græcis μετ' ὀλίγον μέλλου, significat id quod Ambrosius de Platonis legibus & Rep. censuit: nempe quòd non ueram, sed fictam & adumbratam duntaxat Remp. descripserit.

Restat, ut communio ista nihil aliud habeat præter adulteria & libidines, propter quas funditus eruenas uirtus est uel maximè necessaria. Itaq; non inuenit concordiam, quam quærebat: quia non uidebat unde oriatur. Nam iusticia in extraposis nihil momenti habet, ne in corpore quidem, sed tota in hominis mente uersatur. Qui ergo uult homines adæquare, non matrimonia, non opes subtrahere debet: sed arrogantiam, superbiam, tumorem, ut illi potentes & elati pares esse se etiam mendicissimis sciant. Detra-
 10 cta enim diuitibus insolentia & iniquitate, nihil intererit, utrum ne alij diuites, alij pauperes sint, cum animi pares fuerint: quod efficere nulla res alia præter religionem Dei potest. Putauit igitur se inuenisse iusticiam, cum eam prorsus euerterit: quia non rerum fragilium, sed mentium debet esse communitas. Nam si iusticia uirtutum omnium mater est, cum illæ singulæ tolluntur, ipsa subuertitur. Tulit autem Plato ante omnia fragilitatem, quæ utique nulla est, ubi proprij nihil habeatur. Tulit abstinentiam, siquidem nihil fuerit, quo abstinetur, alienum. Tulit temperantiam, tulit castitatem: quæ uirtutes in utroque sexu maximæ sunt. Tulit uerecundiam, pudorem, modestiam, si honesta & legitima esse incipiunt, quæ solent flagitiosa & turpia iudicari. Sic uirtutem dum uult omnibus dare, omnibus ademit. Nam rerum
 20 proprietates, & uitiorum & uirtutum materiam continet: communitas autem nihil aliud, quam uitiorum licentiam. Nam uiri qui multas mulieres habent, nihil aliud dici possunt, quam luxuriosi ac nepotes. Item mulieres quæ à multis habentur, non utiq; adulteræ, quia certum matrimonium nullum est: sed prostitutæ ac meretrices sint necesse est. Redegit ergo humanam uitam ad similitudinem non dico mutorum, sed pecudum, ac belluarum. Nam uolucres penè omnes faciunt matrimonia, & paria iunguntur, & midos suos tanquam genitales toros concordiam defendunt: & foetus suos, quia certi sunt amant, & si alienos obieceris, abigunt. At homo sapiens contra mo-
 30 rem hominum, contraq; naturam stultiora sibi quæ imitaretur, elegit. Et quoniam uidebat in cæteris animalibus officia marium foeminarumq; non esse diuisa, existimauit oportere etiam mulieres militare, & consilijs publicis interesse, & magistratus gerere, & imperia suscipere. itaq; his arma & equos assignauit. consequens est, ut & lanam, & telam uiris, & infantum gestationes. Nec uidit impossibilia esse, quæ diceret: ex eo, quod adhuc in orbe terræ neq; tam stulta, neq; tam uana ulla gens extiterit, quæ hoc modo uiueret.

COMMENTARIUS.

40 Hæret in eodem themate, nisi quod sub finem capitis in Platonis Rep. reprehendit, quod mulieribus uirilia tribuit officia. In extraposis. Stoici non modò res fortuitas, sed etiam corpora ipsa extra nos esse credunt: ut ex Epicte ti encheiridio manifestum est. Non malè cum ipsius Christi doctrina congruit, qui rapinas, adulteria, hoc est ἀρετῆς, quæ è nobis egrediantur, hominem duntaxat inquinare affirmauit. Nam si iusticia omnium uirtutum
 50 mater. Argumentationis dispositio hæc est: Remotis partibus et speciebus, remouetur etiam

totum & genus. Iusticiæ autem partes, remotis inductionis quadam serie ipsarum per τὰ πρῶτα π obiectis, remouentur & ipsæ. Iusticia namq; uirtutes in se complectitur omnes: & ut Arist. in 5. Moralium dicit, ἡ δικαιοσύνη ἐμὸς ἀρετῆς. ἀλλὰ ὅλη ἀρετὴ οὐκ ἐστὶν ἐστὶ ἡ φιλανθρωπία ἀδικία μὲν κακίας, ἀλλὰ ὅλη λεκτικῆ. Hinc matrem aliarum uirtutum uocat, quod reliquas ueluti filias in suo quasi sinu & gremio fouet. Sic nominauit ipsam etiam Polus quidam, ut à Ioanne Stobæo refertur: Ὁκέ μοι (inquit) εἶναι αὐτῶν τῶν δικαιοσύνην ματῆρα τῶν καὶ π
 r 3 δλωαῖ

βιωαὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν πρῶσι πᾶν. Et casus eisdem subiungit: ἄτερ ταύτας ὅτι σώφρονα, ὅτι ἀνδρείου, ὅτι φρόνιμου οἴον τε εἶναι ἀρεμονία γὰρ ὄσι, καὶ ἐξ ἧς τὰς ὅλας ψυχὰς μετ' ὀδυρμίας. Aristoteles hinc ipsam τελείαν καὶ κρατίστην τῶν ἀρετῶν appellat.

Vbi proprii nihil.) τελεία, inquit Aristoteles, ὄσι, ὅτι ὁ ἕχωρ αὐτῶν, καὶ πρὸς ἑτέρου δυνάται τῆ ἀρετῆ χεῖναι. ἀλλ' ὁ μόνου καὶ αὐτῶν πολλοὶ γὰρ γνὴ μὴ τοῖς οἰκείοις τῆ ἀρετῆ δυνάται χεῖναι, γνὴ δὲ τοῖς πρὸς ἑτέρου ἀδυνάτωσι, καὶ ὅσα ἄρα ὄσιν ὄσιν ἔχειν τὸ τοῦ βίαντος, ὅτι ἀρχὰ τῶν ἀνδρῶν δείξει πρὸς ἑτέρου γὰρ καὶ γνὴ κωνωνία ἢ δὴ ὁ ἀρχῶν. ὅσα δὲ τὸ αὐτὸ ὄσιν, καὶ ἀλλότριον ἀγαθὸν δεκτὴ εἶναι ἢ δικαιοσύνη μόνη τῶν ἀρετῶν. Volucres penē omnes.) Columbarum genus hoc nomine maxime celebratur ab Aristotele libro nono, de Historia animalium, capite septimo: à Plinio libro decimo, capite trigesimo-quarto. Et quoniam uidebat.) In septimo de Legibus: καὶ τὸ τῶν μαθητῶν αὐτῶν γνὴ τῆ πόλει πᾶσιν ἄς τε καὶ ἀνδρῶν, καὶ χόρας καὶ γυναικῶν πάντων τῶν ἡδιστόνων. χόρας μὴ ὄσας ἐπὶ, πᾶσαν τὴν γνὴ ὄσιν ὄσιν καὶ μάχην μεμελετηκῆσας γυναικῶν δὲ, διὰ φόδων καὶ τάξεων καὶ θέσεως καὶ ἀναρῶσεως ὄσιν ἡμῶν. εἰ μὴ δὲ ὄσιν ἐνικα, ἀλλ' εἴποτε δεκτῆ, πᾶσαν ἡμῶν τῆ δυνάμει καταλείπεντας τὴν πόλιν ἔξω στρατὸν δύναι, ὄσιν φυλάξοντας πᾶσιν ἄς τε καὶ τὴν ἄλλω πόλιν ἰκανὸς εἶναι, τὸ γὰρ ὄσιν ἢ καὶ

ποικαντίον, ὄσιν ὄσιν ἀπὸ μᾶλλον ἔξωθεν πολεμίας εἰσπερόντας ὄσιν τῆ μεγάλης βίας βαρβαρῶν, εἴτε ἡμῶν, ἀνάγκη πᾶσαν καὶ πᾶσι αὐτῶν πόλιν τὴν ὄσιν μάχην γίνεσθαι. πολλὰς λακίαν πολιτείας, ὄσιν ἀρχῶν τὰς γυναικῶν εἶναι τέθραμνίας, ὄσιν μὴ δὲ ὄσιν ὄσιν ὄσιν τῶν μαχῶν μαχῶν. πρὸς ὁ πᾶσι τῶν ἰσχυροτάτων θεῶν δὲ ἄλλων ἀρεθίσκειν τε, καὶ πάντας κωνωνίας κωνωνίας, ὄσιν. Et in eodem libro paulo superius, 10 Amazonum, Laconicarum uirginum, Sarmatarum & Ponticarum mulierum exempla adduxerat. Attingit Plato hæc eadem mulierum ὄσιν δόματα in quinto de Republica, ubi docet, mulieres æquē ut viros ad munia subeunda idoneas, nisi quod sint aliquanto imbecilliores. Sed hoc institutum reprehendit Aristoteles capite quarto, libro secundo, de Republica. Taxantur hæc eadem ab Eusebio eodem quem paulo superius citavi loco. In Christiana Republica mulieribus ecclesie muneribus interdictum est. Ut lanam & telam uiris.) Epiphanius episcopus Constantie Cypri, contra hæreses uarias scribens, in tertio libro Variarum gentium mores recenset, taleq; quiddam de Seris refert. Verba sunt: ὄσιν ὄσιν μὴ ἀνδρῶν ἐμπλεοντα οἴκα δὲ λαθεζομενοι, μυριζομενοι τε καὶ θυλδύομενοι, γυναικῶν ἐπιτομαζομενοι. αὐτῶν γυναικῶν τὸ ἀνάπαλιπ τὴν τριχὰ ὄσιν κεφαλῆς κωνωνομεναι, ἀνδρῶν ζωματι ζωννομεναι, 30 καὶ τὰ ὄσιν τὴν ἀρῶν πᾶσα ὄσιν ἐκτελῶσαι.

De erroribus quorundam philosophorum: deq; sole & luna.

CAP. XXIII.

CVm igitur in tanta uanitate ipsi philosophorum principes deprehendantur: quid illos minores putabimus, qui nunquam sibi tam sapientes uideri solent, quàm cum pecuniæ contemptu gloriantur? Fortis animus. Sed expecto quid faciant: & quò ille contemptus euadat. Tradita sibi à parentibus patrimonia, tanquam malum fugiunt, ac deserunt. Et ne in tempestate naufragium faciant, in tranquillo se ultrò præcipitant: non uirtute, sed peruerso metu fortes: sicut illi, qui cum timent ne ab hoste iugulentur, ipsi se iugulant, ut mortem morte deuitent. Sic isti, unde putant gloriam liberalitatis acquirere, sine honore, sine gratia perdunt. Laudatur Democritus, quòd agros suos reliquerit: eosq; pasci publicè passus sit. Probarem, si donasset. Nihil autem sapienter fit, quod si ab omnibus fiat, inutile est ac malum. Sed hæc negligentia tolerabilis. Quid ille, qui patrimonium in numos redactum effudit in mare? Ego dubito utrum ne sanus, an demens fuerit. Abite, inquit, in profundū, malè cupiditates: ego uos mergam, ne ipse mergar à uobis. Si tantus pecuniæ contemptus est, fac illam beneficium, fac humanitatem, largire pauperibus. potest hoc quod perditurus es, multis succurrere, ne fame, aut siti,

si, aut nuditate moriantur. Imitare insaniam saltem, furoremque Tuditani, sparge populo diripienda. Potes & pecuniam effugere, & tamen bene collocare: quia saluum est, quicquid pluribus profuit. Zenonis autem paria peccata quis probat? Sed omittamus id quod est ab omnibus semper irrisum. Illud satis est ad coarguendum furiosi hominis errorem: quod inter uitia & morbos, misericordiam ponit. Adimit nobis affectum, quo ratio humanae uitae penè omnis continetur. Cùm enim natura hominis imbecillior sit, quàm cæterorum animalium, quæ uel ad perferendam uim temporum, uel ad incursiones à suis corporibus arcendas naturalibus munimentis prouidentia celestis armauit: hominì autem quia nihil istorum datum est, accepit pro istis omnibus miserationis affectum, qui planè uocatur humanitas, qua nosmet inuicem tueremur. Nam si homo ad conspectum alterius efferretur, quod facere uidemus animantes, quorum natura soliuaga est: nulla esset hominum societas, nulla urbium condendarum uel cura uel ratio. sic ne uitae quidem satis tuta, cùm & cæteris animalibus exposita esset imbecillitas hominum, & ipsi inter se belluarum more sæuirent. Non minor in alijs dementia. Quid enim dici potest de illo, qui nigram dixit esse niuem, quàm consequens erat, ut etiam picem albam esse diceret. Hic est ille, qui se idcirco natum esse dicebat, ut coelum ac solem uideret, qui in terra nihil uidebat sole lucente. Xenophanes dicentibus mathematicis orbem lunæ duodeuiginti partibus maiorem esse quàm terram, stultissimè credidit: & quod huic leuitati fuit consentaneum, dixit, intra concauum lunæ sinum esse aliam terram, & ibi aliud genus hominum simili modo uiuere, quo nos in hac terra uiuimus. Habent igitur illi lunatici homines alteram lunam, quæ illis nocturnum lumen exhibeat, sicut hæc exhibet nobis. Et fortasse nos hic orbis alterius inferioris terræ luna sit. Fuisse Seneca inter Stoicos ait, qui deliberaret, utrum ne soli quoque suos populos daret: ineptè scilicet qui dubitauerit. Quid enim perderet, si dedisset? Sed credo, calor deterrebat, ne tantam multitudinem periculo committeret, ne si æstu nimio periissent, ipsius culpa euenisse tanta calamitas diceretur.

COMMENTARIUS.

Hactenus maiorū gentiū philosophos sapientiae titulo exiit: nunc ordine quorundā minorū philosophorū dicta factaq; refellit, & eos in primis qui pecunias sinistra quādam ratione cōtempserunt: Democritū nempe, & Cratē. Deinde Zenonē; quod misericordiam inter animi morbos numerauit: postremò Anaxagorā & Xenophanē: quorū hic lunā habitabilem dixit, ille niuem nigram.

40 Quid illos minores. Minores uocat, quos Cic. in Catoe maiore, minutos. Democritus. Aliter Valer. Max. li. 8. cap. 7. At Democritus, inquit, cū diuitijs ceteri posset, quæ tantæ fuerūt, ut pater eius Xerxis exercitui epulā dare facile potuerit, quo magis uacuo animo studijs literarū esset operatus, parua admodū summa contenta, patrimonium suū patriæ donauit. Laert. scribit, ipsum suā portionē inter fratres diuisisse, sibiq; aliquantū pecuniæ in uaticū peregrinationis re-

50 seruasse Seneca in li. de Prouidentia: Democritus, inquit, diuitias proiecit, onus illas bonæ mētis exi-

stimās. Cic. de Finib. 5. ad Lactantiū propius accedit: Cur hæc eadē Democritus, qui (uerè, falso ne, quæreremus) dicitur oculis se priuasse? Certè ut quàm minimè animus à cogitationib. abducere tur, patrimonium neglexit, agros deseruit incultos: quid quæres aliud, nisi beatā uitā? Tert. cap. 46. Apol. aliter spontaneā excæcationem interpretatur. Certè & Catabaptistæ nosiro tēpore nō minus perniciosè Democritū, quàm Platonē sequuti sunt. Quid ille? Crates nimirū Thebanus, cuius meminit Hieron. ad Paulinū de Institutione monachi, & li. 2. aduersus Iouinianū refert eius apophthegma: Abite (inquebat) pessum malæ cupiditates, ego uos mergā, ne ipse mergar à uobis. Et hic quidē Theologus hoc laudi adscribit, nihil aliud quàm pecuniarū cōtemptū spectās. Sed Apollonius (ut Philost. refert) ipsum eodē reprehendit argumēto, quo Lactantius, ut qui nec brutis, nec hominib. utilis fuerit. Verū nec Laert. nec Plut. huius submersiōis meminit. Laert. siquidē, q

libro sexto, eius uitam scribit, refert ipsum patrimonio uendito, talenta quæ plus quam ducenta collegerat, inter ciues partitum fuisse, seq; ad philosophandum contulisse. Plutonis uerò in libro de Vitanda usura, paulo aliter: *λεγάτις δὲ ὁ θυβοῦντος ἐπὶ ὀδύνης ἀπαυτῶ μιν, ὅδε ὀφέλωρ, αὐτὰς δὲ πᾶς οἰκονομίας καὶ φροντίδας καὶ ποδασμασμὸς δὲ χρυαίνων, ἀφῆκεν ἕσταν ὀκτώ ταλαντων καὶ πρῖβωνα καὶ πῆραν ἀναλαβών, εἰς Τηλοσοφίαν καὶ ποιήαν κατέφυγεν.* Tuditani.) Nescio an ille sit, cuius mentio fit in Academ. quæst. Nam furere insimulatur. Zenonis autem paria peccata.) Hieronymus notat hac nota Iouinianum. Nam Theologi statuunt peccatorum discrimina, de quo caput est in Locis communibus Philippi Melanchthonis. Apud Stoicos uerò Paradoxon est, ὅτι ἴσα τὰ ἁμαρτήματα. Stoicorum dogmata compendio fasciculo complectitur Cicero pro Muræna: Fuit enim (inquit) quidam summo ingenio uir Zeno, cuius inuentorum æmuli Stoici nominantur. Huius sententiæ sunt etiam præcepta eiusmodi: Sapientem gratia nunquam moueri: nunquam cuiusquam delicto ignoscere. Neminem misericordem esse, nisi stultum et leuem. Viri non esse, neq; exorari, neq; placari. Solos sapientes esse, si distortissimi sint, formosos: si mendicissimi, diuites: si seruitutem seruiant, reges. Inter uitia, & misericor.) Cum Christus celestis doctor misericordes prædicet ob id esse beatos, quia misericordiam Dei consequentur: Stoici (ut apud Laert. est) ex Zenonis sententia, misericordiam ægritudinis, ægritudinem perturbationis speciem faciunt. Cicero in 4. Tuscul. quæst. Est igitur, inquit, Zenonis hæc definitio, ut perturbatio sit (quod πᾶθῶ ille dicit) auersa à recta ratione contra naturam animi commotio. Laert. ὅτι δὲ αὐτὸ τὸ πάθῶ κατὰ ζῴων, ἢ ἀλογῶ καὶ παρὰ φύσιν ψυχῆς κίνησις, ἢ ὄρμη πλεονάζουσα. hoc est (ut Cic. interpretatur) appetitus uehementior. Ægritudinem deinde Cicero sic definit, ut sit animi aduersante ratione contractio. Apud Laert. Stoici definiunt τὴν λύπην εἰς συστολήν ἀλόγου. Cicero: Misericordia est ægritudo ex miseria alterius iniuria laborantis. Laert. ἔλεος μὲν οὖν εἰν λύπην, ὡς ἰδί ἀναξίως κακοπαθοῦντι. Hinc inquam Ciceronis definitio desumpta est, non ut Perionius diligentissimus alioqui Ciceronis cum Græcis collator putauit, ex Aristotele, quæ sic habet: ἔστω δὲ ἔλεος λύπης ἰδί τῶ φαινομένῳ κακῷ, φαρμακῶ καὶ λυπηρῶ τῶ ἀναξίως τυγχάνειν. Quæ definitio formæ ex eadem Stoicorum sententia desumuntur à Nemesio in libro de Natura hominis, capite decimo octauo: Quæ, inquit, λύπης εἰδὴ τέσσαρες, ἀχῶ, ἀχῶ, φθόνῳ καὶ ἔλεῳ. ὅτι δὲ ἀχῶ, λύπην φρονίαν ἐμποιοῦσα. ἀχῶ δὲ, λύπην βαρύνουσα. φθόνῳ δὲ, λύπην ἐπ' ἄλλοις ἀγαθοῖς ἔλεῳ δὲ, ἐπ' ἄλλοις κακοῖς λύπην. Vbi Merula interpretis, ἔλεος miserationem transtulit, λύπην ægritudinem: alij dolorem, alij tristitiam. Seneca in libro de Clementia 2. dicit misericordiam uitium esse animi pusilli, ad speciem alienorum succedentis. Et hoc nomine inter misericordiam et clementiam interstinguit, quod misericordia non causam, sed fortunam spectet: clementia uerò, rationi accedat. Sed ipsa Stoicorum, et si adeo uis, ὁ Seneca, ipsiusq; Zenonis definitio causam spectat, dum ait, ἀναξίως κακοπαθοῦντι et Cicero sanè hoc illustrat exemplo aliquo: Nemo, inquit, parricidæ aut proditoris supplicio misericordia commouetur. respiciens fortè ad illud Demosthenis, ubi ait: δίκαιόν ἐστιν ἐλεεῖν, ὃ σὺν ἀδίκῳ τῷ ἀνθρώπῳ, ἀλλὰ σὺν παρὰ λόγον δυσνηχοῦντι. Sed hisce melius Aristoteles ille Peripateticorum princeps: αἰεὶ γὰρ (inquit) ἰδί τοῖς ἀναξίως παθόντι κακῶς σωάχθετα.

Nemesius hanc quæstionem sic soluit: Omnem ægritudinem suapte natura malam esse quidem, sed τοῖς ἀναξίως κατὰ περίστασιν permissit: hoc est, uiris bonis propter circumstantias his affectionibus mediocriter succumbere permissit: ceterum τοῖς δεωρητικῶς minimè. Atq; sic humana ratio, etiam eò stulticiæ perduxit, ut à Christi doctrina in philosophorum sententias concederet. Cum enim natura hominis.) De hoc in libro de Opificio Dei. Soliuago.) Huic opponitur ciuile: ut apes, formica, grues. Quamquam Aristoteles bisariam diuidat. Nam primum opponit ἀγέλαια, quæ gregatim uolant: et μονάδια, quæ soliuaga Laetantius hic appellare uidetur. Ex quibus deinde alia politica, alia ποροδία. Hominem autem dicit ἀπαμοφοτόρικον, id est, utriusq; uitæ participè esse. Qui planè uocatur humanitas.) *Ὀλιανθρωπία.* Hæc definitur ἐξ ἰδίας ἀνάγωγῆς ἢ ἄλλῳ πρὸς ἀνθρώπου Ὀλίαν. Qui nigram dixit nitum.) *Ἄναξαγῶρας.* Refert Galen. lib. de Simplicibus medicis

10
20
30
40
50

medicamentis, 2. cap. *καί τινος ἔστι αὐτῶν καὶ τῶν ἀναξαργῶν ἀδικαλοῦνται, μαρτυρεῖται ποδὶ χιόνος ἀναφλωάμενον, ὡς ἔκ ἐν λδὸν κὶ ἔτως ἀφ᾽ αὐτῶν φουσιῶς ἀνὴρ ἵππερ τῶν ἀλδισῶν ἔστιν, καὶ κατεφρονεῖ μὲν τῶν τῶν πῦρ φωνασοῦν. Vide ad hæc proverb. in Erasmi Chiliad. Nihil intra est oleam. Meminit idem Lact. infra lib. 5. cap. 3. Non minus contra communem sensum pugnavit ille, de quo in eodē opere Gal. lib. 9. scribit. cap. primo, quod dixerit, nihil prohibere quo minus diceretur nix eandem cum igni habere tum qualitatem, tum facultatē. Verba sunt: ἔφη μοι ποτε, μηδὲν λιωλύειν φάσαι, τῶν αὐτῶν ἔχει ποιότητά τε καὶ δυνάμειν ὅσων τῶν χιόνος. Quam assertionem ipse Galen. recte τῶν ἀναιδασίᾳ, καὶ ἀνοσίᾳ tribuit. Referente Epiphonio, rerum principia dixit ὁμοιομορφίας. Memoratur etiam de hoc, quod fertilem agrum reliquerit. Plut. ποδὶ τῶν ἀλδισῶν δ᾽ ἀναιδασίᾳ ἀναξαργῶν δὲ τῶν χιόνος λιω-*

τέλιπε μολόβοτον. Vt cœlum.) de quo supra cap. 9. & infra lib. 6. cap. 1. Xenophanes.) Cic. in Acad. Habitari ait Xenophanes in luna, eamq; esse terram, in qua multarū urbium & montium portenta videntur. Sed tamen neq; ille qui dixit, iurare posset ita se rem habere, nec ego. Lege ridicula apud Lucianum in Icaro mempro. Dicentibus Mathem.) Nescio an Anaximandrum intelligat, cuius auditor fuisse creditur. Dixit autem Anaximander, circulum lunæ decem & novem partibus terræ maiorem esse: ut Plut. in Placitis refert. uel ut Galenus, sex decuplum terræ circulum esse lunæ. Sed apud Plut. Xenophanis sententia est, *σελήνην εἶναι νεφέλην ἀπὸ πηλοῦ*, id est nubem cōstipatam uel conglobatam: apud Galen. uerò, *νεφέλην ἀπὸ πυρῶν*, id est inflammata[m] nubem. Fuisse Seneca.) De hoc nihil hodie apud Senecam inuenio.

De Antipodibus, & cœlo, & sideribus. CAP. XXIII.

Quid illi, qui esse contrarios uestigijs nostris Antipodas putant, num aliquid loquuntur? aut est quisquam tam ineptus, qui credat esse homines, quorum uestigia sint superiora, quàm capita? aut ibi quæ apud nos iacent, inuersa pendere? fruges & arbores deorsum uersus crescere? pluuias, & niues, & grandinem sursum uersus cadere in terram? Et miratur aliquis hortos pensiles inter septem mira narrari, cùm Philosophi & agros, & maria, & urbes, & montes pensiles faciant? Huius quoq; erroris aperienda nobis origo est. Nam semper eodem modo falluntur. Cùm enim falsum aliquid in principio sumpserint, ueri similitudine inducti, necesse est eos in ea quæ consequuntur, incurrere. Sic incidunt in multa ridicula, quia necesse est falsa esse quæ rebus falsis congruunt. Cùm autem primis habuerint fidem: qualia sunt ea quæ sequuntur non circumspiciunt, sed defendunt omni modo: cum debeant prima illa, utrum ne uera sint an falsa ex sequentibus iudicare. Quæ igitur ad Antipodas ratio perduxit? Videbunt siderum cursus in occasum meantium: solem, atq; lunam in eandem partem semper occidere, atque oriri semper ab eadem. Cùm autem non perspicerent, quæ machinatio cursus eorum temperaret, nec quomodo ab occasu ad orientem remearent: cœlum autem ipsum in omnes partes putarent esse deuexum, quod sic uideri, propter immensam latitudinem necesse est: existimauerunt rotundum esse mundum, sicut pilam, & ex motu siderum opinati sunt, cœlum uolui: sic astra solemq; cùm occiderint, uolubilitate ipsa mundi ad ortum referri. Itaque & areos orbis fabricati sunt, quasi ad figuram mundi, eosq; cœlarunt portentosis quibusdam simulachris, quæ astra esse dicerent. Hanc igitur cœli rotunditatem illud sequebatur, ut terra in medio sinu eius esset conclusa. Quod si ita esset, etiam ipsam terram globo similem esse: neq; enim fieri posset, ut non esset rotundum, quod rotundo conclusum teneretur. Si autem rotunda etiã terra esset, necesse esse, ut in omnes cœli partes eandem faciem gerat, id est montes erigat, campos tendat, maria consternat. Quod si esset, etiã sequebat illud extremū, ut nulla sit pars terræ quæ nō ab hominib. cæterisq; animalib. incolat. Sic pendulos istos Antipodas cœli rotunditas adinuenit. Quod

Quòd si quæras ab ijs, qui hæc portenta defendunt, quomodo non cadunt omnia in inferiorem illam cœli partem? respondent, hanc rerum esse naturã, ut pondera in medium ferantur, & ad medium connexa sint omnia, sicut radios uidemus in rota: quæ autem leuia sunt, ut nebula, fumus, ignis, à medio deferantur, ut cœlum petant. Quid dicam de ijs nescio, qui cum semel aberrauerint, cõstanter in stulticia perseverant, & uanis uana defendunt, nisi quòd eos interdum puto aut iocis causa philosophari, aut prudentes, & scios mendacia defendenda suscipere, quasi ut ingenia sua in malis rebus exerceant, uel ostentent. At ego multis argumentis probare possem, nullo modo fieri posse, ut cœlum terra sit inferius, nisi & liber iam cõcludendus esset, & adhuc alia qua restarent, quæ magis sunt præsentis operi necessaria. Et quoniam singulorum errores percurrere, non est unius libri opus: satis sit pauca enumerasse, ex quibus possit, qualia sint cætera, intelligi.

C O M M E N T A R I V S.

Differit contra communem geometrarum consensum, qui omnes Antipodas esse confitentur. Difficilis est contra ipsum disputatio, qui principia negat: negat enim terram esse $\sigma\phi\alpha\rho\sigma\delta\eta$. Negat eos etiam Ioannes Tzetzes in Varia historia, Chil. 7. Negat & Augustinus esse Antipodas, lib. de Ciuit. Dei 16. cap. 9. sed alijs motus causis. Nos, etiamsi terra quædam in opposita parte ab aquis nuda sit, illuc uenire nõ posse: sed unum esse parentem humani generis. Si sint illic homines, non esse ex eodem Adamo genitos: quod tamen illi piaculum est asserere. Viri quoque contentionem refellit Ioachimus Vadianus, uir nõ sacra minus quam Geometrica doctrina pollens, in præclara illa, quam ad Rodolphum Agricolum scripsit epistola, quæ totam facile controuersiam è medio tollet. De Antipodibus, ex clarioribus, quos ego quidem uidi scriptoribus, scripserunt Aristoteles in libro secundo de Cælo. cap. decimotertio, Cleomedes libro primo, capite de Cœli orbibus, Plin. libro secundo, cap. 25. Macrobius lib. 2. de Som. Scip. cap. 5. Capella lib. 6. & licet Lucretius quoque neget Antipodas esse: Petrus tamen Martyr in Oceaneis decadibus memoriæ prodidit, Portugalenses et Hispanos ad eos usque peruenisse. Videntur quidam laxiore uocabulo uniuersos illos uocare Antipodas, qui inferius hemisphærium incolunt: quum tamen Aristot. Pomp. Mela & Solinus $\alpha\upsilon\tau\iota\chi\theta\omega\alpha\varsigma$ eos uoce cõuenientiore uideantur appellare: non ab $\alpha\upsilon\tau\iota$ & $\tau\iota\theta\upsilon\mu\acute{\iota}$, ut Camers putauit, sed ab $\alpha\upsilon\tau\iota$ & $\chi\theta\omega\upsilon$, id est terra. Cleomedes tamen hæc diligentius interstinguens, alios $\alpha\upsilon\tau\iota\pi\omega\delta\alpha\varsigma$ esse dicit, alios $\pi\omega\delta\iota\omega\iota\kappa\alpha\varsigma$, alios $\alpha\upsilon\tau\iota\omega\iota\kappa\alpha\varsigma$. Et hos quidem Cicero in Somnio Scip. transversos appellat Latine, $\pi\omega\delta\iota\omega\iota\kappa\alpha\varsigma$ uero obliquos, $\alpha\upsilon\tau\iota\pi\omega\delta\alpha\varsigma$ autem aduersos. Hi sunt, qui uestigia ex diametro nobis

opposita habent: habentque tum diem et æstatem, quando nos noctem et hyemem. $\pi\omega\delta\iota\omega\iota\kappa\alpha\varsigma$, quasi tu dicas circumcolæ, qui eandem nobiscum $\chi\theta\omega\alpha$ nam incolunt. $\alpha\upsilon\tau\iota\omega\iota\kappa\alpha\varsigma$, qui in suo hemisphærio in diuersis sibi opponuntur $\chi\theta\omega\alpha$. De his copiosius Ludouicus Viues in sua Vigilia. Cæterum audiamus nunc domini Ioachimi Vadiani de Lactantio sententiam: Videtur mihi Lactantius eloquentiæ suæ uiribus plus æ quo quandoque confusus, paulo audacius aut abiicisse fastu quodam plerumque, aut multo aliter, quam ueritas habeat intellexisse: inque his magnam sibi inuidiam eo comparasse, quòd ita superbe, ita securè differit, quasi ipse extra omnem ingenij aleam positus, errare et labi non potuerit: omnium autem errata non uidere solum, sed etiam olfacere sese crediderit. Hic cap. 24. lib. 3. quòd tuis mihi literis indicas, adeò Antipodes refutando ineptit, ut dubitem an cum illa scripsit, satis sibi cõfiterit: nõ enim ea solum quæ eruditis exploratissima sunt, nescire uidetur, sed probare etiam, & asserere illa: quæ si Antipodes non essent, quod ipse contendit, falsa tamen & absurda esse omnes qui sunt animi compotes intelligerent. Age, totum illud caput excutiamus, ut an ita sit, sicut dico, facilius accipias. Ait primum in titulo (de Antipodibus, quos ideo esse finxerunt, quia opinati sunt mundum esse rotundum) Ecce mundum non rotundum esse, pro uero & euidenti habuit: ideoque Antipodes ponentium opinionem refutare conatur. Cuius tamen contrarium, de mundi rotunditate adeò euidens est, non tam physicis quam nostræ religionis scriptoribus id asserentibus, ut piaculum committere merito uideri possem, si rationibus hoc loco adductis probare uellem quod nemo nescit. Audi obsecro, quid à capitis initio dicatur (aut est quisquam tam ineptus, qui

qui credat esse homines, quorum uestigia sint superiora capite? Erras o diserte Lactanti: & ea quidem in re, quam iuuentutis anni tibi indidisse debuerant. Quis enim uel primis Physicæ rudimentis imbutus nescit, omne id quod sua gravitate centro inmittitur, quacunq; parte circumferentiæ locatum sit, deorsum uersus niti? quod autè à centro reclinet, aut se expandat, sursum tendere? Cui igitur pedibus in terram uersis centro inmittantur, caput sursum proferant, ut nos in cœlum, caput habent uestigijs superius. Nec sub nostro est hemisphærio, nisi quod adusq; centrum demittitur: quod cum prætergrederis, omnis linea ducta in quacunq; partem, sursum tendit. Ideo Aristot. libro Meteororum tertio, ubi de terræ motus causis fit mentio, Anaxagoram Clazomenium reprehendit, quod sphæræ tantum partem, quæ supra nos, sursum esse, & quæ sub pedibus est, deorsum uergere putauit: stultum enim est putare, ignem in altero horiçonte non similiter sursum ferri, sicut in nostro, sursumq; ferri quæcunque à centro ad circumferentiam tendant. Nec nisi in propria cœlum infra nos esse dicere solemus, uelut Vitruuius libro nono, sidera uersabunda latentiaq; quæ nobis non oriuntur, sub terra esse ait, hoc est sub horiçonte. Porro & hoc Maronis libro Georgicorum primo, ex communi ratione loquendi depromptum est, cum de Austrino uertice eloquens inquit:

— At illum

30 Sub pedibus Styx atra uidet, manesq; profundi:
Cum reuera (ut Aristoteles quoq; asserit lib. de Cœlo & Mundo. 2.) uertex meridianus sit ex natura rei sursum, quod poeta doctissimus, tamen si non ignorarit, maluit tamen ex communi persuasione ducto sermone uti, aut ueteres (ut sæpe solet) imitari quàm diuersum asserere. quandoquidem operis eum lege compulsus esse, ex Metrodori sententia Seruius scribit, ut quædam ex
40 ueterum traditione exciperet, quæ obscura forent. Vitruuius certè Boreale latus summum dixit, ut eo modo polus Austrinus imus, & sub pedibus esse intelligatur. Nisi quis Democritum & Leucippum esse secutum Maronem suspicetur: quorum opiniones de mundi inclinatione apud Plutarchum legito. Nos uulgò Austrinum polum, respectu arctici, qui nobis ad latus habitantibus erigitur, pressum decliuemq; dicere solemus. At sub pedibus esse,
50 se, nemo: nisi improprie dixerit, nisi sub pedibus, hoc est sub horiçonte, ut dixi, intelligas. Præterea, si concedimus Antipodas

esse sub nobis, non statim id sequitur, ut credibile sit eos caput deorsum uersus uestigijs inferius habere: quod falsissimum, uerissimum putat Lactantius. Cui hoc friuolo desipere non satis erat, addidit hoc amplius: Antipodibus datis, sequi ut tota terræ pars apud ipsos penderet, cum nostra iaceat. Item arbores deorsum crescere, pluuias uerò & niues & grandines sursum uersus cadere in terram. Quin & maria, & urbes, agrosq; & montes pensiles illic esse. Indigna sunt hæc pudenda errata opere tuo, o Lactanti. utinam quod nesciebas, præterisses irreprehensum: nec laceffendi cupidine inflammatus, ignorantiam tuam euando linguæ fuco adeo detexisses. Augustinus te longè omnium rerum peritior, terram rotundam esse negare noluit, nec tibi aliud affirmanti fidem dare: uidit enim quæ diceres, & quibus innitereris. Omne graue Lactanti (quod prima philosophiæ uestibula exhibent) à quacunque cœli parte in centrum tendat, deorsum tendit: & uice uersa, quod à centro recedit, sursum. Tibi uerò uidebatur, quod ab Antipodum peripheria in centrum caderet, sursum cadere: quod non est. Ac id ipsum quidem ex communi hominum locutione didicisse debueras, non nisi rem grauem cadere, aut ut grauitatis rationem habet descendere, id est ad centrum tendere affirmante. nam sua sponte sursum cadere nihil, sicut nec leue quidem, nisi impulsus impetu, deorsum tendere dicitur. ergo quicquid cadit, deorsum cadit. Sed quid in re aperta laboro? Qua fiducia cœlum non undique deuexum dixeris, tu uideto: mihi constat idem Astronomis, quibus ea in re summa fides est, nihil esse certius: qui cum Aristotele & uolui cœlum, & moueri regulari ambitu asserunt, quod tu quoque contemnis, cum & æthereos orbes sphericos esse neges. Nec sequitur, quod putas, si terra rotunda est, necesse est ut in omnes cœli partes eandem faciem gerat: id est montes erigat, campos tendat, maria consternat, cum maiorem partem terræ sub aqua esse rectè cognoscentibus indubium sit. Præterea quis credat (quod tu concessa terræ rotunditate sequi autumas) nullam partem terræ esse, quæ tunc ab hominibus cæterisq; animalibus non incoleretur. Nam esto, tellus circumquaq; (quod tamen euenire non potest) ab aquis libera nudaretur: non tamen sequeretur, eam ab omni parte habitabilem esse, ex multis causis, quas prætereo. Postremò, non sine quadam odiosa petulantia,
hoc

hoc philosophorum responsum irrides & contemnis. asserentium graua centro inniti, leuia sursum tendere. Et profectò quemadmodum nescire te scribis, quid de his dicas: ita illi si tua legent, quid de te dicant tot erroribus inuoluto, se nescire fatentur, contra quem certè plurima dici possent. Tandem quòd ais, te multis argumentis probare posse. cœlum terra non esse inferius: nemo credit hoc Lactanti, quòd cœlum terra sit inferius. Mirum est, cum formides id ab aliquo obtineri posse: cum hoc, admissis etiam Antipodibus, nequaquã sequatur. Nimis in re concessa sollicitus es, & ne cœlum cadat times, maxime si deorsum inclinet. Argumentis his iam non erat opus: probare enim id cuius contrarium est impossibile, non prudentis est, aut eruditi, sed uerbofi, & sibi ipsi suauis labiorum tinnitu blandientis. id quod tu hic Antipodibus calamo peregrisse uideris. Hactenus de Lactantio: & eo quidem modo, quo Narniensis Galeottus in lib. de Incognitis uulgo, illi obiicit. Equidem quanti Lactantij de Antipodibus sententiam putem faciendam, ex his intelligis, quæ hactenus retuli. Tu quod tibi uisum fuerit, sequere: nolo cogi te cuiuspiam existimatione: sed monuisse certè uolui, ne incautus lector huius magna alioqui autoritate capereris. Andreas Stiborius canonicus Viennensis, Theologia, & mathematicæ peritissimus, & Encyclo-

pædiæ magister, tanti alioqui scriptoris temeritatem demirari satis non potuit, cum ego ei caput hoc (quod antea quidè legerat, sed tum attentissimè relegebat) iudicij gratia adhibendi proposuissem. Nec absiunxit quidem, quin assereret, magnam Lactantio apud doctiores & fidei & doctrinæ æstimationem imminui, quòd adeò hallucinatus esset: non ob hoc quidem quòd nescierit (nescire enim humanum esse aiebat) sed quòd adeò constanter ignorata partim defenderit, partim reiecerit. Namq; ubi quis errori se addicit, dummodo in eo persistet, sibiq; obsit soli, tolerabile quidem id esse aiebat: ubi autem per insolentiã ac pertinacem fastum, & uero improperare, & tueri falsum cœperit, eum non odu in modò commune, uerum etiam publicam detestationem commereri. Mihi uerò uidetur hoc ex Hieronymi sententia commode in Lactantium usurpari posse, quòd Picus quadam ad Hermelaum Barbari epistolâ contra eundem usurpauit, in hæc uerba: Si fuisses ô Firmiane tam frequens in sacris literis, quam in consilijs litibus fuisti, & hoc non dixisses: & nostra non minus fortasse confirmasses, quam destruxeras aliena. Sed de his satis. Hortos pensiles.) De his lege Plin. lib. 36. cap. 14. Aereos orbes.) De hoc supra lib. 2. cap. 5. Simulachris.) Arati phænomena notat. Malis rebus.) argumentis adoxis.

Quæ & quanta prædiscenda sunt, & aliàs necessaria gentiliter philosophantibus, ut philosophiam nullus assequatur, aut rarus.

C A P. XXV.

NVnc pauca nobis de philosophia in communi dicenda sunt, ut confirmata causa peroremus. Summus ille noster Platonis imitator existimauit, philosophiam non esse uulgarem, quòd eam non nisi docti homines assequi possent: Est, inquit, philosophia paucis contenta iudicijs, multitudinem consultò ipsa fugiens. Non est ergo sapientia, si ab hominum cœtu abhorret: quoniam si sapientia homini data est, sine ullo discrimine omnibus data est, ut nemo sit prorsus qui eam capere non possit. At illi uirtutem humano generi datam sic amplexantur, ut soli omnium publico bono frui uelle uideantur, tã inuidi, quàm si uelint deligare oculos, aut effodere cæteris ne solem uideant. Nam quid est aliud hominibus negare sapientiam, quàm mentibus eorum uerum ac diuinum lumen auferre? Quòd si natura hominis sapientiæ capax est, oportuit opifices, & rusticos, & mulieres, & omnes deniq; qui humanam formam gerunt, doceri ut sapiant, populumq; ex omni lingua, & conditione, & sexu, et ætate conflari. Maximum itaq; argumentum est, philosophiam neq; ad sapientiam tendere, neq; ipsam esse sapientiam, quòd mysterium eius barbara tantum celebratur & pallio. Senferunt hoc adeò Stoici, qui & seruis, & mulieribus philosophandum esse dixerunt: Epicurus quoq; qui rudes omnium literarum ad philosophiam inuitat: item Plato, qui ciuitatem de sapientibus uoluit componere. Conati quidem illi sunt facere, quòd ueritas exigebat: sed non potuit ultra uerba procedi. Primum, quia multis artibus opus est, ut ad philosophiam

philosophiam possit accedi. Discendæ istæ communes literæ, propter usum legendi: quia in tanta rerum uarietate, nec disci audiendo possunt omnia, nec memoria cōtineri. Grammaticis quoque non parum operæ dandum est, ut rectam loquendi rationem scias. Id multos annos auferat necesse est. Nec Oratoria quidem ignoranda est, ut ea quæ didiceris, proferre atque eloqui possis. Geometria quoque, ac Musica, & Astrologia necessaria est, quod hæc artes cum philosophia habent aliquam societatem. quæ uniuersa perdiscere neque forminæ possunt, quibus intra puberes annos officia mox uisibus domesticis profutura discenda sunt: neque serui, quibus per eos annos uel maximè seruiendum est, quibus possunt discere: neque pauperes, aut opifices, aut rustici, quibus in diem uictus labore est quærendus. Ob eam causam Tullius ait, abhorrere à multitudine philosophiam. At enim rudes Epicurus accipiet. Quomodo ergo illa quæ de principijs rerum dicuntur, intelligent? quæ perplexa & inuoluta, uix etiam politi homines assequuntur. In rebus igitur obscuritate implicitis, & ingeniorum uarietate confusis, & eloquentium uirorum exquisito sermone fucatis, quis imperito ac rudi locus est? Denique nullas unquam mulieres philosophari docuerunt, præter unam ex omni memoria Themisten: neque seruos, præter unum Phædonem, quem male seruientem redemisse, ac docuisse Ceberem tradunt. Enumerant etiam Platonem, ac Diogenem: qui tamen serui non fuerunt, sed his seruitus euenerat: sunt enim capti. Platonem quidem redemisse Aniceris quidam traditur sestertijs VIIII. itaque infectatus est conuitijs hunc ipsum redemptorem Seneca, quod paruo Platonem aestimauerit. furiosus, ut mihi quidē uidetur, qui homini fuerit iratus, quod non multum pecuniæ perdidit. scilicet aurum appendere debuit, tanquam pro mortuo Hectore: aut tantum ingerere numorum, quantum uenditor non poposcit? Ex Barbaris uerò nullum, præter unum Anacharsim Scytham: qui philosophiam ne somniaisset quidem, nisi & linguam & literas antè didicisset.

COMMENTARIUS.

Vela colligens Ciceronem taxat, qui sapientiam paucorum esse, non rectè credidit: ut quæ *πεσωπολιτικά*, sicut beneficia Dei quæque, ignorat. id quod etiam Gentilium ipsorum exemplis probat. Summus ille noster. *ἡθελόν*, per ironiā. Locus est in præfatione secundæ Tusculanæ. Plato quidem in Polit. delectum facit, uerbis excludens à sapientiæ studio. *γυγιός* admitterens. Sed in Euthydemō: Quum sit finis hominibus in uniuersum omnibus propositus felicitas, felicitas autem in sapientia consistat, relinqui, ut omnes sapientiæ studio se dedant. Omnibus data est. *αφρονότες εἶσι*, et accessus illis est à Deo ad sapientiæ studium factus. Constat exemplis spurios ad summam atque adeo Christianam sapentiā peruenisse. posse eius rei præclara etiam nostri temporis exempla adducere, nisi malim ipsorum nominis opinionē etiam apud potentes saluam esse. Virtutem. Genus pro specie ob id ponere uidetur, quod manifestius est, uirtutem ad plures pertinere, quàm sapentiā. Publico. Ex legibus argumentum est. Publica enim sunt in tit. de rerum diuisione, quorum usus est communis omnibus: ut sunt, portus, flumina.

ergo Cicero ueluti tyrānus possessionem, quæ publica est, uel solus inuadit, uel cū paucis occupat. Ac diuinum lumen. quod illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Sed hinc deinde nascitur quaestio de prædestinatione. Oportuit opif. De hoc Eras. copiose in paraclesei. Ex omni lingua. In multis apud Paulū locis tollitur *πεσωπολιτικά*, præsertim Coloss. 3. *ἀπειθετε τοῖς αἰσθητοῖς καὶ τοῖς ἐπιγνώσι κατ' εἰσὶν τὸ λογισαντὸ αὐτὸ, ὅτι ἐκ γῆ ἐκλυθη καὶ ἰδοῦσθε, πῶς τοῖς καὶ ἀκροθυσία, βαρβαριστὸν, σκῦβος, δὲ δλος, ἐλευθέρου; ἀλλὰ τὰ πάντα ἐν γῆ πᾶσι χριστός.* Maximam. Argumentatio sic habet:

Philosophia requirit delectum personarum.

Sapientia non admittit delectum personarum.

Ergo Sapientia aliud est quàm philosophia.

Quod mysterium. Rectè itaque Herodes

Atticus apud Gell. li. 9. ca. 2. mendico. qui habitu philosophiam profitebatur, respondit: Barbarum et pallium uideo, philosophum non uideo. Vide pro uerbium, Tragica Sumia: item aliud, Barbatenus

Sapientes. Senferūt hoc Stoici.) Quid ni? cum par animi vigor illis, atq; uiris sit: ut Seneca ad Martiam scribit. Themisthen.) Putat fortasse Leontij coniugem, ad quam Epicurus scripsisse legitur. Quid dicemus de Themistoclea, Pythagoræ sorore? quid de alijs plurib. quarum bene longum catalogum Textor recenset? Phædonē.) Apud Laert. dubiū est, Crito'ne an Alcibiades eum ex Socratis admonitione redemerit. Gellius tamen cum Lactantio facit, qui lib. 2. cap. 18. de Phædone sic scribit: Phædon Eliensis ex cohorte illa Socratica fuit, Socraticq; et Platoni per fuit familiaris. Eius nomini Plato illū librum diuinum de Immortalitate animæ dedit. Is Phædon seruus fuit, forma atq; ingenio liberali, & (ut quidā scripserunt) à Lenone domino puer ad merendum coactus. Eum Cebe Socraticus, hortate Socrate, emisse dicitur, habuisseq; in Philosophiæ disciplinis. atq; is postea philosophus illufiris fuit, sermonesq; eius de Socrate admodū elegantes leguntur. Lege post hunc, Macrob. lib. 1. Sat. cap. 11. Platonem.) Cum hic tertio in Siciliam ad Dionysium Hermocratis filium peruensisset, tyranno de tyrannide differenti respondit: *ὡς ἐκ δὲ τῶν λέγειν τῶν, ὁ συμφορῶν αὐτῶν μόνον, εἰ μὴ καὶ ἀρετῆς ἀφάρτοι.* Ad quæ tyrannus offensus: *οἱ λόγοι σου γόρον τῶσιν.* Ad hæc uicissim Plato: *ὁ δὲ γὰρ τυραννῶσιν.* Inde Dionysius indignatus, necaturus Platonem erat, nisi Dion & Aristomenes intercessissent. Tradidit igitur eum Polidi, Lacedæmoniorum legato, qui Aegynæ eum uēdidit. Aderat fortē Amiceris Cy

renaiicus, qui redemit eum XX minis: siue, ut alij dicunt, XXX. Hæc ferè ex Laert. Lactantianis VIII. festertijs congruunt cum XX. minis: utrinq; siquidem CC. aurei coronati resultant. Senecæ cauillum non extat. Ac Diogenem.) Gellius & Macrob. iisdem locis: Diogenes etiam Cynicus seruitutem seruiuit, sed is ex libertate in seruitutem uenit ierat. Quem cum emere uellet Xenias Corinthius, & quid artificij nouisset, per cunctatus foret: Noui, inquit Diogenes, hominibus liberis imperare. Tum Xenias des responsum eius miratus, emit, & manumisit: filiosq; suos ei tradens: Accipe (inquit) liberos meos, quibus imperes. Confer cum his etiā Laert. Qui tamen serui non fuerunt.) Nō de Platone tantum, & Diogene, sed de Phædone quoq; intelligēdum est: qui ne ipse quidem uerna fuit, sed mancipium, unā nimirum cum patria captus: autore Laert. Pro mortuo Hectore.) Historia est apud Homerum Iliad. ω. apud 2^o Dictyn Cret. lib. 3. Verg. in pictura templi Carthaginensis lib. 1. Anacharsis Scythæ.) Vita eius est libro primo apud Laert. Insignis Luciani Dialogus huius nomine inscrip^o est, in quo de iuuentutis exercitijs cum Solone disputat. Cuius etiam apud Plut. in Solonis uita mentio fit: ubi Solonis leges telis araneorum comparat. Cuius Valerius meminit libro septimo, capite secundo. Dicere solebat. *ἐμοὶ πᾶν τὸ ἐν λόγῳ οὐκ ἔστι.* Nisi & linguam.) Ex matre enim Græca fuit. Laert.

Quod doctrina coelestis sapientiam sola largitur, quam natura communis appetit, & quærens philosophiam non inuenit: & quàm efficax sit lex Dei, & Ecclesiæ sacramenta.

C A P. XXVI.

QVod ergo illi poscente natura faciendū esse senferunt: sed tamen neq; ipsi facere potuerunt, neq; à philosophis fieri posse uiderunt: sola hæc efficit doctrina coelestis, quia sola sapientia est. Illi scilicet persuadere cuiquā potuerunt, qui nihil persuadent etiam sibi: aut cuiusquam cupiditates oppriment, iram temperabunt, libidinem coerebunt: cum ipsi & cedant uitijs, & fateantur plus ualere naturā: Dei autem præcepta, quia & simplicia & uera sunt, quantum ualeant in animis hominum, quotidiana experimēta demonstrant. Da mihi uirū qui sit iracundus, maledicus, effrenatus: paucissimis Dei uerbis tam placidū quàm ouem reddam. Da cupidum, auarū, tenacem: iam tibi eum liberalem dabo, & pecuniam suam plenis manibus largientem. Da timidum doloris ac mortis: iam cruces, & ignes, & Phalaridis taurū contemnet. Da libidinosum, adulterū, ganeonē: iam sobriū, castū, cōtinentē uidebis. Da crudelē, & sanguinis appetentē: iam in uerā clementiā furor ille mutabitur. Da iniustū, insipientē, peccatorē: cōtinuò & æquus, & prudens, & innocēs erit. Vno enim lauacro malicia omnis abolebit. Tāta diuinæ sapiētiae uis est,

est, ut in hominis pectus infusa, matrem delictorum stulticiam uno semel impetu expellat: ad quod efficiendum, non mercede, non liberis, non lucubrationibus opus est. Gratis ista fiunt, facile, citò: modò pateant aures, & pectus sapientiam sitiat. Nemo uereatur nos: aquam non uendimus, nec solem mercede præstamus. Dei fons uberrimus, atq; plenissimus patet cunctis: & hoc cœleste lumen uniuersis oritur, quicunq; oculos habent. Num quis hæc Philosophorum aut unquam præstitit, aut præstare potest? Qui cum ætates suas in studio Philosophiæ conterant, neq; alium quenquam, neq; seipsos (si natura paulum obstitit) possunt facere meliores. Itaq; sapientiæ eorum, ut plurimum efficiat, non excindit uitia, sed abscondit. Pauca uerò Dei præcepta sic totum hominem immutant, & expuncto uetere nouum reddunt, ut non cognoscas eundem esse.

COMMENTARIUS.

Syncrisi confert cum Philosophia cœlestem sapientiam: metitur autem utranq; ex effectu. Admixti sunt loci generis deliberatiui. Poscente natura.) dicente lege naturæ, non corrupta illa, sed primogenita. Nam sub finem huius capituli, naturæ uocabulum usurpat pro uitata illa, adeoq; pro ingenio, siue (ut cū Apostolo loquar) lege carnis. Tam placidū quàm ouē.) Terentiana sunt ex Adelphis, ubi Syrus seruus Ctesiphonti herili filio pollicetur, patrē Demeā, etiam si maximè serueat, tam placidum redditurum, quàm ouem. Imitatus est hic noster in loco, quum Christianum nihil magis deceat quàm simplicitas ouis. Quare Christus se pastorem bonū, Ecclesiam suam ouile appellauit. Plenis manibus.) Hoc est, ampliter, copiosè, prolixè, minèq; malignè. Hæc Eras. in Chil. Iacobus in sua epistola cap. 3. confert mundanam sapientiam cum cœlesti, his uerbis: Δειξάτω ἐκ τῆς καλῆς αἰσροφῆς τὰ ὄφρα αὐτῶ, ὅτι πρὸς αὐτῶν σοφίας. ἡ δὲ ζῆλον μικρὸν ἔχετε, καὶ ὀπίθειαν ὅτι τῆς καρδίας ὑμῶν, μὴ κατακαυχᾶσθε καὶ ὀπίθειτε. ἢ τῆς ἀληθείας ὅτι ἐστὶν αὐτῶν ἡ σοφία ἀνωθεν καταρχομένη, ἀλλ' ἐπίγειος, ψυχικὴ, λαίμωνιάδης. ὅτι οὐ γὰρ ζῆλον καὶ ὀπίθειαν, ἐκείνη κατακαυχᾶται καὶ πᾶν φαῖλον πρᾶγμα. ἢ τῶν ἀνωθεν σοφία πρῶτον μὲν ἀγνῶσθην, ἔπειτα εἰδῆσθαι, ὠδισθῆναι, ὀπίθεισθαι, μὴ ἐπιελθῆναι καὶ καταπαύσθαι ἀγαθῶν, &c. Phalaridis taurum.) De hoc in seq. cap. Vno

enim lauacro.) Baptismatis scilicet: non aquatici illius, qui ut peccata non tollit, ita uelamentum hypocriseos est, eo ipso quòd signum tantum regenerationis est, ἢs qui uita ac fide Christianæ professioni non respondent. Neq; regeneratio peccati fomitem ita tollit, quin radices aliqua ueteris ingenij, & naturæ Adamicæ in carne nostra relinquuntur, quæ reluctante etiam spiritu, subinde pullulant. Nam licet domus sit optimè purgata, adiungere tamen inimicus sæpe solet septem alios se multo deteriores, quibus eam rursum occupat. et hi sunt, qui sermonem Dei in se manentem non habent: Io an. 5. Stulticiam.) ἐπίθειαν intellige, quæ causa & origo est omnis mali, & ob id ipsum summa et extrema stulticia. Nam stultos sæpe sacra Scriptura solet appellare αὐτοὶ ἀπίστοι. siue manis intelligere uetus fermentum, de quo Paul. in priori ad Corinth. cap. 5. Aquam non uendimus.) Videat ergo Antichristiana ecclesia, in qua non sacramenta modò, sed ipsum etiam cœlum uenale est. Videtur autem Laet. alludere ad illud Apoc. 29. ἐγὼ ἔδωκα δὲ τῶντι δώσω ἐκ τῆς ὄψεως τῆς ὕδατος τῆς ζωῆς δωρεάν. & cap. 22. καὶ ὁ δὲ τῶν ἐλθῆτω, καὶ ὁ θελῶν λαμβανέτω τὸ ὕδωρ ζωῆς δωρεάν. Dei fons.) De quo etiam Ioannis quarto. Hoc cœleste lumen.) Ioannis primo, & quinto: Apocalypsis uigesimo secundo. Vetere.) Ephesiorum quarto, Colossiensium tertio.

Quòd Philosophi sæpe rectè præcipiunt, & interdum uident uerum: & quare non sit eis credendum. CAP. XXVII.

Quid ergo nihil 'ne illi simile præcipiunt? Imò permulta: & ad uerum frequenter accedunt: sed nihil ponderis habet illa præcepta, quia sunt humana, & autoritate maiori, id est diuina illa carent. Nemo igitur credit, quia tam se hominem putat esse qui audit, quàm ille qui præcipit. Præterea nihil apud eos certi est, nihil quod à scientia ueniat. Sed cum omnia coniecturis agantur, multa etiam diuersa, & uaria proferantur: stultissimi est ho-

minis, præceptis eorum uelle parere: quæ utrum uera sint an falsa, dubitatur: & ideo nemo parat, quia nemo uult ad incertum laborare. Virtutem esse, Stoici aiunt, quæ sola efficiat uitam beatam. Nihil potest uerius dici. Sed quid si cruciabitur, aut dolore afficietur? Poterit ne quisquam inter carnifices beatus esse? Imò uerò illatus corpori dolor, materia uirtutis est: itaque ne in tormentis quidem miser est. Epicurus multo fortius: Sapiens, inquit, semper beatus est: & uel inclusus in Phalaridis tauro hanc uocem emittet: Suauis est, & nihil curo. Quis eum non irriserit? Maxime, quod homo uoluptarius personam sibi uiri fortis imposuit, & quidem supra modum. Non enim fieri potest, ut quisquam cruciatus corporis pro uoluptatibus ducat: cum satis sit, ad officium uirtutis implendum perferre ac sustinere. Quid dicitis Stoici? Quid tu Epicure? Beatus est sapiens, etiam cum torquetur? Si propter gloriam, patientia non fruetur: in tormentis enim fortasse morietur. Si propter memoriam, aut non sentiet, si occidunt animam: aut si sentiet, nihil ex ea consequetur. Quis ergo alius fructus est in uirtute? quæ beatitudo uitæ, ut æquo animo moriatur? Bonum mihi afferis unius horæ, aut fortasse momenti, propter quod non expediat in tota uita miseris & laboribus confici. Quantum autem temporis mors occupat? quæ cum uenit, utrum æquo animo, an iniquo eam subieris, iam nihil refert. Ita fit, ut nihil aliud ex uirtute captetur nisi gloria. Sed hæc aut superuacua & breuis est, aut prauis hominum iudicijs non sequenda. Nullus igitur ex uirtute fructus est, ubi uirtus mortalis est, & caduca. Itaque qui hæc locuti sunt, umbram quandam uirtutis uiderunt, ipsam uirtutem non uiderunt. Defixi enim fuerunt in terram, nec uultus suos in altum erigebant, ut eam possent intueri, quæ sese cœli regionibus ostentabat. Hæc causa est, cur præceptis eorum nullus obtemperet: quoniam aut ad uitia erudiunt, si uoluptatem defendunt: aut, si uirtutem asserunt, neque peccato pœnam minantur, nisi solius turpitudinis: neque uirtuti ullum præmium pollicentur, nisi solius honestatis & laudis: cum dicant, non propter aliud, sed propter seipsam expetendam esse uirtutem. Beatus est igitur sapiens in tormentis: sed cum torquetur pro fide, pro iusticia, pro Deo, illa patientia doloris beatissimum faciet. Est enim Deus qui solus potest honorare uirtutem, cuius merces immortalitas sola est: quam qui non appetunt, nec religionem tenent, cui æterna subiacet uita, profecto neque uirtutis uim sciunt, cuius præmium ignorant, neque in cœlum spectant, quod ipsi se facere putant, cum res non inuestigabiles quærunt: quia ratio in cœlum spectandi nulla alia est, nisi aut religionem suscipere, aut animam suam immortalem esse credere. Quisquis enim aut Deum colendum esse intelligit, aut immortalitatis spem sibi propositam habet, mens eius in cœlo est: & licet id non aspiciat oculis, animam tamen lumine aspicit. Qui autem religionem non suscipiunt, terreni sunt, quia religio de cœlo est: & qui animam putant cum corpore interire, æque in terram spectant, quia ultra corpus quod est terra, nihil amplius uident, quod sit immortale. Nihil igitur prodest, hominem ita esse fictum, ut recto corpore spectet in cœlum, nisi erecta mente Deum cernat, & cogitatio eius in spe uitæ perpetuæ tota uersetur.

C O M M E N T A R I V S.

Afferit in maiestatem, diuinæ sapientiæ studium: philosophiæ gentiliæ autoritatem eleuat. Fit hoc syncrisci qualitatis utriusque, adeo causarum efficientium. Hæc siquidem ex certis constat originibus, illa ex infirmis opinionibus nascitur, & coniecturis incertis. Docet item, quæ sit differentia inter utranque, etiam si idem utrinque doceatur.

Qua de re nos diximus in altera earum quas Ciceronis Officijs præfiximus, præfatione, ad Magnificum Patriæ dulcissimæ senatum scripta. Virtutem esse Stoici. Laertius Zenonem & Chrysippum huius assertionis autores citat: αἰχμωμένη γαῖα ἐφ' οἷς ἁπάντων πρῶτον μὲν, ὡς αὐτῶν τὸ κελὸν εἶδεν ἀγαθόν, αὐτοῖσιν

αὐτάρ κεν τε εἴη αὐτῷ πῶς Ἰδολαμυνία,
 λαθεῖ φρονήτων, καὶ χεῖρον πρὸς τὸ
 πρῶτον πῶς ἀρετῶν. Et deinde Heccatonis
 quoque ex secundo de bonis uerba hæc adducit,
 quibus argumentatur à forma ad genus: εἰ γὰρ
 αὐτάρ κεν εἴη ἢ μεγάλη ψυχία πῶς τὸ πρῶτον
 τῶν ἁπάντων ποιεῖν, ἐστὶ δὲ μὲν ἀρετῶν,
 αὐτάρ κεν εἴη ἢ ἀρετῆ πῶς Ἰδολαμυνία.
 Disputant super hac quæstione, Cic. in 5. Tusc.
 10 quæst. Seneca epist. 92. Lactantius probat gen-
 tilium sententiam, quam tamen aliter atque ipsi in-
 telligit: ita nimirum, quod uirtus, quæ ex fide Chri-
 stiana nascitur, ad æternam felicitatem cōsequen-
 dam sufficiat: quum gentilium sensus sit, uirtu-
 tem sibi sufficere, neque indigere cuiusquam laude,
 uel gloria, neque præsidio fortunæ parere perfice-
 reque beatitudinem. Hinc definiuit etiam Cic. in 1.
 de Legibus uirtutem perfectam in se, et ad sum-
 mum perductam naturam. Epicurus mul-

to fortius.) Apud Ciceronem in 2. Tusc. q.
 de hac Epicuri constantia sic legimus: Epicurus
 affirmat, si uratur sapiens, si crucietur, expectas
 fortasse dum dicat patietur, perferet, nõ succum-
 bet. Magna mehercule laus, et eo ipso, per quem
 iurauit, Hercule digna. Sed Epicuro homini aspe-
 ro et duro non est hoc satis. In Phalaridis tauro
 si erit, dicit: Quam suauis est hoc, quam hoc non
 curo. Suauis etiam? an parum est, si non est ama-
 rum, etc. De Perillo notior est historia, quam
 quæ referri debeat. Vide, si uoles, Plin. lib. 34.
 cap. 8. Prouerb. apud Eras. Phalaridis imperium.
 Illatus corpori dolor.) Gaudet enim pa-
 tientia duris, ut inquit Poeta, Argumentum à re-
 latiuè oppositis, siue causa materiali. Si pro-
 pter glor.) A causa finali remouet monstro-
 sam Epicuri fortitudinem. Mens eius in
 coelo est.) Nam cogitatio nostra in cælis esse
 debet, ut alicubi Paulus docuit.

In quo solo nitatur conditio creature: et unde nature nomen aut fortuna: et
 quomodo philosophi suis inuicem gladijs pereunt. Quod fortuna nihil est, quam
 philosophi non modo Deam, sed Deum mentiuntur. Et quod hunc errorem da-
 mones immiserint eis qui Deum nesciebant, aut contemnebant.

CAP. XXVIII.

Quapropter nihil aliud est in uita, quo conditio nostra nitatur, nisi Dei
 qui nos genuit, agnitio, & religiosus ac pius cultus: unde quoniam phi-
 losophi aberrauerunt, sapientes utique non fuerunt. Quæsiuerunt illi quidem
 sapientiam: sed quia non ritè quærebant, prolapsi sunt longius, & in tantos
 30 errores inciderunt, ut etiam communem sapientiam non tenerent. Non e-
 nim tantum religionem asserere noluerunt, uerum etiam sustulerunt, dum
 specie uirtutis falsæ inducti, conantur animos omni metu liberare. quæ reli-
 gionis euersio, nature nomen inuenit. Illi enim cum aut ignorarent, à quo
 esset effectus mundus, aut persuadere uellent, nihil esse diuina mente perfe-
 ctum, naturam esse dixerunt rerum omnium matrem, quasi dicerent, omnia
 sua sponte esse nata: quo uerbo planè imprudentiam suam confitentur. Na-
 tura enim remota prouidentia & potestate diuina, prorsus nihil est. Quod
 si Deum naturam uocant, quæ peruersitas est, naturam potius quam Deum
 nominare: Si autem natura ratio est, uel necessitas, uel conditio nascendi,
 40 non est per se ipsam sensibilis: quia necesse est, mentem esse diuinam, quæ sua
 prouidentia nascendi principium rebus omnibus præbeat. Aut si natura est
 cœlum atque terra, & omne quod natum est, non est Deus natura, sed Dei
 opus. Non dissimili errore credunt esse fortunam, quasi deam quandam res
 humanas uarijs casibus illudentem, quia nesciunt, unde sibi bona & mala
 eueniant. Cum hac se compositos ad præliandum putant, nec ullam tamen
 rationem reddunt, à quo & quam ob causam, sed tantum cum fortuna se di-
 gladiari momentis omnibus gloriantur. Iam quicumque consolati sunt ali-
 quos ob interitum, amissionemque charorum, fortunæ nomen acerrimis ac-
 cusationibus prociderunt: nec omnino ulla eorum disputatio de uirtute est,
 50 in qua non fortuna uexetur. M. Tullius in sua consolatione pugnasse semper
 contra fortunam loquitur, eamque à se esse superatam, cum fortiter inimicorum
 impetus retudisset, ne tum quidem se ab ea fractum, cum domo pulsus pa-

tría caruit. tum autem, cùm amiserit charissimam filiam, uictum se à fortuna turpiter confitetur: Cedo, inquit, en manum tollo. Quid hoc homine miserius, qui sic iacet? Insuper, inquit, sed quis profitetur se esse sapientem. Quid ergo sibi uult assumptio nominis? Quid contemptus ille rerum, qui magnificis uerbis prætenditur? Quid dispar cæteris habitus? Aut cur omnino præcepta sapientiæ dantur, si nemo qui sapiat adhuc inuentus est? Et quisquam nobis inuidiam facit, quia philosophos negamus esse sapientes? cùm ipsi nec scire se quicquam, nec sapere fateantur. Nam si quando ita defecerint, ut ne affingere quidem quicquam possint (quod faciunt in rebus cæteris) tum uerò ignorantia admonentur, & quasi furibundi exiliunt & exclamant, se cæcos esse & excordes. Anaxagoras pronunciat, circumfusa esse tenebris omnia. Empedocles angustas esse sensuum semitas queritur, tanquã illi ad cogitandum rheda, & quadrigis opus esset. Democritus quasi in puteo quodam sic alto, ut fundus sit nullus, ueritatem iacere demersam: nimirum stultè, ut cætera. Non enim tanquam in puteo demersa est ueritas, quo uel descendere, uel etiam cadere illi licebat, sed tanquam in summo montis excelsi uertice, uel potius in cælo, quod est uerissimum. Quid enim est, cur eam potius in imum depressam diceret, quàm in summum leuatam? nisi forte mentem quoque in pedibus, aut in imis calcibus constituere malebat potius, quàm in pectore, aut in capite. Ad eò remotissimi fuerunt ab ipsa ueritate, ut eos ne status quidem sui corporis admoneret, ueritatem in summo illis esse quærendam. Ex hac desperatione confessio illa Socratis nata est, quæ se nihil scire dixit, nisi hoc unum, quòd nihil sciat. Hinc Academia disciplina manauit, si tamen disciplina dici potest, in qua ignorantia & discitur, & docetur. Sed ne illi quidem qui scientiam sibi assumpserunt, id ipsum quod se scire putabant, constanter defendere potuerunt. Qui quoniam ratio illis non quadrabat, propter ignorantiam rerum diuinarum tam uarij, tam incerti fuerunt, sibiq; saepe contraria differentes, ut quid sentiant, quid uelint, satis statuere ac diiudicare nō possis. Quid igitur pugnes aduersus homines eos, qui suo sibi gladio pereunt? Quid labores, ut eos destruas, quos sua ipsos destruit atq; affligit oratio? Aristoteles (inquit Cicero) ueteres philosophos accusans, ait eos aut stultissimos, aut gloriosissimos fuisse, qui existimassent philosophiam suis ingenijs esse perfectam: sed se uidere, quòd paucis annis magna accessio facta esset, breui tempore philosophiam planè absolutam fore. Quod igitur fuit illud tempus? quo more? quando est, aut à quibus absoluta? Nam quòd ait stultissimos fuisse, qui putassent ingenijs suis perfectam esse sapientiam, uerum est: sed ne ipse quidem satis prudenter, qui aut à ueteribus cœptam, aut à nouis auctam, aut mox à posterioribus perfectam iri putauit: nunquam enim potest inuestigari, quod non per uim suam quæritur.

C O M M E N T A R I V S.

Indicat hoc quoq; capite, philosophos, eo quòd sopheriam non ritè quæsiuerunt, non modò non inuenisse: sed eò erroris prolapsos, ut Naturam & Fortunam pro numinibus colerent. Vtrumq; errorem confutat, unà cum alijs quibusdam Anaxagoræ, Empedoclis, Democriti. Naturæ nomen inuenit.) Quod ab ult. supino uerbi Nascor deducitur: sicut Græcorum φύσις, à futuro uerbi φύω. De natura autem, testante Galeno, scripserunt Plato, Hippocrates, Empedocles, Parmenides, Melissus, Alcmaeon, Heracli-

tus, Epicurus. Vocabulum nature uariè usurpatur à Latinis. Nam quandoq; pro indole, ingenio, habitu accipitur, quãdoq; pro mente, sapius pro substantia, præsertim apud Ciceronem: communior tamen huius usus est, ut pro nascendi conditione rationeq; accipiatur. Latè autem, dum significationes istas cõfundit, sese magis inuoluit, quam explicat: alioqui nō immeritò damnans qui deum rerum conditorem sua gloria fraudantes, Naturam quandam creatricem, & administratricem rerum constituunt: cum Natura (φύσις) nihil

nihil aliud sit, quàm lex & uoluntas aeterna Dei, creatis & administratis per ipsam omnia. Nam uerbalia Graecorum in is, ferè actionem, agèdiq; facultatem significant. Mirari quis posset, quur Naturæ uocem susseptam reddere nitatur, quum ea non modò in utriusq; Testamenti uoluminibus occurrat legentibus crebrò, sed etiam apud scriptores Ecclesiasticos antiquissimos. Concedemus Stoicis, asserentibus τὴν φύσιν εἶναι σωτήριον τῶν ἡρώτων, καὶ τὴν φύσιν τῆς ἀδελφείας. Definitionem uerò illis nequaquam cesserim, qua naturam sic definiunt: ἐστὶ δὲ φύσις, ἣ ἐστὶ ἀπὸ τῆς οὐσίας καὶ τῆς οὐρανίας ἀποτέλει τὴν φύσιν, καὶ σωτήριον τῶν ἀδελφῶν ὡς ἀπὸ τῆς οὐσίας, καὶ τῆς οὐρανίας ἀποτέλει τὴν φύσιν.

κελεύει. Neq; enim ex sese uel est quicquam, uel mouetur, quæ nihil aliud quàm Dei nutus est, & (ut dixi) uoluntas aeterna. Deus autem Natura quidem esse potest, si non φύσιν, sed οὐσίαν intelligas. Nam sic non Cicero modò, sed etiam ipse Augustinus, creaturam οὐσίαν translulerunt: nò de Deo modò, sed etiam de alijs substantijs. Nam in 2. de Moribus Manichæorum lib. cap. 1. dicit uerbo substantiuo (nihil refert siue εἶμι, unde οὐσία deducitur: siue sum, unde Essentia intelligas) subesse manentis in se, atq; incommutabiliter sese habentis naturæ significationem. Hanc nihil aliud quàm Deum possumus dicere. Idem Augustinus libro secundo, de Anima naturæ, quæ siue οὐσία est, siue οὐ τὴν talem facit diuisionem:

Natura, ἢ οὐσία, aut

20 DEVS est, qui nullum habet autorem.

Deus non est, quæ habet ipsum autorem.

Harum

Aliqua facta non est, sed

Aliqua facta quidem est, CREATURA creata, condita, facta; atq; eæ partim

Alia genita est ab illo, FILIUS. Alia procedit ex ipso, SPIRITVS.

οὐσία οὐκ εἶσι τὰ φύσιν ὄντα.

Ex nihilo: uniuersa mundi moles, cælū terra, &c. Ex aliquo: ut uir ex limo, mulier ex uiro.

30 Quis iam est qui uel mediocres in Physicis & Dialecticis progressionem fecerit, qui non intelligat, naturam Augustino idem esse quod est καὶ τὴν οὐσίαν? Et si Ciceronianum aliquod exemplum requiris, dabimus quod in promptu est, ex primo Tuscul. quæst. ubi quintam Aristotelis essentiam, naturam appellauit, his uerbis: Aristoteles his omnibus (Platonem semper excipio) præstans et ingenio & diligentia, cum quatuor nota illa genera principiorum esset completus, ex quibus omnia orirentur, quintam quandam naturam censet esse, e qua sit mens. Et in Academicis hoc nomen usitatus & tritius se facere profitetur, de eadem quinta essentia differens. Galenus in priore libro Commentariorum in Hippocrate, de Natura hominis, τὴν φύσιν nomenclationem explicaturus, unde Physicorū, qui de natura libros conscripserunt, nomen manauit, primam appellat substantiam id, per quod omnia oriuntur & occidunt: φαίνεται γὰρ ἀπὸ τῆς οὐσίας τῶν πρώτων οὐσίαν ὅποια τις εἶναι, ὡς ἀπὸ τῆς οὐσίας τῶν πρώτων.

καὶ τὴν οὐσίαν. Quæ uerba meam interpretationem uidentur & confirmare, & explicare. Quare Lactantius hoc quoq; quod sanò cum intellectu & legi & intelligi poterat, præter meritum uidetur acerbius reprehendere. Quam quidem questionem capite decimo, de Ira Dei refricat. Quòd si Deum naturam. Quæ Senecæ sententia fuit: supra libro secundo, capite nono. Si autem nat.) Rectè conditionaliter proponis Lactanti: nam hæc ratione te ipsum explicas. Nam siue οὐσίαν, siue τὴν οὐσίαν, siue etiam mentem eam faciant, Deū intelligunt. Neq; Ouid. aliud Deum, aliud naturam dixit, hoc uersu: Hanc Deus, & melior litem natura diremit. Galenus, Hippocrates iustam & eruditam naturam eandem esse docet, quæ Platoni est conditor mundi Deus. Sed hæc fortassis alijs locis fusius. Non dissimili.) Iustior hæc quam superior reprehendendi materia est. Nam contra hanc etiam Augustinus inuehitur libro de

Ciuit. 4. cap. 13. & 19. & Galen. in Protrepico, eius quæ pingitur imaginem sugillat. Cuius uerba, nisi proluxiora essent, adscriberem. A se esse superatam.) Tus. quæst. 5. Occupaui te fortuna, atq; cæpi, omnesq; aditus tuos exclusi, ut ad me aspirare nõ posses. En manum tollo.) Qui se uictos agnoscebant, manum dabant: sicut etiam herbam. Cic. in Lælio: Ad extremum det manus, uinciq; se patiat. Vide prouerbium in Chil. Eras. Dare manus. Anaxagoras.) Hæc uidentur ex primo Academicorum Ciceronis desumpta esse, ubi de Academicorum ἀκατάληκτα scribit. Verba Ciceronis sunt: Tum ego cum Zenone, inquam, ut accepimus, Arcefilas sibi omne certamen instituit, non pertinacia aut studio uincendi (ut mihi quidem uidetur) sed earum rerum obscuritate, quæ ad

confessionem ignorationis adduxerunt Socrate, & ueluti amantes Socratem, Democritum, Anaxagoram, Empedoclem, omnes penè ueteres, qui nihil cognosci, nihil percipi, nihil fieri posse dixerunt: angustos sensus, imbecillos animos, breuia curricula uitæ, & (ut Democritus) in profundo ueritatem esse demersam. Hoc posterius legitur etiam in altero, quod extat, Academicarum quæst. fragmento: Naturam accusa, quæ in profundo ueritatem, ut ait Democritus, penitus abstruserit. Academiæ disciplina.) Notatio. nec artem, nec scientiam, sed sectam intellige, quam αἰεσις Græci uocant. Qui scientiam.) ἀκατάληκτα siue ἀκατάληκτων, quam comprehensionem interpretantur. Suo sibi.) Prouerb. Terent. ex Adelph. uide Chil. Inquit Cicero.) Locus hodie non extat.

De fortuna, & uirtute. CAP. XXXIX.

SEd repetamus id, quod omisimus. Fortuna ergo per se nihil est: nec sic habendum est, tanquam sit in aliquo sensu. Siquidem fortuna est accidentiũ rerum subitus atq; inopinatus euentus: Verũ philosophi, ne aliquando nõ errent, in re stulta uolunt esse sapientes, qui fortunæ sexũ mutant, eamq; non deam, sicut uulgus, sed Deum esse dicunt. Eundem tamen interdum naturã, interdum fortunam uocant, quòd multa (inquit idem Cicero) efficiat inopinata nobis propter obscuritatem, ignorationemq; causarum. Cũ igitur causas ignorẽt, propter quas fiat aliquid, & ipsum qui faciat ignorent necesse est. Idem in opere ualde serio, in quo præcepta uitæ deprompta ex philosophia filio dabat: Magnam, inquit, esse fortunæ uim in utranq; partem, quis nesciat? Nam & cũ prospero flatu eius utimur, ad exitus peruenimus optatos: & cũ reflauerit, affligimur. Primum, qui negat sciri posse quicquam, sic hoc dixit, tanquam & ipse, & omnes sciãt. Deinde qui etiam quæ clara sunt, dubia conatur efficere, hoc putauit esse clarum, quòd illi esse debuit uel maxime dubium: nam sapienti omnino falsum est. Quis, inquit, nescit? Ego uerò nescio. Doceat me (si potest) quæ sit illa uis, qui flatus iste, & qui reflatus. Turpe igitur est, hominem ingeniosum id dicere, quòd si neges, probare nõ possit. Postremò, quòd is, qui dicit, assensus esse retinẽdos, quòd stulti sit hominis, rebus incognitis temerè assentiri: is inquam planè uulgi & imperitorum opinionibus credidit, qui fortunam putant esse, quæ hominibus tribuat bona & mala. nam simulachrum eius cum copiæ cornu, & gubernaculo fingunt, tanquam hæc & opes tribuat, & humanarum regimen obtineat. Cui opinioni & Virgilius assentit, qui fortunam omnipotentem uocat, & historicus, qui ait: Sed profectò fortuna in omni re dominatur. Quid ergo cæteris dijs loci superest? Cur non aut ipsa regnare dicitur, si plus potest, aut sola colitur, si omnia? Vel, si tantum mala immittit, aliquid causæ proferã, cur si dea sit, hominibus inuideat, eosq; perditos cupiat cũ ab his religiosè colatur? cur æquior sit malis, iniquior autem bonis? cur insidietur, affligat, decipiat, exterminet: quis illam generis hominum uexatricem perpetuam constituerit: cur deniq; tam malam sortita sit potestatem, ut res cunctas ex libidine magis, quàm ex uero celebret, obscuretq;. Hæc inquam philosophos inquirere oportuit potius, quàm temerè innocentem accusare fortunam, quæ etiam si sit aliqua, nihil tamen afferri ab his potest, cur hominibus tam inimica sit, quàm

quàm putatur. Itaq; illæ omnes orationes, quibus iniquitatem fortunæ lacerant, se suasq; uirtutes contra fortunam superbissimè iactant, nihil aliud sunt quàm deliramenta inconsideratæ leuitatis. Quare non inuideant nobis, quibus aperuit ueritatem Deus: qui sicut scimus nihil esse fortunam, ita scimus esse prauum ac subdolum spiritum, quisit inimicus bonis, hostisq; iusticiæ, qui contraria faciat quàm Deus, cuius inuidiæ causam in secundo libro expli-
cauimus. Hic ergo insidiatur uniuersis: sed eos qui nesciunt Deum, errore im-
pedit, stulticia obruit, tenebris circumfundit, ne quis possit ad diuini nominis
peruenire noticiam: in quo uno & sapientia continetur, & uita perpetua. Eos
10 autem, qui Deum sciunt, dolis & astutia aggreditur, ut cupiditate ac libidi-
ne irretiat, ac peccati blandimētis deprauatos impellat ad mortem: uel si do-
lo nihil profecerit, ui & uiolentia deicere conatur. Idcirco enim in primor-
dijs transgressionis non statim ad pœnam detrusus à Deo est, ut hominē ma-
licia sua exerceat ad uirtutem, quæ nisi agitetur, ni assidua uexatione robore-
tur, non potest esse perfecta: siquidem uirtus est perferendorum malorū for-
tis ac inuicta patientia. Ex quo fit, ut uirtus nulla sit, si aduersarius desit. Hu-
ius itaq; peruersæ potestatis cum uim sentirēt uirtuti repugnātem, nomenq;
ignorarent, fortunæ uocabulum sibi inane finxerunt. Quod quàm longè à sa-
pientia sit remotum, declarat Iuuenalis his uersibus:

20 *Nullum numen habes si sit prudentia: sed nos
Te facimus Fortuna deam, cœloq; locamus.*

Stulticia igitur, & error, & cæcitas, & (ut Cicero ait) ignoratio rerum atq;
causarum, Naturæ ac Fortune nomina induxit. Sed ut aduersarium suum ne-
sciunt, sic nec uirtutem quidē sciunt, cuius scientia ab aduersarij notione de-
scendit. Quæ si coniuncta est cum sapiētia, uel (ut ipsi dicunt) eadem ipsa sa-
pientia est: ignorē necesse est, in quibus rebus sita sit. Nemo enim potest ue-
ris armis instrui, si hostem contra quem fuerit armandus ignorat: nec aduer-
sarium uincere, qui in dimicando nō hostem uerum, sed umbram petit. Pro-
sternetur enim, qui alio intentus uenientem uitalibus suis ictum nec præui-
30 derit antè, nec cauerit.

C O M M E N T A R I V S.

Redit rursus ad Fortunæ locum, & explodit
quorundam eam asserentiū sententiā. Transfert
aut huius uanitatis causas in Satanam, malorū om-
niū autorem. Digreditur in locū patientiæ et for-
titudinis: indicat Satanicas diuexationes materiā
uirtutis esse. Argumenta ex definitionib; & cau-
sis ducuntur. Nihil est.) Sunt quidam, te-
40 ste in Physicis Aristot. qui controuertunt, an sit
fortuna. Causa quæstionis illius est; quod dicunt
nihil à fortuna fieri. Sed nihil esse ego intelligo,
quod non sit substantia, sed accidens. In ali-
quo sensu.) Siue actiue, siue passiue intelli-
gas, neq; enim sentit quicquam, neq; sensibus ex-
ternis percipitur. Sed Deum.) Quod phi-
losophi hoc fecerint, nondū legi, nisi fortassis Plu-
tum intelligas, qui apud Aristoph. & ipse cæcus
inducitur: Mammon etiā Hebræis masculus est.
50 Philemon, ut eum Theodoretus citat, sic ait: *ὁ
ἔστιν ἡμῶν ὁ θεὸς τῆς τύχης θεός, ὃν ἔστιν, ἀλλὰ τῶν
τοῦ αἰῶνος, ὃ γίγνεται ὡς ἡ τύχη ἐκαστῶν πλοῦτον*

ἡ τύχη. Sed Romani Fortunam mascu-
lam & Fortunam muliebrem coluerūt: ut à Plut.
scriptum est in lib. de Fortuna Romanorū. Quo-
tamen loco nullus sexus discernitur, sicut nec
apud Ouid. in 4. Fast. ubi de uirilis Fortunæ sa-
cris agitur. Augustinus utriusq; meminit loco su-
prā citato. Masculæ Fortunæ templum ab Anco
Martio quarto Romanorum rege extructum,
quod plusculam sibi fortunam ad indispicendam
uictoriam affuisse, quàm fortitudinem credide-
rat. Fuit etiā alia Masculæ Fortunæ ædícula ad
Veneris, autore eodem Plutarcho, qui uariarum
Fortunarum & nomina & delubra recenset. de
quibus etiā Volaterr. lib. 30. Philologiæ. Sed
hic locus maiorem acquireret lucem, si Ciceronis
uerba quæ hic citantur, ex Academ. carū quæst.
prima adscripsero integræ: ibi enim perfectio illa
rerū multis nominatur, et uarijs nominib;. Verba
Ciceronis, ubi de naturali philosophia loquitur,
sic habet: Parteis aut esse mūdi, omnia quæ insunt

in eo, quæ Natura sentiente teneantur, in qua ratio perfecta insit, quæ sit eadem sempiterna, nihil enim ualentius, a quo intereat. Quæ uim Animum dicunt esse mundi, eandemque esse mentem sapientiamque perfectam, quem Deum appellant, omniumque rerum quæ sunt ei subiectæ quasi prudentiam quandam procurantem, cælestia maximè. Deinde in terris ea quæ pertinent ad homines, quam interdum eandem necessitatem appellant, quia nihil aliter possit, atque ab ea constitutum sit, inter quasi fatalem et immutabilem continuationem ordinis sempiterni. Nonnunquam quidem eandem Fortunam, quod efficiat multa improuisa hæc, nec opinata nobis propter obscuritatem ignorantemque causarum. Quid autem prohibet, quin μοῖρα quoque (quam Pindarus etiam pro fortuna ponit) νέμεσις, ἀφορσεία, αἰθε (quas Aristoteles de Mundo, idem esse cum his dicit, quæ a Cicerone enumeratæ sunt) idem quod τύχη significant? Nomina uaria, res eadem. Apud Lucianum etiam Cyniscus Iouem confutaturus, quaerit utrum ἡ ἐπιμεριώδης καὶ ἡ τύχη eadem cum Paris potestate sint, quum sint πολυβέλεια τοῦ ἑκάστου, neque quicquam illis δυνάτω τῶν ὀντων. Et Iulius piter confitetur hoc, et ipsis et in se, et in reliquos deos esse adeo imperium. Vide Phurnutum, qui hæc nomina omnia ad unum Iouem refert. Sed apud Cic. in 2. de Diuinatione, disputatur, utrum diuinatione rerum fortuitarum esse possit. et contradicitur: si fortuna sit, fatum tolli: si autem omnia ex aternitate fataliterque fiant, tolli fortunam. Addidit Lact. eundem Deum interdum naturam, interdum fortunam esse. Plut. uero in Problem. hanc ponit differentiam, quod fortuna sit rerum omnium principium, natura uero casu consistat: ὡς τὴν τύχην πάντων ὄντων ἀρχὴν (hoc de primogenia intellige) καὶ τὴν φύσιν ἐν τῷ ἑκάστῳ τύχην σωματικὴν, ὅταν πρὶν ὡς ἐτύχην ἀρκεμύδιος τὰς ἐγγύχηνται, etc. Sed quomodo hæc differant, lege apud Ioannem Damascenum li. 2. Orthodoxæ fidei, ca. 15. Sed de hac quaestione satis. Propter obscuritatem.) Aristot. lib. 2. Naturalis auscultationis, τὴν τύχην καὶ τὸ αὐτὸ αἰματόν inter causas numerans, esse quosdam scribit, quibus fortuna causa quidem, obscura tamen humanæ menti uideatur, ut puta diuinum quiddam, atque excellens. Verba Aristotelis hæc sunt: εἰσὶ δὲ τινῶν, οἷς δοκεῖ εἶναι αἰτία ἢ τύχη· ἀδύνατος αὐθροπίνου ἀναίτια, ὡς θεῶν πρὸς ὄντα καὶ δαιμονιώτῶν. Idem in opere ualde seruo.) Officiorum opus intelligit hac notatione periphrastica. Locus est

lib. 2. cap. quo docet, quæ quæque ex re commoda uel incommoda capiuntur. Qui dicit assensus.) Sed heus Lactanti, meminisse debes exceptionum, quas in præfatione, ueluti in litis contestatione dixerat. Præoccupauit ibi hanc tuam obiectionem. Occurritur autem (inquit) nobis, etc. Nam simulachrum eius cum copia.) cum copiam cornu Bupalus (ut ex Pausania Volaterr. citat) apud Smyrneos statuam fortunæ fecit, cum polo supra caput, et altera manu cornu copiam. Sed Galeni quoque Fortuna, gubernaculum in manibus habet. ἡ ἀφορσεία, inquit, καὶ πλάττοντες, αὐτὴν δὲ μόνον ἢ εἰδὴ γυναικὸς ἀρκέδνασαν, καὶ τοῦ τοῦ δ' ἰσῆ νόῦ ἢ ἀνοίας σύμβολον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀσέλγων ἐδ' ὄντων ἢ χροσῶν ἐχει αὐτῆ, etc. Alexander Neapolitanus creat hoc simulachrum, quod hic a Lactatio describitur, male fuisse Fortunam: quod Cic. in 2. de Legibus, et Plin. lib. 2. cap. 7. in Aesquilijs stare scripserunt. Caterum quod cæca, et globo uolubili insiliens pingatur, præter Galenium, uide Cebetis tabulam, et Paccunij uersus in Rhetorica ad Heren. lib. 2. ca. de Vniuosa argumentatione. Et Vergilius.) Verba Euan dri sunt lib. Aen. 8. ad Aeneam, de origine gentis suæ:

Me pulsum patria, pelagiq; extrema sequentem,
Fortuna omnipotens et ineluctabile fatum
His posuere locis, etc. —

Quo loco Seruius poetam secundum Stoicos locuum dicit, qui nasci et mori satis dant, media omnia Fortunæ: eo quod uitæ humanæ incerta sunt omnia. Et historicus.) Salustius, per αὐτονομασίαν sive ἰσοχλίαν. Locus est in prologo Catilinae historiae. Possunt plurima in hanc sententiam testimonia ex Graecis Latinisque scriptoribus colligi. Sed hoc instituti nostri non est. Dignissimus Plato erat, a Lactanti, in quem tua eloquia tela uibrates, qui in 4. de Legibus sic scribit: ὡς θεὸς μὲν πάντα καὶ μετὰ θεῶν τύχην καὶ κακὸς τ' αὐθροπίνου ἀναίτια ἑδ' ὄντων ἐδ' ὄντων ἐξυμπαυτα. Vel si tantum.) Alij duas fortunas faciunt, bonam malamque. Aristoteles non quidem de numine, sed de causa (ut phisicus) uerba faciens: τύχην δὲ ἀγαθὴν μὲν λέγεται, ὅταν ἀγαθὸν πρὸς ἀρετῆν φαῖναι δὲ, ὅταν φαῖναι πρὸς ὀνυχία δὲ καὶ ὀνυχία, ὅταν μὲν καὶ ἔχοντα ταῦτα. Alij tandem dicunt utranque paginam facere, in quibus est Plin. cuius uerba ex cap. paulo superius citato adscribam: Toto (inquit) mundo, et locis omnibus, omnibusque horis, omnium uocibus Fortuna sola inuocatur, et

una nominatur, una accusatur, una agitur rea, una cogitur: sola laudatur, sola arguitur, et cum conuictis colitur, uolubilis: à plerisque uerò & cetera etiam existimata, uaga, inconstans, incerta, uaria, indignorum fauorix. Huic omnia expesa, huic omnia feruntur accepta: & in tota ratione mortalium, sola utraq; paginam facit, &c. Diuersas fortunas esse posse, ualidis argumentis refellit Aug. lib. 4. cap. 13. Ciuit. Subdolum

10 Spiritum.) Aug. non spiritum modò Dæmonis esse, sed in ipsum malignum dæmonem conuerti testatur. In secundo libro.) Cap. 13. Vi & uiolentia.) Hoc est, si serpentinis insidijs, calcaneis nostris officere non potest: leonina feritate obambulat, quærens quem deuoret. Obserua digressionem. Non statim ad pœnam.) In hac sententia suere antiquiores pleriq; Terul. in Apolog. cap. 27. Præterquam & desperata conditio eorum ex prædamnatio-

20 ne solatium reputat, fruenda interim malignitatis de pœnæ mora, &c. Orig. in cap. 22. Numerorum, Homilia. 13 Non uult Deus dæmonū genus ante tempus damnare: sciunt enim & ipsi dæmones, quia tempus eorum hoc præsens seculum

Epilogus, quo docet quomodo transeundum sit à uanitate philosophorum, & ad ueram sapientiam aspirandum, scilicet ad uerbum Dei, in quo solo ueritas inuenitur, & uirtus, & beatitudo: & ab eis, quæ dicta sunt, ad dicenda transitum facit. CAP. XXX.

30 D O cui, quantum mea mediocritas tulit longè deuium philosophos iter à ueritate tenuisse. Scio tamen, quàm multa præterierim: quia non erat mihi propria cōtra philosophos disputatio. Sed huc necessariò diuertendum fuit, ut ostenderē, tot & tanta ingenia in rebus falsis esse consumpta, ne quis fortè à prauis religionib. exclusus, ad eos se cōferre uellet, tanq; certi aliquid reperturus. Vna igitur spes homini, una salus in hac doctrina, quam defendimus, posita est. Omnis sapiētia hominis in hoc uno est, ut Deū cognoscat, & colat: hoc nostrū dogma, hæc sententia est. Quanta itaq; uoce possum testificor, proclamo, denūcio. Hoc est illud, quod philosophi omnes in tota sua uita quæsierūt, nec unquam tamē inuestigare, cōprehendere, tenere ualuerūt: quia religionē aut prauā tenuerūt, aut totā penitus sustulerūt. Facessant igit

40 illi omnes, qui humanā uitam nō instruūt, sed turbāt. Quid enim docent: aut quē instruūt, qui seipsos nondū instruxerūt? Quē sanare ægroti, quē regere cæci possunt? Huc ergo nos omnes, quibus est curæ sapiētia, cōferamus. An expectabimus donec Socrates aliquid sciat: aut Anaxagoras in tenebris lumen inueniat: aut Democritus ueritatē de puteo extrahat: aut Empedocles dilatet animi sui semitas: aut Arcesilas & Carneades uideant, sentiant, percipiāt? Ecce uox de cœlo ueritatē docēs, & nobis sole ipso clarius lumē ostendens. Quid nobis iniqui sumus, & sapientiam suscipere cunctamur? quam clari homines contritis in quærendo ætatibus suis nunquam reperire potuerunt. Qui uult sapiens ac beatus esse, audiat Dei uocem, discat iusticiam, sacramentum natiuitatis suæ norit, humana contemnat, diuina suscipiat, ut

50 summum illud bonum, ad quod natus est, possit adipisci, dissolutis religionibus uniuersis, & omnibus quæcunque in earum defensionem dici uel solebant,

continet. Propterea deniq; & Dominum rogabant, ut non torqueret eos ante tempus, neq; in abyssum mitteret: Matth. 8. Augustinus quoq; lib. 2. de Genesi contra Manichæos cap. 17. ciuat illud Christi, ubi apud Matth. ca. 25. dicit his, qui à sinistris sunt: Discedite à me maledicti in ignē æternum, qui paratus est diabolo et angelis eius. Clarius testimonium est 2. Pet. 2. εἰ γὰρ ὁ θεὸς ἀγγέλων ἀμαρτησάντων ἐκέκρικεν, ἀλλὰ σπειρᾶς ζόφου ταρταρώσας, παρέδωκεν εἰς λαίωσιν τετηρημένους. Virtus.) αὐθροία. Docet ex definitione, fortitudinis materiam esse tentationem: siue fortitudinis formas in malis ἐγκράτειαν & καρτερίαν, id est constantiam et tolerantiā. Quid atinet definitiones ex Platone, Cicerone, Aristotele, Plutarcho, siue Laertio colligere? Obserua in hac definitione contra dilectum præceptum genus per speciem explicari. Iuuenalis.) Sat. 10. in fine. Sunt qui legunt, nullum numen habes. Veris armis.) quibus nos Apostolus armat Ephes. 6. Sed umbram.) Videtur alludere ad illud Pauli 1. Corinthiorum 9. ἕως ἄν κείνῳ, ὡς ἐκ ἀόρατου.

Epilogus, quo docet quomodo transeundum sit à uanitate philosophorum, & ad ueram sapientiam aspirandum, scilicet ad uerbum Dei, in quo solo ueritas inuenitur, & uirtus, & beatitudo: & ab eis, quæ dicta sunt, ad dicenda transitum facit. CAP. XXX.

30 D O cui, quantum mea mediocritas tulit longè deuium philosophos iter à ueritate tenuisse. Scio tamen, quàm multa præterierim: quia non erat mihi propria cōtra philosophos disputatio. Sed huc necessariò diuertendum fuit, ut ostenderē, tot & tanta ingenia in rebus falsis esse consumpta, ne quis fortè à prauis religionib. exclusus, ad eos se cōferre uellet, tanq; certi aliquid reperturus. Vna igitur spes homini, una salus in hac doctrina, quam defendimus, posita est. Omnis sapiētia hominis in hoc uno est, ut Deū cognoscat, & colat: hoc nostrū dogma, hæc sententia est. Quanta itaq; uoce possum testificor, proclamo, denūcio. Hoc est illud, quod philosophi omnes in tota sua uita quæsierūt, nec unquam tamē inuestigare, cōprehendere, tenere ualuerūt: quia religionē aut prauā tenuerūt, aut totā penitus sustulerūt. Facessant igit

40 illi omnes, qui humanā uitam nō instruūt, sed turbāt. Quid enim docent: aut quē instruūt, qui seipsos nondū instruxerūt? Quē sanare ægroti, quē regere cæci possunt? Huc ergo nos omnes, quibus est curæ sapiētia, cōferamus. An expectabimus donec Socrates aliquid sciat: aut Anaxagoras in tenebris lumen inueniat: aut Democritus ueritatē de puteo extrahat: aut Empedocles dilatet animi sui semitas: aut Arcesilas & Carneades uideant, sentiant, percipiāt? Ecce uox de cœlo ueritatē docēs, & nobis sole ipso clarius lumē ostendens. Quid nobis iniqui sumus, & sapientiam suscipere cunctamur? quam clari homines contritis in quærendo ætatibus suis nunquam reperire potuerunt. Qui uult sapiens ac beatus esse, audiat Dei uocem, discat iusticiam, sacramentum natiuitatis suæ norit, humana contemnat, diuina suscipiat, ut

50 summum illud bonum, ad quod natus est, possit adipisci, dissolutis religionibus uniuersis, & omnibus quæcunque in earum defensionem dici uel solebant,

Epilogus, quo docet quomodo transeundum sit à uanitate philosophorum, & ad ueram sapientiam aspirandum, scilicet ad uerbum Dei, in quo solo ueritas inuenitur, & uirtus, & beatitudo: & ab eis, quæ dicta sunt, ad dicenda transitum facit. CAP. XXX.

30 D O cui, quantum mea mediocritas tulit longè deuium philosophos iter à ueritate tenuisse. Scio tamen, quàm multa præterierim: quia non erat mihi propria cōtra philosophos disputatio. Sed huc necessariò diuertendum fuit, ut ostenderē, tot & tanta ingenia in rebus falsis esse consumpta, ne quis fortè à prauis religionib. exclusus, ad eos se cōferre uellet, tanq; certi aliquid reperturus. Vna igitur spes homini, una salus in hac doctrina, quam defendimus, posita est. Omnis sapiētia hominis in hoc uno est, ut Deū cognoscat, & colat: hoc nostrū dogma, hæc sententia est. Quanta itaq; uoce possum testificor, proclamo, denūcio. Hoc est illud, quod philosophi omnes in tota sua uita quæsierūt, nec unquam tamē inuestigare, cōprehendere, tenere ualuerūt: quia religionē aut prauā tenuerūt, aut totā penitus sustulerūt. Facessant igit

40 illi omnes, qui humanā uitam nō instruūt, sed turbāt. Quid enim docent: aut quē instruūt, qui seipsos nondū instruxerūt? Quē sanare ægroti, quē regere cæci possunt? Huc ergo nos omnes, quibus est curæ sapiētia, cōferamus. An expectabimus donec Socrates aliquid sciat: aut Anaxagoras in tenebris lumen inueniat: aut Democritus ueritatē de puteo extrahat: aut Empedocles dilatet animi sui semitas: aut Arcesilas & Carneades uideant, sentiant, percipiāt? Ecce uox de cœlo ueritatē docēs, & nobis sole ipso clarius lumē ostendens. Quid nobis iniqui sumus, & sapientiam suscipere cunctamur? quam clari homines contritis in quærendo ætatibus suis nunquam reperire potuerunt. Qui uult sapiens ac beatus esse, audiat Dei uocem, discat iusticiam, sacramentum natiuitatis suæ norit, humana contemnat, diuina suscipiat, ut

50 summum illud bonum, ad quod natus est, possit adipisci, dissolutis religionibus uniuersis, & omnibus quæcunque in earum defensionem dici uel solebant,

solebant, uel poterant, refutatis: deinde conuictis philosophiæ disciplinis, ad ueram nobis religionem, sapientiamq; ueniendum est: quoniam est (ut docebo) utrunq; coniunctum, ut eam uel argumētis, uel exemplis, uel idoneis testibus asseramus, & stulticiam, quam nobis isti deorum cultores obiectare non desinunt, ut nullam penes nos, sic totam penes ipsos esse doceamus. Et quanquā prioribus libris, cū falsas arguerem religiones, & hic, cū falsam sapientiam tollerem, ubi ueritas sit ostenderit: planius tamen, quæ religio, & quæ sapientia uera sit, liber proximus indicabit.

C O M M E N T A R I V S.

Postremum hoc caput perorationem cōtinet totius tertij libri. Excusat, quorū nō uniuersos Philosophorum errores cōfutarit. Quia nimirum instituti ipsius non tam fuit in philosophos dicere, quā destructa uanitate, ueritatis doctrina uitā humanam instruere. Habet autem epilogus non *ἐὐαρεφάλακωσι* magis, quā *ἰδιουλίω* totius tertij libri. Perspicuitas est in *αὐτίθεσι*, *ἀβθ* in habitu orationis. Præuis religio-

nibus.) *ἰδὲ ἀδοξασίας*. sic enim Paulus ad *Coloss.* 2. uocat susceptas religiones, sapientia carentes. Obserua religionis nomen in plurali, à *Laetantio* semper in malam usurpari partem. Sacramentum.) Sicut Paulus *Eph.* 5. *ἡ ἑξέσις* appellat coniunctionis necessitudinē, quæ est inter Christum & Ecclesiam. Sic enim *Jolei* Lactantius Sacramenti uocabulo uti: sicut ex antiquioribus Theologijs Latinis alijs quoq;

L. COELII LACTANTII FIRMIANI DIVINARVM INSTITVTIONVM ADVERSUS GENTES, Liber quartus, de Vera sapientia.

Quomodo unius seculi error in omnem sit transfusus ætatem, & orbem occupauerit: & Grecia post gloriam septem sapientum studio perquirenda ueritatis exarserit: & studiosi eius se maluerint philosophos, quā sapientes appellari. CAP. I.



Ogitanti mihi, Constantine Imper. & cum animo meo sæpe reputanti priorem illum in generis humani statum: & mirum pariter, & indignum uideri solet, quod unius seculi stulticia, religiones uarias suscipientis, deosq; multos esse credentis, in tantam subito ignorationem sui uentum est, ut ablata ex oculis ueritate, neq; religio Dei ueri, neq; humanitatis ratio teneretur, hominib. non in cœlo summum bonum quærentibus, sed in terra. Quam ob causam profecto seculorum ueterum mutata felicitas est. Cœperūt enim relicto parente, & constitutore omnium Deo, insensibilia digitorum suorum signenta uenerari. quæ prauitas quid effecerit, aut quid malorum attulerit, res ipsa declarat. auersi namq; à summo bono, quod ideo beatum ac sempiternū est, quia uideri, tangi, comprehendere non potest, & à uirtutibus ei bono congruentibus, quæ sunt æquæ immortales, ad hos corruptos & fragiles deos lapsi, & studentes ijs rebus, quibus solū corpus ornatur, alitur, delectatur, mortem sibi perpetuam cum dijs, & cum bonis corporalibus quaesierunt, quia morti corpus omne subiectum est. Insecuta est igitur huiusmodi religiones iniusticia & impietas, sicuti fuerat necesse: desierunt enim uultus suos in cœlum tollere: sed deorsum mentes hominum depressæ, terrenis ut religionibus, sic etiam bonis inhærebāt. secutum est dissidium generis humani, & fraus & nefas omne: quia spretis æternis atq; incorruptis bonis, quæ sola debent ab homine concupisci, temporalia & breuia maluerūt, maiorq; hominibus ad malum fides fuit, qui prauum recto, quia præsentius fuerat, prætulerunt. Sic humanam uitam prioribus seculis in clarissima luce uersatā caligo ac tenebræ
compre-

comprehēderunt, & quod prauitati congruens erat, postquā sublata sapiētia est, tum demum sibi homines sapientum nomen uendicare cōperunt. Tum autem nemo sapiens uocabatur, cum omnes erant. Vtinamq; nomen illud aliquando publicum, quamuis ad paucos redactum, tamen uim suam retineret. Possent enim fortasse pauci illi uel ingenio, uel autoritate, uel assiduīs hortamentis liberare populum uitij & erroribus: sed adeo in totum sapientia ceciderat, ut ex ipsa nominis arrogantia nullum eorum qui uocarentur, appareat fuisse sapientem. Et tamen priusquam hęc philosophia, quę dicitur esse, inueniretur, septem fuisse traduntur primi omnium: qui quia de rebus naturalibus quarere ac disputare sunt ausi, sapientes haberi appellariq; meruerunt. O miserum calamitosumq; seculum, quo per orbem totum septem soli fuerunt, qui hominum uocabulo cicerentur. nemo enim potest iure dici homo, nisi qui sapiens est. Sed si ceteri omnes præter ipsos stulti fuerunt, ne illi quidem sapientes: quia nemo sapiens esse uerè iudicio stultorū potest. Adeo ab his abfuit sapientia, ut ne postea quidem increfcēte doctrina, & multis magnisq; ingenijs in idipsum semper intentis, potuerit perspici ueritas, & comprehendī. Nam post illorum septem sapientum gloriam, incredibile est quanto studio inquirendæ ueritatis Græcia omnis exarserit. Ac primū nomen ipsum sapientia arrogans putauerunt: seq; non sapientes, sed studiosos sapientia uocauerunt. Quo facto & illos qui temerè sapientum sibi nomen asciuerant, erroris stulticiaq; damnauerunt, & se quoq; ipsos ignorantia, quā quidem non diffitebantur. Nam ubicunq; rerum natura ingenijs eorum quasi manus opposuerat, nec rationem possent aliquam reddere: testificari solebant, nihil scire se, nihil cernere. Vnde multo sapientiores inueniuntur, qui se aliqua ex parte uiderunt, quàm illi qui se sapere crediderunt.

C O M M E N T A R I V S.

Indicat causas, cur & quomodo ignorantia caligo mundum inuaserit. Nam sapientia non alio tempore magis floruisse, quàm cum nulli eius professores essent: post uerò ubi inuēti sunt qui eam profiterentur, professionē sapientia meram fuisse stulticiam. iuxta illud Pauli: Sapiētia huius mundi stulticia est apud Deum. Cōperunt enim relicto parente.) Paulus Rom. 1. Cum se crederent esse sapiētes, stulti facti sunt, mutaueruntq; gloria immortalis Dei per imaginē, nō solū ad mortalis hominis similitudinē efficiētiam, uerū etiam uolatilium, quadrupedum, &c. Quod non de Aegyptijs & reliquis gentilibus magis dictū est, quàm de Romana post priora tempora religione, quę diuorum delubra imaginibus contra præceptum Dei compleuit. Quia uideri, tangi, &c.) Videtur mimesis esse Paulina, sicut ipsius Apostoli prophetica. Nam in priori ad Corinthios cap. 2. de sapientia Dei in mysterio recondita uerba faciens: Quæ oculus, inquit, nō uidit, & auris non audiuit, & in cor hominis nō ascenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus se. Ad hos corruptos.) Rom. 1. Qui commutarunt ueritatem eius mendacio, &c. Insequuta est.) Obserua causas & effectus.

obserua etiam syneresin rerum caducarum, cum æternis bonis. Quia præsentius.) Quid omnia corporis magis, quàm animi iudicio metiebantur. Tum autem.) Inuersio. Septem.) Thales, Solon, Periander, Cleobulus, Chilon, Bias, Pittacus. Ioannes Tzetzes nūmerat eos his iambis politicis, Chiliad. 2. Σόλων, Θαλῆς, Περικλέους καὶ Πιττακὸς ἑπτὰ Χίλων, καὶ Βίας, καὶ Κλεόβουλος, ἐπὶ τῶν ἡ σοφοτάτων. Qui hominum uocabulo.) A proprio. Nam sapere soli homini inest, omni inest, & semper. Nam ipsos qui sapientia, hoc est, uero Dei cultu carent, non pro hominibus habet. Contendit enim, omnino religionem propriam hominis esse. pecudibus enim similes esse, iuxta illud Davidis: Homo in honore quum esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus. Perinde ac si diceret Psaltes: Homo, qui nō intelligit se ad imaginem Creatoris sui esse factum, suo usui omnia seruire elementa, angelos uias suas custodientes, ad æterni se regni consortium esse natum: quæ dignitate nihil amplius excogitari potest, nec magnificentius. quæ excidunt uentris mancipia, & idolorum

idolorum cultores, & facti similes iumentis, in quibus character hominis sapientia obliteratur. Sed illi non fiunt sicut mulus & equus, qui à Deo ueram edocentur sapientiam: Psalmo 32. Iudicio stultorum.) A' relatiue opposito.

Nomen ipsum sapientia arrogans.) Pythagoræ scilicet: de quo est alibi dictum. Nihil scire se.) Notat rursus ἀνα-
πληψίαν Academi-
corum.

Quòd ibi quærenda sit sapientia, ubi gentibus est stulticiae titulus: & quare Pythagoras & Plato literarum persecutores non accesserunt ad Iudeos. CAPVT II.

Quare si nec illi fuere sapientes, qui sunt appellati, nec posteriores qui non dubitauerunt insipientiam confiteri: quid superest, nisi ut alibi sit quærenda sapientia, quando non est ubi quærebatur inuenta? Quid autem putemus fuisse causæ, cur tot ingenijs, totq; temporibus summo studio & labore quæsitæ, non reperiretur, nisi quòd eam philosophi extra fines suos quæsierunt? Qui quoniam peragratis & exploratis omnibus, nusquam sapientiam comprehenderunt, & alicubi esse illam necesse est: apparet, illic potissimum esse quærendam, ubi stulticiae titulus apparet, cuius uelamento Deus, ne arcanum diuini sui operis in propatulo esset, thesaurum sapientia ac ueritatis abscondit. Vnde equidẽ soleo mirari, quòd cum Pythagoras, & postea Plato, amore indagandæ ueritatis accelsi, ad Aegyptios, & Magos, & Persas usq; penetrassent, ut earum gentium ritus & sacra cognoscerent (suspiciabantur enim sapientiam in religione uersari) ad Iudeos tamen non accesserint, penes quos tunc solos erat, & quòd facilius ire potuissent. Sed auersos esse arbitror diuina prouidentia, ne scire possent ueritatem: quia nõdum fas erat alienigenis hominibus, religionem Dei ueri iusticiamq; cognoscere. Statuerat enim Deus, appropinquante ultimo tempore, ducem magnũ coelitus mittere, qui eam perfido ingratoq; populo ablatam, cæteris gentibus reuelaret. Qua de re in hoc libro aggrediar disputare, si prius ostendero, sapientiam cum religione sic coherere, ut diuelli utrumq; non possit.

C O M M E N T A R I V S.

Docet causam, cur philosophi sapientiam tam studiose quærentes, non inuenerint. Monet autẽ, ibi quærendam esse, ubi stulticiae titulus apparet. Vbi stulticiae titulus.) Paulus in priore ad Corinthios epistola, cap. 1. ὅχι ἐμώγαυον ὁ θεὸς τὴν σοφίαν τοῦ κόσμου τούτου; ἐπεὶ οὐ γὰρ γινώσκουσιν τὸ θεῶν ἔργον ὁ κόσμος. ἢ ἵνα τὴν σοφίαν τοῦ θεοῦ, ὁρθώσωσιν ὁ θεὸς τῆ μωρίας τοῦ λογύματος σώσαι τοὺς πισθύνοντας. Vide Hilarium in fine libri 4. de Trinitate.

Thesaurum sapientia.) Manifesta allusio ad locum Pauli Coloss. 2. γινώσκουσιν οἱ θεσάυροι τὴν σοφίαν καὶ τὴν γνώσεως ἀπόκρυφον. Vbi frustra nugantur, qui dicunt præclariorẽ esse legem à Christo latam, quàm à Mose: ne quicquam sapiunt, qui arcana diuinitatis inquirunt. Ille demum uerè sapit, qui intelligit uoluntatem Dei: nempe in Christo nobis salutem contigisse, nos per Christum apud patrem in gratia esse repositos. Quòd cum Pythagoras.) De his Valerius lib. 3. cap. de Studio & industria. ubi (si Deus & uitam & ocium dederit) plura dice-

mus. Ecclesiasticorũ interim de his suffragia colligemus. Lege primam Hieronymi ex tom. 4. epistolam, ad Paulinum scriptam, quæ mirifice cum hoc capite conuenit. Augustinus lib. 8. Ciuitat. cap. 4. Plato (inquit) cum esset Atheniensis, honesto apud suos loco natus, & ingenio mirabili longè suos condiscipulos anteret, parum tamẽ putans perficiendæ philosophiæ sufficere seipsum, ac Socraticam disciplinam, quàm longè lateq; potuit, peregrinatus est, quaquaersum eum alicuius nobilitate scientia percipiendæ fama rapiebat. Itaq; & in Aegypto didicit, quæcunq; illic magna habebantur ac docebantur, &c. Meminit eiusdem contra Academ. lib. 3. cap. 13. Ambrosius quoque Serm. 18. in Psal. 118. testatur, Platonem eruditionis gratia, ut Mosaicæ legis oracula & Prophetarum dicta cognosceret, in Aegyptum esse profectum. Quod ideo indicamus, ut iuuenis studiosus non ignoret, (licet Lactantius hoc sibi non uelit) Platoniam & Pythagoricam disciplinã bona ex parte ex doctrina fluxisse Mosaicã. id quod de Platone Euseb. per totum undecimum de præparat.

paratione Euangel. librum multis & euentibus
 exemplis docet. Et Cyrillus contra Iulianum liqui-
 dis testimonijs hoc idem dicit. Origenes contra
 Celsum lib. 6. testatur, Platonem ea quæ in Phæ-
 dro scripsit, ab Hebræis transcripsisse. Ambro-
 sius ad quendam Irenæum scribens, epist. 6. libri 1.
 testatur Pythagoram ex populo Iudæorū genus
 duxisse, & Moysen legisse, inde que sua accepisse
 symbola. Mirum itaq; est, cur Lactantius dicat,
 10 ipsos ad Iudæos non peruenisse. Ducem ma-

gnum.) Magnum dicit comparatione Moyses
 uel Iosua. Prophetæ Christum quandoq; princi-
 pem appellarunt, ut Esaiæ 55. cap. ad quem locū
 hic respexisse uidetur: Ecce (inquit sub persona
 patris) testem populis dedi eum, principem & le-
 gislatorem populis. Ecce gentem quam nescies uo-
 cabis, &c. Perfido.) Id quod ipse Domi-
 nus per parabolam uineæ alijs agricolis
 datam docet, Matthæi u-
 gesimo primo.

*Quod sapientia & religio inseparabiliter coherent, & quod necesse est eosdem non
 diuersos esse secretarios sapientiæ, & numinis sacerdotes: & quare con-
 tra naturam sit, colere sic plures deos: & quomodo neces-
 sitate naturæ oportet esse dominum unum unicuiq;
 & sic patrem unum. Cap. III.*

DEorum cultus, ut in primo libro docui, non habet sapientiam: non mo-
 do quia diuinum animal hominem terrenis fragilibusq; substernit: sed
 quia nihil ibi differitur quod proficiat ad mores excolendos, uitamq; forman-
 dam: nec habet inquisitionem aliquam ueritatis, sed tantummodo ritum co-
 20 lendi, qui non officio mentis, sed ministerio corporis constat. Et ideo non est
 illa religio uera iudicanda, quia nullis iusticiæ uirtutisq; præceptis erudit, ef-
 ficitiq; meliores. Itaq; philosophia, quia in illis religionem, id est summam pie-
 tatem non habet, non est uera sapientia. Nam si diuinitas, quæ gubernat hunc
 mundum, incredibili beneficentia genus hominum sustentat, & quasi pater-
 na indulgentia fouet: uult profecto gratiam sibi referri, & honorem dari. nec
 constare homini ratio pietatis potest, si cœlestibus beneficijs extiterit ingra-
 tus: quod non est utiq; sapientis. Quoniam igitur (ut dixi) philosophia & re-
 ligio deorum disiuncta sunt, longeq; discreta: siquidem alij sunt professores
 30 sapientiæ, per quos utiq; ad deos non aditur: alij religionis antistites, per quos
 sapere non discitur: apparet, nec illam esse ueram sapientiã, nec hanc religionem.
 Idcirco nec philosophia potuit ueritatem comprehendere, nec religio deorum
 rationem sui, qua caret, reddere. Vbi autem sapientia cum religione insepara-
 bili nexu coheret, utrumq; uerum esse necesse est. quia & in colendo sapere
 debemus, id est scire quid nobis & quomodo sit colendum: & in sapiendo co-
 lere, id est re & actu quod scierimus, implere. Vbi ergo sapientia cum religio-
 ne coniungitur: ibi scilicet, ubi Deus colitur unus, ubi uita & actus omnis ad
 unum caput & ad unam summam refertur. Deniq; ijdem sunt doctores sapien-
 tiæ, qui & Dei sacerdotes. Nec tamen moueat quenquam, quia sæpe factum
 est, & fieri potest, ut philosophus aliquis deorum suscipiat sacerdotium. quod
 40 cum sit, non tamen coniungitur philosophia cum religione, sed & philosophia
 inter sacra cessabit, & religio quando philosophia tractabitur. Illa enim reli-
 gio muta est, non tantum quia mutorum est, sed quia ritus eius in manu & di-
 gitis est, & non in corde & lingua, sicut nostra quæ uera est. Idcirco & in sa-
 pientia religio, & in religione sapientia est. Ergo non potest segregari: quia
 sapere nihil aliud est, nisi Deum uerum iustis ac pijs cultibus honorare. Mul-
 torum autem deorum cultus non esse secundum naturam, etiam hoc argumen-
 to colligi potest & comprehendere. Omnem Deum qui ab homine colitur, ne-
 cesse est inter solennes ritus & preces patrem nuncupari: non tantum ho-
 noris gratia, uerum etiam rationis: quod & antiquior est homine, & quod ui-
 50 tam, salutem, uictum præstat ut pater. Itaq; ut Iupiter à precantibus pater uoca-
 tur, & Saturnus, & Ianus, & Liber, & cæteri deinceps. quod tam Lucilius in
 deorum concilio irridet:

Ut nemo sit nostrum, quin aut pater optimus dicitur:

Aut Neptunus pater, Liber, Saturnus pater, Mars,

Ianus, Quirinus pater: sic & hoc dicatur ad unum.

Quòd si natura nō patitur ut sint unius hominis plures patres (ex uno enim procreatur) ergo deos etiam multos colere, contra naturam est, contraq; pietatem. Vnus igitur colendus est, qui potest uerè pater nominari. Idem etiam dominus sit necesse est: quia sicut potest indulgere, ita etiam coercere. Pater ideo appellandus est, quia nobis multa & magna largit̃: Dominus ideo, quia castigandi ac puniendi habet maximam potestatem. Dominū uerò eundē esse qui sit pater, etiam iuris ciuilis ratio demonstrat. Quis enim poterit filios educare, nisi habeat in eos dominij potestatem? Nec immeritò paterfamilias dicitur, licet tantū filios habeat: uidelicet nomen patris cōplectitur etiā seruos, quia familia sequitur: & nomen familiae cōplectitur etiā filios, quia pater antecedit. Vnde apparet, eundem esse & patrem seruorū, & dominum filiorū. Deniq; & filius manumittitur tanq; seruus, & seruus liberatus patroni nomē accipit tanq; filius. Quòd si propterea paterfamilias nominatur, ut appareat eum duplici potestate præditum, quia indulgere debet quia pater est, & coercere quia dominus: ergo idem seruus est qui & filius, idē dominus qui & pater. Sicut igitur naturæ necessitate non potest esse nisi unus pater, ita nec dominus nisi unus. quid enim faciet seruus, si multi domini diuersa imperauerint? Ergo contra rationē contraq; naturam sunt religiones multorū deorū: siquidem nec patres multi possunt esse, nec domini: deos autē & patres & dominos nuncupari necesse est. Teneri ergo ueritas nō potest, ubi homo idem multis patribus dominisq; subiectus est, ubi animus in multa dispersus, huc atq; illuc diuagatur. Nec habere ullam firmitatem religio potest, quando certo & stabili domicilio caret. Cultus igitur deorū ueri esse nō possunt: eodem modo, quo matrimoniū dici non potest, ubi mulier una multos uiros habet, sed hæc aut meretrix aut adultera nominabitur. à qua enim pudor, castitas, fides abest, uirtute careat necesse est. Sic & religio deorum impudica est & incesta, quia fide caret dum multis seruit: quia honos instabilis & incertus caput atq; originem non habet.

COM M E N T A R I V S.

Ostendit, ut ipse iam indicauit, religionem & sapientiam ita diuelli non posse, ut alterutrum alterutrum sit propriū, ad ἀντικατηγορεῖσθαι usq;. Philosophia uerò, quia cum religione non reciprocatur, sapientiae nomen meretur minimè. Amplificat negocium per relatiuè opposita, locum cōmunem Iureconsultorum de seruitute & liberorum conditione mimesti apostolica pertractans, syncriisq; rem illustrat. Non officio mentis.) Hinc Dominus per Prophetas cultū sacrificiorum damnans, cor contritū & sacrificium laudis exigit: Lex iubet, ut Dominum ex toto corde amemus. & apud Matth. cap. 15. hypocritis illud Esaiæ non sine acerba exprobratiōe obijcit, quòd ore sibi appropinquent, & labijs, ceterum cor ipsorum procul ab officio colendi absit. Id est scire.) Definitiones uocis ἱεὶς προίφρασι. Idem sunt doctores.) Apostolos in sacerdotū successisse locum, uel ex Pauli doctrina manifestum est. Nam ad Corinthios priore, cap. 9.

sic Dominum constituisse ait, ut qui Euangelium annunciant, ex Euangelio uiuant: nō secus quàm olim, qui altari assistebant, altaris participes fuerint. Irenæus libro 4. cap. 20. Sacerdotes autē sunt omnes apostoli, qui neq; domos neq; agros hereditant hic, sed semper altari & Deo seruiunt. Et ipse Apostolus ad Romanos cap. 15. seipsum λειτουργῶν ἰησοῦ χριστοῦ uocat, καὶ ἰερόνους γουῶν τὰ τοῦ εὐαγγελίου τοῦ θεοῦ. Deinde addit etiam sacrificium, his uerbis: ἵνα θύνηται ἢ προσφορὰ τῶν ἱδνῶν ἀνπεσόσθεται, ἡγιασμένην καὶ πνεύματι ἀγίῳ. Pater.) Spoliat deos gentium patris epitheto, autoritate iuris & naturalis & ciuilis. quod certè in ipsos non competit. Quia Patris nomen nō modò soli Deo, sed etiam semper cōuenit. Illi autem, quia aliquando patres & esse & nominari cœperunt, dii esse nō possūt. Nam Deus ἄρχων & est pater, qui genuit etiam filium ἄρχων. est enim ὁμιλικὸς θυντιγος, ut Nonnus eum cōpellat. Ipsi autem ex tempore nati

nati sunt, si uolumus Hesiodo fidem habere. Non opus est hic allegare autoritatē Christi, qui apud Matth. cap. 23. unū esse inquit patrem, eum nempe qui in cœlis est. Nisi habeat in eos.) Syllogismo quodam expositorio per analogiā docet, dominū & patrem eundē esse. Est tamen inter domini & patriam potestātē tanta differentia, quanta est inter seruū & filium familiās: quæ certē maxima est, ut paulo post uidebimus.

10 Nec immeritō paterfam.) Quemadmodum paterfamiliās dicitur is, qui in domo dominiū habet, quamuis filium non habet: sic seruentium quoq; solemus appellare familiā, autore Vlpiano, l. pronuntiatio. §. famil. appel. ff. de uerb. sig. Et ob id (teste etiam Macrobio) maiores omnem dominis inuidiam, omnem seruis contumeliam detrahentes, dominum patremfamiliās, seruos familiares appellarunt. Sed dominorū in seruos potestas iuris gentium est, potestas uerō in filios patriæ iuris ciuium Rom. proprii, autore Caio in lib. 1. Inst.

20 Lege in Pandectis tit. de his qui sunt sui uel alieni iuris. & in Inst. tit. eodem, cum sequente, qui est de patriæ potestate. Patris familiās sanē nomen apud Latinos, quāquam *πατριάρχης* apud Græcos, est plausibilis. Neq; enim ex græca uoce tale conficies argumentū. Deniq; & filius manumit.) *λευτῶν* id quidem. Nam propriē liberi emancipantur, serui manumittuntur. Hoc claret ex tit. 5. Inst. qui est de libertinis. Illud ex tit. 12. qui docet, quibus modis ius patriæ potestatis soluitur. Vtrumq; quidem à manu, id est imperio dictum. Obseruauimus tamen ab ipso Imperatore Iustimiano sic usurpari. §. præterea. Inst. quibus modis ius patriæ pot. sol. Et tunc (inquit) ex edicto prætoris in bonis huiusmodi filij uel filia, uel nepotis uel neptis, qui quæ ue à parente manumissus eadem iura præstantur parētī, quæ tribuuntur in bonis liberti. & in §. sequenti: Et econuerso filium quidem in potestate retinere,

30 nepotem uerō uel neptem manumittere. Quo quidem loco Theophilus paraphrastes, sicut in plerisque alijs, quæ iuris Romani sunt proprii, Latinas uoces græca inflexione effingit: ut emancipationem ipsam *εμμαντιπαιτιονα* appellat, sed nunquam etiam *δουλοβουλιαις*: & emancipare, *εμμαντιπαιτιον ποιειν*. Quamquam hoc idem dixerit *αδουλοβουλιαις*, ad imitationem Latinorum: & *οικειαις ελδουλοβουλιαις* semel atq; doque. *εμμαντιπαιτιονα* semel atq; iterum dixit ipse Imperator in Nouellis constitutionibus, præsertim uerō in constitut. 81, qua præ-

cipit, ut episcopi patriæ potestate exeant. Emancipati apud classicos autores, quandoq; appellantur *εμμαντιπαιτιονα*: & *το εμμαντιπαιτιονα* dicitur emancipare, sed de ijs propriē qui in adoptionem dantur: sicut *εμμαντιπαιτιονα* adoptati dicuntur. Cæterum manumissio seruorum, quia iuris gentium est, frequentius inuenitur. Iulius quidem Pollux cap. 8. libri 3. *ο δε φιλων δουλων αφειμυλιος δουλαιας, απελευθερος, απηλευθερωμιλος, και απελευθερωσαι, απηλευθερωμιλαι, και απηλευθερωσις και απελευθερωσια*. Cæterum emancipandi uerbum etiam ad alias res pertinet, de quo uidendus est Budæus in Annotat. prioribus.

Et seruus liberatus.) *ελευθερωθεις*, libertate donatus, manumissus. Patroni nomen acc.) Seruis, quibus domini summum libertatis precium persoluebant, nomen ex se uel alterum, uel etiam tertium dabant. Prænomen Marci Damas Perisianus à patrono accepit. Tertij meminit etiam Iuuenalis:

— Si quid tentaueris unquam

Hiscere, tanquam habeas tria nomina. — id est per manumissionem, ultra seruale nomen, prænomen & nomen à patrono acquisueris. Eodem id modo fiebat, quo hæredes testamento in nomē familiamq; adoptabantur, qua de re Bonifacij Amerbachij Basiliensis iurisconsultiissimi, atq; inter primos mihi colendi præceptoris, ad me epistola, nostris inserta est in tertium Ciceronis de Offic. librum Annotationibus. Aliquoties non ab uno, sed à diuersis liberti noua accipiebant nomina.

Cuius rei exemplum est apud Ciceronem ad Atticum lib. 4. epist. 62. De Eutyclide (scribit) qui uetere prænomine, nouo nomine T. erit Cæcilius, ut ex me & te iunctus Dionysius, M. Pōponius. Tertullianus in lib. de Resurrectione similit̄ huic nostro locum habet: Oro te (inquit) si famulum tuum libertate mutaueris, quia eadem caro atque anima permanebunt, quæ flagellis & cōpedibus & stigmatibus obnoxia retro fuerant: idcirco ne illas eadem pati oportebit? Non opinor. Atqui & uestis albæ nitore, & annuli aurei honore, & patroni nomine, ac tribu mensaq; honoratur. Vide de his Politianum cap. 31. Miscell. Ioannem Baptistam Plautium, & Aelium Antonium Nebrisensem in quintam Persij satyram. Hoc autem non omnibus libertis competebat: sed ijs tantum, qui ciues Romani fiebant. Nam ciues quoq; Romani prænomen amittebant, qui maiestatis damnantur. Qui uerō à dominis manumittebantur, alij ciues Romani fiebāt, alij dediticij, alij Latini. De quo post Theophilum Institutionum pa-

raphraſtem, uide Politianum cap. 34. Miscel. Alciatum cap. 14. libri 1. Parerg. Alexandrū ab Alexandro libro 4. cap. 10. Genial. dierum. Si multi.) Quare Terēianus ille ſeruus uolebat ſcire, quot nam ſibi eſſent domini. Philo Iudæus non de ciuitatibus & hominibus magis quam de mundo atq; Deo illud Homericum intelligit: *ὄπ' ἀγαθὸν πολυδουλοῦν, εἰς νόλεως ἔστω, εἰς βασιλεύς.* — Ergo contra.) Totius huius diſputationis collectio. Quo matrimonio.) Analogia alia, quæ in Euangelicis & Apoſtolicis literis fundamentum habet. quam Paulus myſterium magnum uocat, Eph. 5.

Vbi mulier multos uiros.) Cleobulus ille polygamia hæreſiarcha, hoc fortæ ſis teſtimonio probabit, marito non prohibitum eſſe multas habere coniuges. Atqui Chriſtus unam ſponſam Eccleſiam habet. Aut meretrix.) ſi coniugio libera uulgo quæſtum corpore faciat. Aut adultera.) ſi fidem coniugalem marito, cui in manum uenit, fallat. Etinceſta.) Quia Eccleſia, id eſt ſponſa Chriſti, eſt regale ſacerdotiū, teſte Petro. Etinceſtus.) Incertus alij legunt: forte nõ malè. Caput atq; orig.) id eſt, fundamentū atq; terminū in relatione: ſicut Iu recõſultus mulierẽ caput et finẽ ſuæ familiæ dixit.

De ſapientia itidem, & religione: & iure patris & domini.

CAPVT IIII.

Quibus rebus apparet, quæ inter ſe coniuncta ſint ſapientia & religio. Sapiētia ſpectat ad filios, quæ exigit amorẽ: religio ad ſeruos, quæ quidem exigit timorem. Nam ſicut illi patrem diligere debent, & honorare: ſic hi dominum colere ac uereri. Deus autẽ, qui unus eſt, quoniam utramq; perſonam ſuſtinet, & patris & domini: & amare eum debemus, quia filij ſumus: & timere, quia ſerui. Non poteſt igitur nec religio à ſapiētia ſeparari, nec ſapientia à religione ſecerni: quia idem Deus eſt qui & intelligi debet, quod eſt ſapientia: & honorari, quod eſt religionis. Sed ſapiētia præcedit, religio ſequitur: quia prius eſt Deum ſcire, conſequens colere. Ita in duobus hominibus una uis eſt, quamuis diuerſa eſſe uideatur. Alterũ enim poſitum eſt in ſenſu, alterum in actu. Sed tamen ſimilia ſunt duobus riuus ex uno fonte manantibus. Fons autẽ ſapientia & religionis Deus eſt: à quo hi duo riuus ſi aberrauerint, areſcant necelle eſt. quem qui neſciunt, nec ſapientes eſſe poſſunt, nec religioſi. Sic fit ut philoſophi, & qui deos colunt, ſimiles ſint aut filijs abdicatis, aut ſeruis fugitiuis: quia neq; illi patrem quærun, neq; hi dominum. & ſicut abdicati hereditatem patris non aſſequuntur, & fugitiui impunitatẽ: ita neq; philoſophi immortalitatẽ accipiunt, quæ eſt regni cœleſtis hereditas, id eſt ſummũ bonum, quod illi maximè quærun: neq; cultores deorũ poenam ſempiternæ mortis effugient, quæ eſt animaduerſio ueri Domini aduerſus fugitiuos ſuę maięſtatis ac nominis. Deum uerò eſſe patrem, eundemq; dominũ, utriq; ignorauerunt, tam cultores deorũ, quam ipſi ſapiētia profefſores: quia aut nihil omnino colendũ putauerunt, aut religiones falſas approbauerunt: aut, etiam ſi uim poteſtatemq; ſummĩ Dei intellexerunt, ut Plato, qui ait, unũ eſſe fabricatorẽ mundi Deum: & M. Tullius, qui fatetur hominem præclara quadam conditione à ſummo Deo eſſe generatũ: tamen ei debitum cultum tanquã ſummo patri non reddiderunt. quod erat cõſequens ac neceſſarium. Deos autẽ neq; patres neq; dominos eſſe poſſe, non tantum multitudo (ut ſuprà oſtendi) ſed etiam ratio declarat: quia neq; fictum eſſe à dijs hominẽ traditur, neq; deos ipſos antecedere originem hominis inuenitur. ſiquidẽ fuiſſe in terra homines, antequam Vulcanus, & Liber, & Apollo, & ipſe Iupiter naſcerentur, apparet. Sed neq; Saturno fictio hominis, neq; Cœlo patri eius aſſignari ſolet. Quòd ſi nullus eorum qui coluntur, formalſe à principio, atque inſtituiſſe hominem traditur: nullus igitur ex his pater hominis nũcupari poteſt, ita ne Deus quidem. Ergo fas non eſt uenerari eos, à quibus non ſi homo generatus: quia neq; à multis generari poteſt. Vnus igitur ac ſolus coli debet, qui Iouem, qui Saturnum, qui cœlum ipſum, terram que antecęſit.

Is enim

Is enim necesse est hominem figurauerit, qui ante hominem cœlum terramq; perfecit. Solus pater uocandus est, qui creauit: solus dominus nuncupandus, qui regit, qui habet uitæ ac necis ueram & perpetuam potestatem. quem qui non adorat, & insipiens seruus est, qui dominum suum aut fugiat aut nesciat: & impius filius, qui suum uerum patrem uel oderit uel ignoret.

COMMENTARIUS.

Alia est analogia, ex iisdem iuris civilis de dominio & patria potestate locis ducta. qua docet, nec philosophos esse summi patris filios, eo quod uera sapientia careant: neq; idolorum cultores, ueri Dei seruos. ueros autem Dei cultores esse, qui sapientiam cum religione coniunctam habeant. Et quemadmodum superiore capite docuit, dominum & patrem eundem esse: ita hoc docet, filij & serui officia disungi non posse. Sed obseruandum est, quod noui Testamenti scripta plausibilis patris epitheton, & frequentius, quam imperiosum Domini nomen inculcant. Imo seruitutis nomen apud Paulum ferè ubiq; odiosum inuenitur: apud Prophetas utrumq;, domini scilicet atq; serui, frequentius. Relatio per totum caput euidens & clara in se perspicuitate habet, & energiam bene efficacem. Et timere, quia serui.) Cum hoc dicto pugnare uideri posset illud 1. Iohannis 4. Timor non est in charitate, sed perfecta charitas eicit timorem, quoniam timor cruciatum habet: qui autem timet, non est perfectus in charitate. Sed Lactantius prophetica nixus autoritate, sapientiam cum timore Dei coniungit. Nam Esaias cap. 11. in ipso etiam Christo coniunxerat ante utrumque: Et quiescet (inquit) super eum spiritus Domini, spiritus sapientie & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientie & timoris Domini. Et rursus cap. 31. Et erit ueritas in temporibus tuis, robur, salus sapientia & scientia: timor Domini ipse thesaurus eius. Et Salomon in Paracletiarum præfatione, timorem Domini facit initium sapientie. Quid quod Dauid quoq; in Psalmis subinde timorem cultui coniungit: Psal. 2. Seruite Domino cum timore. & alibi: Adorabo ad templum sanctum tuum cum timore tuo. Quomodo igitur Apostolicum spiritum cum Prophetico conciliabimus? Vterq; haud dubie diuinus, & ob id etiam uerus est. Dicemus in timoris uoce amphibologiam esse. Nam apud Prophetas ferè reuerentiæ maiestatis diuinæ, adeoq; religionem significat: cum Apostolus timorem cum Philosophis malopinionem dicat, quem semper odium comitatur, iuxta tragicum illud, tyrannicumq;: Oderint, dum metuant. Hoc modo Dominum timent, qui non bonitatem eius inæstimabilem, sed iusticiam inenutabi-

lem considerant: non ut saluatore, sed ut iudicem & quasi Vacione quendam extimescunt. Timore autem idem cum religione apud Prophetam & Sapientem esse, testatur græca translatio. sic enim apud Septuaginta Solomonis uerba leguntur: ἀπὸ χηστικῆς φόβου κελου, σωσιος δὲ ἀγαθῆς πᾶσι τοῖς ποιῶσι αὐτῆς. ὁσεθεω εἰς θεου ἀπὸ χηστικῆς φόβου, σοφίαν ἢ πνεύματι ἀσεβείας ἐξελθόντων. Ecce tibi, ὁσεθεω, id est religionem (sic enim Tertull. interpretatur) idem quod est sapientia, dicit. Pari modo exponunt etiam oraculum Propheticum, πνεύματι γνώσεως καὶ ὁσεθεω εἰς πλησὶ αὐτῶν. Et in altero loco: ὁθεω σωσιος ἢ σωτηρία ἡμῶν, ἐκεί σοφία καὶ ἀδίκησι καὶ ὁσεθεω πρὸς τὸ λυθῆναι. Ex his facile colligere est, qua significatione utrinque timoris uox accipienda sit: nec sine Scripturæ exemplo Lactantium timorem, hoc est, religionem cum sapientia tam arcto uinculo copulasse. Videtur autem Lactantius alludere ad illud Malach. 1. Filius honorat patrem, & seruus dominum suum. Et si pater ego, ubi gloria mea? & si dominus ego, ubi timor mei? Quo loco dubio procul timoris nomen pro ueneratione accipiendum est, & sollicitudine, ne is offendatur per nos, quem summo studio colimus & amamus: & id ipsius, non nostri causa. Sed sapientia præcedit.) Cur ergo Sapiens religionem initium sapientie dixit? Certè Lactantiana causa solida est, nam apud Dauidem quoq; Psal. 13. Stultus negat Deum, quo loco euidensimè docet Dauid, ex ignorantie diuinæ providentiæ nasci contemptum religionis. & in Psal. 2. reges terræ prius sapere iubet, deinde Domino timorem deferre. Sunt certè hæc ἀντιστρέφοντα, neq; Deus facile profanis se mentibus declarat, uel pectoribus, quæ nulla sint tincta pietate: humilibus enim dat gratiam, superbis nimirum resistens. Similes sint aut filijs.) Diuertit rursus in ætiora quædam iuris civilis loca. Quanquam abdicatio, quæ alienatio liberorum est, non iuris civilis Romanorum fuerit, sed moris Græcorum, quibus ἀπρὸς πατρός dicitur: quasi dicas, abprædicatio, unde etiam Luciani dialogus ἀπρὸς πατρός. Nam in Cod. Iustiniani lib. 8. tit. de patria potestate, Diocletiani et Maximiani A.A. constitutio est ad Hermog. his uerbis:

Abdicatio, quæ Græco more ad alienandos liberos usurpabatur, & ἀπαγωγὴ dicebatur, Romanis legibus non comprobatur. Lege de hac plura apud Alciat. lib. Dissunct. 2. ca. 28. Fugitiuus est, desiniente Ofilio, qui extra domini domū fugæ causa, quo se à domino cæleret, mansit. l. quis sit fugitiuus. ff. de ædilit. edicto. ubi plurimæ definitiones reperiuntur. item l. fugitiu. ff. de uer. sig. et in undecimo Pandect. lib. titulus quartus est de fugitiuis. Vnde colligimus fugitiuorū poenam fuisse, pugnam cum bestijs. Cuius rei exemplum est Androdus seruus apud Gell. lib. 5. cap. 14. Quamquam stigmatibus notatos legimus à dominis eos, clementiore poena. Vt Plato.) cum alibi, tum uerò maxime in Timæo, multis id rationibus docet. ubi Deum appellat πᾶσι θεῶν ἡγεμῶνα καὶ δὲ θεῶν ἡγεμῶνα τοῦ θεοῦ καὶ τοῦ ἀνθρώπου: ipsum

uerò mundum καὶ ἀνθρώπων. De qua sententia uide Philonem de Mundo, & Eusebium de Præparat. Euang. lib. 11. cap. 15. Et M. Tullius.) de Legib. primo, de mirabili hominis opificio uerba faciens, nunc à natura, nunc à Deo factum hominem dicit: naturā haud dubie intelligens ipsius Dei δὲ θεῶν ἡγεμῶνα. Antequam Vulcanus.) Hoc satis in 1. lib. comprobatum est.

Vitæ ac necis.) Alludit ad antiquā dominorum in seruos potestatem, quibus uitæ necisq. potestas fuit: quæ postea D. Antonini constitutiōe cohibita fuit, ne sine causa legibus cognita in seruos suos supra modum sæuirent. ut est in Inst. de his qui sunt sui uel alieni iuris. l. 1. Cod. de emend. seru. Sed Deus non modò necis potestatem habet, sed etiam post necem, ut est apud Lucam capite 12. conijciendi in gehennam.

Oracula prophetarum sollicitè inspicienda sunt: & quo tempore prophetauit Moyses: quot annis Iosua rexerit populum: quot annis presuerint Iudices: quàm diu regnauerint reges: quo tempore dominatus sit Cyrus: quòd in prophetis est sapientiæ fundamentum. C A P. V.

NVnc quoniã docui sapientiam & religionē non posse deduci: superest ut de ipsa religione ac sapientia disseramus. Sentio quidem quod sit difficilis de rebus cœlestibus disputatio: sed tamen audendū est, ut illustrata ueritas pateat, multiq. ab errore & interitu liberentur, qui eam sub uelamine stulticiæ latentē asperrantur ac respuunt. Sed priusquã incipiã de Deo & operib. eius dicere, mihi pauca de prophetis antè dicenda sunt, quorū testimonijs nūc uti necesse est: quod in priorib. libris ne facerē temperaui. Ante omnia, qui ueritatem studet cōprehendere, nō modò intelligendis prophetarū uocibus animum debet intendere: sed etiam tēpora per quæ quisq. illorū fuerit, diligentissimè inquirere: ut sciat & quæ futura prædixerint, & post quot annos prædicta cōpleta sint. Nec difficultas in his colligendis inest ulla. testati sunt em̄, sub quo quisq. rege diuini spiritus fuerit passus instinctū. Multiq. scriptores libros de temporib. ediderunt, initiū facientes à propheta Moysē, qui Troianū bellum 900 ferè annis antecessit. Is aut̄ cum per annos 40 populū rexisset, successorē habuit Iosua, & 20 annis tenuit principatū. Exinde sub Iudicib. fuerunt per annos 370. tum mutato statu, reges habere cœperunt, quibus imperium tenētib. per annos 460. usq. ad Sedechiæ regnū oppugnati à rege Babylonio, captiq. Iudæi diuturnū seruitium pertulerūt, donec septuagesimo post anno eos Cyrus maior terris ac sedibus suis redderet: qui per idem tempus in Persas suscepit imperiū, quo Romæ Tarquinius Superbus. Quare cū omnis temporū series & ex Iudaicis, & ex Græcis Romanisq. historijs colligatur, etiam singulorū prophetarum tēpora colligi possint: quorū sanè ultimus Zacharias fuit, quē constat sub Dario rege, secūdo anno regni eius, octauo mēse cecinisse. Ad eò antiquiores etiã Græcis scriptoribus prophetæ reperiuntur. Quæ omnia eò profero, ut errorem suum sentiant, qui Scripturam sacrā coarguere nituntur tanq. nouam & recens fictam, ignorātes ex quo fonte sanctæ religionis origo manauerit. Quòd si quis collectis perspectisq. temporibus fundamentum doctrinæ salubriter iecerit, & ueritatem penitus comprehendet, & errorem cognita ueritate deponet.

Docet hoc capite, historiarum cognitionem studio sacrarum literarum esse necessariam. De qua re ex omni memoria nemo melius Simone Grynaeo disseruit: neque tempora ecclesiastica cum gentilibus Paulo Phrygione diligentius contulit: uterque sanctissimo Praeceptoris epibeto per omnem mihi uitam celebrandus, memorandusque.

Multi scriptores. Ex ijs qui ante Lactantij tempora de Iudaicis rebus scripserunt, nihil (quod ego sciam) extat, praeter Iosephi scripta, & quae Philonis titulo circumferuntur: & Egesippi quinque libros cum anacephalaeosi. Iustus quidam ex Tyberiae Galilaeus, ad imitationem Iosephi scripsit: qui tamen ab ipso Iosepho notatus fuit mendacij, ut Hieronymus in Catalogo scriptorum ecclesiasticorum refert. $\pi\alpha\tau\epsilon\rho\varsigma\ \delta\ \alpha\gamma\gamma\epsilon\lambda\omicron\upsilon\varsigma$ Moses & Iudaicae gentis scripserunt Aristobulus, Demetrius, & Eupolemus, quae & ipsa Hieronymi etiam temporibus interierunt. De uitis Prophetarum interijt Melitonis Asiani liber. Extat Epiphaniij Constantiae Cypri episcopi, de uitis Prophetarum liber, ab Albano Torino praepatore meo translatus. Habemus Synopsin Theodori & Doctheij: & Chronicus est etiam tertius Theophili sermo. **Nongentis ferè annis.** Eadem ferè Porphyrij impij ratio annorum fuit, qui (teste Eusebio) DCCC penè & quinquaginta, Troiano bello Mosen seniore fecit. Caterum ipse Eusebius in Chronicis, Porphyrij errorè castigans, CCCXXVIII annos inter Mosis ducatum & Troianum excidium ponit: sed in ipsa Eusebij Chronologia inuenio annos CCCXLVII. Atque idem Eusebius de Praeparat. Euang. libro 10. capite 3. Inde, inquit, à captiuitate Troiana, si quadringentos ascendendo annos auferas, ad Mosen & terrigenam Cecropem deuenies. Cyrillus libro 1. contra Iulianum refert, Troiam expugnatam post Mosen CCCXX annis, iudicante apud Hebraeos Eusebone. Sed ex Phrygionis Chronico, inter Mosis ducatum & Troianum excidium non plures quam 322 annos intercessisse inuenio. Nā Mosen ponit anno ab orbe condito 2453. Troianum uerò excidium 2775. Ex Beda Anglosaxone colligo annos 308. Labdonem iudicem Hebraeorum, cuius anno tertio Troiam captā scribit, anno 2708. Augustinus praeterea libro 18. Ciuit. Dei, capite 8. quaedam de Mosis aetate scribit, quo loco Ludouicus Viues profanorum autorum diuersitates colligit. **Septem & uiginti.** Beda ex Iosepho uiginti quique tantummodo ponit. Cum Lactantio Eusebius consentit, & Augusti-

nus cap. 11. eiusdem libri. **Sub Iudicibus per annos trecentos.** Paulus in concione quam Antiochia habuit, inter caetera sic dicit: $\kappa\alpha\iota\ \mu\epsilon\tau\grave{\alpha}\ \tau\omicron\upsilon\tau\omicron\upsilon\ \omega\varsigma\ \epsilon\tau\epsilon\iota\ \pi\epsilon\pi\alpha\rho\omicron\sigma\iota\varsigma\ \kappa\alpha\iota\ \omega\upsilon\tau\eta\sigma\iota\upsilon\tau\alpha\ \epsilon\delta\omega\kappa\epsilon\ \lambda\epsilon\iota\tau\epsilon\varsigma,$ eos $\Sigma\alpha\mu\upsilon\eta\lambda\ \tau\omicron\upsilon\ \pi\epsilon\phi\eta\tau\epsilon$. Act. 13. Eusebij ratio, atque item Carionis, conueniet cum Lactantio, deficiente uno anno, si Heli & Samuelem sacerdotes cum Iudicibus numeraueris, qui LXXX annos continent. Apostoli uerò numerus tum demum quadrabit, si Mosis 40 annos addideris, Iosue 25: deinde Achialonis Zabulonitae, quae apud Septuaginta desideratū, Beda ex Hebraeo supplet, decem. Per annos 360. Neque isthaec ratio quadrabit per omnia, nisi ut Hamonem, secundum Septuaginta, duodecim regnasse annos dicas, uel Sedechiae annum adijcere uelis. atque sic etiam Phrygionis numerus conuenit, licet in Saule & Dauide Hebraeos secutus, ab Eusebio & Beda dissentit: imò à Paulo, qui in Actis cap. 13. Sauli XL annos tribuit, annuerans Samueli XL. Atque hoc regni Israelitici spacium comprehendit quartam mundi aetatem. Sed ponemus etiam regum catalogū, eodem modo, ut facile appareat sub quibus regibus quique prophetae uaticinati sunt.

Saul XX. iuxta Iosephum, iuxta Paulum & Eusebium, XL. cum Samuele.

Dauid XL. Gath, Nathan, Asaph.

Salomon XL. Sadoch, Achaias Selonites.

Roboam XVII. Abias III. Ioani.

Afa XLI. Achias, Hieu, Ioede, Ichoram, Azarias, Haman.

Iosaphat XXV. Abdias, Hieus, Ozias, Micheas, Eleazar, Iehiel.

Ioram VIII. Helias, Heliseus.

Azarias I.

Athalia mater Azariae VII. Heliseus.

Ioas XL. Zacharias lapidibus adobruitur.

Amasias XXI. (Isaias, Ionas.)

Azarias, qui & Uzia, LII. Osce, Amos, Eioatham XVI. Idem prophetant, & Nabum.

Achazi XVI. (dad.)

Ezechias XXIX. Osceas, Esaias, Micheas, Amasias LV. Interficat Esaiam. Iohel, Nabum, Habacuc.

Hammon II. Sept. XII.

Iosias XXXII. Hieremias, & Olda mulier, Sophonias, Huida, Vrias.

Ioachaz mensibus III.

Elihim, qui & Ioachim, XI.

Ioachim, qui & Iechonias, mensibus III.

Sedechias,

Sedechias, siue Zidikias, cuius hoc loco mentio fit, uigessimustertius Hebræorum rex. Sub hoc prophetæ claruerunt, Hieremias, Daniel, Ezechiel. Is tributarius regis Nabuchadnezer factus, fœdus octauo regni anno soluens, aliud cum Aegypto icit. Hinc Nabuchadnezer sanctâ ciuitatem obsidione cinxit, & urbe XI regni Sedechiæ anno potitus, templū incendio absumpsit, regem oculis orbaturum cum populo in Babyloniam duxit. Historia in sacris libris scripta est 2. Reg. capitibus duobus postremis, & in postremo posterioris Annaliū. & apud prophetâ Hieremiam capite 39. cum aliquot ordine sequentibus. apud Esdram. item apud Iosephum cap. 10. libri decimi. apud Augustinum quoq; lib. 18. Ciu. cap. 27.

Septuagesimo post anno. Id quod Hieremias quoq; uaticinijs prædictū fuerat. Tēporis rationem inquirat Ioan. Oecolampadius in 5 & 6 Danielis capitibus, Græcorum & Eusebij errores notans, indicansq; Darium, qui à Daniele Darianes Medus dictus est, Xenophōti Cyaxarem nominatum, Cyri ex sorore nepotem, cui etiam filiam coniugio copulauerat, & ducem exercitus fecit, qui uictoria potitus, imperiumq; Chaldaicū obtinens, Dario regnum cessit: apud quē Daniel in precio habitus fuit. Sed ego uelim, ut liceat mihi bona uenia à præceptore meo dissentire: quod si à pio lectore impetrauero, non XLV annos omnes, quibus Nabuchodonosor regnauit, ad calculus uocabo: sed eos duntaxat, quib. populus Israeliticus captiuus fuit. Nā si Ioabim XXXVII è carcere liberat⁹ est ab Euilmerodach, sub initiū sui imperij, decedent de XL annis tres: & deinde undecimo Sedechiæ: uel si mauis, decimonono, quib. Nabuchodonosor ante captiuitatē regnasse dicitur, remanebūt igitur anni imperij eius uiginti unum, quibus si Euilmerodach uigintitres addideris, relinquuntur tibi quadragintaquatuor. Dandum autē nonnihil temporis erit regno Darij, & dein successoris eius Cyri, qui Cores in sacris libris nominatur: in cuius anno primo populus post liminiō redijt, ut apud Esdram legimus. Catalogū regū imperij Assyrii adijciā ex Niceph. synopsis:

Κρόνῳ, Νίνῳ τε, ἢ ὄστος ἀρῆς πάλιν,
 Λάμης, Σαρδανάπακτος, Σπάρτακος πέτις
 ἔπειτα Πόρσις, καὶ Κινυρὸς ὀνόσος,
 Οὔλος μαρωδ' ἀχ, Βαλτάσος, ὁ Δαρῆος,
 Κύρος ὁ Πόρσις, Καμβύσις σὺν Σπέρδωχῳ
 Ὑσαπὸς Δαρῆος τε, καὶ Ξέρξης γόνῳ.
 Ἀρταβάνης πάλιν δὲ σὺν Ἀρταξέρξῃ,
 ὁ Δούτιος Ξέρξης τε σὺν Σογδανῶν,
 ἠὲ Δαρῆος παιδίου Ἀρταξέρξου,

Ἀρταξέρξης ἄλλῳ δὲ πλὴν κλύσιμ χέῳ
 Ἀρσῆος ὁ χέῳ, Δαρῆος ὁ Ἀρσῆος,
 ἔπειτα Μακεδῶν Ἀλέξανδρος κίτωνίς,
 καὶ Βαβυλωνίων καὶ Περσῶν ἀρχὴν λύνει.

Nihil tamen talium nominum est apud Berosum in quinto, & apud Eusebium sub finem noni de Preparat. Addemus ex eodem Nicephoro

λύσιμ ἀχμαλωσίας:
 πορθεῖ μὲν Ἀσσύριῳ Ἰσραὴλ γῆρος
 ἀναξ κέκιστος ὁ Κινυρὸς ὀνόσος,
 ἀρχῶν Σύρων μάλιστ' ἀβυλωνίων
 ἐβδμήκοντα δ' ἢ γῆρονίς τοῖς ὑσῆοις,
 Κύρος ὁ Πόρσις, Εσδρα καὶ Ζοροβάβελ,
 τοῖς ἀχμαλώτοις πλὴν ἀνακλισην νέμει.
 ἐγείρεται γὰρ καὶ ναός τε καὶ πόλις,
 Εσδρας ὑπεργαί ἢ Ζοροβάβελ ἄμα,
 καὶ Νεεμίας, Βανίας, Σαραθίας,
 καὶ Ἰωσεδεκ Ἰησοῦ μέγας θύτης.

μὲν τὸ λοιπὸν Ἰσραὴλ ὑπὸ γῆρονίς
 μάλιστ' ἐκατόν ἢ μίσητον πρῶτον τῶν
 ἢ ἰδρῶσι πλὴν διοικισίμ ἔχων.
 ἐπειδ' ἐπὶ ἄνους ὑπὸ Κινυρῶν ἀφρόνους
 Μακεδονικῶν ἔπειτα Πτολεμαίων,
 γιτὸν ἔθνην ἐκοῦ ἢ τὰ τ' Μακκαβαίων.

Cyrus.) Cyrus in Persas capit imperiū Olympiade 54. anno Urbis 194. Seruij regis decimonono. Sed Tarquimio regnante, aduersus Tomyrin anno regni sui trigesimo. quo loco Theophilus 38, non sine errore habet. Romæ Tarquinius Superbus.) Vide Orosium libro

secundo, capite sexto. Consentiant Eusebius & Beda. Sed constat Zorobabelem Iudæorum ducem Iehosua pontifice fuisse, anno Seruij Tullij trigesimo secundo, qui fuit annus ab Vrbe cond. 207. Orbis cond. 3417. Olympiade 58. Ceterum Tarquiniū tempore à Cambyse templi ædificatio introducta fuit, & à Dario rursus cōcessa. Quorum sanè ult. Zach.) Zacharias, Aggeus & Malachias, uaticinati sunt post solutionem captiuitatis. Quo quisq; prophetarum tempore, & quid de Christo prædixerit, docet Augustinus lib. 18. de Ciu. cap. 27. cum ordine aliquot sequentibus. De Zachariæ temporibus uidebimus infra cap. 14. Aded antiquiores.) Prophetas Græcis scriptoribus antiquiores esse, docet Theophilus ad Autolyicum Serm. tertio, Iustinus Martyr ad Gentes, Iosephus contra Appionem, Eusebius libro 10. de Preparat. Euangel. cap. 3. Augustinus libro 18. de Ciuitate Dei, capite 37. Pythagoras, qui cum postremis prophetarum floruit, inter primos & antiquissimos Græcorum fuit.

Quod

Quod Deus creator omnium omnipotentem genuit filium, & per eum creauit
uniuersa. Testes sunt Sibylla, Trismegistus, & oracula consona
Prophetis, & sapientissimo Solomoni.

CAP. VI.

Deus igitur machinator constitutorq; rerum, sicuti in secundo libro dixi-
mus, antequam præclarum hoc opus mundi adoriretur, sanctum & in-
corruptibilem & irreprehensibilem spiritum genuit, quem filium nūcuparet.
Et quāuis alios postea innumerabiles creauisset, quos angelos dicimus: hunc
tamen solum primogenitum diuini nominis appellatiōe dignatus est, patria
10 scilicet uirtute ac maiestate pollentem. Esse autem summi Dei filium, qui sit
potestate maxima præditus, non tantum cōgruentes in unum uoces prophe-
tarum, sed etiam Trismegisti prædicatio, & Sibyllarū uaticinia demonstrant.
Hermes in eo libro qui ὁ λόγος τέλειος inscribitur, his usus est uerbis: ὁ λέγειος κὶ
τῶν πάντων ποιητής, ὃν θεὸν καλεῖν νομομήκαμεν, ἡδὲ τὸν δ' εὐτόρομ ἐποίησε θεὸν ὄρατόμ κὶ
αἰδητόμ (αἰδῆτόμ δὲ φημι, ὃ ἐστὶ τὸ αἰδέσθαι αὐτόμ· πῶς γὰρ τὰ τε εὐκῆσι πτόρομ αὐτὸς αἰ-
δοῖτο, ἀλλ' ὅτι εἰς αἰδησίμ ἕποπέμπε κὶ εἰς νοῦν) ὅτι ἐν ῥῶσμ ἐποίησε πρῶτόμ, κὶ μόνουμ κὶ
γῆα· καλὸς δὲ αὐτῶς ἐφαίνη κὶ πληρέστατος πάντων τῶν ἀγαθῶν, ἠγίασέ τε ἔπειτα ἐπιλη-
σῆν ὡς ἰδοῦν τῶσμ. Sibylla Erythræa in carminis sui principio, quod à summo
Deo exorta est, filium Dei ducem & imperatorem omnium his uerbis
20 prædicat:

παντότροφου κτίστω, ὅστις γλυκὺ πινύμα ἄπεισι

κἄτθετο, χ' ἠγνῆτιρα θεῶν πάντων ἐποίησε.

Et rursus in fine eiusdem carminis:

αὐτόμ ἐδῶκε θεὸς πῖσις ἀνδρῶσι γράφειν.

Et alia Sibylla præcipit hunc oportere cognoscere:

αὐτόμ σὸν γίνωσκε θεὸν, θεὸς ἕγὼν ἴόντα.

Videlicet & ipse est Dei filius, qui per Solomonem sapientissimum regem di-
uino spiritu plenum locutus est ea quæ subieciimus: Deus condidit me in ini-
tio uiarum suarum, in opera sua ante secula. Fundauit me in principio, ante-
30 quam terram faceret, & antequam abyssos constitueret, priusquam prodiret
fontes aquarum, ante omnes colles genuit me Dominus: fecit regiones &
terras inhabitabiles sub cœlo. Cum pararet cœlum, aderam illi: & cum secer-
neret suam sedem, cum super uentos faceret ualidas nubes, & cum confirma-
tos poneret montes sub cœlo: quando fortia faciebat fundamenta terræ, erā
penes illum disponens. Ego eram cui adgaudebat: quotidie autem iucunda-
bar ante faciem eius, cum lataretur orbe perfecto. Idcirco autem Trismegi-
stus δ' ἡμιεργὸν τῷ θεῷ dixit: & Sibylla σὺ μέγιστον appellat, qui tanta sapientia &
uirtute sit instructus à Deo patre, ut & consilio eius & manibus uteretur in
fabricatione mundi.

40

COMMENTARIUS.

Docet Hermetem & Sibyllam in hoc cum
sacra Scriptura consentire, quod filius Dei unā
cum patre rerum creationi præfuerit. Ante-
quam terram faceret.) Atqui sic tem-
pore circumscriberetur. Trismegistus.)
τριμέγιστος, ter maximus. Theologus ad Ne-
mesium, τρισάριστον uersus gratia ipsum nomi-
nauit. Significat autem τρις in compositione fe-
rè ualde. Sicut apud Lucianum τρισόλιος, ter
50 felix: apud Homerum τρισμάκαρες, ter beati:
& τρισδιδάμων, sicut e contra τρισκα-

τάρατοι, ter execrandi. De Hermetis Trisme-
gisti autoritate multa scribit Augustinus Steu-
chus libro septimo Perennis philosophiæ.

ὁ λόγος τέλειος.) Citatur etiam hic liber infra
libro sexto, capite uigesimoquinto. Sibylla
Erythræa.) De Sibyllis libro primo, capite
sexto dictum est. παντότροφου.) Hos uer-
sus explicat Augustinus Steuchus Perennis phi-
losophiæ capite 21. Citantur à Theophilo, ubi le-
gitur, πινύμ κὶ ἄπεισι. αὐτόμ ἐδῶκε.)
Hic uersus reperitur Serm. 3. ubi sic legitur:

ἀλλ'

ἀλλ' ὅτι ἔδωκε θεὸς πρὸν ἀνδρῶν γράσειν.
 Et alter Sermone 8. ubi pro σὸν, σὸ legitur.
 Qui per Solomonem.) Prouerb. 8. ubi Sa-
 piens sapientiam per prosopopœian inducit. Lo-
 cus autem ex Græco per Lactantium translatus
 est: quæ tamen translatio paululum à Græco ua-
 riat, uel deficit potius, ut uideatur Lactantiano
 scripto uitium per iniuriam temporis esse factum.
 nisi, quod fieri aliquoties solet, integra non sint ci-
 tata. Adscribam Græca, ut Aldina editio habet:
 λέγει ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁ δὲ ὦν αὐτοῦ, εἰς ὅ-
 γα αὐτοῦ. πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐβελίωσέ με ἐν ἀρ-
 χῇ, πρὸ τοῦ πλὴν γλῶσσι ποιῆσαι, καὶ πρὸ τῶν τὰς
 ἀβύσσους ποιῆσαι, πρὸ τοῦ περὶ εὐθεῖν τὰς πη-
 γὰς τῶν ὑδάτων, πρὸ τοῦ ὄρεν ἔδρα δὲ ὡν πρὸ
 δὲ πάντων τῶν βουωῶν γυνᾶμε. λέγει ἔ-
 ποιήσε χώρας καὶ ἀοικήτους, καὶ ἀκροα οἰκού-
 μιν αὐτῶν ἔδρα δὲ. ὡς ἡ τοῖμα ἐ τὸν ἔ-
 δρα δὲ, συμπάρημι αὐτοῦ, ὅτε ἀφώρει ἐ τῶν
 εἰαυτῶ ὄρον ἐ π' αὐτῶν. ὡς ἡ ἰχθυῶν ἐ ποίει
 τὰ ἄνω νεφῶν, καὶ ὡς ἀσφαλῆς ἐ πῆθε πηγὰς
 αὐτῶν ἔδρα δὲ. ἐν τῶν πηγῶν τῆ θάλασσαν
 ἀκερῶσμον αὐτοῦ, καὶ ὡς ἔτα ἔ πῆθελόσε
 ταῖ σῶματ' αὐτοῦ, καὶ ἰχθυῶν ἐ ποίει τὰ θε-
 μέλια τῶν γῆς, ἡ μὲν παρ' αὐτοῦ ἔδρα δὲ ἀρμόζουσα.
 ἐ γὰρ ἡ μὲν, ἡ πρὸς ἕχρησιν. καὶ ἡ ἰχθυῶν δὲ δὲ
 φραίνουμι ἐ πρὸς ὅπῳ αὐτοῦ. ἐν πάντι καὶ
 ἔδρα δὲ, ὅτε ἐν ὄφραίνε το πλὴν οἰκουμένην σω-
 τελῆσας, ἐν ὄφραίνε το ἐν ὄφραίνε ἀνθρώπων.
 Expendendus hic locus nobis est aliquanto dili-
 gentius. Deus condidit me ab initio
 uiarum suarum.) Qui ex Hebræo transfe-
 runt, ponunt Possedit, atq; sic etiam cōmunis ha-
 bet translatio: sed in Græco constanter est ἐκτι-
 σε, id est cōdidit. Vnde Arrius suam transumpsit
 hæresim, dicens Verbum esse creaturam: ut de ip-
 so apud Epiphanium legimus. Videri sanè poterat
 ἐκτισε in ἐκτίσε mutatum incuria librariorū esse,
 nisi antiquissimi scriptores utriusq; linguæ ἐκτι-
 σε legissent. Nam Basilius contra Eunomiū hac
 uoce offensus, circa sensum se torquet: Ante illū
 multis temporibus Epiphanius contra factionem
 Semiariorum disputans, Paulumq; cum Salomo-
 nis hoc loco conferens, pro hoc quod est apud Sa-
 pientem, ἐκτισέ με πλὴν ἀρχῶν τῶν ὁδῶν αὐτῶν,
 posuisse Apostolum Coloss. 1. πρῶτό τοκος πά-
 ος κτίσεως. Et paulo post dicit, Iohannem pro
 ἐκτισέ dixisse, καὶ θεὸς ἴστω. Hieronymus hunc
 locum exponens, indicat quosdam hanc sententiā
 ita reddidisse: Dominus creauit me principium
 uiarum suarum in opera sua. Addit, patres de in-
 carnatione Christi intelligere: ita ut Creaturi-

stæ sui dogmatis argumentum habeant. Transtu-
 lit autem sic Irenæus libro quarto aduersus hære-
 ses, cap. 37. Et Tertullianus aduersus Praxean.
 In initio.) Melius transtulisse Lactantium iu-
 dico, quàm Irenæum Et Tertullianum, Et alios,
 qui reddunt, Principium uiarum suarum. Videtur
 enim respexisse ad id quod est apud Iohannem,
 ἐν ἀρχῇ ἴστω ὁ λόγος. quod Et Hieronymo Et E-
 piphanio placuisse uideo. Nam accusatiuū aduer-
 bialem sic quandoq; transferre consueuimus: si-
 cut Iohan. 8. πλὴν ἀρχῶν, ὅτι καὶ λαλῶ ὑμῖν.
 Erasmus exposuit, In primis. Et Heb. 2. ἡ τις ἀρ-
 χῶν λαβῶσα λαλῆσαι ὅσα τὰ λευκῶν: expo-
 nit, Quæ cum primum enarrari cœperit, Et c.
 Ante secula.) Non pariter distinguuntur. In
 græco textu, πρὸ τοῦ αἰῶνος, ad sequentia re-
 fertur, atq; sic Hebræi quoq; distinguūt. Irenæus
 seculum singulariter reddit, apud quem sine ordi-
 ne hæc leguntur. Et antequam abyssi.)
 Apud Irenæum desiderantur. Ante om-
 nes colles.) Deest hic: Priusquam mōtes col-
 locarentur. sic enim Tertullianus transtulit, πρὸ
 τοῦ ὄρεν ἔδρα δὲ ὡν. Irenæus, Antequam con-
 firmarentur. Genuit me Dominus.)
 Sic distinguendum est: Ante omnes colles genuit
 me. Dominus fecit, Et c. Sic enim et Græci distin-
 guunt, Et Tertullianus. Hebræi uariant. Et
 terras habitabiles.) Deest, Summitates, uel
 promontoria. id enim ἀκροα significat: quæ habi-
 tantur, uel coluntur. Desunt etiam apud Irenæū
 Et Tertullianum. Aderam illi.) Tertul-
 lianus, Aderam illi simul, exprimens compositum
 συμπάρημι. Irenæus, Eram cum illo.
 Cum super uentos.) Legendum erat: Cum
 fecerneret sedem suam super uentos, Et cum for-
 tia faceret ea quæ sunt supra nubes. uel: Cum ua-
 lidas faceret nubes: nisi aliter apud Græcum le-
 gerit. Aequè impeditè legit etiam Tertullianus:
 Et cum fortia faciebat super uentos, quæ sursum
 nubila. Hæc apud Irenæum desunt. Pone-
 ret montes.) Fontes lege: est enim in Græco
 πηγῶν. Tertullianus: Et cum tutos ponebat fon-
 tes eius quæ sub celo. Irenæus: Et cum firmos
 faceret fontes abyssi. Deinde desunt quædam a-
 pud utrumq; sicut hic quoque. nam obseruo loca
 non adeò superstitiose citari. Desunt, inquit, hæc:
 ἐν τῶν πηγῶν τῆ θάλασσαν ἀκερῶσμον αὐ-
 τοῦ, καὶ ὡς ἔτα ἔ πῆθελόσε ταῖ σῶματ' αὐ-
 τοῦ. Quæ sic reddere potes: Cum poneret mari
 terminum tam scite, ut aquæ oras non egredian-
 tur. quæ diligenter etiam ab Hebræis redduntur,
 ubi uerbosius hæc explicantur.

Dispo-

Disponens.) ἀεγούζσα. Tertul. Ego eram cum illo, cōpingens. Iren. Eram apud eum aptās. Cui adgaudebat.) προσέχουσι. Elegantius reddidit, quam Tertul. Iren. aū nempe sequutus. Ego eram (inquit) ad quam gaudebat. ἄδδ κισε est apud Evangelistas. Lucundabar.) ἀφρογανόμω. Iren. delectabar. Tert. oblectabar. Ante faciem eius.) Tertul. In persona ipsius, ἢ προσώπω αὐτοῦ, desideratur: ἢ πάντι λαοῦ. Irenaeus: Quotidie autē delectabar ante faciē eius in omni tempore, cum letaretur orbe perfecto, & iocundaretur in filiis hominum. Vide super hoc Prouerb. loco etiam Hilarium lib. 12. de Trinitate. Trismegistus Δημιουργου.) Demiurgon etiam Irenaeus loco iam citato uocat, & alibi saepe Valentinianorum animalem demiurgum consutans, & Apostolus

cap. 11. ad Hebr. ut alibi indicauimus. Suspectus est mihi locus hic totus, quasi quaedam testimonia desint. Nam neq; in Hermetis testimonio hoc τὸ Δημιουργος, neq; in Sibyllinis συμβόλοις mentio fit. Augustinus Stenchus quaedā citat, in quibus reperitur. adscribam unum: φύσις τὸ νοεῖν αὐτοῦ λόγος, φύσις δὲ γονυτικὴ καὶ δημιουργικὴ. ἄλλοι δὲ αὐτὸν ἰσχυρίζονται ἢ φύσις ἢ εἶδος, ἢ ὁ θεὸς αὐτὸ κελεῖν, καλεῖ δὲ μόνον. νοῦν, ὃ τι τέλειός ἐστι φύσις τελευτῆς, καὶ ἀγαθὰ ἐργάζεται, καὶ δημιουργεῖ, καὶ ζωοποιεῖ. ἐπειδὴ οὐ πικρῶς ἐχέται φύσεως, καλῶς δὲ προσηγερθεῖται. Plura reperies apud eundem, partim ex Cyrillo, partim aliunde excerpta. συμβόλου.) Quemadmodum Esaias angelum magni consilij appellat, & συμβόλου, id est consultorem: ut infra cap. 12.

Quod nomen filij, & angelis & hominibus sit ignotum, licet nomen habeat quod ab utrisq; adoratur: & unde dicatur Iesus, & unde Christus.

Stus. CAP. VII.

Fortasse quærat aliquis hoc loco, quis sit iste tam potēs, tam Deo charus, & quod nomē habeat, cuius prima natiuitas nō modō antecesserit mundum, uerum etiam prudentia disposuerit, uirtute construxerit. Primum scire nos conuenit, nomen eius ne angelis quidem notum esse, qui morantur in cælo, sed ipsi soli, ac Deo patri: nec antē id publicabitur, ut est sanctis literis traditū, quam dispositio Dei fuerit impleta. Deinde nec enunciari posse hominis ore, sicut Hermes docet, hæc dicens: αὐτὰ δὲ τότε αὐτὸς ἢ τὸ θεὸς ἀγαθὸ βάλκισ ἢ θεὸν πρὸς ἑαυτὸν, ὃ τὸ ὄνομα ἔδωκεν αὐτῷ ἀνθρώπινον σῶματι λαλῆσθαι. Et paulo post ad filium: ἐστὶ γὰρ πῖς, ὃ τέκνον, ἀπὸ ἑνὸς λόγου & σοφίας πάντων, καὶ πνευματικῶν ἐκείνων, ὃν ἐπέμεινε ἀνθρώπινον ὄνομα. Sed quamuis nomen eius, quod ei à principio pater summus imposuit, nullus alius præter ipsum sciat: habet tamē & inter angelos aliud uocabulum, & inter homines aliud. Iesus quippe inter homines nominatur. Nam Christus non proprium nomen est, sed nuncupatio potestatis, & regni: sic enim Iudæi reges suos appellabant. Sed exponēda huius nominis ratio est propter ignorantium errorem, qui eum immutata littera Christum solent dicere. Erat Iudæis antē præceptum, ut sacrum conficerent unguentum, quo perungi possent ij, qui uocabantur ad sacerdotium, uel ad regnum. Et sicut nunc Romanis indumentum purpuræ, insigne est regie dignitatis assumptæ: sic illis unctio sacri unguenti, nomen ac potestatem regie conferebat. Verum quoniam Græci ueteres χριστὸν dicebant ungi, quod nunc ἀλείφειν, sicut indicat Homericus uersus ille:

αὐτὸν δὲ δὴ μωαὶ λῶσαν, καὶ χρίσαν ἑλαίῳ.

Ob hanc rationem nos eum Christum nuncupamus, id est unctum, qui Hebraicè Mefsias dicitur. Vnde in quibusdam Græcis scripturis, quæ malè de Hebraicis interpretatæ sunt, ἡλειμμένος scriptum inuenitur, ἀπὸ τῶ ἀλείφειν. Sed tamen utrolibet nomine res significatur: non quod ille regnum hoc terrenum fuerit adeptus, cuius capiendi nondum tempus aduenit: sed quod cæleste ac sempiternum, de quo differemus in ultimo libro: nunc

uero de prima eius natiuitate dicamus.

COM

Explicat nomina filij Dei, & obiter quorundam errores taxat. Hic quartus liber ab hoc ca. ad finem ferè constat potiore ex parte locis generis demonstratiui. hi sunt: Nomen, natales, res gestæ, interitus, &c. Neq; angelis.) Quia nomen eius Admirabile, siue Mirificus, apud Esaiam cap. 9. Dedit enim illi nomen quod est super omne nomen: Philip. 2. ἐπιφάνους.) Athanasio ἀνατάλητος. Nazian. in paschali carmine, μεγάλου νόου λόγος. & ad Nemesium, μεγάλη θεῶν λόγος. August. in Prouerb. Solom. cap. 30. Quod est illi nomen? Quod nomen filio eius? Nostin? quasi dicat. Minime. Nonno Ioanis Paraphrasti λόγος dicitur ἀκίχητος ἢ ἀξέφωτος ἀρχῆ. Psal. 44. λόγος ἀγαθός. Illud autem ἀγαθόν pari modo inexplicabile. Iesus quippe.) σωτήρ Græcis, Latinis Seruator. Nuncupatio potestatis.) Epitheton dignitatis est. Tertullian. aduersus Praxean, alterum nomen proprium esse dicit, quod est ab angelo impositū: alterum accidens, quod ab unctione uenit. Sed de differentia horum nemo melius quàm Cyprianus in Symbolo, ubi exponit illud: Credo in Iesu Christo. Iudæi reges.) Augustin. de consensu Evangelistarum lib. 3. Marcum & Matthæum concilians ait, eundem esse apud hunc Christum ostēdit, qui est apud illum rex Iudæorum. Quid quod David seipsum Christum appellat Psal. 2. καὶ οἱ ἀρχόντες σιωπήθουσιν ὡς τὸ αὐτὸ, ἢ τὸ λεγέτω, καὶ ἢ τὸ χριστὸν αὐτοῦ. Quem tamen uersum Apostoli ipsi de Christo interpretantur, Act. 4. Chrestum.) χριστός, ἀπὸ τῆς χριστάου: hoc est, utilis, bonus, suavis. sic enim Hieronymus hanc uocem exponit in epistola quadam ad Simiam & Fretulam, super illud Psal. ἐξομολογήσασθε τῷ κυρίῳ ὁ πῶς χριστός. Quorum autem hæc hæresis fuerit, nondum legimus nisi quod Tertul. in Apolog. cap. 3. respondet Gentibus, quod Christianos Chrestianos nominarint, odioso (ut ipsis uidebatur) nomine, cum sit à benignitate & suauitate compositum: & ob id innocuū. Huc etiam Theophilus allusit, sub initium Sermonis primi ad Autolyicum. Sacrum conficerent unguentum.) Ex aromaticis preciosissimis, optimi odoris, myrrha, calamo aromatico, castia, cinamomo, Zingibere, oleoq; purissimo: Exodi. 30. & hoc oleum unctionis, ἐλαίου χριστός dicebatur. Indumentum purpuræ.) De uariarum gentium insignibus regis lege Alexand. ab Alexandro, libro Genialium dierum 1. cap. 28. De purpura,

Lazarum Baysum capite tertio, de re uestiariarum. Ad Sacerdotium, uel ad regnum.) Vtrumq; in Christo locum habet, quiet rex est, cuius regni non erit finis, ut angelus diuæ Virgini promisit: & sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedec. Vnde Petrus Ecclesiam, id est, regnum Christi, rectè regnum sacerdotale appellauit. De unctione regis lege primum Samuelis librum, de sacerdotali uero chrismate Leuit. cap. 8. Interim obserua, quod Tertul. aduersus Iudæos docet, reges in exilio ungi non potuisse, eo quod cornu olei carerent. De sacerdotio Christi, adeoq; ipsius unctione nemo doctius aut plenius quàm Paulus in epist. ad Hebræos. χερίδωρα.) Quo uerbo utuntur Septuaginta (si modo translatio ista, qua utimur, Septuaginta est) in citatis supra ex Leuitico & Samuele locis: atq; item Psal. 44. & 88. & alijs passim locis. Vtuntur & Petrus in Actis cap. 10. de Christi baptismate loquens: ὡς ἐχρισθῆναι, inquit, αὐτὸν ὁ θεὸς τῶν δούλων ἁγίου καὶ δυνάμεως. Sed reperitur etiam uerbum ἀλείφειν, non quidem de sacerdotali uel regali unctione, ut Matth. 6. Mar. 6. & 16. Luc. 7. Ioan. 11. & 12. Iac. 5. Sed Luc. 4. ubi de Christi unctione testimonium Esaiæ ex 61. cap. citatur, uerbum χριστάου inuenitur: τῶν δούλων κείνου ἐπ' ἐμὲ, ὃς ἐνεκὸν ἐχρισέ με, δυνάμει ἀλείφειν τῶν ὀφθαλμῶν ἀπὸ τῆς σαλευσῆς μου, &c. Item Act. 4. Hebr. 2. Sciuim est illud Irenæi, ubi lib. 3. aduersus Valentini hæreses, sub unctionis uoce Trinitatem complectitur: In Christi, inquit, nomine subauditur, qui unxit, & ipse qui unctus est, & ipsa unctio, in qua unctus est. Et unxit quidem pater, unctus est uerò filius, in spiritu qui est unctio, quemadmodum per Esaiam (cap. 61.) ait sermo: Spiritus Dei super me, propterea quod unxit, &c. Unxit autem eum oleo laticæ, qui est Spiritus sanctus. Psalmo quadragesimo quarto. Testimonium porrò, quod ex Homero Lactantius citat, est Odyss. 8. ubi Telemachus patrem querens, à Menelao humaniter excipitur. Multis locis Homerus indicat, id moris fuisse antiquis, ut hospites & lauarent, & oleo murgerent. ut de eodem Telemacho, lib. 3. Odyssæa ubi à Nestore excipitur: τὸ φρα δὲ πηλὸ μαχρὸν λῶσεν καλὰ πολυκῆσιν νέστωρ ὀπλοτάτι θυγάτηρ Νηλεΐδ' ἄσσο. αὐτὰρ ἐπεὶ λῶσεν τε καὶ ἔχρισε λιπ' ἐλαίῳ ἅμφοι δ' ἐμὴν φάφον καλοῦ βάλεν, ἢ δὲ χιτῶνα.

Et rursus lib. 23. Ulysses ipse suis in ædibus ab

Eurynome laetatur:

αὐτὰρ ὁ δ' ἄνοσση μεγαλήτορα ᾧ γνὶ οἶκος,
ὄρωμαι τάρηιν λῶσθην καὶ χεῖσθην ἑλαίῳ.

Et ipsum Laertē senē famula domi suæ Odys. 24.

τόφρα δὲ λαοβότῳ μεγαλήτορα ᾧ γνὶ οἶκος,

ἀμειπόλος σικελὴ λῶσε καὶ χεῖσθην ἑλαίῳ.

Sed quid curiosius isthæc colligimus?

De duplici natiuitate Christi, de patre & matre: quare uocatur Verbum: quo differat
ab angelis, quare illi non dicantur uerba: quare hominis spiritus dissolubilis: quid Da

uid & Solomon prophetauerint de hoc uerbo: quod Solomon præcesserit

Troianum bellum: & quid Ioannes Euangelista de eodem

uerbo. CAP. VIII.

10
IN primis enim testificamur, illum bis esse natum: primū in spiritu, postea
in carne. Vnde apud Hieremiam ita dicitur: Prius quā te formarem in
utero, noui te. Et item apud ipsum: Beatus qui erat antē quā nasceretur,
quod nulli alij contigit, præter Christū. Qui cū esset à principio filius Dei,
regeneratus est denuò secundum carnem, quæ duplex natiuitas eius magnū
intulit humanis pectoribus errorem, circumfuditq; tenebras etiam ijs, qui uē
ræ religionis sacramenta retinebant. Sed nos id planē, dilucideq; monstrabi
mus, ut amatores sapientiæ facilius ac diligentius instituātur. Qui audit, Dei
filium dici, non debet tantum nefas mente concipere, ut existimet ex conu
20 bio ac permissione foeminae alicuius Deum procreasse, quod non facit nisi
animal corporale mortiq; subiectum. Deus autem cū solus adhuc esset cui
permiscere se potuit: aut cum esset tantæ potestatis, ut quicquid uellet, effi
ceret, utiq; ad creandum societate alterius non indigebat: nisi fortē existima
bimus, Deum, sicut Orpheus putauit, & marem esse, & foeminam, quod ali
ter generare nequiverit, nisi haberet uim sexus utriusq; quæ aut ipse secū co
ierit, aut sine coitu non potuerit procreare. Sed Hermes in eadē fuit opinio
ne, cum dicit *αὐτοπάτορα καὶ αὐτομήτορα*. Quod si ita esset, ut à prophetis pater
dicitur, sic etiā mater diceret. Quomodo igitur procreauit? Primū nec sciri à
quoquam possunt, nec narrari opera diuina: sed tamen sanctę literę docent,
30 in quibus cautum est, illum Dei filium Dei esse sermonē, itemq; ceteros an
gelos Dei spiritus esse. Nam sermo est spiritus cum uoce aliquid significante
prolatus. Sed tamen quoniam spiritus & sermo diuersis partibus proferun
tur, siquidem spiritus naribus, ore sermo procedit: magna inter hunc Dei fi
lium, & ceteros angelos differentia est. Illi enim ex Deo taciti spiritus exie
runt, qui non ad doctrinam Dei tradendam: sed ad ministerium creabantur.
Ille uerò cū sit & ipse spiritus, tamen cum uoce, ac sono ex Dei ore proces
sit, sicut uerbum, ea scilicet ratione, quia uoce eius ad populū fuerat usus,
ideo quod ille magister futurus esset doctrinæ Dei, & cœlestis arcani ad ho
mines perferendi quod ipsum primò locutus est, ut per eum ipse ad nos lo
40 queretur, & ille uocem Dei ac uoluntatem nobis reuelaret. Meritò igitur ser
mo & uerbum Dei dicitur: quia Deus procedentem de ore suo uocalem spi
ritum, quem non utero, sed mente conceperat, inexcogitabili quadam maie
statis suæ uirtute ac potentia in effigiem, quæ proprio sensu ac sapientia ui
geat, apprehendit, & alios item suos spiritus in angelos figurauit. Nostri spi
ritus dissolubiles sunt, quia mortales sumus. Dei autem spiritus & uiuunt, &
manent, & sentiunt: quia ipse immortalis est, & sensus, & uitæ dator. Nostræ
uoces licet auræ misceantur atq; uanescant, tamen plerumq; permanent lite
ris comprehensæ: quanto magis Dei uocem credendum est, & manere in æ
ternum, & sensu ac uirtute comitari, quam de Deo patre tanquā riuus de fon
50 te traduxerit. Quod si quis miratur ex Deo Deum prolatione uocis, ac spiri
tus potuisse generari, si sacras uoces prophetarum cognouerit, desinet profe
ctò mirari. Solomonem, patremq; eius Dauid potentissimos reges fuisse, &

eosdem prophetas, etiam ijs fortasse sit notum, qui diuinas literas non attigerunt: quorum alter, qui posterius regnauit, Troianæ urbis excidium centum & quadraginta annis antecessit. Huius pater diuinorum scriptor hymnorum in Psalmo 30. sic ait: Verbo Dei cœli solidati sunt, & in spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Item rursus in Psalmo 44. Eructauit cor meum uerbum bonum: dico ego opera mea regi. Contestans uidelicet, nulli alij opera Dei esse nota, nisi filio soli, qui est uerbum Dei, & quem regnare in perpetuum necesse est. Item Solomon ipsum uerbum Dei esse demonstrat, cuius manibus opera ista mundi fabricata sunt: Ego, inquit, ex ore altissimi prodiui ante omnem creaturam, ego in cœlis feci ut oriretur lumen indeficiens, & nebula texi omnem terram. Ego in altis habitauit, & thronus meus in columna nubis. Ioannes quoque ita tradit: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum. Hoc fuit in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.

COMMENTARIUS.

Differit hoc capite de prima Christi natiuitate, testimonijs ex prophetis tam nostris quam gentilibus adductis. Extant Maximi cuiusdam Graeci scriptoris epistolæ, uel libri potius, de duplici Christi natura: quem Musculus noster (ne quid aliud dicam, interpres dexterrimus) in Latinum conuertit sermonem. Apud Hieremiã. Hoc testimonium, quod ex primo Hieremiæ capite desumptum est, non ad Christum, sed ad ipsius propheta uocationem pertinet. Quamquam Hieronymus quoque indicat, quosdam hunc locum de Salvatore intellexisse, & exposuisse, ut qui uere gentium propheta fuerit. Beatus qui erat.) Hoc testimonium non modo apud Hieremiam hodie non extat, sed ne in uniuersis quidem Biblijs. Aenigmaticum autem prorsus est, quod hoc tetra-sticho reddidimus:

Felix ille tibi prorsus, qui uixerat ante,

Quam fuerat natus de genetrice sua.

Contigit hoc uni Christo, de uirgine nato,

Qui prior est seclis conditor ipse suis.

Fuit hoc, ut non satis diuinæ maiestati conueniens, in Nicena synodo explosum, & anathemate interdictum. Adscribã ea de re Eusebij uerba, quæ extant, apud Theodoritum libro Ecclesiasticæ historiae primo, capite duodecimo. καὶ τὸν ἀναθεματισμὸν ὃ τὸν μετὰ τὴν πίστεν πρὸς αὐτὸν τεθέντα, δευτέρου ἐστὶν ἠγνοσάμεθα, ὅτι τὸ ἀπίστευτον ἀρεάφοις χεῖνται φωναῖς, διὰ τὸ χεῖν τὸν ἢ τῶσά ἐγγονα σύγχυσις, καὶ ἀκαταστασία. Ἐκκλησιαστικῶς. μηδὲ μίαις γούιν θεοπνεύστου γραφῆς ἔσθ' ἐκ ὄντων, καὶ ἔσθ' ἡ ποτε ὁ τε ἐν ἡμῶν, καὶ τοῖς ἐξῆς ἀδελφοῦντοῖς λευκεμῶν, ἐκ ὄντων ἐφαίνε τὰυτὰ λέγειν καὶ διδάσκειν, καὶ αὐτὸς καλῶς δίδασκεῖν πρὸς τὰ βιβλία. ἐπεὶ μηδὲ ἡ πρὸς τὰ ταῦτα χεῖν τὰ τοῖς εἰώθετον συγγενῶν τοῖς ἐκ-

μασιν. ἐπι μὴ τὸ ἀναθεματισμὸν τοῦ πρὸς γρηνηδῶναι ἐν ἡμῶν, ἐκ ὄντων γρηνηδῶν πρὸς τῶσά ἐγγονα μὴ ἐμολογῆσαι ἐν αὐτῶν ἡμῶν. καὶ πρὸς τῶσά ἐγγονα γρηνηδῶναι. Hunc locum paulo altius repetimus, quod supra libro secundo, capite nono, duo superiora dicta nempe de nihilo, item illud, Fuit aliquando cum non esset, à Lactantio citata fuerunt. Regeneratus est.) Hinc παλιγγενῆς ἢ ἀσάρκου Ναζιανζηνό. Non debet tantum nephas.) Quantum Musulmanus Persa, Sarracenicæ & Machumeticæ impietatis assertor, qui ad Meleticum monachum sic scribit: τῶσά ἐστὶ δῶν τὸν, τὸν θεὸν ἡμῶν ἔχειν ἂν δὲ ζωαῖντος. Contra quem Canatanzenus. Quid, quod Machumeti lex obscenitas referta uerbis, à Richardo optimo iure reprehenditur, quibus uix Comici utuntur poetæ? Orpheus.) Qui Musæi, hoc est Moysi discipulus fuisse creditur. De huius Theologia quædam sunt apud Cyrill. libro primo contra Iulianum, apud August. Steuchum libro primo, capite uigesimo octauo Perennis philosophia. Sed Hermes.) Ναζιανζηνός ad Nemesium scribens, hexametro hæc nomina complexus est:

αὐτοπάτωρ, ἀλόχουτος, ἀμήτωρ δὲ ἐν ἐκείνῳ.

Ipse pater sibi, non genitus, sibi mater & ipse. αὐτοπάτωρ καὶ αὐτομήτηρ Porphyrius quoque ex Platonis doctrina Mentem Dei appellat. Sicut αὐτομήτηρ non modo ab eodem Hermete, sed etiam à Nonno nostro dicitur, atque rursus ab illo αὐτοφύης, ab hoc αὐτοφύτης. Quid quod Socrates, ut Plutarchus refert, τὸ ἀγαθὸν αὐτοφύης appellauit. Ex hac uero mixtione Valentinus cum suis sectatoribus μετροπάτωρ & προπάτωρ quendam finxit, quem eundem & ἀπάτωρ & προπάτωρ

40

50

propatorum uocauerunt: qui ex *Ἀστυς*, id est ex
 Silentio uel Taciturnitate genuit *αἰῶνες* trigin-
 ta, tanquam Aeonice scrophæ examen diuinitatis,
 ut Tertul. loquitur. Et illi idem Aeonæ partim
 sunt masculi, partim femellæ: de quibus omni-
 nino lege Irenæum & Epiphanium, & cum his
 etiam, quem iam nominavi, Tertullianum.
 Nec narrari.) Iuxta illud prophetæ: Genera-
 tionem eius quis enarrabit? Hinc Paulo ad Hæ-
 bræos, capite septimo, *καὶ ἀλογότος, καὶ μὴ
 ᾤσις λόγου* & dicitur. Vide Irenæum libro
 secundo, capite quadragesimo octauo. Docet au-
 tem quadam analogia, quid filius Dei ab angelis
 differat, nempe idem quod sermo & spiritus.
 Sed non satis dilucidè id agit, imò non satis can-
 didè Spiritus sancti mentionem transfert, dum de
 angelicis Spiritibus uerba facit. Sanctas porro li-
 teras uocat auctoritatem Apocalypseos. nam ca-
 pite decimonono, sic scriptum est: *καὶ πῶς ἐ-
 ληλυθῆ ἰμάτιον βιβλακίου αἵματι, καὶ
 κέλευται τὸ ὄνομα αὐτοῦ ὁ λόγος τοῦ θεοῦ.*
 Quamquam ueteris nouiq; Instrumenti libri mul-
 tis passim locis filium Dei τῷ λόγῳ uocabulo
 nobis significant. Nam sermo est Spiritus.
 Definitio est minimè sufficiens ad confir-
 mandam Sermonis deitatem. sicut Tertullianus
 quoq; illam Grammaticorum, uelut huc non per-
 tingentem, rejicit, qui cum definiunt esse uocem
 & sonum oris, & aerem offensum, intelligibilem
 & auditu. Quam ob id rejicit, quia uacua est, eo
 quòd sermo humanus proferentis substantiam in
 se non continet, Sermonem autem, qui filius Dei
 est, qui caro factus est, eiusdem cum patre essen-
 tiæ esse, & catholica docet fides, & ipse Tertul-
 lianus tam hic (aduersus Praxean nimirum)
 quam alibi indicat. Meritò igitur ser-
 mo & uerbum.) De hoc in sequenti cap.
 Dei autem spiritus.) Solida ratio, quæ
 uerbum Domini maneat in æternum. Tan-
 quam riuus de fonte traduxerit.) Non
 est quòd tibi Valentini *πῶς ὁ λόγος*, quam Ire-
 næus nunc prolationem, nunc emissionem inter-
 pretatur, imagineris. Nam Tertullianus aduer-
 sus Praxean contra eandem differens, similibus

utitur similitudinibus. Protulit, inquit, Deus ser-
 monem, quemadmodum etiam paracletus docet,
 sicut radix fruticem, & fons fluium, & sol ra-
 dium, &c. Et eosdem prophetas.) Hil-
 larius in Matthæum, Salomonem etiam Ma-
 gnum prophetam uocat. Troianæ urbis
 excidium.) Insignis error, uel lapsus potius.
 Nam uice uersa, Troianum excidium ante Salo-
 monis regnum CXLV. annis fuit, ut ex Euse-
 bij Chronicis colligimus: à quo neq; Bedæ dissen-
 tit. Verùm si Theophili ratione in eas, relinquen-
 tur tibi anni CCCCXXXVI. Verbo
 Dei cœli.) Transtulit etiam hæc (ut omnia)
 ex Græcis: *ἡ δὲ λόγῳ λευκὴ οἱ ὄρανοὶ ἐσδραῖ-
 ῆσαν, καὶ ἡ πῶς ὀνοματὶ τῷ σώματι αὐ-
 τοῦ πῶς ἡ δὲ αἰῶνι αὐτοῦ.* Tertullianus sic
 transfert: Sermonem eius cœli confirmati sunt, &
 spiritu eius omnes uires eorum. Deinde sic expo-
 nit: utiq; eo spiritu qui sermoni inerat. Pro eo
 quòd in Græco est *ἐσδραῖθησαν*, Hebræi con-
 corditer transferunt, facti sunt: & pro uirtute,
 militiam habent: Campensis ornatum: Eoban-
 sidera pulchra. Eructauit cor meum
 uerb.) Transtulit etiam hoc loco Tertullianus
 pro uerbo, sermonem. Item Solomon.)
 Ecclesiastici, siue in Sapientia τῷ σπῆρι capite
 uigesimo quarto. Sed Lactantiana lectio, quæ
 Græcâ translatione locupletior est, communi
 translationi, à qua ferè nihil discrepat, plurimum
 auctoritatis conciliat. Græca sic habent: *ἐγὼ ἀπὸ
 σώματος ὑψίστου ἐγένεθον, καὶ ὡς ὁμίχλη λα-
 τεράλητα γλῶσσο. ἐγὼ γὰρ ὑψίστου λατρεῖς κη-
 νώσα, καὶ ὁ θεός μου γὰρ σὺ λῶ νεφέλης.*
 Ioannes quoq;) Ioannis primo. Hic locus
 aliquantulum mihi suspicionem mouet, Lactan-
 tium in falsarij cuiusdam incidisse manus, eo quòd
 nec sermo pro uerbo legitur, nec ita distingua-
 tur, Et sine ipso factum est nihil, quod factum est.
 Quamquam non modò à posterioribus, ut Am-
 brosio, sed etiam à prioribus, ut Irenæo & Ter-
 tulliano hanc lectionem hoc modo & citari, &
 distingui uideam. Quam quæstionem hic tanquàm
 superflua super sedemus, mittentes lectorem pium
 ad Annotationes & Apologias Erasmicas.

De uerbis λόγος & Verbum. Et quid Zenon & Trismegistus de Deo seu-
 serint. CAP. IX.

Sed melius Græci λόγῳ dicunt, quam nos uerbum, siue sermonem. λόγος
 enim & sermonem significat, & rationem: quia ille est uox, & sapientia
 Dei. Hunc sermonem diuinum ne philosophi quidem ignorauerunt. siqui-
 dem Zenon rerum naturæ dispositorem, atq; opificem uniuersitatis λόγῳ
 prædicat, quem & fatum, & necessitatem rerum, & Deum, & animum Iouis
 nuncupat:

nuncupati: ea scilicet consuetudine, qua solent Iouem pro Deo accipere. Sed nihil obstant uerba, cum sententia congruat ueritati. Est enim Spiritus Dei, quem ille animum Iouis nominauit. nam Trismegistus, qui ueritatem penè uniuersam nescio quomodo inuestigauit, uirtutem, maiestatemq; Verbi sæpe descripsit: sicut declarat superius illud exemplum, in quo fatetur esse ineffabilem quendam, sanctumq; sermonem, cuius enarratio modū hominis excedat. Dixi de natiuitate prima breuiter, ut potui. Nunc de secūda, quoniam controuersia est in ea maxima, latius differendū est, ut ueritatē scire cupientibus, lumen intelligentiæ præferamus.

C O M M E N T A R I V S.

Postquam in explicatione nominis Christi mentionem fecit nominis λόγος, indicat hoc capite τὸ λόγος uocabulum Græcorum, quàm Latinorum uel uerbi uel sermonis, significantius esse. Neq; hoc philosophos ignorasse. Quanquam interim de uocibus non uult nos curiosius inquirere, ubi de re constat. Quæ regula optima in omni disputatione nobis fuerit. Tertullianus principii Euangelij Ioan. exponens, satius putat transferendum, Rationem in principio fuisse apud Deum, quàm sermonem. non enim sermonalem, sed rationalem Deum fuisse ante principium. Eusebius (ut interim hoc quoq; ex Theodoro referamus) in Nicena synodo proposuerat, ut in symbolo recitaretur, καὶ εἰς ὅσα λέγει οὐτος ἰσοῦς ἦν τοῦ θεοῦ, ἔν τῷ θεῷ λόγος, &c. sed non uideo quid non sit receptum. Dicitur λόγος, eadem ferè ratione, qua εἰκὼν capite primo ad Colossenses. Vtrumq; enim cogitatione fit. sed hoc differunt à cogitatione hominis: quia Deus cogitando essentiam suam in res cogitatas transfundit, homo non item. Zenon.) Hæc ferè apud Laert. & apud Cic. in 1. de Nat. deorum tradun-

tur, licet τὸ λόγος uox nussiam clarè est expressa. Definitio quidem in hunc refertur modum: θεὸς δὲ εἶναι ζωὴν, ἀθάνατον, λογικόν, ἢ νοερόν, καὶ διδασκαλίαν, καὶ τὴν αἰετὴν ἀκρίαν, πνευματικὴν κόσμον τε καὶ τὴν ἐν κόσμῳ μὴ εἶναι μὲν τοὺς ἀνθρώπους, εἶναι ἢ τὸν μὲν δὲ κτίσας τὴν οὐρανὸν, ὡς ὁ καὶ πατέρα ἔσται πάντων. Cicero uerò aliquanto clarius: Alijs, inquit, libris rationem quandam per omnium naturam rerum permeantem, ut diuinam esse effectam putat: quæ tamen lectio parum genuina mihi uidetur. Quem & fatum.) Idem Laert. ἦν τε εἶναι θεόν, καὶ νοῦν, καὶ ἐμπαροῦλιν, καὶ δία. Alijsq; multis appellari nuncupationibus: ζωὴα nempe, ἀβλύων, ἦρα, ἠφαισος, πρῶσι δῶνα, δῆμοςτραν. Sed Aristoteles in libro de Mundo, circa finem ferè, plura ex Orphicis enumerat eiusdem Dei nomina: de quibus quia alibi etiam diximus, hic facillè silebimus. Plurium uerò gentilium de æterno uerbo testimonia collegit Augustinus Steuchus in primo Perennis philosophiæ lib. à 23. cap. ad finem usq;: Orphei uide licet, Philonis, Numenij, & Amelij.

De secunda natiuitate filij: & quomodo eductus sit Israel ab Aegypto: caput bouis in memoriam Apis Dei Aegyptiorum figurauerit: & quòd ordo publicarum fuerit potestatum usq; ad Domini passionem.

C A P. X.

IN primis igitur scire omnes oportet, sic à principio processisse dispositio-
nem summi Dei, ut esset necesse, appropinquante seculi termino, Dei filium
descendere in terram, ut constitueret Deo templum, doceretq; iusticiam: ue-
runtamen non in uirtute angeli, aut potestate cœlesti, sed in figura hominis,
& cōditione mortali: ut cū magisterio functus fuisset, traderetur in manus
impiorum, mortemq; susciperet, ut ea quoq; per uirtutem domita resurgeret,
& homini, quem induerat, quem gerebat, & spem uincendæ mortis afferret,
& præmia immortalitatis admitteret. Hanc ergo dispositionem ne quis ignoret,
docebimus prædicta esse omnia, quæ in Christo uidemus esse completa.
Nemo asseuerationi nostræ fidem commodet, nisi ostendero prophetas ante
multam temporum seriem prædicasse, fore, ut aliquando filius Dei nasceretur
sicut homo, & mirabilia faceret, & cultum Dei per totam terram
seminaret, & postremò, patibulo figeretur, & tertia die resurgeret. Quæ omnia
cū probaui eorum ipsorum literis, qui Deum suum mortali corpore
utentem

trentem uolauerunt, quid aliud obstat, quo minus ueram sapientiam clarū sit in hac sola religione uersari? Nunc à principio totius sacramenti origo narranda est. Maiores nostri, qui erant principes Hebræorum, cum sterilitate atq; inopia laborarent, transierunt in Aegyptum rei frumentariæ gratia: ibiq; diutius commorantes, intolerabili seruitutis iugo premebantur. tum miserus eorum Deus, eduxit eos, ac liberauit de manu regis Aegyptiorum post annos trecentos triginta, duce Moyse, per quem postea illis lex à Deo data est. in qua educatione ostendit uirtutem suæ maiestatis Deus. Traiecit enim populum medio mari rubro, præcedente angelo, & scindente aquam, ut populus per siccum gradi posset, quem uerius (quàm ut ait Poeta)

Curuata in montis faciem circumstetit unda.

Qua re audita tyrannus Aegyptiorum cum magna suorum manu infecutus, & mare adhuc patens temere ingressus, coeuntibus aquis cum omni exercitu deletus est. Hebræi uerò egressi, in solitudine multa mirabilia uiderunt. Nam cum sitim paterentur, ictu uirgæ rupe percussa, prosiliit fons aquæ, populumq; recreauit. Quo rursus esuriante, cœlestis alimenti pluuia descendit, quinetiam coturnices in castra eorū uentus induxit, ut non modò pane cœlesti, sed etiam instructioribus epulis saturarentur. Pro his tamen diuinis beneficijis honorem Deo non reddiderunt: sed depulsa iam seruitute, iam siti, fameq; deposita, in luxuriam prolapsi, ad profanos Aegyptiorum ritus animos transtulerunt. Cum enim Moyse dux eorum ascendisset in montem, atq; ibi quadraginta diebus moraretur, aureum caput bouis, quem uocant Apin, quod eos in signum præcederet, figurarunt. Quo peccato ac scelere offensus Deus, impium & ingratum populum pro merito pœnis grauib; affecit, & legi quam per Moysen dederat, subiugauit. Postea uerò cum in deserta quadam parte Syriæ confedisset, amiserunt uetus nomen Hebræi: & quoniam princeps examinis eorum Iudas erat, Iudæi sunt appellati: & terra, quam incolere, Iudæa. Et primò quidem non dominio regum subiecti fuerunt, sed populo ac legi ciuiles iudices præsidebant, nō tamen in annum constituti sunt, sicut Romani consules, sed perpetua iurisdictione subnixi. Tum sublato iudicum nomine, potestas regalis inducta est. Verum iudicibus regnum eorum tenentibus, prauas religiones sæpe susceperāt, atq; offensus ab his Deus, toties alienigenas subiugabat, donec rursus pœnitētia populi mitigatus, liberaret omnes seruitute. Item sub regibus finitimorum bellis ob delicta uexati, postremò capti, abductiq; Babylonē, pœnas impietatis suæ graui seruitio pependerunt, donec Cyrus ueniret in regnum, qui statim Iudæos restituit edicto. Exinde Tetrarchas habuerunt usq; ad Herodem, qui fuit sub imperio Tyberij Cæsaris, cuius anno quinto decimo, id est, duobus Geminis Consulibus, ante diem decimum Calendarū Aprilium Iudæi Christum cruci affixerunt. Hic rerum textus, hic ordo in arcanis sanctarum literarum continetur. Sed prius ostendam, qua de causâ in terrâ uenerit Christus, ut fundamentum diuinæ religionis, & ratio clarescat.

COMMENTARIUS.

Hoc caput recapitulatio est totius temporis, quod inter migrationem Israelis in Aegyptum, & passionem Dominicam intercessit. Subindicat obiter causas, quas sequenti cap. pleniore manu tradet. Hæc omnia eo pertinent, ut intelligamus nostrum Christum per totum Vetus testamentum nobis delineatum adumbratumq; fuisse. Maiores nostri. Patriarchos sic latina Phrasèi appellant. Cum sterilitate.) Lege Ge-

nes in capite quadragesimo primo, cum sex sequentibus: Iosephum de Antiquitate Iudæic. libro secundo, capite tertio & quarto: Augustinum lib. 16. Ciuit. Dei, capite 40. De fertilitate Aegypti multi multa scriptis mandarunt. Homerus eam *Ἰεῖδ' ὠρεὸς ἀφ' ὧραι* appellat. Dionys. Alexand. *λιπαρὴς τῶν ὄρων, καὶ ὑβόρου*. Rationem addit his uerbis: *ὄλιγα ὦν τε, καὶ ἀγλαὰ πάντα φέρουσα*. Strabo ex Arist. autoritate Aegyptū olim publicum

publicum orbis horreum fuisse nominatum ait. Causas fertilitatis assignant, irrigationem Nili. Qui à Nazianzeno pulcherrimo epitheto *ὁ ἄριστος* appellatur. Pluujs enim eam carere. Sed quomodo exponemus illud Genesis, quod cum septem annis cælum clausum fuerat, sequuta est annonæ caritas. Pluit ergo in Aegypto, autoritate Canonica Scripturæ: contra tantum scriptorum gentilium consensum. Tutissimum (meo quidem uidere) fuerit dicere, pluere quidem in Aegypto, sed rarius, maioremq; fertilitatis causam ex Nili redundantia esse. Nili autem inundationem fieri maxime tum, cum in Aethiopia creberrimæ pluuiæ sunt. autor est Cleomedes lib. 1. Seruitutis iugo.) Præter Exodum, lege etiam Ioseph. cap. 6. lib. 2. Antiq. Iud. Regis Aegypt.) Pharaonis Chæneris: uel ut alij uolunt, Annasis: uel (ut quidam legunt) Mosis, uel Tethmosis. Annos 330.) Sic etiam Beda habet. sed in Eusebii & Phrygionis Chronologia non plures quàm CCCXIII. inuenio. Querit etiam August. in Quæstionib. ueteris testamenti, super hac re. LXV. anni sunt post Ioseph ad natum Mosén, teste etiam Philone Mosés autem cum populum è captiuitate duceret, annos habuit LXXX. Venient tibi anni CXLV. Cõuenit cum hac calculatione etiam Augustinus libro de Ciuit. 16. cap. 43. Suspectus est mihi ergo Theophili locus, qui VL. habet, hoc est 430. Traiecit eum pop.) Exodi 14. Ioseph. lib. 3. cap. 1. De beneficijs uerò, quæ Dominus in ingratum contulit populum, lege Psal. 78. & 105. Neemiæ cap. 9. Ut ait Poeta.) Verg. in 4. Georg. ubi Aristæi pastoris fabulam narrat, quomodo querulus à matre Cyrene in auitas aquas, hoc est Penei fluminis penetralia est admissus. Cum omni exercitu.) Theophilus habet, hunc post exactum populum regnasse an. 25. menses 4. Nam cum sitim.) Exodi 17. Cum enim Moyses.) Exodi 32. & Philo de antiquit. Non certa quidem solida uel coniectura hæc est, festiua tamen & nequaquã improbabilis mihi uidetur, quam ex Clemente ipsum hausisse arbitror. Nam hæc eadem ad Iacobum fratrem Domini, scribit lib. 1. Est inquam multo uerisimilior, quàm illa quæ (ut apud Suidam & Ottonem Phrysing. est) habet, Iosephum Patriarcham, propter rei frumentariæ prouidentiam ab Aegyptijs fuisse Apidis nomine cultum. De Api, siue Serapi, lege plura apud Augustinum de Ciuit. Dei 18. cap. 5. Euseb. lib. 2. de Præparat. Euang. cap. 1. Epiph. libri primi tomo

primo. Arnobius lib. octauo, Ambrosius in epist. ad Rom. ait, hunc Apim Hieroboam fuisse imitatum, cum uaccas institueret. 3. Reg. 12. & ibidem Ludouici Viuis Commentarium. Gregorius Nazianz. uidetur duo fecisse numina Serapim & Apim, his ad Nemesium uersibus:

*καὶ σεράπης φύλον αὐτῶν ἔχων δ' ἀλλήμονα μύθον,
καὶ μόχος πολὺσαρκος ἄπης καὶ μίμῳσι
ἄνοια.* Id est:

Atq; aridum Serapis lignum sermone nociuo, Et utulus carnosus Apis, malè sanæq; Memphis. Vide adhæc. Amiserunt uetus nomē Hebræi.) Hebræi dicti fuerunt ab Heber, qui pronepos fuit Noæ, per Sem, is filius Selæ, & nepos Arphaxadi, de quo lege Genes. 10. Ioseph. lib. 1. cap. 14. Antiquit. Hieronymum in quæstionibus Hebraicis in Genes. Augustinum libro decimosexto, capite undecimo. Quanquam idem August. alibi disputat, utrum ab Abrahamo dicantur, quasi Habraei. Quem uerò Iudam ducem post Moyses tempora Lactantius hic somniat, nõ uideo: nisi is sit, qui (ut est in capite primo Iud.) iussu Domini à populo dux declaratus fuit, aduersus Chanaanæum, quo casu, Hierusalem incendio absumpsit. Hic inquam Iudas à quibusdam ueluti interrex inter duces & iudices fuit. Atqui communis nõ modò Bibliorum, sed etiam scriptorum Ecclesiasticorum consensus habet, Iudæam & tribum Iuda, ex Iuda Israelis filio, familiaq; Iudaicæ patriarcha & progenitore dictas esse, qui patri suo Iacobo ex ancilla Lea in Mesopotamia natus, constantiorq; Iosephi aduersus iniquitatem fratrum defensor fuit: ex cuius linea & prolis serie regnum Israelitarum diutius floruit, & uerus Iudæorum rex, Christus scilicet, natus est. Ciuiles Iudices.) Horum catalogus est hic, cum serie annorum:

Iosue XXXVII. Seruiunt Israelitæ regi Mesopotamiæ VIII. annis.

Othoniel XL.

Ehud LXXX. Eglon regi Moab XVIII. annis.

Barach cum Debora prophetissa XL.

Gedeon XL. Seruiunt Madianitis & Amalechitis VII. annis.

Abimelech per pericidium fratris, regnum affertans, poenas tyrannidis luit. IIII.

Thola XXXIII.

Iair XXXII. Debellatur Israel Philistinis et Ammonitis, quibus seruiunt an. XXVII.

Iepthe VI.

Abessan VII.

Aelon X.

Abdon VIII. Seruit Israel Philistæis, annis XL.

Sampson XX. Variat nonnihil Theophilus in suo Catalogo. Horum catalogus sic in Nicephori Synopsi recensetur:

πρωτος Ιωδ'ας, δευτερος Γοδωνιηλ,

Αβωδ, Σαμεζαδ, τριμνη Βαβακ, Δεβωρα

10 αιτα Γεδεων ο καλ'ος, Αβιμελεχ,

Θολα, Ιαηρ ο ξυγος, Ιεφαι,

Αβουσαλωμ, Ελωμ, Λαβδ'ωμ τε ηγ Σαμ'ωμ.

Potestas regalis.) Non continuo: nam hierarchia intercessit LXXX annorū. Heli enim

Sacerdos, & Samuel eius successor, uterq; XL

annis Israeliticæ gentis imperium tenuit: historiam Samuelis nos liber prior docet. Cæterum

de annis scriptores variant. Sequitur apud Nicephorum hoc modo:

20 μεδ' ου κατ'εξην Ισραηλ εδ'εις το τε,

αυαρχια δ' εχρησθη εβραϊων γρηθ.

μετη δε ταυτων Ισραηλ ηλεις Ιεφαι,

δεω καλαδεις τω γονωμ τοτε χειμ.

μεδ' ου Σαμωηλ Ισραηλ κατ'εβλεπων.

Abducentiq; Babylonem.) De captiuitate

Babylonica supra dictum est capite quinto, eiusdem libri. Deinde tetrarchas habuerunt.)

Post reditum, imò in ipso reditu, res Iudæorum ad hierarchiam redacta fuit, Zorobabele autore, deinde alijs sequentib. de quibus uide

30 Euseb. & Bedam. Tetrarchiæ ceperunt, postquam res Iudæica in Romanorum potestatem uenerunt: non quidem statim ab initio, nam Hircani hierarchia degenerauit in nescio quod regnū Herodis. Cuius minuenti causa quatuor Herodis filij tetrarchæ constituti fuerunt: Herodes nimirum, Antipater, Lysias & Philippus. Et id beneficio Augusti Cæsaris. Quid tetrarchia sit, facile ipsa nomenclatio ostendit. De tetrarchijs nemo

40 expeditus Ioachimo Vadiano, in descriptione Galilææ, & alibi. Cuius anno decimoquinto.)

Nascuntur hic duæ nouæ quæstiones. Nempe quo anno Christus sit natus, & quo die. Vring; allegatur Lactantij autoritas. Paulus de Middelburg in altera suæ Paulinæ parte, quæ est de passione Dominica, capite decimo edocet, Lactantium in hoc Tertulliani sequutum esse autoritatem, Iulij; Aphricani, primæ ecclesiæ doctoris celeberrimi: & cum his consentire Orosum historicum. Et hos sequuti sunt Glareanus & Haloander. Eusebius & Beda passionem Domini in X. V. II. Tyberij annum rejiciunt, qui

bus Carion quoq; astipulatur. Eutropius etiam in XIX. Sed illi autoritate Lucæ nixi, ueriora tradere uidentur. Nam capite tertio apud Lucam legimus temporum rationem diligentissimè obseruatam. Anno (scribit) decimoquinto imperij Tyberij Cæsaris, Pontio Pilato præside Iudæa, tetrarcha uerò Galilææ Herode, Philippo autem fratre eius tetrarcha Ituræ & Trachonitidis regionis, & Lysania Abylenes tetrarcha, sub Pontificibus Anna & Caiapha, factum est uerbum Domini super Ioannem Zachariæ filium, &c. Constat autem, tribus & aliquot mensibus amplius Christum post baptismum esse passum. Hanc rationem amplexus est etiã Phrygio, præceptor noster, passionem Dominicam sub Cos. Furio Camillo Scriboniano, Cn. Domitio Aenobarbo, hoc est in XV. III. Tyberij anno ponens: sub Gemino uerò, qui XV. annus Tyberij est, Ioannis prædicationem constituens. Quid de Epiphano dicemus? qui scribens contra factionem quæ Ioannis Euangelium negat, duos Geminos, alios à C. Rubellio & C. Fusio Cos. facit: & Salvatorem Vinnicio Cassioq; Cos. passum scribit. Quam ipse Consularem Chronologiam sequutus sit, nescimus: certè in alijs sæpe etiam à nostris uariat. Iam sequitur, ut de die quoq; discipiamus. Omnia prosequi, longius fuerit quam ut præsens ferat tractatio. Idem Paulus Middelburgensis, eiusdem Paulinæ libro quinto, uariorum colligit de die passionis Dominicæ sententias: & capite quarto, has Lactantij & Theophili expendit sententias. Epiphanius loco paulo superius citato: πέντε δὲ (inquit) ἢ τῆ πενταδεκατηριῶν καὶ λωδῶν ἀπελλῶν, &c. Ego ijs libentius subscripserim, qui in VIII. Calendarum Aprilium, passionis diem retulerunt: Tertulliani nimirum, Chrysostomi, Hieronymi, Cyrilli, Augustini, Bedæ. Paulo post idem Paulus Middelburgensis, urget, quòd sit scriptum, Ante diem decimum Calendarum, rejicitq; eorum interpretationem, qui de X. id intelligunt die: nixus Pauli Iureconsulti autoritate, cuius uerba refert ex l. anniculus. S. ante diem. ff. de uerb. sig. Ante diem, inquit, decimum Calendarum, & post diem decimum Calendarum. utroq; sermone XI dies significatur. Quo loco Alciatus exponit, ante X. diem Calendarum: perinde esse ac si quis dicat, X. Calendas. idq; probat multis Tullianis exemplis. Sed quid, o Paule, opus erat tanta in interpretando religione? quum in melioribus Lactantianis editionibus, ante diem septimum Calendarum legatur: in Quintæ inquam

inquam Ferrariensis, Cratandri Basiliensis, Gryphij Lugdunensis. Tu fortasse Romana usus es, quæ ante annos LXXI fuit edita, aut fortasse

sis aliqua corruptiore. Hic rerum textus.) hoc est, series. Alij legunt, Exitus: sed hæc lectio mihi melius placet.

De causa incarnationis Christi. CAP. XI.

CUm sæpe ludæi præceptis salutaribus repugnarent, atque à diuina lege desciscerent aberrantes ad impios cultus deorum: tum Deus iustos & electos uiros Spiritu sancto implebat, prophetas in media plebe cõstituens, per quos peccata ingrati populi uerbis minacibus increparet, & nihilo minus hortaretur ad pœnitentiã sceleris agendam: quam nisi egissent, atque abiectionis uanitatibus ad Deum suum redissent, fore, ut testamentum suum mutaret, id est, hereditatẽ uitæ immortalis ad exterarum conuerteret nationes, aliũque sibi populum fideliorẽ ex alienigenis congregaret. Illi autem à prophetis increpati, non modò uerba eorum respuerunt, sed, quòd sibi peccata exprobrarentur, offensi, eos ipsos exquisitis cruciatibus necauerunt: quæ omnia diuinae literæ signata cõseruant. Dicit enim Propheta Hieremias: Misi ad uos seruos meos prophetas: ante lucem mittebam, & nõ audiebatis me, neque intendebatis auribus uestris, cum dicerem uobis: Cõuertatur unusquisque à uia sua mala, & à nequissimis affectionibus uestris, & habitabitis in terra ista, quã dedi uobis, & patribus uestris à seculo usque in seculum. Nolite ambulare post deos alienos, ut seruiatis eis, & ne incitetis me in operibus manuum uestrarum, ad disperdendos uos. Esdras etiam propheta, qui fuit eiusdem Cyri temporibus, à quo ludæi sunt restituti, sic loquitur: Desciuerunt à te, & abiecerunt legem tuam post cor suum, & prophetas tuos interfecerunt, qui obtestabantur eos, ut reuerterentur ad te. Item Helias in libro βασιλειῶν tertio: Aemulã æmulatus sum Domino Deo omnipotenti, quia dereliquerunt te filij Israel, & altaria tua demolierunt, & prophetas tuos interfecerunt gladio, & remansi ego solitarius, & querunt animam meam auferre à me. Propter has illorum impietates abdicauit eos in perpetuũ: itaque desijt prophetas mittere ad eos. Sed illum filium suum primogenitum, illum opificem rerum, & consiliatorẽ suum delabi iussit è cœlo, ut religionem sanctam Dei transferret ad gentes, id est, ad eos, qui Deum ignorabant, doceretque iusticiam quam perfidus populus abiecerat, quòd iam pridem se denunciauerat esse facturum: sicut Malachias propheta indicat, dicens: Non est mihi uolũtas circa uos, dicit Dominus, & sacrificium acceptum non habebõ ex manibus uestris: quoniam à solis ortu usque ad occasum clarificabitur nomẽ meum apud gentes. Item Dauid in Psalmo 16. Constitues me in caput gentiũ: populus quẽ non cognoui seruiuit mihi. Esaias quoque sic loquitur: Venio colligere omnes gentes & linguas, & ueniẽt, & uidebũt claritatẽ meã: & dimittã super eos signũ, & mittã ex his conseruatos in gentes, quæ longè sunt, quæ nõ audierũt gloriã meã, & nunciabunt claritatem meam in gentes. Volens igitur Deus metatorem templi sui mittere in terram, noluit eum in potestate & claritate cœlesti mittere, ut ingratus in Deum populus in errorẽ maximum induceretur, ac pœnas pro facinoribus suis lueret, qui Dominum ac Deum suum non recepisset: quod olim propheta cecinerant, sic esse facturum. Esaias enim, quem ipsi ludæi serua conseruatum crudelissimè necauerunt, ita dicit: Audi cœlum, & percipe auribus terra, quoniã Dominus locutus est: filios genui, & exaltaui: ipsi autẽ spreuerunt me. agnouit bos possessorẽ suum, & asinus præsepe domini sui: Israel autẽ me nõ cognouit, & populus meus me nõ intellexit. Hieremias quoque similiter ait: Cognouit tẽpus suũ turtur, & hirundo, & ruris passerẽs custodierunt tẽpora introitus sui: populus autẽ meus non cognouit iudiciũ Domini. Quomodo dicitis: Sapientes sumus, & lex Dñi nobiscũ est: In cassum facta est metatura

metatura falsa: scribæ confusi sunt: sapientes trepidauerunt, & capti sunt, quoniam Verbum Domini reprobauerunt. Ergo (ut cœperam dicere) eum statuisse Deus doctorem uirtutis mittere ad homines, renasci eum denuò in carne præcepit, & ipsi homini similem fieri, cui dux, & comes, & magister esset futurus. Sed tamen quoniam clemens est, & pius erga suos Deus, ad eos ipsos eum misit quos oderat, ne illis in perpetuū salutis uitam clauderet, sed daret his liberam facultatem sequendi Deum, ut & præmium uitæ adipiscerentur, si eum secuti fuissent, quod plurimi eorum faciunt, atq; fecerunt: & culpa sua in pœnam mortis incurrerent, si regem suum repudiassent. Apud illos igitur, & ex eorum semine regenerari eum iussit, ne si fuisset alienigena, iustā possent excusationē de lege prætere, quòd eum non suscepissent: simul, ut nulla omnino gens esset in terra, cui spes immortalitatis negaretur.

C O M M E N T A R I V S .

Enumerat hoc capite uaticinia quædam. populum Israeliticum execrantia, eo quod monitionibus prophetarum non paruertunt: cooptantiq; gentes alienigenas in sortem cœlestis hereditatis. Communis est Scripturæ locus, & non modò a prophetis, sed ab ipso Christo, adeoq; ab Apostolo, doctore nimirum Gentium, multis locis celebratus. **Propheta Hieremias.**) Hoc testimonium maxima ex parte est Hier. 44. Ad data sunt quædam ex capite 7. 13. 16. & fortassis alijs, non obseruata personarum mutatione, quæ uel apud Græcos uel Hebræos est creberrima. **Esdra.**) **Neemias cap. 9.** hic locus inuenitur, qui quidē liber (nam hoc pueros Theologiæ candidatos ignorare nolumus) apud Græcos est secundo Esdræ libro insertus: & hic sermo Esdræ, non **Neemias** attribuitur. Est autem locus, ut dixi, **Neemias cap. 9.** In Græca translatione apud **Esdram cap. 10.** hoc est, septuagesimo secundi libri, uerba Græcè sic habent: καὶ ἀπὲς ἡσθν ἀφ' οὗ, καὶ ἐβήσαν τὸν νόμον οὗ ὅτι οὗ σῶματος αὐτῶν. καὶ οὗ πρὸς φήτας οὗ ἀπέκλεισαν οὗ δὲ μαρτυρῶντο ἐν αὐτοῖς ἀδισπείλαι αὐτοῖς πρὸς σε. **Comiectura** hic relinquitur, **Lact.** legisse, post corpus suum. **Quamquam** ex hac lectione melior est sensus, nempe Iudæos legem abiecisse post cor: id est, suum consilium consilio Dei præposuisse. **Vtrum autem Esdras propheta sit,** disputat **Aug. lib. 18. cap. 36. Ciuit.** **Item Helias in lib. 3. Basil.)** **Cap. 19. lib. primo.** **Reg. secundum Hebr.** fugiens **Elias** minas **Iezabelis reginæ,** in monte **Horeb.** **Verba bis** referuntur paululum immutata, sed ex Græco translata, quæ sic habent: Ζηλωτὴν ἐζηλωκε τὸ δὲ οὐ πᾶν τοῦ θεοῦ. **Hebr.** habet pro **Domino Deo exercituum,** ὁ πᾶν ἐγκρατέλιπὸν σε ἦοι ἰσραηλ. **Secundò:** ὁ πᾶν ἐγκρατέλιπὸν τῆς ἐσθλῆς καὶ σε: **Dereliquerunt** fœdus tuum, utroq; loco **Heb.** τὰ δυοσιασθεῖα σὺ λατρεύσασθαι, **Secundò:** τὰ

δυοσιασθεῖα σὺ λατρεύσασθαι καὶ οὗ πρὸς φήτας οὗ ἀπέκλεισαν ἐν ῥομφαίᾳ, καὶ ἐπολιέμε μοι ἐγὼ μονώτατος, καὶ ζήτωσι τὸν ψυχλὸν καὶ λαθεῖν αὐτῶν. **Abdicauit.**) **Abdicat** patres liberos degeneres, id est excludunt, alienantq; ἀπεκρύνθησι. **Nam ἀπεκρύνθῃς** abdicatio est, apud **Iustin. C. de patr. pot. Alciat. lib. 2. cap. 28.** **Disputat.** utitur hac **λεγουσιν** ualde proprie. **Sed illum filium suum.)** **Iuxta** parabolam illam de uinea, quam **Dominus** locauit alijs agricolis: **Matth. 21. Marc. 12. Luc. 20.** **Ad gentes.)** **Gentium** uocabulum uariè in sacra Scriptura usurpatur, id quod nostra docebit **Symphonia.** **Hoc autem loco** accipitur pro omnibus ijs qui Iudæorum, hoc est, uerum Deum non agnoscebant. **In Iure nostro** ferè gentiles appellantur, de quibus uide **Alciat. lib. 1. cap. 13. Parerg. Malach.)** **capite primo.** **Dicit dominus.)** **Adde ex Hebræo Exercituum,** uel ex Græco **παντοκράτωρ.** **Psal. 17.)** **Secundum Hebræos** **Psalmo decimo octauo.** **Verba filij** ad patrem. **Esaïas** quoq; sic loq.) **cap. ultimo.** **Verba sunt,** ad uerbum ex Græco translata: nisi quòd insularum & locorum nomina sunt omissa. **Habent utiq; uerba sic:** καὶ ἐγὼ ὄψομαι σὺν αὐτοῖς πάντα τὰ ἔθνη, καὶ τὰς γλώσσας, οὗ ἤξεσι καὶ ὄψονται τὸν δόξαν μου. καὶ καταλείψω ἐπ' αὐτῶν σημεῖον, καὶ διαπεπληθῶ ἀπ' αὐτῶν σεσωμένους εἰς τὰ ἔθνη (εἰς θάρσεως καὶ φόβου, καὶ λῆθου, καὶ μωσῶν, καὶ εἰς δουλείαν, καὶ εἰς τὸν ἐλάσθαι, καὶ εἰς τὰς νήσους) τὰς πόρρω, οἱ δὲ ἀκύνεοσιν με τὸ ὄνομα, ὅτε ἐωράκασιν με τὸν δόξαν, καὶ ἀγαγγέλῃσιν τὸν δόξαν μου ἐν τοῖς ἔθνεσι, &c. **Pro eo** quod est **σεσωμένους,** **Oecolampadius** translulit, **Exules.** **Variant Hebræi** etiam in proprijs locorum nominibus, quæ noster uelut **superuacanea** omisit, breuitati fortassis studens. **Metatorem templi.)** **Alludit** fortassis

ad

ad eum, cuius typum gerit Ezechiel cap. 43. uel Apocal. cap. 11. & 12. In errorem.) Iustificum Dei iudicium, ut uidentes uideant, & non cernant, ne quando conuertantur, &c. Mar. 13.

Quem ipsi Iudæi serra.) Atq; hoc est unū de exquisitis supplicijs, quæ supra Lactant. dixit: quibus prophetae sunt ex carnificati. Sic Iehu ab Ela occiditur, 3. Reg. 16. Esaias sub Manasse serra lignea in duas partes scinditur: qui plurimos interfecit prophetas. Hieremias in Aegypto à plebe lapidibus adobrutus interiit, uel (ut plurimi uolunt) in lacum mersus. Ezechiel à duce populi in Babylone interfecit. Naboth lapidibus adobrutus interiit: 3. Reg. 21. Amos ab Amasiae sacerdotis filio, clauo occisus. Michæas à Ioam filio regis Achab præcipitatus. Zacharias inter aram & templum occisus à rege Ioa: Luc. 11.

2. Par. 24. De Esaiæ supplicio neq; in sacris Bibliorum monumentis quicquam est, neq; apud Iosephum: qui lib. 4. cap. 10. de Manassis tyrannide scripsit: in Biblijs uerò de hoc legimus 4. Reg. 21.

2. Paral. 33. Et licet hæc inter apocrypha Esaiæ sint, Origenes tamen fidem censet esse habendā Paulo, qui Heb. 11. ait: Lapidati sunt, dissecti sunt, hoc posterius omnino de Esaiâ intelligendum esse. Meminit huius sectionis præterea ex Ecclesiasticis idem Orig. Homil. 1. de Psal. 37. Item Hom. 1. in Esaiam. Tertul. in lib. de Patientia. Chrysoft. in cap. Matih. 19. Homil. 33. Meminit item Hieronym. cap. 57. Esaiæ. Ambros. de Iacob & uita beata, lib. 2. In Psal. 118. Serm. 3. Item in cap. 20. Lucae. Hilarius item contra Constantiū August. Nec obicit Epiphani. in eius uita. Interfectus autem est, si Eusebio credimus, Olymp.

XVII. regnante apud Rom. Numa Pompilio. Audi cælum.) Cap. 1. Sunt & hæc ad uerbum ex Græco, nec discordant Hebræa.

Cognouit tempus suum turtur.) Locus est apud Hierem. cap. 8. non integer citatus. In animalium nominibus interpretes uehementer uariant, non antiquiores modo, ut Symmachus, Theodocion, Aquila, LXX. de quibus uidentus est Hieronymus: sed etiam nostri, qui ex Hebræo transtulerunt. Argumentantur prophetae à minori ad maius: uel potius Dominus exposulat cum populo, exprobratione satis acerba: Bruta nimirum naturæ ductu, sine rationis beneficio, suum officium rectius facere, quam hominem, ad religionem natum. Hoc inde fit, quia lumen quod in illis erat, tenebræ extiterunt, rationis nimirum discursus, atq; adeo ut magis iam amarent tenebras quam lucem. Quos oderat ille.)

Lege caput 5. epistolæ ad Rom. Liberum uerò arbitrium eatenus Lactantio concedimus, quatenus idem Paulus hominibus indulget, ca. 2. ad Philipp. nempe Deum esse illum ipsum, qui in nobis agit ut & uelimus & efficiamus. Similem homini.) Ne quid Gnosticum, aut aliam tibi imageris hæresim, quæ Christi humanitatem neget. Scita hæc Irenæi est ἀντιμεταβολή, lib. 3. cap. 11. nempe Dominum Christum ad hoc esse factum filium hominis, ut homo fieret filius Dei. Excusationem de lege.) Habebant enim ca. 18. Deut. promissum Christi, ex gente Israëlitica: Prophetam, inquit Dominus, Iuscitabo eis de medio fratrum suorum, sicut te (Mosen intelligens) ponamq; uerba mea in ore eius, &c. Quæ uerba Machumetes in Alchorano ad se transtulit.

De Iesu ortu ex uirgine, uita, morte, & resurrectione: deq; ijs rebus testimonia Prophetarum. CAP. XII.

Descendens itaq; de cælo sanctus ille Spiritus dei, sanctam uirginem, cuius utero se insinuaret, elegit. At illa diuino spiritu hausto repleta concepit: & sine ullo actu uiri repente uirginalis uterus intumuit. Quod si animalia quædam uento aut aura concipere solere, omnibus notū est: cur quisquam mirum putet, cum spiritu Dei, cui facile est quicquid uelit, grauata esse uirginem dicimus? Quod sanè incredibile posset uideri, nisi hoc futurū ante multa secula prophetae cecinissent. Solomon in ode undeuigesima ita dicit: Infirmatus est uterus uirginis, & accepit fœtum, & grauata est, & facta est in multa miseratione mater uirgo. Item propheta Esaias, cuius uerba sunt hæc: Propter hoc dabit Deus ipse uobis signum. Ecce uirgo accipiet in utero, & pariet filium, & uocabitis nomen eius Emmanuel. Quid hoc manifestius dici potest? Legebant ista Iudæi, qui eum negauerunt. si quis nos hæc fingere arbitratur, ab his requirat, ab his potissimum sumat. Satis firmum testimonium est ad probandam ueritatem, quod ab ipsis perhibetur inimicis. Emmanuel autē nunquam uocitatus est, sed Iesus, qui Latine dicitur salutaris, siue

siue Saluator, quia cunctis gentibus saluifer uenit. Sed propheta declarauit
 hoc nomine, quod Deus ad homines in carne uenturus esset. Emmanuel enim
 significat, nobiscum Deus: scilicet quia illo per uirginem nato, confiteri ho-
 mines oportebat, Deum secum esse, id est in terra, & in carne mortali. Vnde
 Dauid in Psalmo 84. Veritas, inquit, de terra orta est: quia Deus, in quo ueri-
 tas est, terrenum corpus accepit, ut terrenis uiam salutis aperiret. Item Esaias
 ipse: Ipsi autem non crediderunt, & exacerbauerunt spiritum sanctum, & con-
 uersus est eis ad inimicitiam. & ipse expugnauit, & recordatus est dierum se-
 culi, qui suscitauit de terra pastorem ouium. Quis autem futurus esset ille pa-
 stor, declarauit alio loco, dicens: Exultent caeli desuper, & nubes induant ius-
 ticiam: aperiatur terra, & pullulet saluator. ego enim Dominus Deus crea-
 uerum. Saluator uero est (ut supra diximus) Iesus. Sed & alio loco idem pro-
 pheta sic praedicauit: Ecce natus est nobis puer, & datus est nobis filius, cuius
 imperium super humeros eius: & uocatum est nomen eius, Magni consilij nun-
 cius. Idcirco enim missus est a Deo patre, ut uniuersis gentibus quae sub coe-
 lo sunt, singularis & ueri Dei sanctum mysterium reuelaret, ablatum perfido
 populo, qui aduersus Deum saepe deliquit. Daniel quoque similia praeloquu-
 tus est. Videbam, inquit, in uisu noctis, & ecce in nubibus caeli ut filius homi-
 nis ueniens, & usque ad uetustum dierum peruenit. Et qui assistebant, obtule-
 runt eum, & datum est ei regnum, & honor, & imperium: & omnes populi,
 tribus, linguae, seruient ei: & potestas eius aeterna, quae nunquam transibit, &
 regnum eius quod non corrumpetur. Quomodo igitur Iudaei & confitentur
 & sperant Christum Dei: qui hunc idcirco reprobauerunt, quia ex homine
 natus est. Nam cum ita sit a Deo constitutum, ut idem Christus bis ueniat in
 terram: semel, ut unum Deum gentibus nunciet: deinde rursus, ut regnet: quo-
 modo in secundum eius aduentum credunt, qui in primum non crediderunt?
 Atqui propheta utrosque aduentus eius paucis comprehendit. Ecce, inquit, in
 nubibus caeli ut filius hominis ueniens. non dixit, Ut filius Dei, sed filius ho-
 minis. ut ostenderet, quod carne indui haberet in terra, ut suscepta hominis
 figura & conditione mortali, doceret homines iusticiam: & cum mandatis
 Dei sanctus, ueritatem gentibus reuelasset, multaretur etiam morte, ut infe-
 ros quoque uinceret ac resignaret: atque ita demum resurgens ad patrem profice-
 sceret, in nube sublatus. Adiecit enim propheta, & ait: Et usque ad antiquum
 dierum peruenit, & oblatus est ei. Antiquum dierum appellauit Deum sum-
 mum, cuius aetas & origo non potest comprehendi: quia solus a seculis fuit,
 & erit semper in secula. Christum autem post passionem ac resurrectionem
 ascensurum esse ad Deum patrem, Dauid in Psalmo centesimo nono cōtesta-
 tus est his uerbis: Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis, quo-
 ad usque ponam inimicos tuos suppedaneum pedum tuorum. Qui propheta
 cum rex esset, quem appellare Dominum suum posset, qui sederet ad dexteram
 Dei, nisi Christum filium Dei, qui est rex regum, & Dominus dominorum?
 Quod Esaias apertius ostendit, dicens: Sic dicit Dominus Deus Christo Do-
 mino meo, cuius tenui dexteram: Obaudire ante eum gentes faciam, & for-
 titudinem regum disrumpam. Aperiam ante illum portas, & ciuitates non
 claudentur. Ego anteibo, & montes deplanabo, & fores aereas conteram, &
 feras ferreas confringam, & dabo tibi thesauros absconditos & inuisibiles: ut
 scias quia ego sum Dominus Deus, qui uoco nomen tuum Deus Israel. De-
 nique ob uirtutem ac fidem quam Deus exhibuit in terra, datum est ei regnum,
 & honor, & imperium, & omnes populi, tribus, linguae, seruient ei: & pote-
 stas eius aeterna, quae nunquam transibit, & regnum eius non corrumpetur.
 Quod quidem duobus modis intelligitur: quia & nunc habet perpetuam po-
 testatem, cum omnes gentes & omnes linguae nomen eius uenerantur, maie-
 statem

statem confitentur, doctrinam sequuntur, uirtutem imitantur. Habet imperium atq; honorem, cum omnes tribus terræ præceptis eius obtemperant: & idem postea, cum rursus aduenerit in potestate ac claritate, ut omnem animã iudicet, & iustos restituat ad uitam: tunc uerè totius terræ regimẽ obtinebit: tunc sublato de rebus humanis omni malo, aureũ seculum (ut poetæ uocant) id est, iustum ac pacificum tempus orietur. Sed hæc uberius in ultimo libro differemus, cum de secundo aduentu loquemur: nunc de primo, ut cœpimus, explicemus.

COMMENTARIVS.

Probat hoc capite duo membra symboli Apostolici, *συννεβχθητα εν πνευματι το εγυς, γεννηθητα εν μαριας* *Πνευματι*. probat inquam hæc uaticinijs prophetarum. Obiter corrumpunt hæreses Carpocratiarum & Cerinthianorum, qui Iesum ex semine Ioseph conceptum crediderunt. Deinde dicit quædam de regno Christi. Cœceptio Christi ex Euãgelio Lucae clarior est, quam quæ multis hic exponi debeat. Descendens.) ubi nimirum uenit plenitudo temporis: Galat. 4. Quod si animalia.) Equas uento Fauonio concipere, scribit Vergilius lib. 3. Georgic.

Vere magis (quia uere calor redit osibus) illæ Ore omnes uersæ in Zephyrũ stant rupib. altis, Exceptantq; leues auras, & sæpe sine ullis Coniugijs uento grauidæ, mirabile dictu.

Varro libro de Re rust. 2. cap. 1. In fetura, inquit, res incredibilis est in Hispania, sed est uera: quod in Lusitania ad Oceanum, in ea regione ubi est oppidum Olyssippo, monte Tagro, quædam è uento certo tempore concipiunt equæ: ut hic galinae quoq; solent, quarum oua hippenemia appellant, &c. Meminit Plin. lib. 4. cap. 22. lib. 8. cap. 42. lib. 16. cap. 25. Hinc apud Homerum quoque Iliad. ω. Xanthus & Balius equi ex Zephyro nati sunt. & Iliad. v. Boreas quoq; pullos ex equab. sustulit. Argumentum hoc est ex cõparatione minoris ad maius. Machumetes in Alchorano, ubi de conceptione Christi loquitur, nihil de Spiritu sancto ne uerbum quidem: sed angelos attonitæ uirgini respondisse, Deo omnia possibilia esse.

Solomon in ode.) Non extat hic locus in Canticis canticorũ, quæ Hieronymus alicubi *ουδενος* dixit. Fortassis in quinque millibus illis carminibus est, de quibus in priore Regum metio fit, cap. 4. *ησαν γαρ* (ut ibi scriptũ est) *ουδενος αυτου των τεκνιχλιας*. Obiter nota, quod non in omnibus editionibus 19. ode citatur. Ecce uirgo.) Esa. 7. angelus ipse utitur hoc uaticinio, apud Matthæum cap. 1. per insomniũ ad Iosephũ: apud Lucam cap. 1. ad ipsam uirginem Christi genitricẽ. Marcion Iudaisans à diuersitate nominũ,

negat Iesum esse eum qui à propheta prædictus fuit: contra quem disputat Tertull. Noster uerò utitur syllogismo expositorio, reipsa Iesum eundẽ cum Emanuele esse docens, etiamsi nomina eadẽ non sint. Vide super hoc prophetae loco etiam Irenaeum lib. 3. cap. 24 & 26. Psalmo 84.) Ipse enim est uia, ueritas & uita: Iohan. 14. quia per ipsum gratia & ueritas exorta est: Iohan. 1. Esaias ipse.) Locus est cap. 63. quo exposulat propheta cum Israelitis de ingratitude: ubi per pastorem Moses intelligitur. Lactantius intelligit Christum allegoricòs. Nota obiter locum communem de peccato in Spiritum sanctũ, quod neq; hic neq; illic remittitur. Nota item diuinitatem Spiritus sancti. Exultent cœli.) Locus est cap. 45. Translatiões nostræ magno consensu habent: Rorate cœli de super. Quæ quidem uerba hodie in nostris Græcis Biblijs non leguntur. Et nubes induant iusticiam.) Hebraei transferunt, Nubes stillent iusticiam: non Aferat illa Hesiodia, siue Aretæa, de qua Poeta: Iam redit & uirgo, redeunt Saturnia regna. Sed Christus est nostra iusticia. Quamquã illam quoq; mysticè de Christo exponunt. Saluator uerò.) Obserua etiam hoc loco syllogismũ expositorium ex etymologia *το ισοσ*, hoc est *σωτηρος* ductum. Creauit eum.) Non est quod somnies tibi creatum quendam Dei filium. cuius erroris arcendi causa Nicæna synodus cauit, ut deinceps in simbolo diceretur, *γεννηθητα, εποιηθητα*. De quo lege Basilij epistolã ad Antiochenes scriptã, & aliam Eusebij, quã Theodoritus Ecclesiasticæ historiae inseruit, lib. 1. cap. 12. Epiphanius hæreticæ prauitatis inquisitor & cœcissimus, prophetarũ uocum cõciliator diligentissimus, libro 3. inter creati & gigni hanc ponit differentiam: *εκατοβας τως λεγεισιν εγεννητο η γεννη, οτι τε κτισως, και τι ο γεννησως, οτι τε εκτισε, κη το εγγινεσεν, εχ ινα τα γεννητια οδου, και οτι το αυτο ποδι οτι αυτου λεγεται, αλλα ινα οσα μεν το εκτισε το γεννησισα του τε και μονιμου, οσα δε εγγινεσισα το ελαρε του μονογενος κη ιδιου ποδου.* Sed &

Sed & alio loco.) capite nono. Magni consilij nuncijs.) In nostris hoc Biblijs nõ legitur. Legitur autẽ hoc ferẽ modo: Vocatumq; est nomen eius Admirabilis, Consiliarius, Deus fortis, Pater æternitatis, Princeps pacis. In Græco uerò etiam hoc habetur: *ὁ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, μεγάλως βουλῆς ἀγγέλως, θαυμασὸς, σύμβουλος, θεὸς ἰσχυρὸς, ἄριστος, ἀρχὴ ἐξουσίας, πᾶσι τῶν μέλλοντων αἰῶνος.*

10 Singularis.) Vox theologica. De singularitate Dei in superioribus libris alicubi diseruit.

Daniel quoq;.) cap. 7. De cuius loci explanatione; post Oecolampadium & Melanchthonem, nihil dicendum mihi esse duco. Oecolampadius autem Chiliastarum de altero Christi aduentu errorem diligenter notat; quẽ Lactantius nusquam non inculcat lectoribus. Psal. 109.) Utitur hoc testimonio aduersus Iudæos ipse Do-

minus Christus Matth. 22. Paulus ad Hebræos

cap. 1. Qui est rex.) Apocalyp. capite 19. *ἔχει ἐν τῷ ἱματίῳ καὶ ἐν τῷ μηρῶν αὐτοῦ τὸ ὄνομα γεγραμμένον βασιλεὺς βασιλέων, καὶ νέος νέων.* Item Apoc. cap. 17. & 1. Timoth. 6.

Quod Esaias.) capite nimirum 45. qui locus tam apud Græcos quàm apud Hebræos Cyrum nuncupatum exprimit, qui Cores propheta appellatur, quem spiritus propheticus sub Dei patris persona Messie epitheto dignatur, eo quòd Iudæis imperitauerit, quanquam non constat ipsum ritum Iudæorum fuisse unctum. Ioannes interim Oecolampadius inficias non it, quin ea quæ de Cyro dicta sunt, de Christo recte intelligi possint, cuius ille tyrum gessit. Cum rursus aduenerit.) Redit ad ingenium Lactantius, ac somniat aureum mille annorum seculum, quo scilicet lupus & agnus unã pascent. Esa. 65.

20 Quòd filius à patre est secundum diuinitatem: & geminæ substantiæ esse conuincitur ex operibus proprijs, tum ex oraculis prophetarum, & etiam Apollinis Milesij testimonio: & quare nec ad Solomonem, nec ad alium quàm ad Christum referri possint uaticinia Prophetarum. Cap. XIII.

Summus igitur Deus ac parens omnium, cum religionem suam transferre uoluisset, doctorem iusticiæ militẽ cœlo, ut nouis cultoribus nouam legem in eo uel per eum daret: non sicut antè fecerat per hominẽ, sed tamen nati eum uoluit tanquam hominem, ut per omnia summo patri similis existeret. Ipse enim pater Deus, & origo, & principium rerum, quoniam parentibus caret, ἀπαύτως atq; ἀμύτως à Trismegisto uerissimè nominatur, quòd ex nullo sit procreatus. Idcirco etiam filium bis nasci oportuit, ut ipse fieret ἀπαύτως atq; ἀμύτως. In prima enim natiuitate spiritali ἀμύτως fuit, quia sine officio matris à solo Deo patre progeneratus est. In secunda uerò carnali ἀπαύτως fuit: quoniam sine patris officio uirginali utero procreatus est: ut mediam inter Deum & hominem substantiam gerens, nostram hanc fragilem imbecillemq; naturam quasi manu ad immortalitatẽ posset educere, factus est Dei filius per spiritum, & hominis per carnem: id est, & Deus & homo. Dei uirtus in eo ex operibus quæ fecit apparuit, fragilitas hominis ex passione quam pertulit: quam cur susceperit, paulo post docebo. Interim & Deum fuisse & hominem ex utroq; genere permistum, prophetis uaticinantibus discimus. Esaias Deum fuisse testatur his uerbis: Fatigata est Aegyptus, & natio Aethiopum, & Saba, uiri alti ad te transgredientur, & tui erunt serui, & post te ambulabunt uincti compedibus, & adorabunt te, & precabuntur: quoniam in te Deus est, & non est alius Deus preter te. Tu em̄ Deus es, & nos nesciebamus, Deus Israel saluator. Confundentur & reuerbuntur omnes qui aduersantur tibi, & cadent in confusionem. Item propheta Hieremias sic ait: Hic Deus noster est, & non deputabitur alius absq; illo qui inuenit omnem uiam prudentiæ, & dedit eam Iacob puero suo, & Israel dilecto sibi. Post hæc in terris uisus est, & cum hominibus uersatus est. Item Dauid in Psalmo 44. Thronus tuus Deus

30 in secula seculorũ, uirga æquitatis, uirga regni tui. Dilexisti iusticiam, & odio habuisti iniusticiam: propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis. Quo uerbo etiam nomen ostendit, siquidem (ut supra docui) ab unctiõne ap-

pellatus Christus. Deinde hominem fuisse eundem, Hieremias docet, dicens: Et homo est, & quis cognouit eum? Item Esaias: Et mittet eis Deus hominē, & saluabit eos, iudicans sanabit eos. Sed & Moyses in Numeris ita loquitur: Orietur stella ex Jacob, & exurget homo ex Israel. Propterea Milesius Apollo consultus, utrum ne Deus an homo fuerit, hoc modo respondit:

ὁ υἱὸς ἐστὶν κατὰ σὰρκα, σοφὸς τῶρα τῶν ἀστυγέγων.

ἀλλ' ἐπὶ χαλδαίῳ κειτῶ ὀπλοῖς σικαλωθεῖς.

γόμεφοις ἢ σικολόπεισι πικρῶ ἀνέτλησε τελευτῶ.

Primo uersu uerum quidem dixit, sed argutè consultorē fefellit, sacramētum ueritatis penitūs nescientem. Videtur enim negasse illum Deum: sed cum factetur secundum carnem fuisse mortalem, quod etiam nos prædicamus, consequens est ut secundum spiritum Deus fuerit, quod nos affirmamus. Quid enim fuerat necesse carnis facere mentionem? cū satis esset dicere, fuisse mortalem. Sed ueritate pressus negare nō potuit quemadmodum res se haberet, sicut illud quod ait fuisse sapientem. Quid ad hoc Apollo respondes? Si sapiens est, ergo doctrina eius sapientia est, nec ulla alia: & sapientes qui sequuntur, nec ulli alij. Cur igitur uulgò pro stultis & uanis & ineptis habemur, qui sectamur magistrū, etiam ipsorum deorum confessione sapientem? Nam quod ait, portentifica illum opera fecisse, quo maximè diuinitatis fidem meruit, asferri nobis iam uidetur, cum dicit eadem quibus nos gloriamur. Sed colligit se tamen, & ad dæmoniācas fraudes redit. Cum enim uerum necessitate dixisset, iam deorū ac sui proditor uidebatur: nisi quod ab eo ueritas expresserat, mendacio fallente celasset. Ait ergo, illum fecisse quidem opera miranda, uerū non diuina uirtute, sed magica. Quid mirum, si hoc Apollo ueritatem ignorantibus persuasit, cum Iudæi quoque cultores (ut uidebantur) summi Dei idem putauerint? cum ante oculos eorum quotidie fierent illa miracula: nec tamen tantarum uirtutum contemplatione impelli potuerunt, ut Deum crederent quem uidebant. Propterea Dauid, quē inter cæteros prophetas uel maxime legunt, in Psalmo 27. sic eos damnat: Redde illis retributionem eorum, quoniam non intellexerunt in operibus Domini. Ex huius ipsius domo Christum generatum iri secundum carnē, & ipse Dauid & alij prophetae annunciauerunt. Apud Esaiam ita scriptum est: Et erit in illa die radix Iesse, & qui exurget principari in nationes: in eum gentes sperabunt, & erit requies eius in honore. Et alio loco: Exiet uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiae & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus pietatis, & implebit eum spiritu timoris Domini. Iesse autē fuit pater Dauid, ex cuius radice ascensurum esse florem, prælocutus est, eum scilicet, de quo Sibylla dicit,

ἀνθήσει δ' ἀνθ' καθαρόν.

Item in βασιλειῶν libro secundo, propheta Nathan missus est ad Dauid, uolentem Deo templum ædificare: & fuit uerbū Domini ad Nathan, dicens: Vade & dic seruo meo Dauid, Hæc dicit Dominus omnipotens: Nō tu ædificabis mihi domum ad inhabitandum, sed cum impleti fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, & parabo regnum eius. Hic ædificabit sibi domum in nomine meo, & erigam regnum eius usque in seculum, & ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium, & fidem cōsequetur domus eius usque in seculum. Sed hæc ut Iudæi nō intelligerent, illa fuit causa, quod Solomon filius Dauid Deo templum edificauit, & ciuitatem, quam de suo nomine Hierosolyma nuncupauit. Itaque ad ipsum quæ à Propheta dicta sunt retulerunt. Solomon autem ab ipso patre suo imperij regimē accepit. cum patribus suis requieuisset. Præterea Solomonis imperium perpetuum non

non fuit: annis enim quadraginta regnavit. Deinde quod nunquam filius Dei dictus est, sed filius David: & domus quam aedificavit non est fidem consecrata, sicut Ecclesia, quae est verum templum Dei, quod non in parietibus est, sed in corde ac fide hominum qui credunt in eum, ac uocantur fideles. Illud uero Solomonis templum quia manu factum est, manu cecidit. Denique pater eius in Psalmo 127. de operibus filij sui prophetauit hoc modo: Si Dominus non aedificauerit domum, in uanum laborauerunt qui illam aedificauerunt. Si Dominus non custodierit ciuitatem, sine causa uigilauit, qui eam custodiebat.

COMMENTARIUS.

10 Docet hoc capite, Iesum esse uerè Deum, uerèq; hominem. Argumenta, quibus ad confirmationem utitur, sunt oracula prophetica. Obiter quoq; Milesij Apollinis oraculum refellit. Videtur in hoc capite *συνκρίσεως* spectabile exemplum. (Nouis cultoribus.) Translato siquidem sacerdotio, necesse est ut legis quoque translatio fiat. Heb. 7. Per omnia patri similis.) Non accidentibus, quae nulla in Deum cadunt, sed essentia. Videtur enim omnino τὸ ὁμοίωσιν uelle constituere, quod postea in Nicæna synodo fuit constitutum: nempe ut contra Arianos & alias haereses cõfiterentur. ἰησοῦ Χριστοῦ ἰσὺν τὸν θεόν, ἡγνυμένην καὶ ἐκ τῆς πατρὸς μορφῆς, καὶ ὡς ἐκ φωτός, θεὸν ἀληθινὸν ἐκ τοῦ αὐτοῦ θεοῦ ἀληθινοῦ, &c. Fuit autem Christus homini etiam ita similis, ut peccator uideretur. Rom. 8. Deus filium misit in similitudinẽ carnis peccati. Hinc etiam capite sequenti ex Zachariae uisione sordidis uestimentis amictus apparet. ἀπέπτωτος καὶ ἀμύητος.) Hoc idem Cyrillus cõtra Iulianum monet. Pauli epistola, quae ad Hebræos scripta est, capite septimo muliũ lucis hinc acquirit, neq; hic locus sine illo rectè intelligetur. Docet enim ibi Apostolus, regem Salem Melchisedec, qui idẽ alijsimi Dei pontifex fuit, in eo Christi typum gessisse, quod Gen. 14. legitur ignoti patris & ignotae matris fuisse. εἶπεν γὰρ, inquit, ὁ Μελχισεδέκ βασιλεὺς Σαλὴμ, ἰερεὺς τοῦ θεοῦ τοῦ ὑψίστου, ὁ σιλωατῆρας τοῦ Ἀβραὰμ ὑποστρέφοντι ἀπὸ τῆς κοπῆς τῶν βασιλείων, καὶ ἀλογησας αὐτοῦ, ὡς καὶ δεκάτῳ ἀπὸ πάντων ἐμφορίων Ἀβραὰμ πατρὸς μου ἰερέμην ἀόμνητος βασιλεὺς δικαιοσύνης, ἐπειτα δὲ καὶ βασιλεὺς Σαλὴμ, ὁ ὄντι βασιλεὺς εἰρῆνης, ἀπέπτωτος, ἀμύητος, ἀγνυαλόγητος, καὶ ἀρχὴν ἡμερῶν, καὶ τέλος τῆς ἡμέρας, ἀφωμοιόμηνος δὲ τοῦ ἰσὺ τοῦ θεοῦ, μὴν ἰερέως εἰς τὸν αἰῶνα, &c. Fuit Melchisedecianorum haeresis, qui Melchisedec Christo maiorem fecerunt: contra quos scribit Epiphanius libro secundo. Fatigata est Aegyptus.) Eodem cap. 45.

haec scripta sunt. Historica expositio re etiã hæc ad Cyri regnum referuntur. Nam per laborem siue fatigationem onera intelliguntur tributaria, quae Aegyptus, Aethiopia & aliae nationes, Cyrum monarcham agnoscẽtes, ad restorationem templi Hierosolymitani pendebãt. Sed Cyrus noster, ut supra diximus, Christus est, cuius auspicijs ecclesia uiuus ex lapidibus construitur, ex Aegypto usq; Aethiopiaq; hoc est, extremis usque orbis angulis collectis. Non alijs coloribus posset uera Christi ecclesia depingi. Hieremias sic ait: Hæc.) Hic locus in Hieremia non legitur hodie, sed in Baruch cap. 3. qui tamẽ & ipse in Graecis biblijs inscribitur ἱερειάων βασιλεὺς, & ante Threnos inter Hieremiae scripta refertur. Adscribam uerba ex ipsi Graecis fontibus: εἶπεν ὁ θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεταί ἐτι ὄνομα αὐτοῦ, ὅτι εὐερε τὸ ἄστυ οὐδὲν ὑποστήσει, καὶ ἐδώκεν αὐτῷ ἰακώβ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ, καὶ ἰσραὴλ τοῦ υἱοῦ ἀγαπητοῦ ἰσὺ αὐτοῦ. μετὰ τῶν ἡμερῶν αὐτοῦ, καὶ γὰρ τοῖς ἀνθρώποις σιωπήσεσθαι. Lege Augustinum lib. 18. Ciuit. cap. 33. David in Psalmo 44.) Apud Hebræos Psal. 45. Citantur etiam hæc a Paulo ad Hebræos 1. Quo uerbo.) ἐξῆλθε. Suprà.) cap. 7. Hieremias.) Nec apud Hieremiam, nec apud Baruch. unde a quibusdam citatur, in nostris Graecis Latinisq; Biblijs inuenitur. Citat hæc eadem Epiphanius li. 1. contra Ebionitas ex eodem Hieremia, Christum non hominem tantum, sed etiam Deum esse probans. Verba sunt: ὅτι ἀνθρώπος ὄντι, καὶ τίς γὰρ γνώσκεται αὐτόν; Et mittet eis Deus hominem.) Neq; hæc uerba uel apud Esaiã, uel alibi expressè leguntur. Et Moses in Numeris.) Numeri 24. Et exurget homo.) exurget sc̄ptrum, uel uirga. In Graeco quidem est. καὶ ἀνάσσειται ἀνθρώπος ὅτι ἰσραὴλ. Milesius Apollo.) ic dictus a Mileto urbe quondam, ut Mela inquit, Ioniae totius, belli pacisq; artibus princeps. Dicitur hoc oraculũ, eodem Mela teste, olim Branchidæ, postea Didymi, de quo uide etiam Strabonẽ & Herodotum.

rodotū. *Ἰντρος.*) Hos uersus sic reddidimus: Carne quidem mortalis erat, sapiensq; stupendis factis, iudicibus Chaldaeis cuspe uinctus, Clavis in palo crudelia funera passus.

Consequens est.) Fallacia Apollinis à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter. Neq; enim sequitur: Christus fuit mortalis carne, ergo totus fuit mortalis. Pars enim non præiudicat toti.

Si sapiens.) A' coniugatis. Cur igitur.) Quia sic diuinitus comparatū est, ut supra dixit, ut sapientia ibi sit querenda, ubi latet sub titulo stulticia. Portentifica.) *τὸ πρῶτον ἄν. τὴν ἑατα, prodigia. Petrus Act. 2. ἄν. ἡ δὲ ἑρ. ἡ βεδ. ἑρ. ἡ δὲ εἰρημίου εἰς ὑμᾶς δὴ ἀνῆλθον, καὶ τὴν ἑατα, καὶ σήμερις.* Sed colligit.) quia furore confusus diuersa dixerat. Eiusmodi multa oracula colligit Eusebius de Preparat. Euangel. Augustinus de Ciuitate libro 19. capite 23. Certum est, totam oraculorum uanitatem nato Christo cecidisse. De Apollinis uanitate lege Oecolampadium in caput secundum Danielis.

Cum Iudæi.) A' minori ad maius. Dicebant

enim, uirtute dæmonis dæmonem eijcere. Quare Dominus uæ imprecatur Chora^zin, Bethsai^{da}, &c. Matthæi undecimo. Psal. 27.) Hebræis 28. Apud Esaiam.) capite undecimo, Rom. 15. Sibylla.) Serm. 6. Versus integer sic legitur:

αὐθις δὲ ἄνθος, λαθαρὸν, βουβρον ἢ πᾶντα.

Castalio noster sic reddidit:

Flos autem purus florebit, cuncta serenans.

Alibi *βλάσσην νεοῦ* simili metaphora nominat. ¹⁰

In *Βασιλείῳ.*) Samuelis 2. cap. 7. Cœpit autē templum ædificare quarto ann o regni sui, mense secundo, & septimo octauī anni mense dedicauit. capite 6. tertij Regum. Fidem conseq.)

Ergo ubi nulla fides est, ibi nulla est ecclesia, nulla ciuitas Christiana: de quo in sequenti capite clarius. Annis 40.) 3. Reg. cap. 11. Non

in parietibus.) De hoc templo lege priorem Petri epist. cap. 2. Psal. 126.) Hebræis centesimus uigesimus septimus. Cuius psalmi sensus est, ²⁰

omnia prouidentia diuina fieri. Domus mystice trahitur ad Ecclesiam.

Quòd æternum Christi sacerdotium à Prophetis sit prædictum, ita ut nec ad filium Naue, nec ad filium Iosedech ualeant retorqueri: & de uijs quas docuit Christus. CA.

PVT XIII

Quibus ex rebus apparet, Prophetas omnes denunciassē de Christo, fore aliquando, ut ex genere Dauid corporaliter natus, cōstitueret æternum templum Deo, quod appellatur ecclesia, & uniuersas gentes ad religionem Dei ueram conuocaret. Hæc est domus fidelis, hoc immortale templū: in quo si quis non sacrificauerit, immortalitatis præmiū non habebit. Cuius templi & magni & æterni quoniam Christus fabricator fuit, idem necesse est habeat in eo sacerdotium sempiternum. Nec potest nisi per eum qui constituit templum, ad aditum templi & ad conspectum Dei perueniri. Dauid in Psalmo centesimonono id ipsum docet, dicens: Ante luciferum genui te. Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum: tu es sacerdos in æternum. Item in *Βασιλείῳ* libro primo: Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui omnia quæ sunt in corde meo faciat: & ædificabo ei domum fidelem, & transibit in conspectu meo omnibus diebus. Quis autem futurus esset cui Deus æternum sacerdotium pollicebatur, Zachariās etiam nomine posito, apertissimè docuit. sic enim dixit: Et ostendit mihi Dominus Deus Iesum sacerdotē magnum, stan tem ante faciem angeli Domini: & diabolus stabat ad dextram ipsius, ut aduersaretur ei. Et dixit Dominus ad diabolum: Imperet Dominus in te, qui eligit Hierusalem. & ecce titio eiectus ab igne, & Iesus erat indutus uestimentis sordidis, & stabat ante faciem angeli, & respondit, & dixit ad circumstantes ante faciem ipsius, dicēs: Auferte uestimenta sordida ab eo, & induite eum tunica talari, & ponite cidarim mundam super caput ipsius: & cooperuerunt eum uestimento, & imposuerunt cidarim mundam super caput eius, & angelus Domini stabat & testificabatur, ad Iesum dicens: Hæc dicit Dominus omnipotens, Si in uijs meis ambulaueris, & præcepta mea seruaue ris, tu

ris, tu iudicabis domum meam, & dabo tibi qui conuertentur in medio horum circumstantium. Audi itaque Iesu sacerdos nagne. Quis non igitur carptos mentibus tum fuisse Iudæos arbitretur, qui quum hæc legerent & audirent, nefandas manus Deo suo intulerunt? Atqui ab eo tempore quo Zacharias fuit, usque ad annum quintumdecimum imperij Tiberij Caesaris, quo Christus crucifixus est, propè anni quingenti numerantur: siquidem Darij & Alexandri adoleuit ætate, qui fuerunt non multo post quàm Tarquinius Superbus exactus est. Sed illi rursus eodem modo falsi deceptiq; sunt, putantes hæc de Iesu dicta filio Naue, qui successor fuit Moyfi: aut de sacerdote Iesu, filio Iosedech: in quos nihil congruit eorum quæ Propheta narrauit. Non enim sordidati illi unquam fuerunt, quum alter eorum princeps potētissimus fuerit, alter sacerdos: aut perpessi sunt aliquid aduersi, ut tanquam titio eictus ex igne putarentur. Aut aliquando in conspectu Dei & angelorum steterunt, aut Propheta de præteritis loquebatur potius, quàm de futuro. Loquutus est igitur de Iesu filio Dei, ut ostenderet, eum primò in humilitate & carne esse uenturum. Hæc enim est uestis sordida, ut pararet templum Deo: & sicut titio igni ambureretur, id est, ab hominibus cruciamenta perferret, & ad ultimum extingueretur. Titionem enim uulgus appellat extractum foco torrem semiustum & extinctum. Quomodo autem, & cum quibus mandatis a Deo mitteretur in terram, declarauit spiritus Dei per Prophetam: docens futurum, ut quum uoluntatem summi patris fideliter & constanter impleffet, acciperet iudicium atque imperium sempiternum. Si in uijs meis, inquit, ambulaueris, & præcepta mea seruaueris, tu iudicabis domum meam. Quæ fuerint uia Dei, & quæ præcepta eius, nec ambiguum nec obscurum est. Deus enim quum uideret maliciam & falsorum deorum cultus per orbem terre inualuisse, ut iam nomen eius ex hominum memoria fuisset penè sublatum (siquidem Iudæi quoq; quibus solis arcanum Dei creditum fuerat, relicto Deo uiuo, ad colenda figmenta, irretiti dæmonum fraudibus aberrassent, nec increpiti per prophetas reuerti ad Deum uellent) filium suum principem angelorum legauit ad homines, ut eos conuerteret ab impijs & uanis cultibus, ad cognoscendum & colendum Deum uerum: ut eorum mentes a stulticia ad sapientiam, ab iniquitate ad iusticiæ opera traduceret. Hæc sunt uia Dei, in quibus ambulare eum præcipit: hæc præcepta, quæ seruanda mandauit. Ille uerò exhibuit Deo fidem: docuit enim quòd Deus unus sit, eumq; solū colī oportere. nec unquam se ipse Deum dixit: quia nō seruasset fidem, si missus ut deos tolleret, & unum assereret, induceret alium, præter unum. Hoc erat, non de uno Deo facere præconium, nec eius quimiserat, sed suum proprium negocium gerere, ac se ab eo quem illustratum uenerat separare. Propterea quia tam fidelis extitit, quia sibi nihil prorsus assumpsit, ut mandata mittentis impleret, & sacerdotis perpetui dignitatem, & regis summi honorem, & iudicis potestatem, & Dei nomen accepit.

C O M M E N T A R I V S.

Quia in superiori capite templi facta est mentio, rectè iam sequitur, ut de sacerdote agatur. Sunt enim hæc inter se coniunctissima. Est itaq; idem Christus, & templi conditor, & sacerdos æternus, templi nunquam interituri. Sacerdotiū hoc prophetice testimonijs confirmatur. Exponitur obiter locus Zachariæ de sacerdotio Christi. Si quis non sacrificauerit.) Sacrificium uidelicet laudis. Hæc enim ratione n̄ dicitur

uisiæ sacrificium est Deo acceptabile, gratumq; Ad aditum.) Ad adytum ego malum: ut intelligas sancta sanctorum. Psal. 109.) Lege ad hæc caput quintum epistolæ ad Hebræos. Item in Βασιλείω lib. 1.) Primo Samuelis, cap. 2. de Samuele hæc dicta sunt, Qui Heli hierarchia successit. Quæ sunt in corde.) iuxta cor meū, et iuxta animā meā, ὅς πᾶντα τὰ ἐν τῇ καρδίᾳ μου ἰγ τὰ ἐν τῇ ψυχῇ μου πᾶντα.

In conspectu meo.) Ambulabitq; coram Christo meo, *δελύσει τοι τὸ πῶρον χειρὸς μου.* Zacharias.) cap. 3. Constat uel ex ipso propheta uaticinio, uerbum Domini factum esse ad Zachariam mense octauo anni secūdi Darij, qui annus septuagesimus captiuitatis fuit: quibus (ut Eusebius indicat) temporibus Romæ reges urbe pulsi fuerūt: quo Zorobabel & Iesus reduces templum ædificare cœperunt. Hic est ille Iesus sacerdos, filius Iehozadac: de quo quicquid hic Propheta per uisionem ostenditur, recte Christo hierarchæ Hierosolymitano æterno conuenit. Executiamus itaq; propheta locum breuibus.

Et ostendit mihi Dominus.) *καὶ ἔδειξε κύνε.* intellige angelum mysteriorum reuelatorem. Iesum.) filium Iosedech, qui postliminio duxit populum Babylone: sed Iesus filius Mariæ nos uere ex Babylonica captiuitate duxit. Diabolus.) aduersarius, qui conabatur impedire opus Domini, ædificationem nimirum Hierusalē. hic enim sathanæ unus labor est, hoc unum opus, ut impediatur Ecclesiæ incrementū. Ad dextram.) Stare à dextris, inquit Oecolampadius, est potēter accusare: autoritate Psal. 108. Constitue super eum peccatorem, & diabolus stet à dextris. Hinc *δίαβολος*, id est calumniator dictus est, quia sustinet personam calumniatoris, ut alibi Lactantius docuit. Impe-
ret.) Manifestus librariorum error. Increpet, legendum est cōmuni interpretum consensu. Nam etiam in Græco est, *καὶ ἰδιπμῆσαι λέγεις ὅσοι.* Vexationis exemplum est, quæ iram iustā excitat. Nam *ἐπιπρασμός*, ut in Rhetoric. Aristoteles docet, cōtemptus est. *ὁ ἐπιπρασμός*, inquit, *φαίνε τοι κατὰ φρονεῖν.* ἐστὶ γὰρ ὁ ἐπιπρασμός, ἐμποδισμός τοῖς βαλυσίσι, ὅχι ἴνα τὶ αὐτῶ, ἀλλ' ἴνα μὴ ἐκείνω. Nihil enim accedit sathanæ ex illa impeditioe, sed merus est liuor, ut alibi Lactantius docuit. Nonne iste est titio.) *ὡς δαλός*, ex igne, id est fornace captiuitatis Babylonicæ: ita noster Iesus sacerdos titio est, seruatus à cōtagio Babylonis, id est uitæ peccatricis. Vestibus sordidis.) Sacerdotium quidem post captiuitatem non erat splendidum, sed erat conquinatum etiamnum sordibus captiuitatis. Melius tamen in Christum quadrat, qui humanam gestauit carnem, qua nihil pollutū magis. Auferte sordidas.) Lege Tertullianum aduersus Iudæos. Tunica talari.) In Græco est, *ὅς δ' ἴσατε αὐτῶν ποδῶν.* Hieronymus etiam talarem, uestē interpretatur, quæ Hebræis est chetonet, quam interulam exponūt.

Hoc loco transferunt uestes mutatorias. Loquitur autem signanter de uestibus pontificalibus, quæ describuntur Exodi 28. De re uestiaria sacerdotali scripsit etiam Hieronymus ad Fabiolā. Legitur in Exodo *καὶ ποιήσεις ἑσπῶδ' ὑπὸ πῶ δαυελω ὁ λουνακίνθινου.* Et ponite Cidarim.) In Græco est, *μῆτραν καὶ λίσταρι.* Leuitici quoq; 8. Moses Aaronis capiti *μῆτραν* imposuit. Alterum regis, alterum sacerdotis insigne esse dicunt. Cidari nomen tetragramaton inscriptum fuit. Hieronymus hunc locum exponēs, ait *ποδαυελω* incarnationē Christi significare, Cidarim splendorem diuinæ maiestatis. Sic in uis.) Hieronymus hoc loco problemate quodā soluit, quomodo hæc cōditionalia de Christo sint intelligenda. Quis non igitur.) Quæ sequuntur, sunt generis didactici, siue exegetici, quibus passim generis iudicialis loci admiscuntur: hoc est, interpretationi admiscet cōfirmationem. Quingenti.) Eusebius colligit 548. quod magis congruit. Deniq; neq; illud quadrat, quod ait, Zachariam Alexandri Darij, temporibus adoleuisse, quum illorum pueritia illorum etate exactam uix attigerint. Nisi fortasse Darium quartū intelligat, sub quo Zacharias fuit, sed Alexander & Darius XIIII σύγγονοι fuerunt, Olymp. CXXI. Postquam Tarquinius.) Imò antequam Tarquinius Superbus exactus est, plus minus septem annis. Ponunt profligationem regū anno ultimo Olympiad. 67. Templum autem Zacharia etiamnum prophetante absolutum est, Olympiade 66. Eusebius. De Iesu Naue.) Quod impossibile est. Propheta namq; de futuris uerius quam de præteritis uaticinatur. Quamquā interim uerius in nostris prophetis est, quam in augure Homericō, *ὡς ἦδ' ἔτι τὰ τ' ἐόντα, τὰ τ' ἐοσάμενα, πρὸ τ' ἐόντα.* Iesu filio Iosedech.) De quo Esdras & Neemias cap. 12. & Aggæus cap. 2 & 3. Iosedech autē quibusdam idem est qui Esdras, quia uterq; legitur esse filius Seraia. Epiphanius in uita Zachariae scribit, ipsum *τοῦ ἰωσαφάν* dixisse, *ὅτι γέννησε τοὺ ἰού, καὶ ὅ ἰσραελαὶ μὲ ἰσραελοῦσι κνεῖω.* In humilitate.) aliās, in humanitate. Ut cum uoluntatē.) Exponit conditionalem. Nec obscurum.) Locus *τῶ ἑσπῶδ.* Principem angelorum.) Angelus nempe magni consilij, eo quod magnum patris consilium mortalibus nunciavit: cui legationi non alius angelorum satis idoneus erat. Nam hæc erat de Messia expectatio etiam apud Samaritanos. sic enim loquitur mulier, apud Iohannem capite quarto:

οὐδ' αὐτὸν ἰεροσολίμους ὄψεσθαι, ὃ λεγόμενον Ἰερουσαλήμ, ὃν ἔλεβεν ἱερός, ἀγγέλοι ἡμῶν ἀπαύται. Cui Dominus responderet, se eum esse, scilicet angelum. Hac de re post Epiphanium disserit Augustinus in 3. de Trinitate. Fidelis.) Evangelistarum scripta hæc abundè testatur. Et locus de iudicio Christi manifestior est, uel ex ipso fidei symbolo, quàm ut probatione testimonijs que opus habeat. Nec unquam se ipse Deum dixit.) Machumet hinc argumentum aduersus Christianos falsum confinxit, id quod Ricardus

aduersus Machumeti Saracencorumq; legem capite nono ut manifestum mendacium coarguit, al legans Christum in Euangelio Ioannis (cap. 10.) seipsum manifestè filium Dei fecisse, atq; ob hoc ipsum Iudæos lapides sustulisse, ut eum lapidaret. Sed suum proprium.) Nam apud Ioannè capite octauo negat se gloriam suam querere. Et sacerdotis.) ἀνακρίψαλαίωσις. Et Dei nomen.) Dedit enim illi nomen quod est super omne nomen, &c.

De baptismo Christi, & miraculis quæ gessit ante passionem, quæ non modo à Prophetis, sed etiam Sibyllis, sicut Cicero & Varro testantur, sunt prænunciata, quamuis oracula ante Christum nõ potuerunt intelligi. CAP. XV.

Quoniam de secunda natiuitate diximus, qua se hominib. in carne monstrauit, ueniamus ad opera illa miranda, quæ cum essent cœlestis indicia uirtutis, magnum Iudæi putauerunt. Cum primùm cœpit adolescere, tunc est à Ioanne propheta in Iordane flumine, ut lauacro spiritali peccata nõ sua, quæ utiq; non habebat, sed carnis quam gerebat aboleret: ut quemadmodum Iudæos suscepta circumcissione, sic etiam Gentes baptismo, id est purificationis perfusione saluaret. Tunc uox audita de cœlo est: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quæ uox apud Dauid prædicta inuenitur: Et descendit super eum spiritus Dei, formatus in speciem columbæ candidæ. Exinde maximas uirtutes cœpit operari, non præstigijs magicis, quæ nihil ueri ac solidi ostentant: sed uia ac potestate cœlesti, quæ iam pridem prophetis nunciantibus canebantur. Quæ opera tam multa sunt, ut unus liber ad complectenda omnia satis non sit. Enumerabo igitur illa breuiter & generatim sine ulla personarum ac locorum designatione: ut ad exponendam passionis eius crucisq; rationem possim peruenire, quò iam dudum festinat oratio. Virtutes eius fuerunt, quas Apollo portentificas appellauit: quòd quacumq; iter faciebat, ægros ac debiles, & omni uerborum genere laborantes, uno uerbo unoq; momento reddebat incolumes: adeò ut membris omnibus rapti, receptis repente uiribus roborati, ipsi lectulos suos reportarèt, in quibus fuerant paulo antè delati. Claudis uerò, ac pedum uitio afflictis, non modò gradiendi, sed etiam curandi dabat facultatem. Tum quorum cæca lumina in altissimis tenebris erāt, eorum oculos in pristinum restituebat aspectum. Mutorū quoq; linguas in eloquiū sermonemq; soluebat. Item surdorum patefactis auribus insinuabat auditū: pollutos ac sparfos maculis repurgabat. Et hæc omnia non manib. aut aliqua medela, sed uerbo ac iussione faciebat, sicut etiam Sibylla prædixerat:

πάντα λόγῳ πράττων, πᾶσαι τε νόσον θόρα πύλω.

Nec utiq; mirum, quòd uerbo faciebat mirabilia, cum ipse esset Dei Verbum, cœlesti uirtute ac potestate subnixum. Nec satis fuit quòd uires imbecillibus redderet, quòd debilibus integritatē, quòd ægris & languentibus sanitatem: nisi etiam mortuos suscitaret, uelut è somno solutos, adq; uitam reuocaret. Quæ uidentes tunc Iudæi, dæmoniaca potentia fieri arguebant: cum omnia sic futura, ut facta sunt, arcana illorum literæ continerent. Legebant quippe cum aliorum prophetarū, tum Esaia uerba, dicentis: Confortamini manus resolutæ, & genua debilia cõsolidamini. Qui estis pusilli animi, nolite timere, nolite metuere: Dominus noster iudicium retribuet: ipse ueniet, & saluos faciet nos, Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum audient.

Tunc

Tunc falleret claudus sicut ceruus, & plana erit lingua mutorum: quia rupta est in deserto aqua, & riuus in terra sitienti. Sed & Sibylla eadem cecinit his uersibus:

— νεκρῶν ἢ ἀνάσσεις ἔσαι
καὶ λιωλῶν δρόμος ἔσ' ὄκνος καὶ κωφὸς ἀκούσει
καὶ τυφλὸν βλέψουσι, λαλήσουσ' ἢ λαλέοντων.

Ob has eius uirtutes & opera diuina, cum magna illum multitudo sequeretur uel debiliū, uel ægrorum, uel eorum qui curandos suos offerre cupiebant, ascendit in montem quendam desertum, ut ibi adoraret: ubi cum triduo moreretur, ac fame populus laboraret, uocauit discipulos, quærens quantos secum cibos gestarent. At illi quinque panes & duos pisces in peras habere dixerunt. Afferrī ea iussit, ac multitudinem per quinquagenos distributam discumbere. Quod cum discipuli facerent, frangebatur ipse panem minutatim, carnemque piscium comminabat: & utraq; in manibus eius augebantur. Et cum apponi illa populo discipulis imperasset, saturata sunt quinque hominum millia, & insuper duodecim cophini de residuis fragminibus impleti. Quid aut dici aut fieri potest mirabilius? At id Sibylla futurum cecinerat olim. Cuius uersus tales feruntur:

εἰν ἀρτοῖς ἅμα πύργε καὶ ἰχθύεσσιν ὀδοῖσιν
ἀνδρῶν χιλιάδ' αὖ γὰρ ὄρημα πύργε κορέσεις,
καὶ τὰ πῶδιος δύνοντα λαβῶν μετὰ κλάσματ' ἅπαντα.
ὁ δὲ θεὸς πληρώσῃ κείνης εἰς ἐλπίδα πολλῶν.

Quæro quid hic potuerit ars magica moliri, cuius peritia nihil aliud quam ad circumscribendos oculos ualeat. Idem secessurus orandi gratia, sicut solebat, in montem, præcepit discipulis ut nauiculam sumerent, secum præcederent. At illi urgente iam uespere profecti, contrario uento laborare cœperunt. Cumque iam medium fretum tenerent, tum pedibus mare ingressus, cōsecutus est eos tanquam in solido gradiens: non ut poetæ Orionem mentiuntur in pelago incedentem, qui demersa corporis parte, humero supereminet undas. Et rursus cum obdormisset in nauī, & uentus usque ad extremum periculum sæuire cœpisset, excitatus somno, silere uentum protinus iussit: & fluctus, qui maxime ferebantur, conquiescere: statimque sub uerbum eius tranquillitas insecuta est. Mentiuuntur fortasse literæ sanctæ, docentes tantam fuisse in eo potestatem, ut imperio suo cogeret uentos obsequi, maria seruire, morbos cedere, inferos obedire. Quid quod eadem Sibyllæ carminibus suis antè docuerunt quarum una, cuius supra fecimus mentionem, sic ait:

αὖθ' ἀνέμους πᾶσι τε λόγῳ, σφώσει ἢ δάλασσιν.
μαυνομήλιω ποσσὶν εἰρήνης πίσει τε πατήσας.

Et rursus alia, quæ dicit:

λίματα περὶ ζῶσει, νόσον ἀνθρώπων ἀφλύσει,
ζῆσει τε θνητῶτας ἀπώσεται ἄλγεα πολλοῖς,
ἐκ δὲ μίαν πηγὴν ἄρτε κέρθ' ἔοσει καὶ ἀνδρῶν.

His testimonijs quidam reuicti, solent eò confugere, ut aiant, non esse illa carmina Sibyllina, sed à nostris conficta atque composita. Quod profectò non putabit, qui Ciceronem Varronemque legerit, aliosque ueteres, qui Erythræam Sibyllam cæterasque commemorant: quarum exempla proferimus, qui autores antè obierunt, quàm Christus secundum carnem nasceretur. Verum non dubito, quin illa carmina prioribus temporibus pro deliramentis habita sint, cum ea nemo intelligeret. Denunciabant enim monstruosa quædam miracula, quorum nec ratio, nec tempus, nec author designabatur. Denique Erythræa fore ait, ut diceretur insana ac mendax. Ait enim:

— φήσουσι Σιβύλλῳ
μαυνομήλιω ψεύσειαν ἐπὶ δὲ γήθηται ἅπαντα,

τις ἄρα με μὴ μὲν ποιοῦσα, καὶ ἐπὶ μὲ δὲ εἰς
μακροκύβητος φησὶ με δεῦ με γὰρ οἰοῦμαι πεφάντων.

Latuerunt igitur multis seculis, postea uerò animaduersa sunt, quæ Christi na-
tiuitas & passio patefecit arcana, sicut etiam uoces Prophetarum: quæ quum
per annos mille quingentos, & eo amplius, lectæ fuissent à populo Iudæorū:
nec tamen intellectæ sunt, nisi postquam illas Christus & uerbo & operibus
interpretatus est. Illum enim prophetæ annunciauerunt, nec ullo modo pote-
rant quæ illi loquebantur intelligi, nisi fuissent uniuersa completa.

C O M M E N T A R I V S.

10 Hoc capite recēset miracula Christi, sed sine
circumstantijs, sineq; ordine historico: atque hæc
omnia Prophetici Sibyllinisq; uaticinijs prædi-
cta fuisse ostēdit. Tinctus est.) Hoc enim
uerbum βαπτισθῆναι proprie significat. Sed quod
ait Iesum tinctum fuisse à Ioanne, cum inciperet
adolescere, non conuenit cum Euangelica histo-
ria. Nam apud Lucam capite 3. ubi de Christi bap-
tismate scribit, sic legitur: Et ipse Iesus incipiebat
esse ferme annorū triginta, ut putabatur filius Io-
sep̃. Erat enim (si Epiphania credimus) reuera
annorum uiginti nouem, & mensium decem, cum
uenit ad baptismū. Fuit autem baptisatus septimo
Idus Nouembris: id est, septimo die, ut idem autor
contra Brutorum hæresim scribens testatur: cum
fuerit quinto Ianuarij natus, secundū eiusdem Epi-
phanij rationem. Ioanne propheta.)
Sic pater ipsius Zacharias in cantico: σὺ πτω-
χὸν, πεφάντως ἔβρισθι κληθῆσθαι, &c. Hic
πεφάντως τὸ γένος, alio epitheto insignitus
est. Nonnus πεφάντως γένους eum uocat. καὶ δὲν
γόνου. Vt lauacro spiritali.) Exponit
id quod est Matthæi 3. Vt impletet omnem iusti-
ciam. Circumcisione.) Analogia. Cir-
cumcisionis institutio est Gen. cap. 17. Sed
carnis.) non suæ, quam ex diua uirgine à pec-
catis exortem habuit: sed humanæ conditionis.
Id est purificati oris.) Vides hic morem
antiquæ ecclesie nō fuisse, immergi baptisandos,
sed aspergendi dumtaxat. Nonnus λαβαρόν ἰου-
δοῦν appellat. Filius meus es tu.) Das
iudica hæc uox est, Psal. 2. Cælestis uocis sensus
apud Euangelistas est: σὺ εἶ ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπῶ-
τός, ὅσιν ἐν ἑβραῖοις. & sic quiddē apud Lucam
& Matthæum in tertia persona protulit, οὗτός
ἐστιν, &c. Sed Matth. cap. 12. ex Esaiæ cap. 42.
simile quiddam uoci cœlesti citat. In specie
columbæ candidæ.) αὐτίτυπον, μέμη-
μα πλελειμένον. Nonn. Maximas uirtu-
tes.) θυνάμεις. Portentificas.) τράφα-
30 τῶν. Scriptura alioqui τράφα καὶ οὐμῆα uo-
cat. Membris omnibus capti.) πᾶσα
ἀντιπῶν, Nazian. ἐκτον ἰλὺ κληθῆναι ἕνε χαρῆς
iter

μὲλῶσιν. Matth. 9. Pollutos.) lepram intel-
ligo. Aliqua medela.) præter cæcū, quem
curauit Iano. Ioan. 9. Sibylla prædixerat.)
Sermone 3. In scripto exemplari legitur:
πάντα λόγῳ πρὸς ἄσωμ, πᾶσαν νῆσσον θορᾶ-
πύων.
Quæq; suo faciens morbis sermone medetur.
Cum ipse esset Dei Verbum.) A' con-
iugatis. Esaiæ uerba.) cap. 35. Quæ tamē
alij de robore spiritus intelligunt, quod contingit
ex prædicatione Euangelij. Christi hæc miracula
numerātur cap. 4 & 11. In deserto aqua.)
Petra autem erat Christus: 1. Cor. 10. Et fons sa-
liens in uitam æternā; Ioan. 4. Sibylla ea-
dem.) eodem Serm. νεκρῶν.) Hoc hemi-
stichium in scripto exemplari desiderabatur, quod
ex Lactantio refarciri potest. καὶ χλωπῶν.)
Hic uersus in scripto libro sic legitur:
χλωπῶν δὲ θορῶν ὠκύντατος, &c.
Defunctas reduces superas ascendere ad auras,
Et claudus properans curret, surdusq; loquelam
Percipiet, cæcus cernet, mutusq; loquetur.
Quantos secum cibos.) Matt. 14. Mar. 6.
Luc. 9. Ioan. 6. Cuius uersus tales fe-
runtur.) Serm. eodē. Sed scriptū Sibyllæ exem-
plum nonnihil uariat. Legimus enim hoc modo:
ἐκ δὲ ἀγίων ἔμα πόντε καὶ ἰχθυοαίτιο
καὶ θρωπυ χιλιάδας ἐν θορῶν πόντε κρεῖσσει
καὶ τὰ ποδὶος θύοντα λαθῶν ἔμα κλάσματα
πάντα.
ἀὶ δεκα πληρωσθὲ καὶ εἰς εἰς ἐλπίδια λαθῶν
Primi uersus uariatio prorsus intolerabilis est,
& ex Lactantio omnino emendanda. Versus sic
Latinos extempore fecimus:
Panibus exaturat quimis, & pisce gemello.
Chiliadas hominum totidem uerjatus eremo,
Fragmine, quod cœnæ superest, tum fortē legētes
Bis sex complerunt cophinos in spem populorū.
Ars magica.) γενταῖαν intellige, quā eandē
δεεργίαν honestiore uocabulo nomināt, quæ ce-
remonijs & incantationib. cōstat. Nā altera, quæ
eadē est cū naturali philosophia, quā professi sunt
magi, qui nato recens Christo stella duce longū

iter emensi munera obtulerūt, honesta est. **Circumscribendos oculos.**) circumueniendos, decipiendos. Viuitur Cicero hac uoce sapius: ut pro L. Flacco, & in Catilinam. In tertio Officiorum, ubi de dolo malo, & fide bona disputat. **Circumscriptionem adolescentum lege Latoria prohibitam memorat.** quo loco nos quaedam diximus. **Idem fecellurus.**) Hæc historia apud Matthæum superiori continua cohæret. **Non ut poetæ Orionem.**) Hemistichion est alicuius poetæ. Varij uaria de Orione fabulantur: proxime uerò huc accedit, quod Theon Alexandrinus in Aratæis phænomenis scripsit. τὸ ποῦ δὲ (inquit) ἡ σιὸς ὁ φησὶ βρύλλυς ῥιμάνω & ἡ ποσειδῶν εἶναι δῶκεν δὲ ἔχειν παρὰ τὸ πρὸς ὑδὶ τῶν κυμάτων πορεύεσθαι. Sed apud Hesiodum nihil tale extat. Cum is aliquando per pelagus iter faceret, Apollo sagittandi artem apud sororem ostentans, se nigrum illud quod in mari nataret, posse contingere contendit. Erat autem nigrum illud Orion, qui quum ita familiariter cum Diana conuersaretur, ut id ægrè Apollo ferret, insidijs ab eo periit. Cuius necem Diana tantissè doluit, dū intelligeret ipsum inter sidera relatum. **Et rursus cum obdorm.**) Matth. 8. Marci 4. Luc. 8. Sic ait.) Eodem est Sermone, cohærens uersui πέντε λόγων, &c. Prior autem uersus apud ipsam Sibyllam legitur hoc modo:

εὖδ' ἀνέμους πάλαιε λόγων, σφίσει ἡ δίασσον.

Vtraq; lectio non mala. Alterum est à themate σφωμνύω, siue σφώμνυμι; alterum à σφόννυμι, eiusdem significationis. Significat enim utrumq; sterno. Versus sic reddidimus:

Compescit uentos, uerboq; suo freta sternit,
Turgida dum calcat, pedibusq; & pace, fideq;
Et rursus alia.) Cum a fortassis (nam in Sibyllæ hæc Erythrææ libro non habentur.) Est enim & ipsa Christum uaticinata, uel Vergilio teste, Eglog. 4.

Vltima Cumæi uenit iam carminis ætas.

λύματα.) Transulimus etiam hos qualitercunque:

Fluctibus incedet, morbos hominū ipse resoluet,
Restituet uitæ, pluresq; dolore leuabit,
Atq; homini satias panis, fontisq; liquentis.

Hi tamen aliquanto aliter in Sermone sexto leguntur:

λύμα πειζόσεις, νόσους δ' ἀνδρῶν ἀκλύσει,
σῆσει τε θνητότας καὶ πόσαι ἄλγεια λυγρὰ
ἐκ δὲ μῆνός τ' ἴσθης ἀφ' ἧς νόσος ἔοσσετ' ἀνδρῶν.

ἐκ δὲ μῆνός.) Et Musurus, & Symphorianus Camperius lib. 2. cap. 1. Theologiæ Orphicæ, ἐκ βίης legisse uidentur, aut aliquid tale. Nam ex fonte uiuo transferunt, cum è Græco legendū sit, Ex uno fonte. Sed magis ad rem, quàm ad literã respexisse uidentur: ad fontem nimirum salientem in uitam æternam. Sed antequam hinc digrediamur, addemus alios similes de eiusdem Christi miraculis eiusdem Sibyllæ uersus ex Serm. 3.

καὶ τότε δὴ νοσούσους ἴησεται, ἡ δ' ὑδρὶ μῶμους,

πάντας, ὅσοι τὸ ποῦ πῖσι γῆ ποιήσονται.
βλέψου δὲ τὴ τυφλοῖ, ἀπὸς βαδίσσασί τε

χωλοῖ,
λυφοῖτ' ἐσπίσσει, λαλήσσο', ὃ λαλῶντ' ὄν
δαίμονας δὲ ἐλάσει, νεκρῶν δ' ἐπανάστασις ἔσται.

λύματα πειζόσεις, καὶ ὀνημαίων γῆ χώρῳ
δὲ ἀφ' ἧς πῶντε καὶ ἰχθῦς ἐναλίσι
χελιάδ' αὖς κηρῶσι πῶντε, τὰ δὲ λέψατα τῶν 20

τῶν
δὴ δέκα πληρώσει κούινος. —

Morbis tum uarijs pressos sanabit Iesus,
Quotquot ei fident zelo sine quouis amaro.
Nam cæci cernent, claudi gradientur, & ipsi
Auribus auscultent surdi, mutiq; loquentur.
Dæmonas expellet, fetis rediua facultas.
Fluctibus incedet, tum per loca sola sequentes
Panibus ex quinis saturos, & pisce marino,
Milla quinq; uirum reddet, de fragmine multo
Bis sex ingentes cophinos complebit Iesus.

Qui Ciceronem.) de Natura deor. lib. 2. Non esse autem illud carmen furentis, tum ipsum poema declarat. Est enim magis artis & scientiæ, quàm uaticinationis & motus: tum uerò ea quæ Acrostichis dicitur, cum deinceps uersus literis connectitur, ut in quibusdā Ennians, quæ Ennius fecit. id certè magis est attentæ animi, quàm furentis, atq; in Sibyllinis ex primo uersu cuiuscunque sententiæ primis literis illius sententiæ carmen omne prætexitur. Acrostichides autē sunt iam dudum à pluribus editæ. & ex Eusebij Sermone regio citati. Augustinus li. 18. cap. 23. Ciuitatis Dei eas transferens, sic ait: Horum autem Græcorum quinque uerborum, quæ sunt ἰησοῦς χριστὸς θεὸς υἱὸς σωτῆρς, quod est Latine, Iesus Christus Dei filius Saluator: si primas literas iungas, erit ἰχθῦς, id est piscis, in quo nomine mysticè intelligitur Christus, eo quòd in huius mortalitatis abyssis, uelut in aquarum profunditate uiuere, hoc est, sine peccato esse potuerit. Sunt autem uersus Sibyllini:

ἰσοῦς

ἰδρωσὶ γὰρ χθῶν, κελσεως σημεῖον ὅτ' ἔστι.
ἦξει δ' ἄρα νόσον βασιλεὺς αἰῶσιν, ὁ μέλλων
Σάρκα πρῶν κρῖναι πᾶσαν, καὶ κόσμον ἀ-
παντα.

ὄψονται δὲ θεῶν μορφοῦν πίστιν καὶ ἀπίστον
ψῆσον μετὰ τῆν ἁγίωμ ἰδί τέρμα χρόνιο.
Σαρκοφόρον ψυχῆς δ' ἀνθρώπων, ἰδί βή-
ματι κρινεῖ

Χόρτος ὁ τ' αὐ ποτε κόσμου ὅλος, καὶ ἀκαν-
θαί γήθηται.

10 ῥιψοσιν τ' εἰδῶλα θεοτοί, καὶ πλῆθον ἀπαν-
εκκώσσει ἢ τὸ πῦρ γλῶ, ὄρανον, ἢ δὲ θάλασ-
σαν,

Ἰχνόθυον, ῥήξει τε πύλας εἰρηκτῆς αἰδέασο.
Σάρξ τὸ τε πᾶσαι. νεκρῶν δὲ ἐλευθέρου
φάσκει ἦξει

Τὸς ἀγίους ἀνόμως τε τὸ πῦρ αἰῶσιν ἐλεγεῖ.
Ὅπποσα τίς πρᾶξας ἔλαθον, τὸ τε πάντα
λαλήσει

30 Στίβει γὰρ ῥοφόροντα θεὸς φωσῆσιν ἀνοίξει.
Ὁρῶντος δ' ἐκ πάντων ἔσαι, καὶ βεγγυμὸς ὁ-
δύνῃ.

Ἐκλείψει σέλας ἡελίος, ἀστρῶν τε χορῆαι.
Ὀυρανὸν εἰλίξει, κλίμας δὲ τε φέγγος ὀλεῖται.
ψῆσσει δὲ φάραγγας, ὀλεῖ δ' ὑψώματα
βοωῶν.

ψῆσσει δ' ἐκ ἐπιλυγρὸν γὰ ἀνθρώποισι φα-
ισα τ' ὄρη πᾶσι ἔσαι, καὶ πᾶσα θάλασσα,
ὄκ εἰς πλεῖν ἦξει γὰ ἢ φρυχθεῖσα ἰσραῖνον

30 Σὺ πῆγας ποταμοὶ καχλάζοντες λείψασσι
Σάλπιγγ' δ' ὄρανόθεν φωνῶν πολυθρῶνον
ἀφισεῖ

Ὁρησά μύσος μέλλου, καὶ πύματα κόσμου
Ταρταρόν ἢ χάσκει τὸ τε δαίμων γαῖα χανδσα.
ἦξοσιν δ' ἰδί βήμα θεῶ βασιλῆδ ἀπαντες.
ῥόσσει δ' ὄρανόθεν ποταμὸς, πῦρ, ἢ δὲ τε
θεῶν.

Atq; hæc quidem in vulgatis extant editioni-
bus. Conferemus ea cum scripto codice, et cum

40 Latina quam Augustinus citat, uersione.
ἰδρωσὶ γὰρ. ἰδρωσὶ ἢ. πρῶν. πᾶσιν.
sed πρῶν melius. σαρκιφόρον. σαρκιφό-
ρον. et melius. κρινεῖ. Legitur totus uersus
sic: Σαρκοφόρον ἀνθρώπων ψυχῆς βήματι
κρινεῖ. ἀκινεῖ. ἀκινεῖ. ῥιψοσιν. Hic uersus ex scripto
adiectus est, quia eum etiā Augustinus agnoscit,
licet seriem literarum inturbet. ἰχνόθυον. ἰ-
χνόθυον. ῥήξει. φλέξει. νεκρῶν. βρο-
γῶν. δὲ ἐλευθ. ἐπελευθέρου. τῶν ἀγίους.)

50 τῶν ἁγίωμ. quā lectionem probat etiam August.
et Vines. ὅπποσα. ἠώποσα, sed literarū

series sic inturbatur. ἔσαι. ἦξει. ἐκλεί-
ψει.) Hic uersus sic legitur:

ἐκλείψει δὲ φάσκει, σέλας ἡελίοιο καὶ ἀστρῶν.
sed Augusti nostræ lectioni astipulatur. ἔκ εἰς
πλεῖν. ἔκ ἐπι πλοῦν ἔξει. Aldus. ἔκ εἰς πλοῦν
ἦξει. μέλλου. μελέου. σάλπιγγ'. Infrā

lib. 7. cap. 16. ταρταρόν. ταρταρόν. La-
ctantius lib. 7. cap. 20. sequitur scriptam lectionē.

πῦρ. πῦρ ἢ δὲ τε θεῶν. Adijciam Augusti
ni translationem.

Iudicij signum, tellus sudore madescet,
E' cælo rex adueniet per secla futurus,
Scilicet in carnem, præsens ut iudicet orbem,
Vnde Deum cernent incredulus atq; fidelis,
Celsum cum sanctis æni iam termino in ipso.
Sic animæ cum carne aderunt, quas iudicet ipse,
Cum iacet incultus densis in uepribus orbis.
Reijciēt simulachra uiri, cunctam quoq; gazam.
Exuret terras ignis, pontumq; polumq;
Inquirens tetri portas effringet auerni.
Sanctorum sedenim cunctæ lux libera carni
Tradetur, fontes æterna flamma cremabit,
Occultos actus retegens: tunc quisq; loquetur,
Secreta, atq; Deus referabit pectora luci.
Tunc erit et luctus, stridebunt dentibus omnes;
Eripitur solis iubar, et chorus interit astris.
Soluatur cælum, lunaris splendor obibit.
Deijciēt colles, ualles extollet ab imo.
Non erit in rebus hominum sublime uel altum.
Iam æquantur campis montes, et cærulea ponti
Omnia cessabunt, tellus confragta peribit.
Sic pariter fontes torrentur, fluminaq; igni.
Et tuba tunc sonitum tristem demittet ab alto
Orbe, gemēs facinus miserum, uariosq; labores:
Tartareumq; chaos monstrabit terra dehiscens.
Et coram hic Domino reges sistentur ad unum.
Decidet e' cælis ignisq; et sulphuris annis.

lib. 7. cap. 16. ταρταρόν. ταρταρόν. La-
ctantius lib. 7. cap. 20. sequitur scriptam lectionē.

πῦρ. πῦρ ἢ δὲ τε θεῶν. Adijciam Augusti
ni translationem.

Iudicij signum, tellus sudore madescet,
E' cælo rex adueniet per secla futurus,
Scilicet in carnem, præsens ut iudicet orbem,
Vnde Deum cernent incredulus atq; fidelis,
Celsum cum sanctis æni iam termino in ipso.

Sic animæ cum carne aderunt, quas iudicet ipse,
Cum iacet incultus densis in uepribus orbis.
Reijciēt simulachra uiri, cunctam quoq; gazam.
Exuret terras ignis, pontumq; polumq;
Inquirens tetri portas effringet auerni.
Sanctorum sedenim cunctæ lux libera carni
Tradetur, fontes æterna flamma cremabit,
Occultos actus retegens: tunc quisq; loquetur,
Secreta, atq; Deus referabit pectora luci.

Tunc erit et luctus, stridebunt dentibus omnes;
Eripitur solis iubar, et chorus interit astris.
Soluatur cælum, lunaris splendor obibit.
Deijciēt colles, ualles extollet ab imo.

Non erit in rebus hominum sublime uel altum.
Iam æquantur campis montes, et cærulea ponti
Omnia cessabunt, tellus confragta peribit.
Sic pariter fontes torrentur, fluminaq; igni.

Et tuba tunc sonitum tristem demittet ab alto
Orbe, gemēs facinus miserum, uariosq; labores:
Tartareumq; chaos monstrabit terra dehiscens.
Et coram hic Domino reges sistentur ad unum.
Decidet e' cælis ignisq; et sulphuris annis.

In scripto libro et apud Aldum adijcitur etiā
uocabulum saugōs, in hunc modum:

σημα δὲ πᾶσι θεοτοίσι τὸ τε σφραγῖς ἐπι-
σημεῖον

τὸ ξύλον γὰ πιστοῖς, τὸ κέρως τὸ ποθὺ μῦθ' ἔσαι
αὐθῶν δύσεβῶν ζωῆ, πρὸ σοσημῆ καὶ κόσμου
ὑδάσι φωτίζωμ κελσεῖς γὰ δ' ὄρανον. πῆγας.
ῥάβδος ποιμαίνουσα, σιδερέα τε κρατῆσει.
ἄτος ἔν πῶ γραφῆς γὰ ἀκροσῆχισιν θεὸς ἡ-
μῶν

σωτῆρ ἀθάνατος βασιλεὺς, ὁ παθῶν γῆρα
ἡμῶν.

Aldus, ἀρῖ δὲ κε τοῦ οἴου. σιδερέα γε ἄτ' ὅ-
δ' νῦν ἀκροσῆχῆς. Transtulit has acrostichidas
elegantem etiam Gyraldus Ferrariensis in Histo-

ria Poetarum: qui libri, quia in doctorum manibus uersantur, hisce inferere superfedeo. Varro nempe. De quo lege sextum caput libri primi: Et 22. caput libri de Ira Dei. Antè obierunt.) Secundum Eusebij rationem, Cicero annis XL ante Christum natum obiit: Varro uerò annis XXVI. Ceterum Sibyllam Erythraeam alij temporibus Urbis conditæ, alij Tro-

iani excidij tribuunt. Verum non dubitatio.) Arg. ab euentu. Ait enim.) Sermone tertio. ἐπὶ τῆς ἐπιθυμίας. φησὶ μὲν.) φησὶ μὲν. μεγαλοιο.) μεγαλῶ. Versus sic reddi
— Dicentq; Sibyllam (dimus:
Insanam, falsam. Postquam uerò omnia facta
Sunt, memores tum me non amplius, ulli
Insanam dicent, uatem sed cunctipotentis.

De passione Christi, quòd summam uirtutem contineat: Et ueram sapientiã
Et ueritatem, sicut propheta fuerunt prælocuti.

CAP. XVI.

VENIO nunc ad ipsam passionem, quæ uelut opprobrium nobis obiecta
ri solet, quòd & hominem, & ab hominibus insigni supplicio affectum
& excruciatum colamus: ut doceã, eam ipsam passionem ab eo cum magna
& diuina ratione susceptam, & in ea sola & uirtutem & ueritatem & sapien-
tiam contineri. Neq; enim si beatissimus interea fuisset, & per omnem uitam
in summa felicitate regnasset, quisquam illum sapiens, aut Deum credidisset,
aut honore diuino dignum iudicasset. Quod faciunt ueræ religionis exper-
tes: qui caducas opes, & fragilem potentiam, & alieni beneficij bona nõ tan-
tum suscipiunt, uerum etiam consecrant, & scientes memoria mortuorũ de-
seruiunt, fortunam iam extinctam colentes: quam ne uiuam quidem, præsen-
temq; sapientes colendam sibi unquam putauerunt. Nec enim potest aliquid
in rebus terrenis esse uenerabile, celoq; dignum: sed sola est uirtus, sola iusti-
cia, quæ potest uerum bonum, & cœleste, & perpetuum iudicari: quia nec da-
tur cuiquam, nec aufertur. qua uirtute ac iusticia, quoniã Christus instructus
uenit in terram, imò uerò, quoniã ipse uirtus & iusticia est, descendit ut eam
doceret, hominẽq; formaret: quo magisterio ac Dei legatione perfunctus,
ob eam ipsam uirtutem, quam simul & docuit & fecit, ab omnibus gentibus
& meruit & potuit Deus credi. Ergo cum magnus populus ad eum uel ob
iusticiam quam docebat, uel ob miracula quæ faciebat subinde conflueret,
& præcepta eius audiret, & à Deo missum Deiq; filiũ crederet: tum primo-
res Iudæorum, & sacerdotes ira stimulatĩ, quòd ab eo tanquam peccatores
increpabantur, & inuidia deprauatĩ, quòd confluyente ad eum multitudine
contemni se ac deserĩ uidebant, & (quod caput sceleris illorum fuit) stulti-
cia & errore cæcati, & immemores præceptorum cœlestium, ac prophetarũ,
coierunt aduersus eum, impiumq; cõsilium de eo tollendo cruciandoq; cœ-
perunt: quod propheta multo antè scripserant. Nam & Dauid in principio
Psalmorum suorum præuidens in spiritu, quantum facinus admissuri essent,
beatum esse ait qui non abierit in consilio impiorũ. Et Solomon in libro Sa-
pientiæ, his uersibus usus est: Circumueniamus iustum, quoniam insuauis est
nobis, & contrarius in operibus nostris, & exprobrat nobis peccata legis, &
diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ: promittit se scientiam Dei habere,
& filium Dei se nominat: factus est nobis in traductionem cogitationũ no-
strarum: grauis est nobis etiam ad uidendum, quoniam dissimilis est alijs ui-
ra illius, & immutata sunt uia illius, tanquã nugaces æstimati sumus ab eo:
continet se à uis nostris, quasi ab immunditijs, & præfert nouissima iustorũ,
& gloriatur, se patrem Deum habere. Videamus ergo si sermones illius ueri
sunt, & tentemus quæ uentura sunt illi: contumelijs & tormentis interroge-
mus eum, ut sciamus reuerentiam illius, & probemus patientiam illius: mor-
te turpissima condemnemus eum. Hæc cogitauerunt, & errauerunt. Excæ-
cauit enim illos stulticia ipsorum, & nescierunt sacramenta Dei. Non ne ita
descripsit

descripsit nefarium illud consilium ab impijs inritum contra Deum, ut planè interfuisse uideatur: atqui à Solomone, qui hæc cecinit, usq; ad id tēpus quo gesta res est, mille ac decē anni fuerunt. Nihil nos affingimus, nihil addimus. Habebant hæc, qui fecerunt: legebāt, in quos hæc dicta sunt, sed & nunc hæredes nominis ac sceleris illorum hæc & habent, & damnationem suam prophetarum uoce prædictam quotidianis lectionibus personant, nec aliquando in cor suū, quæ pars est ipsa damnationis admittūt. Increpiti ergo à Christo saepe Iudæi, exprobrante illis peccata, & iniusticias, & à populo penè deferti, concitati sunt ad eum necandum. Cuius rei audaciam dedit illis humilitas eius. Nam cūm legerent, cum quanta uirtute & claritate filius Dei uenturus esset è cœlo, Iesum autem cernerent humilem, quietum, sordidum, infortunatum: non credebant, filiū Dei esse ignorantes, duos eius aduentus à prophetis esse prædictos: primum in humilitate carnis obscurum: secundum in fortitudine maiestatis manifestum. De primo Dauid in Psal. 71. sic ait: Descēdet sicut pluuia in uellus, & orietur in diebus eius iusticia, & abundātia pacis, donec extollatur luna. Sicut enim pluuia, si descendat in uellus, animaduerti nō potest, quia strepitum non facit: ita Christum in terram sine cuiusquam suspiratione uenturum esse dixit, ut iusticiā doceret, & pacem. Esaias quoq; ita tradidit: Domine quis credidit auditui nostro: & brachium Domini cui reuelatum est: Annunciauimus coram ipso sicut pueri, & sicut radix in terra sitienti. Non est figura eius, neq; claritas: & uidimus illum, & non habuit figuram neq; decorē: sed figura eius sine honore, & deficiēs præter cæteros homines, homo in plaga positus sciēs ferre imbecillitatē, quia auersus est, & nō est cōputatus. Hic peccata nostra portat, & pro nobis hic dolet, & nos putauimus ipsum esse in dolore, & in plaga, & in uexatione. Ipse autē uulneratus est propter facinora nostra, & infirmatus est propter peccata nostra: doctrina pacis nostræ super illū: liuore eius nos sanati sumus. Omnes sicut oues errauimus: & Deus tradidit illū pro peccatis nostris. Et Sibylla eodē modo locuta est:

οὐκ ἔπος, ἀνεμῶ, ἀμωφῶ, ὅτι οὐκ ἔπος ἐλάττω δάσσει.

Propter hanc humilitatem, Deum suum non agnoscentes, inierunt consiliū detestandum, ut priuarent eum uita, qui ut eos uiuificaret, aduenerat.

COMMENTARIUS.

Quaquam totus hic quartus liber epideictici generis est, ita ut ferè singula capita ex singulis demonstratiui generis locis petita sint: animaduertere tamen est, in singulis ferè capitibus singulas institui disputationes, quæ in uniuersum omnes sunt generis iudicialis. Atq; adeo caput hoc uersatur in statu qualitatis. Non inuis quidem inficias, Christum esse passum: sed eam passionem adeo non ignominiosam esse cōtendimus, ut eam cum Paulo in summam asseramus gloriā. Iudæis offendiculo quidem erat, & gentibus stulticia, Deum adorare crucifixum: sed rem rectè reputantibus, ipsa cruce gloriosius est nihil. Quæ uelut opprob.) *Διὸ τὸ ἀσπῆς, ἀτιθαυοῦ, ἀδύνατον, ἀνάγκη δὲ τοῦ, ἵν' τὸ ἀπῆρες,* talia quidem rationi uidentur, sed cæcutienti, nec dum diuina & cœlesti luce illuminata. Non tantū suscipiunt.) Malim legere suspiciunt, id est admirantur. Nec enim.) Maior, *ἀτιθου.* Qua uirtute.) Minor, *λεξιμῶν,* quod

in aduersarios retorquet per instantiam. Atq; ita detegitur causa efficiens passionis Dominicæ, secundaria illa quidem, nempe liuor & odium.

Ac deseri.) Numeratur hæc quoq; iræ causa ab Aristotele in Rhet. Dauid.) Psal. 1. Generalis quidem sentētia in omnes impios, & innocentia insidiatores. Sed quia Dominus Christus ipsa fuit innocētia, hoc dictum Dauidicum mirabiliter in sacerdotes & scribas Domini accusatores quadrat. Et Solomon.) in cap. 2. Sapientia, quo in eos inuebitur, qui resurrectionis spem explodentes, summum bonum in uoluptate ponūt, & equitatemq; ex libidine meriuntur. Quibus persimiles fuerunt Christi insidiatores.

Mille & decem.) Eusebius numerat à Salomone & prima templi ædificatione ad Christi passionem, annos M. LX. Hæredes.) Ita ut sibi ipsi fuerint uaticinati, clamantes ad præsedem: Sanguis eius super nos, & filios nostros.

Pars est damnat.) Iuxta illud quod ex 6.

Esaiæ cap. citat ipse Christus Ioan. 12. Excæcavit oculos eorum, & induravit cor eorum, ne uideant oculis, & c. Nam peccata peccatorum peccatas esse, etiam Scholastici docuerunt. Sentent. li. 2. dist. 36. Cuius rei aud.) αὐδύσις, à duplici aduentu. Psal. 71.) secundū Heb. 72. Esaias quoq; .) capite 53. Domine, quis.) Domine iuxta LXX. additur, sicut apud Ioannem capite duodecimo, & Paulum capite decimo ad Romanos. Quo loco uide annotationes Erasmi super uocabulo τῆ ἀνοῖα, quod ipse uertit, uerbis uel sermonibus. Eodem modo Paulus ad Thessalonicenses. & Heb. λόγον τῆ ἀνοῖα dixit, & ad Gal. ἀνοῖα τῆς καρδίας. Annun-

ciamus coram.) Hebræi legunt, Et ascendit sicut uirgultum coram eo. LXX. ἀνῆγγυλάμην ὡς πᾶσι δῖον φῶς αὐτοῦ. Augustin. Annunciabimus coram illo, ut infans. Quid multis? Apud humanum iudicium τῆ ἀνοῖα est, summā potentiā in humilitate querere. Carnalis Iudæorum sapientia tam sagax non erat, ut intelligeret quid nam illud esset quod Zachar. prædixerat: Rex tuus uenit tibi mansuetus. Et Sibylla.) eadem Erythraea Sermone 8. Legebatur hic uersus in scripto libro mancus: Est miser, infamis, deformis, spem miseris dans. Priuarēt eum uita.) Elegans antimetabolēs siue commutationis exemplum.

Quòd calumniati sunt eum quasi legis destructorem: & de circumcissione: & quare in illo inssa sit fieri membro: & quare prohibitum sit carne suilla uesci. CAP. XVII.

Sed iræ atq; inuidiæ suæ, quam in cordibus suis gerebant, intus inclusa marret, id est quòd sabbatis non uacaret, operans in salutem hominum, quòd circumcissionē uacuefaceret, quòd abstinentiam suillę carnis auferret. In quibus rebus Iudaicæ religionis sacramenta consistunt. Ob hæc itaq; cætera pars populi, quæ nondum ad Christum secesserat, à sacerdotibus incitabatur, ut impium iudicaret eum, quòd legem Dei solueret: cū hoc ille non suo iudicio, sed ex Dei uoluntate, & secundum prædicta faceret prophetarum. Michæas enim nouam legem daturum enunciauit hoc modo: Lex de Syon proficisce tur, & sermo Domini ex Hierusalem, & iudicabit inter plurimos populos, & reuincet, & diliget ualidas nationes. Illa enim prior lex quæ per Moysen data est, non in monte Syon, sed in monte Oreb data est: quam Sibylla, fore ut à filio Dei solueretur, ostendit:

ἀλλ' ὅτι τοῦτ' αὐ ἀπαντα τελειωθῆ, ἀπὸρ εἶπὸν,
εἰς αὐτὸν πᾶς λύσεται νόμος.

Sed & ipse Moyses, per quem datam sibi legem dum pertinaciter tuentur, exciderunt à Deo, & Deum non agnouerunt: prædixerat fore, ut propheta maximus mittatur à Deo, qui sit supra legem, qui uoluntatem Dei ad homines perferat. In Deuteronomio ita scriptum reliquit: Et dixit Dominus ad me: Prophetam excitabo eis de fratribus eorum sicut te, & dabo uerbum meum in os eius: & loquetur ad eos ea quæ præcepero ei: & quisquis non audierit ea quæ loquetur propheta ille in nomine meo, ego uindicabo in eum. De nunciauit scilicet Dominus per ipsum legiferum, quòd filium suum, id est, uiam præsentemq; legem missurus esset, & illam ueterem per mortalem datā soluturus: ut denuò per eum qui esset æternus, legem sanciret æternam. Item de circumcissione soluēda Esaias: Hæc dicit Dominus uiris Iuda qui inhabitāt Hierusalem: Reuocate inter uos nouitatem, & ne seminaueritis in spinis. Circuncidite uos Domino Deo uestro, & circuncidite præputiū cordis uestri, ne exeat ira mea sicut ignis, & non sit qui extinguat. Item Moyses ipse: In nouissimis diebus circuncidet Deus cor tuum, ad Dominū Deum tuum amandum. Item Iesus Naue successor eius: Et dixit Dominus ad Iesum: Facti tibi cul tellos petrinos nimis acutos, & sede, & circuncide secundò filios Iſrael. Secundam circumcissionem futuram esse dixit, nō carnis, sicut fuit prima, qua etiam nunc Iudæi utuntur, sed cordis ac spiritus, quam tradidit Christus, qui uerus Iesus

Iesus fuit. Non enim propheta sic ait: Et dixit Dominus ad me, sed ad Iesum: ut ostenderet quod non de se loqueretur, sed de Christo, ad quem tunc Deus loquebatur. Christi enim figuram gerebat ille Iesus: qui cum primū Auses uocaretur, Moses futura presentiens, iussit eum Iesum uocari, ut quoniam dux militiæ delectus esset aduersus Amalech qui oppugnabat filios Israel, & aduersarium debellaret per nominis figuram, & populum in terram promissionis induceret. Et idcirco etiam Moli successit, ut ostenderet nouā legem per Christum Iesum datam, ueteri legi successurā, quæ data per Moysen fuit. Nam illa carnis circumcisio non caret utiq; ratione: quia si Deus id uellet, sic à principio formasset hominem, ut præputium non haberet. sed huius secundæ circumcisionis figura erat significans, nudandū esse pectus, id est, aperto & simplici corde oportere nos uiuere: quoniam pars illa corporis quæ circumcidi-tur, habet quandam similitudinem cordis, & est pudenda. Ob hanc causam Deus nudari eam iussit, ut hoc argumento nos admoneret, ne inuolutum pectus haberemus, id est, ne quod pudendum facinus intra conscientiæ secreta uelemus. Hæc est cordis circumcisio, de qua propheta loquuntur, quā Deus à carne mortali ad animam transtulit, quæ sola mansura est. Volens enim uitæ ac salutis nostræ pro æterna sua pietate consulere, pœnitentiam nobis in illa circumcisione proposuit, & ut si cor nudauerimus, id est si peccata nostra confessi satis Deo fecerimus, ueniam consequamur, quæ contumacibus, & admissa sua celantibus denegatur ab eo, qui non faciem, sicut homo, sed intima & arcana pectoris intuetur. Eodem spectat etiā carnis suillæ interdictio, à qua cum eos abstinere Deus iussit, id potissimū uoluit intelligi, ut se à peccatis atq; immunditijs abstinerent. Est enim lutulentum hoc animal & immundum, nec unquā cœlum aspicit, sed in terra toto & corpore & ore proiectum, uētri semper & pabulo seruit: nec ullū alium, dum uiuit, præstare usum potest, sicut cæteræ animantes, quæ uel sedenti uehiculū præbent, uel in cultibus agrorum iuuant, uel plaustra collo trahunt, uel onera tergo gestant, uel indumentū exuuijs suis exhibent, uel copia lactis exuberant, uel custodiendis domibus inuigilant. Interdixit ergo, ne porcina carne uescerentur, id est, ne uitam porcorum imitarentur, qui ad solam mortem nutriuntur: ne uentri, ac uoluptatibus seruentes, ad faciendam iusticiam inutiles essent, ac morte afficerentur. Item ne se fœdis libidinibus immergerent, sicut sus quæ se ingurgitat cœno: uel ne terrenis seruiant simulacris, ac se luto inquinent. Luto enim se oblinunt, qui Deos, id est, qui lutum terramq; uenerantur, si uniuersa præcepta Iudaicæ legis ad exhibendam iusticiam spectant, quoniam per ambages data sunt, per carnalium figuram spiritualia noscerentur.

C O M M E N T A R I V S.

40 *Questio huius capitis est, utrum Christus legem soluere uoluerit. Status legitimus est: probat enim nec legem ueram, nec ueram fuisse religionem, de qua actores uehementer gloriabantur. Controuertitur ergo, quæ uera sit religio, quis sensus legū, an leges illæ genuinæ fuerint. Quare bona ex parte controuersia est ex scripto & sententia. Sunt autem tria criminationis capita, quæ ordine confutat. Inclusa malicia. (Rectius quàm inclusam maliciā. Vacuefaceret.) Videtur respicere ad uerbum *καταργεῖν*, quod Paulus amat. Abstinentiam suillæ.) Nuppiam hoc expressum est in literis Euangelicis. Secefferat.) Nota, secedendi uerbum*

*in partem bonam accipi. Nota item, licere secessionem ab ijs facere, qui Mosæ cathedram contra ius & fas occupant. Michæas. cap. 4. & Esaia 2. Obserua regulam *ἡ ἀνωμοτίας*, quæ prior lex per posteriorem aboletur. Oreb.) Mons in deserto Arabiæ, alij Choreb scribunt. Sunt qui putant eundem esse cum Sina, in qua opinione fuit etiam Lactantius. Reuincet & diliget.) Apud utrumq; prophetam est, arguet, *ὁ θεὸς ἰσραὴλ*. Quid autem diligendi uerbum sibi uelit, non intelligo, nisi forte *ἐκλέξαι* aliquis legere maluerit. Quod tamē cū sensu pugnare uidetur, quanquā aliæ lectiones habeat, diriget. Sibyl la.) Erythraea sermone 8. Nos sic exposuimus:*

Sed postquam cōpleta ea sunt quæ cōmemorauit
Singula, tunc in eo lex mox abolebitur omnis.
eis αὐτὸ πᾶσι.) Hic uersus sic legitur in scripto
codice: εἰς αὐτὸ τότε πᾶσι λέγει νόμος ὅς τις
ἀπὸ χηρῶν. Ipse Moses.) Voluntas legistato-
ris interpretatur scriptum. In Deuterono-
mio.) 18. Citatur etiā à Stephano in Act. cap.
7. Et ei quisquis.) Lege: Quæ præcepe-
ro ei, et quisquis. Ego uindictabo in eū.)
ἐγὼ ἐκδικήσω ἕξ αὐτοῦ. Aeternus.) A cō-
iugatis. Esaias.) Memoria lapsus est, Esaiā
pro Hieremia citans. Locus est Hier. 4. No-
uitatem.) νεώστετε ἐαυτοῖς νεώματα. νεα-
γῶς alio nomine uocant Noualia, hoc est, agros
intermissos, ut nouentur. Miror Lactantiū perpe-
tuam prophetæ metaphoram nō animaduertisse,
per noualia intelligere nouationē uitæ, quæ (quæ-
admodū ager cultu intermissus) subinde innoua-
tione opus habet. In spinis.) Vel ipso Chri-
sto exponente, spinæ curas huius seculi sunt in-
telligendæ. Præputium cordis uestri.)
ἡ σκληροκαρδία τῶν ὑμῶν, LXX. habent.
Item Moses ipse.) Deut. 30. Obserua quod
testimonia hæc omnia uim præiudicij habent.
Auses.) αὐσὺς ὅς ναὺν: LXX. Hebræi,
Hosea filius Nun: Numer. 13 Meminit August.
lib. 16. Ciui. cap. 43. Tertul. aduersus Iudæos de
his omnib. differit ita, ut Lactātius eum sequutus
uideatur. Amalech.) Exodi 17. Suc-
cessuram.) Iosua primo, Ioseph. lib. 5. cap. 1.
Similitudinem cordis.) τὸ ἀκροῦ τῆς καρ-
δίας Βάλαου ἀ similitudine Græci, sicut Latini
glandē appellatūt, præputiū aut Græcis ποδῆν,
Quæ causa, & quis fuerit ordo Dominicæ passionis: & quibus sit prænunciata

oraculis. CAP. XVIII.

Cum igitur ea, quæ Deus fieri uoluit, quæq; per prophetas suos multis
seculis antè prædixit, Christus impleret, ob ea incitati, & diuinas literas
nescientes, coierunt, ut Deum suum condemnarent. Quod cum sciret futu-
rum, ac subinde diceret, oportere se pati ac interfici pro salute multorum, se-
cessit tamen cum discipulis suis, non ut uitaret, quod necesse erat perpeti ac
sustinere, sed ut ostenderet, quod ita fieri oporteat in omni persecutione, ne
sua quis culpa incidisse uideatur: ac denunciauit fore, ut ab uno eorum pro-
deretur. Itaq; Iudas præmio illectus tradidit eum Iudæis. At illi comprehen-
sum, ac Pontio Pilato qui tum legatus Syriam regebat, oblatum, cruci affigi
postulauerunt, obijcientes ei nihil aliud, nisi quod diceret se filium Dei esse,
& regem Iudæorū. Item quod dixerat: Si solueritis hoc templum, quod ædifi-
catum est annis XLVI. ego illud in triduo sine manibus resuscitabo, signifi-
cans, breui futuram passionem suam, & se à Iudæis interfectum, tertio die re-
surrecturum. Ipse enim erat uerum Dei templum. Has uoces eius tanquam
falsas, & impias insectabantur. Quæ cum Pilatus audisset, & ille in defensio-
nem sui nihil diceret, pronunciauit, nihil in eo damnatione dignū uideri. At
iniustissimi accusatores cum populo quæ incitauerāt, succlamare cœperunt,
&

in sacris uero literis ἀποβυστία, quasi summitatis
tegumēiū. βύσσι enim cōtego significat. De quib-
copiosius Pollux li. 2. De circuncisione cordis fe-
rè in omnib. Pauli epistolis mentio fit. Phil. 3. dicit
eos esse Deo circuncisos, qui spiritu Deo seruiūt,
non est nostrū institutū spirituale circuncisionem
pertractare. Hinc Stephanus Iudæos incircunci-
sos corde appellat, ex Deut. 10. Carnis suil-
læ interdictio.) Quæ facta est Leuit. 11.
Deut. 14. Suprà indicauit porcinae carnis interd-
ctionē nusquā nuncupatū in Euangelica taxari
historia. In genere sanè superstitionē omnē notat,
significans ea inquinare hominē quæ exeunt, non
quæ intrant. Certè creditū obseruariūq; est, hoies
eorū animalū induere mores, quorū uel lacte nu-
trirētur, uel quorū uescerētur carib. Qualis autē
natura suib. Iu, indicat optime Petrus in sua posse-
riore Canonica, ca. 2. ubi eos q postquā uentans
uā cognouerūt, rursus ad priorē immundiciē re-
uoluūtur, notat his uerbis: οὐ μὲν ἐβύκη ἡ αὐτοῖς
τὸ εἶναι ἀληθῆς παρομιλάς, ἀλλὰ ἡ ἀπιστία
αὐτῶν τὸ ἴδιον ἕξ ὄραμα, καὶ ὅς λαομαδίαν εἰς ἐν-
λίσιμα ἐορθόζα. Varro de Re rust. li. 2. ca. 4. Sul-
lū pecus donatū à natura dicūt ad epulandū, itaq;
ijs animā datā pro sale, qui seruaret carnē. Cuius
etiā Cicero meminit in 5. de Finib. et Plin. li. 8. ca.
51. Festiuus est Augusti Cæsaris in Herodē iocus
apud Macrobiū, cū audisset, inter pueros quos in
Syria Herodes rex Iudæorū intra bimātū iussit
interfici, filiū quoq; eius occisum, ait: Melius est
Herodis porcū esse q̄ filiū: notās superstitionem,
& immanitatē. Arcana pecc. intuent.)
Vnde λαοδρογνώσις, in Actis Deus appellatūt.

& crucē eius intolentis uocibus flagitare. Tum Pontius & illorū clamoribus, & Herodis Tetrachæ instigatione metuētis ne regno pelleretur, uictus est. Nec tamē ipse sententiā protulit, sed tradidit eum Iudæis, ut ipsi de illo secundum legē suā iudicēt. Duxerūt ergo flagellis uerberatū, & prius quā cruci affligerent, illuserūt: indutum enim coloris punicei ueste, ac spinis coronatū, quali regē salutauerūt, & dederūt ei cibū fellis, & miscuerūt ei aceti potionē. Post hæc cōspuerunt faciē eius, & palmis ceciderūt. Cumq̄ ipsi carnifices de uestimentis eius contenderēt: fortiti sunt inter se de tunica & pallio. Et cum hæc omnia fierēt, nullā uocem ex ore suo, tanquā si mutus esset, emisit. Tum ¹⁰ suspenderūt eum inter duos noxios mediū, qui ob latrocinia damnati erant, cruciq̄ affixerūt. Quid ego hīc in tanto facinore deplorē? aut quibus uerbis tantū nefas cōquerar? Non enim Gauianā crucē describimus, quā M. Tull. uniuersæ eloquētiæ suæ neruis ac uiribus, uelut effulsis totius ingenij fontibus profecutus est, facinus indignū esse proclamās, ciuē Romanū cōtra omnes leges in crucē esse sublatū. Qui quamuis innocēs fuerit, & illo supplicio indignus, mortalis tamē, & ab homine scelesto qui iusticiam ignoraret, affectus est. Quid de huius crucis indignitate dicemus, in qua Deus à cultoribus Dei suspensus est, atq̄ suffixus? Quis tam facundus, & tanta rerū uerborūq̄ copia instructus existet? quæ oratio tantæ affluētiæ ubertate decurrēs, ut illā ²⁰ crucē meritō deploret, quā mundus ipse, & tota mundi elementa luxerunt? Hæc autem sic futura fuisse, & prophetarum uocibus, & Sibyllinis carminibus denunciatum est. Apud Esaiam inscriptum est: Non sum cōtumax, neq̄ contradico: dorsum meum posui ad flagella, & maxillas meas ad palmas: faciem autem meam non auerti à sceditate sputorum. Similiter David in Psalmo 34. Congregata sunt super me flagella, & ignorauerūt: dissoluti sunt, nec compuncti sunt, tentauerunt me, & deriserunt me derisu: & striderunt super me dentibus suis. Sibylla quoq̄ eadem futura monstrauit:

³⁰ *Εἰς αὐτῶν χεῖρας καὶ ἀπίστων ὑπέρορον ἤξει,
Δώσουσι δὲ θανάσιμα χερσὶν αὐτῶν οἰς,
καὶ σόμασιν μάρτυροι τὰ πνεύματα φαρμακόνων τὰ
δώσει δὲ εἰς μάστιγας ἀπλῶς ἀγνοῦν τὸ τε νότον.*

Item de silentio eius, quod usq̄ ad mortem pertinaciter tenuit, Esaias iterum sic locutus est: Sicut ouis ad immolandum ductus est, & sicut agnus corā ton-

*καὶ κολαζέουσα σιγήσει μή τις ᾄδῃνῶ
τίς λόγος ἢ πόθον ἤλθῃ, ἵνα φθιμένοισι λαλήσῃ
καὶ σέφανον φορέσει τὸν ἀκαήθινον.*

dentibus se sine uoce, sic non aperuit os suum. Et Sibylla supradicta: De cibo uerò & potu, quem antequam eum figerent, illi obtulerunt, David in Psalmo 68. sic ait: Et dederunt in escam meam fel: & in siti mea potum mihi ⁴⁰ dederunt acetum. Idem hoc futurum etiam Sibylla concionata est:

*Εἰς δὲ τὸ βρώμα χολῶν, καὶ εἰς δὲ ψαυ ὄξος ἔδωκαν,
τῆς ἀφιλοφρονίης ταύτης δειξέσει πράπειλαν.*

Et alia Sibylla Iudæam terram his uersibus increpat:

*Αὐτὴ γὰρ σὺ ἀφρω τὸν σὸν θεὸν ἐκ γίνουσας
παίξου τ' ἐν θνητοῖσι νοήμασιν ἀλλὰ κ' ἀκαήθεις
ἐσεύσας σεφάνων, φοβερῶν τε χολῶν ἐκδράσας.*

Fore autem ut Iudæi manus inferrent Deo suo, eumq̄ interficerent, testimonia prophetarum hæc antè censuerunt. Apud Esdram ita scriptū est: Et dixit Esdras ad populū: Hoc Pascha Saluator noster est, & refugiū nostrū: cogitate, & ascēdat in cor uestrū, quoniā habemus humiliare eum in ligno: & post hæc sperabimus in eum, ne deferatur hic locus in æternum tempus, dicit Dominus Deus uirtutum. Si nō credideritis ei, neq̄ exaudieritis annuntiacionē ⁵⁰ eius,

eius, eritis derisio in gentibus. Vnde apparet, ludæos nullam aliam spem habere, nisi se abluerint à sanguine, ac sperauerint in eum ipsum, quem negauerunt. Esaias quoque facinus eorum designat, & dicit: In humilitate eius iudicium sublatum est. Natiuitatem eius quis enarrabit? quoniam auferetur à terra uita eius: à facinoribus populi mei abductus est ad mortem. & dabo malos pro sepultura eius, & diuites pro morte eius: quia facinus non fecit, neque insidias ore suo locutus est. Propterea ipse consequetur multos, & fortium diuidet spolia: propterea quod traditus est ad mortem, & inter facinorosos deputatus est: & ipse peccatum multorum pertulit: & propter facinora illorum traditus est. Dauid quoque in Psalmo 93. Captabunt in animam iusti, & sanguinem innocentem condemnabunt: & factus est mihi Dominus in refugium. Et Hieremias: Domine significa mihi, & cognoscam, tunc uidi meditationes eorum: sicut agnus sine macula perductus sum ad uictimam: in me cogitauerunt cogitationem, dicentes: Venite mittamus lignum in panem eius, & eradamus e terra uitam eius: & nomen eius non erit in memoria amplius. Lignum autem crucem significat, & panem corpus eius: quia ipse est cibus & uita hominum, qui credunt in carnem quam portauit, & in crucem in qua pependit. De qua tamè apertius ipse Moses in Deuteronomio ita prædicauit: Et erit pendens uita tua ante oculos tuos: & timebis die ac nocte, & non credes uite tue. Idem rursus in Numeris: Non quasi homo Dominus suspenditur, neque quasi filius hominis minas patitur. Zacharias etiam sic tradidit: Et intuebuntur in me, quem transfixerunt. Item Dauid in Psalmo 21. Effoderunt manus meas, & pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea: ipsi autem contemplati sunt, & uiderunt me: diuiserunt sibi uestimenta mea, super uestem meam sortem miserunt. Quæ utique propheta non de se locutus est. Fuit enim rex, & nunquam perpeffus est illa. Sed spiritus Dei per eum loquebatur, qui fuerat illa passurus post annos mille & quinquaginta. Tot enim colliguntur anni à regno Dauid usque ad crucem Christi. Sed & Solomon filius eius, qui Hierosolymam condidit, eam ipsam perituram esse in ultionem sanctæ crucis, prophetauit. Quod si auertimini à me, dicit Dominus, & non custodieritis ueritatem meam: reijciam Israel à terra, quam dedi illis: & domum hanc, quam ædificauis illis in nomine meo, proijciam illam ex gentibus, & erit Israel in perditionem, & in opprobrium populo, & domus hæc erit deserta: & omnis qui transibit per illam, admirabitur, & dicet: Propter quam rem fecit Dominus terræ huic, & huic domui hæc mala? Et dicent: Quia reliquerunt Dominum Deum suum, & persecuti sunt regem suum dilectissimum Deo, & cruciauerunt illum in humilitate magna, propter hoc importauit illis Deus mala hæc.

C O M M E N T A R I V S.

Prior huius capitis pars historiam & seriem passionis Dominicæ à *ἀδριανῶν* conscriptam continet. Altera inuentionem in ludæorum impietatem, quam per comparationem epideicticam amplificat. Tertia colligit tam prophetica, quam Sibyllina. Quæ omnia docet, Christum sic pati oportuisse. Sequitur autem genus meditationis paedagogicum: non enim obliuiscitur autor tituli, qui libros suos De institutione Christiana inscripsit. Oportere se pati. Matth. 16. Mar. 8. Luc. 9. & 17. Secelsit. Secelsit ad mare. Mar. 3: clausa ianua elapsus, & in occulto diu uersatus, cum tempus ipsius non esset: Ioan. 7. & cum præcipitaturi ipsum essent de monte, è medio ipsorum

elapsus est. Luc. 3. Pericula uero uitæ adesse, multa patrum exempla docet: ut Moyses, Iacobi, Dauidis, ipsiusque, adeo Pauli etiã, qui in sporta demissus de muro Damasci, fuga salutem consuluit: Act. 9. & 2. Cor. 11. Sed Christi cautio non hoc tantum indicat, sed etiam passionem non temerè ab ipso, sed diuino consilio esse susceptam. Ut ab uno eorum. Matth. 26. Mar. 14. Luc. 22. Hunc scilicet Iudam ob id *ἰδὲν Ἰσκαριώτης* appellat Ioannes 17. Pontio Pilato, qui tunc legatus. *ἰσχυρῶνα* ipsum historie euangelicæ appellant. Tertullianus procuratorem fuisse indicat. Legati & procuratoris auctoritas minor erat, quam eorum qui proconsulari dignitate

ignitate erant à Cesare ornati; de quo vide Alciatum in libello de Magistrat. Si solueritis.) Ioan. 2. In defensionem.) Qui pro conscientia (ut Tertull. inquit) Christianus erat. Illi iustissimi. Alias iniustissimi; sed antiphrasis rotundior est. Herodis metuentis.) Rectè ergo Iambi Ecclesiastici:

Hostis Herodes impie,
Christum uenire quid times?

Non arripit mortalia,
Qui regna dat cœlestia.

Et dederunt ei cibum.) ὄσδρου πρῶτον γοῦ, seu anticipatio. Tanquã simutus.) Videtur alludere ad illud Propheticum quod paulo post ex Esaiã citabit: Et sicut agnus corã tondeute se mutus erit, & non aperiet os suum, &c. Sic enim Philippus quoq; exponit in Actis Apostolorũ cap. 8. Gauianam.) Sic enim Gryphus ex emendationibus Ciceronis editionibus emendauit. Est autẽ locus in 7. Verrina, ubi in uetustiorib. libris Gannius pro Gaius legebatur: quam lectionem Cratander sequutus fuit. Nam Gauinta & antiqua Romana editio, & hos sequuntur reliquæ quoq; habent pro Gaiio Gabiniã num, satis corrupte. P. Gaius Confanus uocabatur, quem Verres contra ius, contraq; leges uirgis cæsum cruci affixerat; hoc est, affecerat feruili supplicio. Eloquentiã suã nertis.) Etiam hæc lectio tersior & purior est, quã eorum qui legunt, uerbis. Et tot elementa.) De quo in sequenti capite ipse Lact. scribit. Apud Esaiã.) capite 50.

Non sum contumax.) ἄν ἀπεθῶ. Hebraicis idem sensus est integer, mutatis aliquanto uerbis. Psal. 34.) Hebr. 35. Quorum tamen ueritas à LXX interpretatione uehementer discrepat. Et ignorauerunt.) καὶ ἄν ἔγνωῦ quòd in prima singularis translulere.

Dissoluti sunt.) διεξιδιόσω. Compositi sunt.) καὶ συνύνοσαι. κατεννεγῶ autem pœnitudinis uerbum est, compositum à νύττω, id est stimulo, punzo. Quo uerbo etiam Lucas in Actis usus est, cap. 2. ubi significat populũ Hierosolymitanum ad prædicationem Petri pœnitudine ductũ doluisse: ἀκρόσωτες, inquit, κατεννεγασαὶ τῆ καρδία. Inde τὸ πνεῦμα κατεννεγῆτος, id est spiritus cõpunctionis: Rom. 11. Et deriserunt derisu.) Naso suspenderunt, ut Satyricus ait: ὁ ζευκτῆς οὐ μὲν κτεροσμῶ.

Sibylla quoq;.) Erythraea, Sermone iam sæpius citato. Augustinus libro de Ciuitate Dei decimo octauo, capite uigesimoter-

tio, hos uersus uerbum è uerbo translulit, eo quo à Lactantio ponuntur ordine. Adscriberem totã uersuum seriem legitimo, quo apud Sibyllam leguntur, ordine, nisi decreuissem illos primo quoq; tempore in lucem emittere. Quare collatione iã contenti erimus. εἰς ἀνώμας.) Sic etiam Augustinus legisse uidetur, sed in scripto codice est εἰς ἀνώμων. & sic legit etiã Musurus: & syntaxis constabit hac ratione melius. δῶσσοι δὲ.) καὶ δῶσσοι. & sic legit etiam Augustinus. ἀνάγνοις.) Incestis, August. καὶ εὐμασῶν.) In scripto Sibyllino carmine hi uersus sic non coherent. Neq; enim hi quatuor uersus continui leguntur, sed superioribus duobus continuo annectitur: εἰς δὲ τὸ βρωμα, &c. Sed hi duo uersus paulo antè sic leguntur:

εἰς ἐκπύσματα φαρμάκωντα πρῆσις αὐτῶν δῶσει, καὶ εἰς μέστιγας ἀπλώσει δ' ἀγνοῦν νόσῳ. Atq; genas sputus impuris ille ueneno (τοῦ. Præbebit, sanctũ et simplex dorsum ipse flagello. Versus à Lactantio citatos utrunq; reddidimus: Inq; manus ueniet prauorum Christus iniquas, Incestis manibus colaphos infringere pergent. Ora uenenato hunc scedabuntur pia spuo. Ast is præbebit simplex pia tergora flagris.

φαρμάκωντα.) Venenum Latinis, sicut Græcis pharmon, tam de medicamentis quã de nocumentis dicit: autore Caio Iuriseonsulto in legẽ XII. Tab. l. qui uenenum. ff. de uerb. sig. & ibidem Alciat. Esaiã iterum.) cap. 53. Legebatur hunc locum in Actis Eunuchus Candaces reginæ, capite 8. Ad imolationem.) ἀθυσφάγλω. Augustinus. Ad imolandum. Eras. Ad occisionem. Variant sic etiam Hebraicæ linguæ interpretes. Sine uoce.) Sic translulit etiam Augustinus, ἄφωνοι. translulerũt aliàs mutus, quod est λέωφος. Sibylla.) Eodem sermone. Sic forẽ numeris reddes:

Et colaphis cæsus taciturus. Scierit haud quis, Ecquis sermo fiet, mort alibus unde loquatur. Ex spinis tortam gestabit ipse coronam. τῆς λόγῳ.) Sic in scripto codice legitur, τῆς τῆ νῶ. Sed Lactantiũ lectionem sequitur etiam Augustin. & magis probatur etiam nobis. φθιμῶσι.) Inferis. August. propriè corruptioni obnoxijis. τὸν ἀκῶθου.) Versum sic supplebis sequenti, τὸ σέφος ἐκλεκτῶν ἀγῶν αὐῶνιου ἡῖσι. Quod mysterium infra cap. 26. clarius enarrabitur. Psal. 63.) Ioan. 19. καὶ εἰς δὲ λαν.) Sibyllinus liber sic habet: καὶ πῆρ ὄφος ἐδωκαν. — Ἄ δὲ Ἐιλ. &c.

ἀφρογ.) Augustin. In sapiens gens. Συκτοῖσι.) August. mortalium. In Latinos numeros sic cogimus:

Felq; cibum Domino dabunt sitienti, & acetum, Hanc mensam hospitij malegrati significabunt. Et alterius Sibyllæ, Cumanæ fortassis, hoc modo (nam in 6. oratione inueniuntur hi uersus: ubi etiam in scripto codice præmentio inscriptioni adiecta est, ἐτρώας τινὸς εἶν.) Legitur autem medijs uersus hoc modo) πῶλοντα θυρτοῖσι νοῦμασιν, ἀλλ' ἐπ' ἀκαίβυς. πῶλοντα pro πῶλοντα magis quadrare mihi sanè uidetur, ut qui mortalium iudicio peccarit. Lectionem Lactantianam sic reddidimus:

Ecce tuum gens stulta Deum reputare grauaris, Ludentemq; animis mortalibus? Ast coronasti Spinis. Fel illi malegrata horrible misces.

Esdras.) Legimus quidem apud Esdras in tertio, cap. 7. de Phafe a populo postliminiò reuerso solemniter celebrato. sed hæc uerba nuspian leguntur. Esaias quoq;. Hæc uerba superioribus coherent. Confer cum hac translatione Augustinianam, quæ est cap. 29. lib. decimo octauo. Ciuil. Psalm. 93.) Hebr. 94. Et Hieremias.) capite undecimo. Significa mihi.) Ex lingua sacra transferunt in præterito indicatiui. Lignum autem crucem.) Origenes, Tertullian. Hieronymus eodem modo exponunt, per panem nimirum corpus, per lignum crucem intelligentes, referentesq; ad sacramentum corporis Christi. Oecolampadius simpliciter exponit lignum in pane, id est pro pane, cru-

cem nimirum pro cibo. Quia ipse est cibus.) Quia ipse est panis ille, qui de caelo descendit: Ioan. 6. Moses in Deut.) Locus est Deut. 28. Sed hic sensus legitimus non est, & minime genuinus: sed his uerbis propheta uult populo incutere solitudinem à præsentia uitæ periculo, nempe si à uero Dei cultu secesserint, fore ut uitæ periculum ante oculos uerteretur. In Numeris.) cap. 23. Sed ne hic quidem sensus genuinus est, neq; lectio genuina: etsi maxime διαπύλλωαι suspendi significet, metaphoricum tamen est: sicut Latini eum dicunt animi pendere, qui dubius est: & hæere dicuntur, qui ancipitis cõsilijs sint, & licet ἀπειλὴ πύλλωαι idem significet quod minis terreri, & per metalepsin etiam pœnitentia duci: non tamen hæc ad passionem Christi pertinebunt, sed sunt cõtra idololatriam per cõparationem dicta. Zacharias.) cap. 12. Ioan. cap. decimonono, indicat hanc scripturam tum completam fuisse, cum scribit latus Iesu lancea militis fuisse confessum. & certè euenus statim Petri concionem sequutus est, Act. duodecimo, ubi pœnitentia facinoris ducti, corde pungebantur. Psalm. 71.) Citatur à Matthæo capite uigesimosextimo, & à Ioanne capite uigesimosextimo Annos mille 50.) De hoc supra capite decimosexto. Quòd si avertimini.) Locus est 3. Regum capite nono, sed neq; ad Hebraicam expressus est ueritatem, neque Græcorum interpretationem refert. Neutrobis ea leguntur, quæ de Regis persequutione sunt dicta.

De Iesu morte, sepultura, & resurrectione: deq; ijs rebus prædicta.

CAP. XIX.

Quid amplius iam de facinoribus Iudæorum dici potest, quàm excæcatos tum fuisse, atque insanabili furore correptos, qui hæc quotidia legentes neque intellexerunt, neque quin facerent, cauere poterunt? Suspensus igitur, atque affixus exclamauit ad Dominum uoce magna, & ultrò spiritum posuit. Et eadem hora terramotus factus est. Et uelum templi, quod separabat duo tabernacula, scissum est in duas partes, & sol repente subductus est, & ab hora sexta usque in nonam tenebræ fuerunt. Qua de re Amos propheta testatur: Et erit in illo die, dicit Dominus, occidet sol meridie, & obtenebrabitur dies lucis, & conuertam dies festos uestros in luctum, & cantica uestra in lamentationem. Item Hieremias: Exterrita est, quæ parit, & tæduit animam, & occidit sol ei, cum adhuc medius dies esset: cõfusa est, & maledicta, reliquos eorum in gladium dabo, in conspectu inimicorum eorum. Et Sibylla ait:

* Ναὺ δὲ χιλιήσεται ὡς πῶμα, καὶ ἡματι μέσῳ
νύξ' ἔσται σκοτεινὰ πάλωι, ὅ γ' ἔτισιν ἄραις.

Cum hæc facta essent, ne prodigijs quidem cœlestibus facinus suum intelligere quauerūt. Sed quoniam prædixerat se tertio die ab inferis resurrecturū, metuentes,

metuentes, ne à discipulis surrepto & amoto corpore, uniuersi resurrexisse eum crederent, & fieret multo maior in plebe confusio, detraxerunt eum cruci, & conclusum in monumento firmiter militari custodia circumdederunt. Verum tertio die ante lucem terramotu facto, repente patefactum est sepulchrum, & custodibus, quos attonitos obstupescerant pavor, nihil uidētibus, integer è sepulchro, ac uiuus egressus, in Galilæam profectus est, ut discipulos suos quæreret: in sepulchro uerò nihil repertum est, nisi exuuiæ, quibus conuolutum corpus incluserant. Illum autem apud inferos nō remansurum, sed die tertio resurrecturum, prophetę cecinerant. Dauid in Psal. 15. Non derelinques animam meam apud inferos, nec dabis sanctum tuum uidere interitum. Item in tertio: Ego dormiui, & somnum cepi, & resurrexi, quoniã Dominus auxiliatus est mihi. Oseas quoq; primus XII. Prophetarum de resurrectione eius testificatus est: Hic filius meus sapiens, propter quod nunc nō resistet in tribulatione filiorum suorum, & de manu inferorum eruam eum. Vbi est iudicium tuum mors, aut ubi est aculeus tuus? Idem alio loco: Viuisti cabit nos post biduum die tertio. Et ideo Sibylla, impositurum esse morti terminum dixit post tridui somnum:

καὶ θανάτῳ μοῖραν τελήσει τρίτου ἡμερῶν ὠσπας.

καὶ τὸ τ' ἀπὸ φθιμῶν * ἀνακύντας εἰς φάος ἤξει,

πρῶτος ἀνάστασις ἐλευθέρως ἀρχὴν ὑποδείξας.

* ἀνακύντας

Vitã enim nobis acquisiuit morte superata. Nulla igitur spes alia consequendæ immortalitatis homini datur, nisi crediderit in eum, & illam crucem portandam, patiendamq; susceperit.

COMMENTARIUS.

Docet in morte & post mortem Christi diuinitatem apparuisse, ex termijs in dubitatis. Addit his testimonia prophetarum & Sibyllæ, quæ docent, sic ista fieri oportuisse. Voce magna.) Matth. 27. Vsq; in nonam.) 30 Luca 23. Amos propheta testatur.) cap. 8. Hieronymus exponit primùm de captiuitate Babylonica, deinde de tenebris circa Christi passionem factis: luctum autẽ de excidio Hierosolymitano sub Tito & Vespasiano. Item Hieremias.) cap. 15. Hieronymus exponit, ipsis occasurũ esse solem iusticiæ, de quo Malach. 4. Lyranus, occidisse solem in meridie putat, cum stante etiamnũ regno Iuda, regnum Israeliticũ in captiuitate fuit ductũ. Oecolampadius, quod omnis spei lux in tenebras abiicit, cum regnante Acha, Perach filius Remaliæ centũ uiginti milia iuuenum uno prælio ex Iuda deleuit: 4. Reg. 16. Esaiæ 7. Sed nulla opinor pietas hanc etiã expositionẽ rejicit. Quæ parit.) Omisit nomen septẽ: quod nō modò Hebraica ueritas agnoscit, sed inde etiam Aquila, LXX. & Theodotion transtulerunt: Symmachus (ut est apud Hieron.) incertum numerum pro certo posuit. Et Sibylla.) Erythraea, Ser. 8. Versum hunc non constare, ante nos animaduertent etĩ aliq. 50 Cõstat in codice Sibyllino, si pro celeusmaticõ in tertio loco scãdas, τὸ βᾶτᾶ τῶν τρισμᾶ. Sic enim

legitur: καὶ χρίσθι τὸ λατρεῖταισμα ἐν ἡμέραις τριμῶσιν. Latinis numeris in hunc effudi modũ: Sed uelum templi medium laceratur ad unum, Et tetra tenebrosa tribus nox ingruet horis. Prædixerat.) Matth. 16. Detraxerunt.) Ita simpliciter narrat, sicut Paulus in cõcionẽ quã Antiochiæ habuit in Actis, cap. 13. καὶ βελόντης ἀπὸ τοῦ φύλας, ἐβηκαν εἰς μνημείον. quũ hoc non presbyterorũ ordo, sed Iosephus ab Aramathia fecerit. Psal. 15.) Citatur hic uersus à Paulo in eadẽ cõcionẽ. Interitũ.) Ἰσὲ φλογαῦ. Sic Cicero solet ortũ & interitũ transferre, id quod est apud Arist. & alios est ἀφύεσις καὶ φλογαῖ. Psal. 3.) De Christi sepultura etiam ueteres & meliores Scripturæ sacræ enarratores exponũt, in quib. est Arnobius. Oseas primus duodecim.) Quos Minores uocat, nō propter argumẽti tenuitatẽ, uel doctrinæ, sed quod quatuor illis sunt breuiores. Hic filius meus sapiens.) Sequitur lectionẽ LXX. quã Hieronymus per ironiã exponit, ut sit idẽ sensus cũ Hebraica ueritate, et cũ uulgata trãslatione, quæ habet filiũ, nō sapientẽ: intelligitq; Hieron. tribum Ephraim, siue decẽ tribus à Iosephi Patriarchæ filio sic dictas, degeneres illas et idololatriæ deditas: & deinde etiã factiones hæreticas, & à catholica ecclesia secessionẽ faciẽtes. Lyranus, filiũ insipientẽ exponit, à patre ecclesti ad idololatriã deficiente,

deficiente, alij simpliciter de homine peccatore, non respiciente. Mirum itaq; est, quid Lactantius sequutus, per *Esaiam* Christum intellexerit. Sed ne apud *LXX* quidem legitur filius meus: sed, *ὅτι ὁ υἱὸς σου ὁ φρόνιμος, διότι νῦν εἰ μὴ ἕως οὗ γὰρ σωτηρίῃ τελευτῶν.* Et non, de manu inferorum eruam eum: sed, *ἐκ χειρὸς ἁδῶν ῥύσσομαι αὐτὸν, καὶ ἐκ θανάτου λύσω αὐτὸν.* sed eodem modo citatur etiam infra libro eodem, cap. 29. *Ubi est iudicium.*) Ad uerbum hæc ex *LXX*. qui sic habent: *ὡς ἡ δίκη σου θανάτου; ὡς τὸ λεγέσθαι σου ἁδῶν.* Quæ tamē Paulus ad *Cor.* epist. priore, cap. 15. aliquantulum immutauit, sic citans: *ὡς σου θανάτου τὸ λεγέσθαι; ὡς σου ἁδῶν τὸ νικέσθαι;* Et aculeum mortis exponit esse peccatum. Sed quid Paulina lectio ab interpretatione *LXX* uariet, atq; hæc rursus ab Hebraica ueritate, annotauit ibi diligenter *Erasmus*. Hæc eadem spiritus propheticus etiā per *Sibyllam* expressis prædixit uerbis:

*ὡς τὸ ἀνάσσει νεκρίας, μοῖραν καὶ ἀλύτους,
ὡς θανάτου λεγέσθαι, ὡς ἕσθαι εἰς κρίσιν ἡμῶν,
κρίσιν ὄνσε βίωσιν καὶ ὄνσε βίωσιν βίωσιν ἀνθρώπων.*
Tuncq; resurgendo mortalia fata resoluet,
Et stimulum mortis: tunc iudicis onus obibit,
Iudiciumq; feret de uita iuxta pñq;
Atq; mali.—
Qui quidem uersus infra lib. 7. cap. 20. paulò aliter leguntur. Idem alio loco.) Non integer citatur. sic enim & legendum est, & distin-

guendum. *Viuificabit nos post biduum, & in die tertio suscitabit nos, uiuemusq; ante faciem eius.* in *Græco* tamen legitur *ὅτι τῆς ἡμέρας τῆς τρίτης ἀνάσσομεθα.* Verba sunt mutuò se ad poenitentiam cohortantium. *Hieronimus* quoq; hunc locum contra *Iudæorum* somnia de resurrectione intelligit. *Sibylla*.) *Sermone 3.* καὶ θάνατος.) Hic primus uersus in scripto codice non legebatur. *Augustin.* sic transtulit hunc uersum: *Et morte morietur trib. diebus somno suscepto.* Sic uerti, sensum uerius quàm uerba exprimens: *Finet is fatum mortis somno triduoano* Atq; umbras linquet ueniens in lucida regna *Primus & ex fatis reducem præbebit amaris.* εἰς φέσθαι.) *August.* ad *Lucem* *Lætam.* πρῶτον ἀνάσσεισιν.) An quæso *Sibylla* hic dicit aliud, quàm uel *Apostolus*, uel *Ioannes*, qui Christum *πρωτότοκον* ἐκ νεκρῶν uocant, *Colos.* 1. *Apoc.* 1. *Præbebit enim reuera principium resurrectionis, qui habet clauis mortis & inferorum.* κλητοῖς.) *Vocatis* apud *Augustinum* legendum, pro uocatus. *Vitam enim.*) *Hoc* αἰτίον in plerisq; editionibus non habetur: in quibusdam, ueluti sit uersus translatus, insertus est. Sed neq; apud *Augustinum* habetur, neq; in *Sibyllino* codice quicquam tale inuenio. *Nulla igitur species alia.*) *Sicut Petrus* in *Actis* ait, non aliud nomē sub cælo esse, in quo detur salus, quàm in nomine Domini nostri *IESU* Christi. *Illam crucem portandam.*) *Matth.* 10. & 16. *Mar.* 8. 30. *Luca* 9. & 14.

De profectioe Christi in Galilæam post resurrectionem: & quare lex uetus dicitur Testamentum, nec potuerit intelligi ante mortem Domini: & quòd nouum Testamentum ueteris adimpletio est, & quibus hoc ante prædictum sit testimonijs. CAP. XX.

Profectus ergo in Galilæam (noluit enim se *Iudæis* ostendere, ne adduceret eos in poenitentiam, atq; impios resanaret) discipulis iterum congregatis, *Scripturæ sanctæ* literas, id est, prophetarum arcana patefecit, quæ antè quàm pateretur, perspici nullo modo poterāt: quia ipsum, passionemq; eius annuntiabant. Idcirco *Moses*, & ijdem ipsi propheta, legē quæ *Iudæis* data erat, Testamentum uocant: quia nisi testator mortuus fuerit, nec confirmari testamētum potest, nec sciri quid in eo scriptum sit, quia clausum & obsignatum est. Itaq; nisi *Christus* mortem suscepisset: aperiri testamentum, id est reuelari, & intelligi mysterium Dei nō potuisset. Verùm *Scriptura* omnis in duo Testamenta diuisa est. Illud quod aduentū Domini, passionemq; antecessit, id est lex & propheta, *Vetus* dicitur. Ea uerò, quæ post resurrectionem scripta sunt, *Nouum* testamētum nominatur. *Iudæi* *Veteri* utuntur, nos *Nouo*: sed tamen diuersa non sunt, quia nouum ueteris adimpletio est, & in utroq; idem testator est *Christus*, qui pro nobis morte suscepta, nos hæredes regni æterni fecit, abdicato & exhæredato populo *Iudæorum*, sicut *Hieremias* propheta testatur, cum loquit talia: *Ecce dies uenient, dicit Dominus,*

& consummabo domui Israel & domui Iuda testamentum nouum: nõ secun-
 dum testamentum quod disposui patribus eorum in die qua apprehendi ma-
 num eorum, ut educerem illos de terra Aegypti: quia ipsi non perseuerauerunt
 in testamento meo, & ego neglexi eos, dixit Dominus. Item alio loco simili-
 ter ait: Dereliqui domum meam, diuisi hæreditatem meam in manu inimico-
 rum eius. Facta est hæreditas mea mihi sicut leo in silua: dedit ipsa super me
 uocem suã, ideo odi eam. Cum sit hæreditas eius cœleste regnum, non utiq;
 ipsam hæreditatẽ se dicit odisse: sed hæredes qui aduersus eum ingrati & im-
 pij extiterunt. Facta est, inquit, mihi hæreditas mea sicut leo, id est, præda &
 deuoratio factus sum hæredibus meis, qui me immolauerunt sicut pecus. De-
 dit super me uocem suam: id est, sententiam aduersus me mortis crucisq; di-
 xerunt. Nam quod superius ait, consummaturum se domui Iuda testamentũ
 nouum: ostendit, uetus illud testamentum, quod per Mosen est datum, non
 fuisse perfectum: id autem quod per Christum dari haberet, consummatum
 fore. Domus autem Iuda & Israel non utiq; Iudeos significat, quos abdicauit:
 sed nos, qui ab eo conuocati ex Gentibus, in illorum locum adoptiõẽ succes-
 simus, & appellamur filij Iudæorum, quod declarat Sibylla, cum dicit:

Ἰσθ' αἰῶν μακάριον θεῖον γένος ἑβραίωνων.

Quod autem futurũ esset id genus, docet Esaias: apud quem pater summus
 loquitur, dicens: Ego Dominus Deus uocaui te in iusticiam, & tenebo ma-
 num tuam, & confirmabo te: & dedi te in testamentum generis mei, in lucem
 gentium aperire oculos cæcorum, producere ex uinculis alligatos, & de do-
 mo carceris sedentes in tenebris. Cum igitur nos antea tanquam cæci & tan-
 quam carceri stulticiã inclusi sederemus in tenebris, ignorantes Deum & ue-
 ritatem, illuminati ab eo sumus, qui nos testamento suo adoptauit, & libera-
 tos uinculis, atque in lucem sapientiã productos, in hæreditatem regni cœ-
 lestis asciuit.

C O M M E N T A R I V S.

Sensus huius totius argumentationis est: te-
 30 stamentum ad eos pertinere, qui hæredes scripti
 sunt. Porro solos credentes in utroq; testamento
 (quæ unum sunt) hæredes esse scriptos: cæterum
 Iudæos contumaces, nõ modò esse præteritos, sed
 etiam ueluti degeneres, & parum γνησίους, esse
 abdicatos, & hæreditate optimo iure à Deo te-
 statore exclusos. Versatur disertatio in statu le-
 gitimo. Definitur quid testamentum sit. Mimesis
 est Paulina ex cap. 9. epistolæ ad Hebræos. Vide-
 tur aut hæc disputatio instituta esse aduersus Ma-
 40 nichæorum errorem: cuius factionis auctor qui-
 dam & nomine & re Manes, qui testamentũ ue-
 tus mortis testamentum appellauit, aut certè con-
 tra Iudæos, hæreditatem contra mentem & sen-
 tentiam testatoris adire uolentes. Galili-
 læam.) sicut ipse prædixit Matth. 26. Mar. 14.
 Ne adduceret eos.) Subinde inculcat, ma-
 ximum & grauissimum peccatorum supplicium
 esse mentis cæcitatẽ. Testamentum
 uocant.) Ἰσθ' αἰῶν. Quæ uox apud Septua-
 50 ginta testamentum, pactum & fœdus significat.
 Ex Mose testimonium esto, Deuteronom. 29.
 καὶ φυλάξαι ποιῆναι πάντας αὐτῶν λόγους καὶ

Ἰσθ' αἰῶν. Fœdus hoc loco significat, et
 sic transfertur, ratione nimirum ita postulante.
 Nam fœdus uiui cum uiuis ineunt, testamentum
 mortuus cum uiuis. Illud iuris gentium est, hoc iu-
 ris ciuilib. Propheticum si desideras testimoniũ,
 accipe Malachiæ ex capite secundo: διότι ἐγὼ
 ἀπαπέσταλα πρὸς ὑμᾶς τὸν ἠτολμῶ τὰ
 τῶ τῶ ἐν Ἰσραὴλ καὶ πρὸς αὐτὸν λέγει καὶ λέγει
 λέγει καὶ λέγει πάντοτε ἁπάντων. ἢ Ἰσραὴλ μου
 καὶ μετ' αὐτὸν καὶ ζωὴ καὶ εἰρήνη. Fœdus
 σωθῆναι Græcis est, & Symmachus (teste Hie-
 ronymo) ferè sic transtulit תּוּבָה. Sed Paulus
 LXX secutus, utriq; Ἰσθ' αἰῶν uocat, uetus ni-
 mirum cum Abraham & Mose initum, & nouũ
 per Christum cum Ecclesia. Quia nisi te-
 stator mortuus.) Verba Pauli hæc assue-
 rantia sunt: καὶ Ἰσθ' αἰῶν Ἰσραὴλ καὶ καὶ με-
 σίτης ἔστιν, ὅπως θαυμάσιον γένηται, εἰς ἀφ-
 λύτρωσιν ἡμῶν ὑπὸ τῆ πρώτῃ Ἰσραὴλ καὶ πρὸς αὐ-
 τὸν καὶ ἐπαγγελίαν λάβωσιν οἱ κλημῆ-
 νοι καὶ αἰωνίου κληρονομίας. ὅτι γὰρ Ἰσραὴλ
 καὶ, δαίμοντον ἀνάγκη φέρει δαίμοντον Ἰσθ' αἰῶν
 Ἰσραὴλ γὰρ ὑπὸ νεκροῖς Βεβαῖα. ἐπεὶ μὴ πο-
 τε ἰχθῆι, ὅτι Ἰσθ' αἰῶν καὶ, &c. Vlpianus
 7 testamen-

testamentum definit hoc modo: Testamentum est uoluntatis nostræ iusta sententia, de eo quod quis post mortem suam fieri uelit, l. i. ff. qui testamentum facere possint. Theophilus in Institut. de testamentis ordinandis: ἢ δὲ ὁσέθνηκα παρὰ ἑωμαίοις λέγει τοῦ testamentum, γὰρ τὸ ὄντων δὲ ἑα μὲν πλὴν ἐτυμολογίαν, quod testatio mentis sit, ἐπεὶ δὲ ἡ μαρτυρία διανοίας ἔστι, καὶ γὰρ μαρτυρίαν ἔχει τὸ τὸ πλὴν τῆσαντος διανοίας. Sed tamen diuersa non sunt.) Irenæus lib. 4. cap. 21. utraq; testamenta unus & idem paterfamilias produxit, uerbum Dei Dominus noster Iesus Christus, qui & Abrabæ & Mosi loquutus est, ac nobis in nouitate restituit libertatem, & multiplicauit eam, quæ ab ipso est gratiâ. Hieremias.) capite 31. Citatur etiam à Paulo capite octauo epistolæ ad Hebræos: & ab Irenæo, eo quem iam nominauit loco. Sed Lactantius nec Paulum omnino expressit, nec LXX. Consummabo.) σωτε λέσω, Paulus: ὁσέθνηκα, LXX. In testamento.) ἑδερε, Hebr. Disposui.) ἑθεμέλω, Septuaginta: ἐποίησα, Paulus. Item alio loco.) cap. 12. In manus inimicorum.) Lege ex Propheta: Dedi dilectam animâ meam in manus inimicorum eius. Non utiq; ipsam.) Exponit scripti sensum, Est autem meto-

nymia, res nimirum possessa pro possessore. Oecolampadius exponit ἑτελειασικὸς. Sunt enim hæc omnino πρεθωτικὰ, & pietatis affectus mouentia. Sicut leo.) Oecolampadius exponit de effera Iudæorū natura. Qui me immolarunt.) Insinuat obiter, Christum pro nostris peccatis factum esse piament & sacrificium, de quo in eadem ad Hebræos epistola. Consummaturum.) Viget Pauli uocem: quod argumentum ualidissimū est aduersus Manichæos. Inchoatum erat testamentum patribus factum, sed in Christo consummatū est. Sed nos.) Abdicatus nominis prætextu, quod tamen unâ cum filioli dignitate amisit, hæreditatis aditionē nequicquam quærit. Sed nos adoptionis beneficio ius paternæ hæreditatis assecuti sumus. Deus potens est uel ex lapidibus filios Abrabæ procreare. Dedit enim potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ipsius. Successimus.) Alludit ad substitutionem hæredum, quæ tum fit, cum legitimus hæres hæreditatem non adit. Sibylla.) Sermone 5. Iudæis genus est diuinum, & cœlestis origo. Esaias docet.) cap. 42. Cōfirmabo.) Lege, Confirmabo te. Oecolampadius hunc locū de expugnatione inferorum exponit. Sedentes.) Lege, Et sedentes.

De Iesu ascensione, eaq; prædicta: & discipulorum prædicatione, & gestis. CAP. XXI.

ORdinato uerò discipulis suo Euangelio, ac nominis sui prædicatione, circumfudit se repente nubes, eumq; in cœlum sustulit, quadragesimo post passionem die, sicut Daniel fore ostenderat, dicens: Et ecce in nubibus cœli ut filius hominis ueniens, usq; ad uetustum dierum peruenit. Discipuli uerò per prouincias dispersi, fundamenta Ecclesiæ ubiq; posuerunt, faciētes & ipsi in nomine magistri Dei magna & penē incredibilia miracula: quia discedens instruxerat eos uirtute ac potestate, qua posset nouæ annunciationis ratio fundari & cōfirmari. Sed & futura aperuit illis omnia quæ Petrus & Paulus Romæ prædicauerūt: & ea prædicatione in memoriâ scripta permansit, in qua cum multa alia mira, tum etiâ hoc futurū esse dixerunt, ut post breue tempus mitteret Deus regem qui expugnaret Iudæos, & ciuitates eorū solo adequaret, ipsos autem fame sitiq; confectos obsideret. Tum fore ut corporibus suorum uescerentur, & consumerent se inuicem. Postremò ut capti uenirent in manus hostium, & in conspectu suo uexari acerbissimè coniuges suas cernerent, uiolari ac prostitui uirgines, diripi pueros, allidi paruulos, omnia denique igni ferroq; uastari, captiuos in perpetuum terris suis exterminari: eo quòd exultauerint super amantissimum & probatissimum Dei filium.

Itaq; post illorū obitum cum eos Nero interemisset, Iudæorum nomen & gentem Vespasianus extinxit, fecitq; omnia quæ illi futura prædixerant.

COMMENTARIUS.

Narratio brevis & dilucida eorum quæ gesta sunt ab ascensione Domini, ad excidium usque Hierosolymitanum, quæ multas præbet cõiecturas, continet & nonnulla ualida ex euentu, Iesum à Iudæis crucifixum fuisse Christum. Ordinato uero. Matth. & Mar. in fine Euangelij. Circumfudit se repente nubes. Act. 1. Daniel. Danielis 7. Quem locum de secundo Christi aduentu exponunt. Petrus & Paulus. Quæstio cõtrouertitur, utrum Petrus Romæ fuerit inquam: & si ibi fuerit (ut ex D. Hieronymo & D. Abdia Babylonio episcopo disci potest) an ibi præfuerit ecclesiæ tanquã pastor. Et si nemo maxime fuisse: parum tamen gloriæ illis inde fuit, qui supplicio eos affecerunt, non plus quam sacerdotibus Hierosolymitanis ex cæde prophetarum. Certè ex sacræ Scripturæ uoluminibus id nemo asseret. Sed si patrum suffragijs agere uolentibus, inuenimus Petrum Romæ prædicasse, passum ibi sepultumque fuisse. Hieronymus in catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum, seu historicus hoc memoriæ mandauit. Irenæus antiquissimus, & Apostolorum temporibus proximus, libro 3. cap. 3. Romanam ecclesiam à Paulo ac Petro constitutã fuisse testatur. Quem secutus est Epiphanius libri primi tomo secundo, Romanorum episcoporum catalogum recensens, Tertullianus item de Præscriptione hæreticorum huius mentionem facit. Eusebius in Hist. Ecclesiast. libro 2. cap. 25. & Caij cuiusdam antiqui scriptoris, & se pulchri ipsius (quod & Hieronymus contra Vigilantium facit) testimonium adducit. Meminit uem lib. 3. cap. 2. Atque idem rursus Eusebius in Chronicis, Petrum sub initium Claudij principatus Romæ pönificatu perfunctum fuisse testatur, & decimoquarto Neronis anno gloriose pro nomine Christi occubuisse. De Petri rebus Romæ gestis, deq; ipsius sub Nerone passione multa scribit Egesippus, antiquissimus historicus, qui historiam Ecclesiasticã à Domini passione ad sua tempora usque cõtexuit, lib. 3. primis tribus capitibus. Neque Clemens obtinet. Sunt etiam apud Augustinum & Chrysost. parergæ huius mentiones. Hæc paulo curiosius annotaui, non ut Romano pontifici suam hierarchiam uendicare uelim: sed ut indicem, magnum esse apud summæ autoritatis scriptores consensum eius rei, quæ non modò nullum in sacris Scripturis fundamentum habent, sed cum quibus sancta quandoque litera tantum non ex diametro pugnant. Vespasianus. Anno à nato Christo 73. à Christo passo 41. De crudelitate illius excidij, lege Iosephum lib. 6 & 7. belli Iudaici: Euseb. in hist. Eccles. lib. 3. Egesippum, Orosium lib. 7. cap. 9.

Argumenta infidelium, contra Iesu incarnationem.

CAPVT XXII.

Confirmata sunt (ut opinor) quæ falsa & incredibilia putantur, ab ijs quos uera cœlestium literarum doctrina non imbuit: sed tamen ut refellantur à nobis etiam illi, qui nimium non sine malo suo sapiunt, rebusque diuinis fidem detrahunt, argumentis quoque illorum coarguamus errorem: ut tandem aliquando peruideant ita fieri oportuisse, sicut nos ostendimus factum. Et quanquam apud bonos iudices satis habeant firmitatis uel testimonia sine argumētis, uel argumēta sine testimonijs: nos tamen non contenti alterutro sumus, cum suppetat nobis utrumque, ne cui perterse ingenioso aut non intelligendi, aut contra differendi locum relinquamus. Negant fieri potuisse, ut naturæ immortalis quicquam decederet. Negant denique Deo dignum, ut homo fieri uellet, seque infirmitate carnis oneraret: ut passionibus, ut dolori, ut morti se ipse subijceret. quasi non facile illi esset, ut citra corporis imbecillitatem se hominibus ostenderet, eosque iusticiam doceret (siquidem id uolebat) maiore autoritate (ut aiunt) professi Dei. Tunc enim cunctos fuisse præceptis cœlestibus parituros, si ad ea uirtus ac potestas Dei præcipientis accederet. Cur igitur, aiunt, ad docendos homines non ut Deus uenit? Cur se etiam humilem imbecillumque constituit, ut ab hominibus & cõtemni & poena affici posset? cur uim ab imbecilibus & mortalibus passus est? cur non manus hominum aut uirtute repulit, aut diuinitate uitauit? cur non maiestatem suam sub ipsa saltem morte patefecit? sed ut inualidus in iudicium ductus est, ut nocens damnatus, ut mortalis occisus. Refutabo hæc diligenter,

nec quenquam patiar errare. Illa enim magna & mirabili ratione sunt facta: quæ quicumque perceperit, non tantum mirari desinet, Deum ab hominibus esse cruciatum: uerum etiam facile peruidebit, ne Deum quidem potuisse credi, si ea ipsa quæ arguit, facta non essent.

C O M M E N T A R I V S.

Hoc caput transgressionem à præcedentibus ad consequentia continet. Nam in præcedentibus disseruit contra eos qui à sacramentis Christi alieni sunt, Gentilibus nimirum & Iudæis: in sequentibus disputabit aduersus eos, qui doctrina quidem ueritatis imbuti, turpissimam ab ea defectionem fecerunt, humanitate nimirum Christi offensi, cuiusmodi sunt Machometi factio, & omne genus hæreticorum, cum toto regno Antichristi. Illos in uniuersum ex se, hoc est, ex Ecclesiæ gremio profectos esse, Ioannes in sua Canonica dicit, qui tamen in eo nunquam fuerunt. Ponit aliquot disputationis capita, in quibus apparent loci confutationis, ἀδωαίτου, ἀπερπές, ἀπεφές, ἀπαλόουθου, &c. Et quoniam apud bonos iudices.) Quid testimonia apud iudi-

cem ualeant, præ cæteris docent Quintilianus libro quinto, in locis ἀτέχνοις: Alcatus in Ratiōe eloquendi. Sed hoc loco præiudicia intelligit, quæ Iureconsultis res iudicatæ dicuntur, Ciceroni etiam testimonia: quæ in diuina & humana diuidentur. Quamquam Quintilianus augurum, aruspicum, oraculorum, &c. auctoritatem cum testimonijs numerat. Prophetarum testimonia uerè præiudicia sunt, ut quæ à Deo olim pronuntiata per Spiritum sanctum, antiquis hominibus uoluntatem eius nunciant, etiam in nostra tempora duraturam. & ob id ipsum summam merentur fidem, præsertim in disputationibus Theologicis, & uim legis habent. Nam ex his perinde lites nascuntur ex scripto & uoluntate, ac si leges essent.

De præcipiendo & agendo. CAP. XXXIII.

Quicumque præcepta dat hominibus ac uitam, moresque fingit aliorum, quero, debeat ne ipse facere quæ præcipit, an non debeat? Si non fecerit, soluta præcepta sunt. Si enim bona sunt quæ præcipiuntur, si uitam hominum in optimo statu collocant, non se debet ipse præceptor à numero cœtuum hominum segregare, inter quos agit: & ipsi eodem modo uiuendum est, quo docet esse uiuendum: ne si aliter uixerit, ipse præceptis suis fidem detrahat, leuioremque doctrinam suam faciat, si re ipsa resoluat, quod uerbis nitatur astruere. Vnusquisque enim cum audit præcipientem, non uult imponi sibi necessitatem parendi, tanquam sibi ius libertatis adimatur. respondeat itaque doctori hoc modo: Non possum facere quæ iubes, quoniam sunt impossibilia. Uetas me irasci, uetas cupere, uetas libidine commoueri, uetas dolorem, uetas mortem timere: sed hoc ad eum contra naturam est, ut his affectibus animalia uniuersa subiecta sint. uel si ad eum putas repugnare posse naturæ, & tu ipse quæ præcipis fac, ut sciam fieri posse. Cum autem ipse non facias, quæ insolentia est, ut homini libero imponere uelis leges, quibus ipse non pareas? Prius discite qui doces: & antequam mores aliorum corrigas, tuos corrige. Quis neget iustam esse hanc responsionem? quin etiam in contemptum ueniet huiusmodi doctor, & illudetur uicissim, quia uidetur & ipse deludere. Quid ergo faciet ille præceptor, si hæc ei fuerint opposita? quomodo adimet excusationem contumacibus, nisi ut presentibus factis doceat, possibilia se docere? Inde euenit, ut philosophorum præceptis nullus obtineret. Homines enim malunt exemplum quam uerba: quia loqui facile est, præstare difficile. Utinamque tam multi bene facerent, quam multi loquuntur bene. Sed qui præcipiunt, nec faciunt, abest ab ipsis fides. Et si homines fuerint, contemnentur ut leues: si Deus, opponetur ei excusatio fragilitatis humanæ. Superest, ut factis uerba firmentur: quod philosophi facere nequeunt. Itaque cum ipsi præceptores uincantur affectibus, quos uinci prædicant oportere: neminem possunt ad uirtutem, quam falsò prædicant, erudire. ob eamque causam putant, neminem adhuc perfectum esse sapientem: id est, in quo summa doctrina & scientia, summa

summa uirtus & perfecta iusticia censuerint. Quod quidem uerum fuit. Nemo enim post mundum conditum talis extitit, nisi Christus, qui & uerbo sapientiam tradidit, & doctrinam praesenti uirtute firmauit.

COMMENTARIUS.

Hoc caput probabile continet argumentum, Christū, ut fidem doctrinae suae faceret, & Deū & hominem esse oportuisse. Neque enim merus homo praestitisset ea quae docuit: & si merus fuisset Deus, homo habuisset cur iugum docentis ex humeris excuteret. Diutius autem in ascetico haeret loco: doctorē id factus praestare debere, quod alijs praecipit. Et certē boni doctoris est, uel Fabio teste, ut uicia nec ferat, nec habeat. Apud Paulum aet tinniens sunt, doctores sermone fecundi, officijs steriles. Inuuliter festucam ex oculis proximi eruit, qui trabem in suis gerit. Et Christus inuebitur in eos, qui onera hominibus iniungūt, quae ipsi ne manu quidem attingunt. Huiusmodi monitores audiunt: Medice, cura te ipsum. Verissimū est quod Miradulanus Comes alicubi dicit, tantū quemq; scire, quantum operatur. Imō, qui aliter loquitur (inquit Chrysostomus) quā uiuat: docet, quomodo Deus eum debeat punire. Nazian

Zenus: Quid tandem (inquit) est, quod manib. alligatis armamus linguam? Scitissimi sunt eisdem Theologi iambi:

μη διδάσκειν, ἢ διδάσκειν ἐπὶ τῷ πῶ, μὴ τῷ μὲν ἔλκειν, τῷ δ' ἀπωθεῖσθαι χροοῖν· ἢ πῶν δ' ἐν σὺ τῷ λέγειν, πρὸς ἀπῶν ἀδῆ.

ἡραφὺς διδάσκει τὸ πλεον τοῖς ἐκλύπαις.

Vel non docere, uel docere isto modo,

Ne dextera trahas, sinistra subtrahas,

Opus minus uerbis, qui re bonum facit:

Pictor docet plus, rem figuris exprimens.

Atq; hoc idem Gregorius tribuit suo Basilio:

— σὺ γὰρ μόνῃ ἴσους ἐφύλας

καὶ βίον μύθῳ, καὶ βίον τε λόγῳ.

Tu solus siquidem praestas tam fortis utrumq;

Vitae & doctrinae sint sibi consimiles.

Sic Petrus presbyteros monet, ut sint exemplaria gregis: & Paulus Timotheum suum instituit, ut sit exemplar fidelium in sermone.

Quod caelestem doctorem perfectum esse oporteat, & quare perfectus esse non possit sine corporis assumptione mortalis.

CAPVT XXIII.

30 **A**Ge nunc consideremus, an doctor ē cælo missus, possit non esse perfectus. Nondum de hoc loquor, quem uenisse de Deo negant. Fingamus aliquem de cælo esse mittendum, qui uitam hominum rudimētis uirtutis instituat, & ad iusticiam formet. Nemini dubium potest esse, quin is doctor qui cælitus mittitur, tam scientia sit rerum omnium, quā uirtute perfectus, ne nihil inter cælestem terrenumq; differat. Nam in homine interna & propria doctrina esse nullo pacto potest. Nec enim mens terrenis uisceribus inclusa, & tabe corporis impedita, aut comprehendere per se potest, aut capere ueritatem, nisi aliunde doceatur. Et si maximē possit, summam tamen uirtutem capere nequeat, & omnibus uitijs resistere, quorū materia in uisceribus continetur. Eo fit, ut terrenus doctor perfectus esse non possit. At uerō cælestis, cui scientiam diuinitas, uirtutem immortalitas tribuit, in docendo quoque sicut in cæteris, perfectus & consummatus sit necesse est. At id omnino fieri non potest, nisi mortale sibi corpus assumat: cur autem fieri non possit, ratio clara est. Nam si ueniat ad homines ut Deus (ut omittā, quod mortales oculi claritatē maiestatis eius conspiciere ac sustinere non possent) ipse certē Deus uirtutem docere nō poterit, quia expers corporis non faciet quae docebit: ac per hoc doctrina eius perfecta non erit. Alioqui si summa uirtus est, dolore patienter pro iusticia officioq; perferre: si uirtus est, mortem ipsam & intentam non metuere, & illatam fortiter sustinere: debet ergo doctor ille perfectus & docere ista praecipiendo, & confirmare faciendo. quia qui dat praecipit uiuendi, amputare debet omnium excusationum uias, ut imponat hominibus parendi necessitatem, non ui aliqua, sed pudore: & tamen libertatem relinquat, ut & praemium sit constitutum parentibus, quia poterant non pa-

rere, si uellent: & non parentibus poena, quia poterant parere, si uellent. Quo
 modo ergo poterat amputari excusatio, nisi ut qui docet, faciat quae docet, &
 sit quasi prauius, & manum porrigat secuturo? Quemadmodum autem po-
 test facere quae docet, si non sit similis ei quem docet? Nam si nulli subiectus
 sit passioni, potest ei docenti homo sic respondere: Volo equidem non pec-
 care, sed uincor: indutus sum enim carne fragili & imbecilla: haec est quae con-
 cupiscit, quae irascitur, quae dolet, quae mori timet. Itaque ducor inuitus, & pec-
 co: non quia uolo, sed quia cogor. Sentio me & ipse peccare, sed necessitas fra-
 gilitatis impellit, cui repugnare non possum. Quid ad haec respondebit praec-
 ceptor ille iusticiae? quomodo refutabit ac redarguet hominem, qui delictis
 suis excusationem carnis obtendet, nisi & ipse carne fuerit indutus: ut osten-
 dat, etiam carnem posse capere uirtutem? Contumacia enim redargui non
 potest, nisi exemplo. Nam habere non possunt quae doceas firmitatem, nisi
 ea prior feceris: quia natura hominum procliuus in uitia, uideri uult non mo-
 do cum uenia, sed etiam cum ratione peccare. Oportet magistrum doctorem
 quae uirtutis homini simillimum fieri, ut uincendo peccatum, doceat hominem,
 uinci ab eo posse peccatum. Si uero sit immortalis, exemplum proponere ho-
 mini nullo modo potest. Existet enim constans aliquis, ac dicit: Tu quidem
 non peccas, quia liber es ab hoc corpore. non concupiscis, quia immortalis ni-
 hil est necessarium. mihi uero multis rebus opus est, ut tuear hanc uitam. Mor-
 tem non times, quia ualere in te non potest. Dolorem contemnis, quia nul-
 lam uim pati potes. At ego mortalis utcumque timeo, quia cruciatus mihi gra-
 uissimos inferunt, quos tolerare carnis infirmitas non potest. Doctor itaque
 uirtutis etiam hanc excusationem debuit hominibus auferre, ne quis quod
 peccat, necessitati potius ascribat, quam culpae suae. Ergo ut perfectus esse
 possit, nihil ei debet opponi ab eo qui docendus est: ut si forte dixerit, Im-
 possibilis praecipis: respondeat, Ecce ipse facio. At ego carne indutus sum,
 cuius est peccare proprium. Et ego eandem carnem gero, & tamen peccatum
 in me non dominatur. Mihi opes contemnere difficile est, quia uiui aliter non
 potest in hoc corpore. Ecce & mihi corpus est, & tamen pugno contra om-
 nem cupiditatem. Non possum pro iusticia nec dolorem ferre, nec mortem,
 quia fragilis sum. Ecce & in me dolor ac mors habet potestatem, & ea ipsa quae
 times, uinco: ut uictorem te faciam doloris ac mortis. Prior uado per ea, quae
 sustineri non posse praetendis: si praecipientem sequi non potes, sequere an-
 tecedentem. Sublata est hoc modo omnis excusatio, & fateri hominem ne-
 cesse est, sua culpa iniustum esse, qui doctorem uirtutis, & eundem ducem
 non sequatur. Vides ergo quanto perfectior sit mortalis doctor, quia dux
 esse mortali potest, quam immortalis: quia patientiam docere non potest,
 qui subiectus passionibus non est. Nec hoc tamen eò pertinet, ut homi-
 nem Deo praeferam: sed ut ostendam, neque hominem perfecta doctrina
 esse posse, nisi sit idem Deus, ut autoritate caelesti necessitatem parendi
 hominibus imponat: neque Deum, nisi mortali corpore induatur, ut praec-
 epta sua factis adimplendo, ceteros parendi necessitate constringat. Liquidò
 ergo apparet, eum qui uitae dux & iusticiae sit magister, corporalem esse oportere:
 nec aliter fieri posse, ut sit illius plena & perfecta doctrina, habeatque
 radicem & fundamentum, stabilisque apud homines ac fixa permaneat: ipsum
 autem subire carnis ac corporis imbecillitatem, uirtutemque in se recipere,
 cuius doctor est, ut eam simul & uerbis doceat, & factis. Item subiectum esse
 morti & passionibus cunctis: quoniam & in passione toleranda, & in morte
 subeunda uirtutis officia uersantur. quae omnia (ut dixi) consum-
 matus doctor perferre debet, ut doceat posse perferri.

COMMENTARIUS.

Hoc caput *κατακονδύς, non κατάκονδύς* exemplum est. Quod propterea moneo, quod ille qui in Gryphiana editione ut alibi inscitē, ita hic inscitissime capitū inscriptiones abbreviauit. Ver-
 10 satur in statu finitiuo. Emissiones ex causa mate-
 rialium sumptae sunt. Probat autem contra Machu-
 metem, doctorem caelestem rectē Deum & ho-
 minem fuisse, Machumetis dogma fortiter post a-
 10 lios impugnat Ludouicus Viues lib. 4. de Verita-
 te fidei Christianae. & Christū rectē carne hu-
 mana uestitum fuisse, euidenter edocet in secūdo
 eiusdem tituli libro. Constat tota ferē disputatio
 dialogismo & comparatione demonstratiua, &
 occupationibus crebris. Fingamus.) Hoc
 enim posito, illud necessario sequetur. Inter-
 na.) Quia caro & sanguis hoc non reuelat, sed
 oportet esse *θεοειδὸς καὶ αἰθέρος*. Et si maximē.)
 Concessio. Claritatem maiestatis.)
 20 ut in monte. Et tamen libertatem re-
 linquat.) Tribuit libero arbitrio nimium. Ne-
 que enim peccata uincimus, quia Christus exem-
 plum est, sed quia uires praebet. nisi fortassis per
 manuum correptionem, uirtutem spiritus Chri-
 sti intelligere uelis. Itaque ducor in-
 uitus.) Atqui hoc etiam Paulus conqueritur,
 sic enim ad Rom. cap. 7. scribit: Non enim quod
 uolo, hoc facio: sed quod odi, hoc facio. Velle

quidem sibi adesse, ut faciat bonum, sed facultatē
 faciendi in suis uiribus reperire non posse. Sed ca-
 pite deinde sequenti: Etenim quod lex prestare
 non poterat, ea parte qua imbecillis erat per car-
 nem, hoc Deus proprio filio misso sub specie car-
 nis peccato obnoxia praestitit, &c. Quae
 concupiscit.) Notat quatuor perturbatiōes,
 de quibus Cicero in Tuscul. quaest. Nota *ἀδιδυ-
 μίαν* esse peccatum, Rom. 7. Sed etiam
 cum ratione.) Sicut apud Terentiū, cum ra-
 tione insanire. At ego eundem.) Atqui
 Lactanti, hoc argumento apud obstinatum nihil
 efficias: imō iuxta regulam catholicam, languidū
 est. Nam sicut concedimus, Christi humanitatem
 passionibus subiectam fuisse: ita uicissim contē-
 dimus, peccati legē in eo, sicut in homine, regna-
 se minimē. Ut uictorem te faciam.)
 Vera sunt haec, si modō clarius essent expressa.
 Victores nos facit, & aduersus concupiscentias
 in consuetu superiores, non exemplo tantum, sed
 uirtute spiritus, quam Paulus legē spiritus appel-
 lare solet, qua electos suos aduersus peccati uio-
 lentiam armat. Mortalis doctor.) A con-
 iugatis. Qui uitae dux.) Non uita dux,
 & magister iusticiae duntaxat est, sed
 dator: imō uita & iusti-
 cia ipsa.

De Iesu aduentu, & carne, & spiritu. CAP. XXV.

30 **D**iscant igitur homines, & intelligant, quare Deus summus, cum legatū
 ac nuncium suum mitteret, ad erudiendam praecipis iusticiae suae mor-
 talitatē, mortali uoluerit eum carne indui, & cruciatu affici, & morte multari.
 Nam cum iusticia nulla esset in terra, doctorem misit, quasi uiuam legem, ut
 nomen ac templum nouū conderet, ut uerum ac pium cultū per omnem ter-
 ram uerbis & exemplo seminaret. Sed tamen ut certum esset, à Deo missum,
 non ita illum nasci oportuit, sicut homo nascitur, ex mortali utroq; cōcretus:
 sed ut appareret, etiam in homine illum esse caelestem, creatus est sine opera
 genitoris. Habebat enim spiritalem patrē Deum. Et sicut pater spiritus eius
 40 Deus sine matre, ita mater corporis eius uirgo sine patre. Fuit igitur & Deus
 & homo, inter Deum atq; hominē medius constitutus. unde illum Graeci *θεο-
 σίνω* uocant, ut hominē perducere ad Deum posset, id est ad immortalitatē:
 quia si Deus tantū fuisset (ut supra dictum est) exempla uirtutis hominī pre-
 bere non posset: si homo tantum, non posset homines ad iusticiā cogere, nisi
 autoritas ac uirtus homine maior accederet. Etenim cum constet homo ex
 carne & spiritu, & oporteat spiritū iusticiae operibus emereri, ut fiat aeternus:
 caro quoniam terrena est, ideoq; mortalis, copulatū sibi spiritum trahit secū,
 & ab immortalitate ducit ad mortē. Ergo spiritus carnis expers, dux esse ho-
 50 mini ad immortalitatē nullo pacto poterat: quoniam caro impedit spiritū, quo
 minus Deum sequatur. Est enim fragilis & subiecta peccato: peccatum au-
 tem pabulum mortis est. Itaq; idcirco mediator aduenit, id est Deus in carne,

ut caro eum sequi posset, & eriperet morti hominem, cuius est dominatio in carne. Ideo carne se induit, ut desiderijs carnis edomitis, doceret, non necessitatis esse peccare, sed propositi ac uoluntatis. Vna enim nobis & magna & præcipua cū carne luctatio est, cuius infinite cupiditates premunt animā, nec dominum retinere patiunt: sed eam uoluptatib. & illecebris suauibus mancipatam, morte afficiūt sempiterna. Quibus ut repugnare possemus, Deus nobis uiam superandæ carnis & aperuit & ostendit. Quæ uirtus perfecta, & omnibus numeris absoluta, coronam uincensibus & mercedem expetendæ nobis immortalitatis impertit.

C O M M E N T A R I V S.

Docet hoc capite exegesi quadam analogica, Christum inter Deum & hominem mediatorem, diuinæ pariter ipsum humanæq; sortis oportuisse fieri participem. Pugnāt autē hoc caput maximē contra Machumetem, Ebionem, Theodotum, & alios, qui Christum Deum Deiq; filium esse negant, ex una parte: ex altera, contra Valentinum & alios, qui negant Christum quicquam ex Maria accepisse: contra quos præ cæteris disputat Irenæus lib. 3. cap. 35. *Viuam legem.*) Non sicut Cicero in 3. de Legibus dixit, legē mutum esse magistratum, magistratum uerò uiuam legem: sed sicut Paulus ad Romanos, legem spiritus uitæ. quæ (ut per Prophetam fuerat prædictum) scripta in hominis pectore, alacritate eum facit. Sic autem de hac uiuificante lege scriptum est in 8. cap. ad Rom. *ὁ γὰρ νόμος τῶ πνεύματος ζωῆς ἢ νόμος ἡλικίας καὶ τοῦ θανάτου.* τὸ γὰρ ἀδύνατον ἔστι νόμος, ἢ ὡς ἡδύνη ἐστὶν ἡ σαρκός, ὁ θεὸς τὸν ἑαυτοῦ νόμον παρέλαβεν ὡς ὁμοιωματιστῆς ἀμαρτίας, κατέκεινεν τὴν ἀμαρτίαν ὡς τῇ σαρκί, ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου πληρωθῆν ἢ ἡμῶν, τοῖς μὴ ἦσαν σαρκὰ πνευματιστῶν, ἀλλὰ κατὰ τὸ πνεῦμα. *Templum nouum.*) Est enim ut Paulus ad Hebræos cap. 8. docet, *τὸ ἅγιον λειτουργός καὶ ἡ σκηνὴ καὶ ἡ ἀλυσθῆς.* *Specialem.*) Spiritalem, me cenfore, alij rectius legūt. *Deus & homo.*) Vnde ipsum Græci composito nomine θεῶν ἄνθρω-

που uocant. *μεσίτης.*) Mediatorem alij. Erasmus conciliatorem interpretatur, 1. Timot. 2. *ἓς γὰρ θεὸς, ἓς καὶ μεσίτης θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἀνθρώπος ἡσθεὶς ἰησοῦς,* etc. & in epistola ad Hebræos, non uno loco *μεσίτης ἡμετέρας* & *ἡμεῶν* appellatur. & ad Galat. 3. ait *μεσίτης* unius nō esse. 2. Cor. 4. *καὶ τὸ ἀξίωμα* simili uocabulo eundem Christum uocat. Quod autem mediatoris officium sit, docet Augustinus lib. 9. cap. 15. & Epiphanius in sermone Ancyrato his uerbis: *τὸ γὰρ μεσίτης θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἐπειδὴ τοῖς ἑκατέρωθεν μεσίτης ὄντων τῶν πατέρων αὐτοῦ θεοῦ ὡς φύσει γνήσιος γεγεννημένος, πῶς δὲ αὐτὸν ἀνθρώπος ἀνθρώπος φωνήσῃς, γνήσιος ἐκ ματρίας, διὰ τὸ ὄραμα τῶ ἀδρός γεγεννημένον.* ἔτι γὰρ ὅτι μεσίτης θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, θεὸς ἄν καὶ ἀνθρώπος γεγεννημένος, ὁ τραπεῖς τῶ φύσει, ἀλλὰ ἦ ἑκατέρωθεν πῶς τὰ ἀμφοτέρωθεν μεσίτης ὄντων. *Ac uirtus.*) Per emphasin hoc intelligo. Nam alioquin non satis magnifice de Christi gloria prædicaret. *Iusticiæ operibus.*) id est, fidei operibus. Nam extra fidem quicquid est, peccatum est. *Peccatum autem pabulum.*) sicut uoluptas esca malorum. Nisi inuerterit illud Rom. 6. *ὁ νόμος τῆς ἀμαρτίας θάνατος.* Sive idem sit cum illo 1. Cor. 15. *τὸ λογίζεσθαι τὸ θάνατον ἢ ἀμαρτίαν.* *Cuius est dominatio in carne.*) Rom. 6. Vnde legendum est *domini,* non *dominum.*

De cruce Iesu, & cæteris tormentis, & de agni legalis figura.

CAPVT XXVI.

Dixi de humilitate, & fragilitate, & passione, cur hæc Deus subire maluerit: nunc ipsius crucis ratio reddenda est, & uis enarranda. Quid summus pater à principio disposuerit, & quemadmodum cuncta quæ gesta sunt ordinari, non tantum diuinatio Prophetarum, quæ in Christum uera præcessit, sed etiam ratio ipsius passionis docet. Quæcunq; enim passus est, nō fuerunt inania, sed habuerunt figuram & significantiam magnam. sicut etiam diuina illa opera quæ fecit: quorū uis & potentia ualebat quidem in præsens, sed declarabat aliquid in futurum. Aperuit cæcorum lumina cœlestis uirtus, & lucem

& lucem non uidentibus reddidit. Et hoc factum significabat fore, ut conuersus
 ad Gentes, quæ Deum nesciebant, insipientium pectora illuminaret luce sa-
 pientiæ, & ad ueritatem contemplandam oculos cordis aperiret. Verè enim
 cæci sunt, qui cœlestia non uidentes, & tenebris ignorantie circumfusi, terre-
 na & fragilia uenerantur. Patefecit aures surdorum. Non utiq; hæcenus uis
 illa cœlestis operata est: sed declarabat breuiter fore, ut qui erant ueritatis exper-
 tes, & audirent & intelligerent diuinas Dei uoces. Verè enim surdos dixe-
 ris, qui cœlestia & uera & facienda non audiunt. Mutorum linguas in elo-
 quium soluit: admirabilis, etiam cum fieret, potentia. Sed inerat huic uirtuti
 10 alia significatio, quæ ostenderet mox futurum, ut rerum cœlestium nuper igna-
 ri, percepta sapientiæ disciplina, de Deo & ueritate differerent. Nam qui ra-
 tionem diuinitatis ignorat, is uerè elinguis & mutus est, licet sit omnium di-
 fertissimus. Lingua enim cum uerum loqui cœperit, id est, uirtutem maiesta-
 temq; Dei singularis interpretari: tum demum officio naturæ suæ fungitur.
 quàm diu autem falsa loquitur, in usu suo non est: & ideo infans sit necesse est,
 qui diuina proloqui non potest. Pedes quoq; claudorum ad officium gradien-
 di reformauit. Laudabilis diuini operis fortitudo: sed figura id continebat,
 quòd cohibitis erroribus uitæ secularis, ac deuiæ iter ueritatis aperiretur, per
 quòd graderentur homines ad Dei gratiam consequendam. Is enim uerè clau-
 20 dus existimandus est, qui caligine ac tenebris insipientiæ implicatus, & quò
 tendat ignarus, offensantibus & caducis gressibus per uitam mortis incedit.
 Item labe & maculas inquinorum corporum repurgauit, non exigua im-
 mortalis potentia opera. Verum id portendebat hæc uis, quòd peccatorum
 cladibus ac uitiorum maculis inquinatos, doctrina eius purificatura esset, eru-
 ditione iusticiæ. Leprosi enim uerè atq; elephantici debent haberi, quos uel
 infinita cupiditates ad scelera, uel insatiabiles uoluptates ad flagitia compel-
 lunt, & dedecorum maculis inustos, labe afficiunt sempiterna. Iacencia mor-
 tuorum corpora erexit, eosq; nominibus suis in clamatos à morte reuocauit.
 Quid congruentius Deo: quid miraculo dignius omnium seculorum, quàm
 30 decursam uitam resignasse: completisq; hominum temporibus, tempora adie-
 cisse: arcana mortis reuelasse? Sed hæc inenarrabilis potestas, imago uirtutis
 maioris fuit, quæ demonstrabat, tantam uim habituram esse doctrinam suam,
 ut gentes in orbe toto, quæ alienæ à Deo, subiectæ morti fuerant, cognitione
 ueri luminis animata, ad immortalitatis præmia peruenirent. Eos enim rectè
 mortuos existimaueris, qui datorera uitæ Deum nescientes, atq; animas suas
 à cœlo in terram deprimentes, in laqueos æternæ mortis incurrunt. Quæ igitur
 tum faciebat in præsens, imagines erant futurorum, quæ in læsis afflictisq;
 corporibus adhibebat: ea spiritalium figuram gerebant, ut & in presenti uir-
 tutis nobis terrenæ opera monstraret, & in futurum potestatem cœlestis suæ
 40 maiestatis ostenderet. Ergo sicut opera eius significantiam quoq; maioris po-
 restatis habuerunt: ita etiam passio non simplex, nec superuacua, nec fortuita
 præcessit. Sed ut illa quæ fecit, magnam uirtutem ac potestatem doctrinæ eius
 significabant: sic ea quæ passus est, odio futuram esse sapientiam nunciabāt.
 aceti enim potus, ac fellis cibus, acerbitates & amaritudines in hac uita secta-
 toribus ueritatis pollicebatur. Et quanquam passio ipsa per se acerba & ama-
 ra specimen nobis futurorum tormentorum dabat, quæ morantibus in seculo
 uirtus ipsa proponit: tamē illiusmodi potus & cibus in os doctoris nostri ue-
 niens, pressurarum nobis ac laborum & miseriarum præbebat exemplum. Quæ
 50 omnia tolerare ac perpeti necesse est eos, qui ueritatem sequuntur: quoniam
 ueritas acerba est, & inuisa omnibus qui uirtutis expertes, uitam suam morti-
 feris uoluptatibus dedunt. Nam corona spinea capiti eius imposita, id declara-
 bat, fore ut diuinam sibi plebem de nocentibus congregaret. Corona enim dicitur,
 circumstans

circumstans in orbem populus. Nos autem, qui ante cognitionē Dei fuimus spinæ, id est iniusti, mali & nocentes eramus, ignorantes quid esset bonum, & à iusticiæ notione atq; operibus alieni, omnia scelere ac libidine polluebamus. Plexi ergo ex dumis & sentibus, sanctū Dei caput cingimus: quia conuocati ab ipso, & circumfusi undiq; ad eum, magistro ac doctōri Deo assistimus, regemq; illum mundi & omnium uisuentium dominum coronamus. Quod uerò ad crucem spectat, magna in ea uis ac ratio est, quam nunc conabor ostendere. Deus namq; (sicut superius exposui) cum statuisset hominem liberare, magistrum uirtutis legauit in terram, qui & præceptis salubribus formaret homines ad innocentiam, & operibus factis que presentibus iusticiæ uiam panderet: qua gradiens homo, & doctorem suum sequens, ad uitam æternam perueniret. Is igitur corporatus est, & ueste carnis indutus, ut homini, ad quem docendum uenerat, uirtutis & exempla & incitamenta præberet. Sed cum in omnibus uitæ officijs iusticiæ specimen præbuisset, ut doloris quoque patientiam, mortisq; contemptum, quibus perfecta & consummata sit uirtus, traderet homini: uenit in manus impiæ nationis, cum & uitare potuisset scientia futuri, quam gerebat: & repellere eadem uirtute, qua mirabilia faciebat. Sustinuit ergo cruciatus, & uerbera, & spinas. Postremò etiam mortem suscipere non recusauit: ut homo, illo duce, subactam & catenatam mortem cum suis terroribus triumpharet. Cur autem summus pater id potissimum mortis genus elegerit, quo affici eum sineret, hæc ratio est. Dicat enim fortasse aliquis, cur si Deus fuit, & mori uoluit, non saltē honesto aliquo mortis genere affectus est: cur potissimum cruce? cur infami genere supplicij? quod etiam homine libero, quamuis nocente, uideatur indignum. Primum, quod is qui humilis aduenerat, ut humilibus & infirmis opem ferret, & omnibus spem salutis ostenderet, eo genere afficiendus fuit, quo humiles & infirmi solent: ne quis esset omnino, qui eum non posset imitari. Deinde, ut integrum corpus eius conseruaretur, quem die tertio resurgere à mortuis oportebat. Nec enim hoc cuiquam ignorandum est, quod ipse antè de sua passione prædicans, etiam id notum fecerit, habere se potestatem, cum uellet deponendi spiritum, & resumendi. Suffixus itaq; cum spiritum sponte deposuisset, necessarium carnifices non putauerunt, ossa eius suffringere (sicut mos eorum ferebat) sed tantummodo latus eius perforauerunt. Sic integrum corpus patibulo detractum est, & sepulchro diligenter inclusum. Quæ omnia idcirco facta sunt, ne læsum ac diminutum corpus ad resurgendum inhabile redderetur. Illa quoq; præcipua fuit causa, cur Deus crucē maluerit: quod illa exaltari eum fuit necesse, & omnibus gentibus passionem Dei notescere. Nam quoniam is qui patibulo suspenditur, & conspicuus est omnibus, & cæteris altior, crux potius electa est, quæ significaret illum tam conspicuū, tamq; sublimem futurum, ut ad eum cognoscendum pariter & colendum cunctæ nationes ex omni orbe concurrerent. Deniq; nulla gens tam inhumana est, nulla regio tam remota, cui aut passio eius aut sublimitas maiestatis ignota sit. Extendit ergo in passione manus suas, orbemq; dimensus est: ut iam tunc ostenderet, ab ortu solis usq; ad occasum magnū populum ex omnibus linguis & tribubus congregatum, sub alas suas esse uenturum, signumq; illud maximū atq; sublime frontibus suis suscepturum. Cuius rei figuram Iudæi etiam nunc exhibent, cum limina sua de cruore agni notant. Deus enim percussurus Aegyptios, ut ab ea plaga immunes faceret Hebræos, præceperat his, ut agnū candidum sine macula immolarent, ac signū liminibus suis de sanguine eius imponerent. Itaq; cum Aegyptiorū primogeniti una nocte interiissent, Hebræi soli signo sanguinis tuti fuerunt: non quia cruor pecudis tantā in se uim gerebat, ut hominibus saluti esset, sed imago fuerat rerum futurarum. Agnus enim

enim candidus sine macula Christus fuit, id est innocens, & iustus, & sanctus, qui ab eisdem Iudæis immolatus, salutem omnibus qui signum sanguinis, id est crucis qua sanguinem fudit, in sua fronte conscripserint. Frons enim summum limen est hominis, & lignum sanguine delibutum, crucis significatio est. Denique immolatio pecudis ab ijs ipsis qui faciunt, pascha nominatur, ἅπασι πᾶσι, quia passionis figura est, quam Deus præsciens futurorum tradidit per Moysen populo suo celebrandam. Sed tum figura ualuit in præsentem ad depellendum periculum, ut appareat, quantum ueritas ipsa ualitura sit ad plebem Dei protegendam in extrema totius orbis necessitate. Quomodo autem, uel in qua plaga tuti omnes sint futuri, qui signum hoc ueri & diuini sanguinis in summo corporis sui notauerint, in nouissimo libro docebo.

COMMENTARIUS.

Hoc caput ἡνυσται mysticam miraculorum passionisq; Domini continet. Dixi de.) Transgressio diserta. In futurum.) Possumus hoc idem de noui Testamenti libris dicere, quod Paulus ad Rom. 15. de ueteri: nempe quæcunque scripta sint, in nostrum usum esse scripta. Significabat.) Est Theologis magna in exponendis mysterijs diuersitas. Neq; uideo quur hoc magis ad Gentes, quam ad uniuersos mortales pertineat. Est enim Dominus lux quidem ad reuelationem gentium, sed interim est lux mundi, illuminans omnem hominem uenientem in hunc mundum. Augustinus in quæst. Euang. per cæcos intelligit eos qui nihil intelligunt quidem, sed tamen obtemperant: sicut surdos, eos qui nihil obtemperant, etiam intelligentes. Caterum per claudos intelligit cunctatores. Sed qui cæci sint, facile ipsa metaphora indicat. Hilarius obcæcos uere peccato, qui Christum nisi admoniti non uident. Aures surdorum.) Hilarius per surdos, mutos, & dæmoniacos, gentes totius salutis indigos intelligit. Surdo auditus redditur Matthei 7. sed eidem etiam datur loquendi facultas. Nam sicut hæc duo naturæ corporalis uitia ferè cõiuncta leguntur, ita qui nihil de ueritate unquã audiuit, nihil unquam credidit (nam fides ex auditu est) præconium Dei uerbis eloqui haud unquam poterit. Sed salutaris hic medicus pro sua diuina potentia potens est naturam uel pessimè uitiatam restituere in integrum. Pedes.) Pedes allegoricòs alioqui ferè affectus denotant. Atq; elephantici.) Elephantici morbi historia Evangelicæ haud uspiam mentionem faciunt. Ergo Lactantius per lepram, elephantiasin intelligit: quam etiam elephantum ἑλεφαντα alij, alij elephantian appellant: à similitudine nimirum illius animalis, ut Galenus in Hiatro testatur. τὸ γὰρ δόγμα, inquit, τῶν γὰρ τῶν πάθει τῶτω καὶ πρῶτον πρὸς τὸν τε καὶ σκληρότερον

ἔστι, ἐμφερῆσαν ἔχει πρὸς τὸ τῶν ἐλεφαντῶν δόγμα, &c. Ob similem rationem etiam Saryrisis à quibusdam, ab alijs etiam Leontiasis dicitur. Manardus ait hunc morbum, morbum Lazari appellari uulgo: qui in quadam epistola disputat, utrū elephantiasis idem morbus sit cum ea lepra, cuius in Euangelijs mentio fit. Fuchsius sanè confirmat, elephantiasin ab Arabum lepra nihil differre. Sed Manardus id negat, autoritate Augustini ductus, qui lib. 2. cap. 40. quæst. Euangel. super 17. caput Lucæ, ait lepram coloris, non ualitudinis uitium esse, cum nimirū elephantiasis inter incurabilis pariter molestissimusq; morbus sit. Quamquam curationes cum ab alijs, tum à Galeno, huius tradantur, præsertim in 10. de Simpl. medic. Aetius (ut eū Paulus Aegineta citat) sic de eo scriptum reliquit: μέγιστον τῶν νόσων χεῖναι τὸν τῶν βοῦν τῶν ἀσπίδων δυνάμειν, καὶ ὅτι τὸ μὴ δυνάσασθαι τὴν γὰρ ἰατρῶν ἐλεφαντα. Deinde idem Aegineta Hippocratis autoritate docet, elephantiasin, si uel in parte sit aliqua corporis, & in summa cute, λεπτίνου esse. Certè quemadmodum à medicis describitur, morbus hic longè grauissimus est. Adderem descriptiones, nisi longiores essent. Describitur à Plinio libro 26. cap. 1. à Celso libro tertio, cap. 25. à Paulo Aegineta libro quarto, capite primo. Sed hunc breuiter ex definitionibus quæ Galeno tribuuntur, describemus: ἐλεφας ἔστι πάθος, παχὺ τὸ δόγμα καὶ ἀνώμαλον πρῶτον δυνάμειν, καὶ πελιδνὸν τὸ χεῖμα, καὶ τὰ λευκὰ τῶν ὀφθαλμῶν. ἀναβιβρώσκειται δὲ χεῖρων καὶ ποδῶν τὰ ἄκρα, καὶ ἰχώρα ἀΐνεισι πελιδνόν, καὶ δυσώδην. Ergo non modò turpis, sed homini præterea molestissima est. Sed Manardus nos opponemus auctoritatem Origenis, qui in capite duodecimo Leuitici, sex species lepræ, quæ elephantiasis descriptionibus non dissimiles sunt, sex peccatorum generibus opponit.

Addemus;

Addemus. quòd Gregorius Nazianzenus miracula Christi ex Evangelio Matthæi colligens, lepram amarā dixit. Versus est:

τῶν ὧν μὴ λεπθῆναι πικρῶν ἀπεδείξατο τὸ νόσον.

Quæ uerò magna inde Christo gloria cessisset, si lepra hæc curatu facilis fuisset? Quanto morbus fuit atrocior, tanto magis apparet in curando diuina uirtus. Decursam uitam.) sicut decursum spacium apud Ciceronem. Vide de hoc Budæum, & alios. Ergo sicut opera.) Sequuntur figuræ passionis Dominicæ. Non hic institutum est, aliorum patrū allegorias cum Lactantio conferre. Corona.) Quam Festus Pompeius à choro dictā putat, dempta licet aspiratione. Utitur coronæ uocabulo hac significatione Cicero pro Milone, in ipso exordio: Non enim corona confessus uester cinctus est, ut solebat: non usitata frequentia stipati sumus. Utitur Liuius pro armato cœtu: Exercitus, inquit, qui corona concionem circumdederat, gladijs ad scuta concrepuit. Sed Lactantius hanc expositionem dedit Sibyllæ. nam in octauo Sermone sic legitur:

τὸ δὲ φανερὸν φανεῖται τὸν ἀκαθάρτου· ἐκ γὰρ ἀκαθάρτου

τὸ δὲ φανερὸν ἐκ λεπθῆναι ἀγιῶν αἰώνιον ἡφεῖ.

De quo supra libro eodem, capite 18. Quo etiam hominis libero.) De hoc supra quodam loco dictum est. Deinde ut integ.) Apud Ioannem capite 20. melior ratio redditur: nempe ut impleretur quod dictum est Exod. 12.

& Num. 9. Os non comminuetis ex eo. Vbi de agno paschali uerba fiunt. Quòd illa exaltari.) Videtur notāter ad illud alludere, quod Christus ipse, qua morte moriturus esset significans, dixit Iohan. 12. Et ego, si exaltatus fuero à terra, omnes traham ad meipsum. Percussurus Aegyptios.) Historia est ijs scripta locis, quos supra citauit. Sed imago fuerat.) Atq; sic fiet argumentum à minori ad maius: Si umbra & figura passiōis Dominicæ tum efficax fuit, multo magis crux ipsa salutifera erit. Obseruabit hic Theologiæ candidatus, Christianā religionem non Tyberij Cæsaris temporibus inuēsumpsisse, sed ab hominum memoria pios in uniuersum omnes in Christo saluatos fuisse: id quod epistola ad Hebræos docet, cap. 11. ubi nubes testimoniorum exemplorumq; huius rei adducitur. Inter quæ etiam hoc numeratur, quòd Moses perfidem pascha fecit. Similis ratio est serpentis ænei in cruce suspensi: Num. 21. Nam agnus candidus.) 1. Cor. 5. τὸ πᾶν ἡμῶν ὡς ἡμῶν ἐβύβη χριστός. ἀπὸ τοῦ πάχου.) Græculo fortassis alicui posset hæc expositio genuina uideri. Sed Hieronymus in Commentarijs in Michæam & Matthæum improbat eam. Nam à πᾶσι Paschæ, id est transitu deriuatur. eo quòd angelus plagam primogenitis ferens, illa transiit lumina, quæ sanguine agni illita fuerant. Confer cum hoc capite ea quæ Ludouicus Viues scribit libro secundo de Veritate fidei, capite de Mysterijs passiōis.

De crucis uirtute, & de demonibus. CAP. XXVII

Nunc fatis est, huius signi potentiam quantum ualeat, exponere. Quanto sit dæmonibus hoc signum, sciet qui uiderit, quatenus adiurati per Christum de corporibus quæ obsederint fugiant. Nam sicut ipse quum inter homines ageret, uniuersos dæmones uerbo fugabat, hominūq; mentes emotas & malis incurribus furiatas, in sensus pristinos reponebat: ita nunc sectatores eius eosdem spiritus inquinatos de hominibus & nomine magistri sui, & signo passiōis excludunt. Cuius rei non difficilis est probatio. Nam cum dijs suis immolant, si assistat aliquis signatam frontem gerens, sacra nullo modo litant. Nec responsa potest consultus reddere uates. Et hæc semper causa præcipua iusticiam persequendi malis regibus fuit. Cum enim quidam inistorum nostrorum sacrificantibus dominis assisterent, imposito frontibus signo deos illorum fugauerūt, ne possent in uisceribus hostiarum futura depingere. Quod cum intelligerent aruspices, instigantibus iisdē dæmonibus quibus profecerant: conquerentes profanos homines sacris interesse, adegerunt principes suos in furorem, ut expugnarent Dei templum, seque uero sacrilegio contaminarent, quod grauissimis persequentium poenis expiaretur. Nec tamē ex hoc ipso cæci homines intelligere possunt, aut hanc esse ueram religionem, cui ad uincendum tanta uis inest: aut illam falsam, quæ subsistere aut congregari non potest. Sed aiunt, hoc deos nō metu, sed odio facere. quasi quisquam

quisquam possit odisse nisi eum qui aut noceat, aut possit nocere: imò uerò congruens maiestati fuit, ut eos quos oderant, presentibus poenis afficerent potius quam fugerent. Sed quoniam neque accedere ad eos possunt, in quibus celestem notam uiderint, nec ipsi nocere quos signum immortale munierit, tanquam inexpugnabilis murus, lacessunt eos per homines, & manibus persequuntur alienis, quos profecto si esse confitentur, uicimus. Necessè est enim, ueram esse hanc religionem quæ & rationem dæmonum nouit, & astutiam intelligit, & uim retundit, & eos spiritalibus armis domitos ac subactos, cedere sibi cogit. Si negant, testimonijs poetarum ac philosophorum refelluntur. Quòd si esse, & malos esse, inficias non eunt: quid superest, nisi ut alios dicant esse deos, alios dæmones? Exponant igitur nobis differentias generis utriusque, ut sciamus quid colendum, quid execrandum sit: habeant ne inter se aliquod consortiū, an uerò inimici sint. Si sunt aliqua necessitudine copulati, quatenus eos discernemus? aut quomodo utriusque generis honorē, cultumque miscbimus? Si autem sunt inimici, cur aut dæmones deos non timēt, aut dijs dæmones fugare non possunt? Ecce aliquis instinctu dæmonis percitus dementit, effertur, insanit, ducamus hunc in Iouis Optimi Maximi templum, uel quia sanare homines Iupiter nescit, in Aesculapij, uel Apollinis fanum. lubeat utriuslibet sacerdos, Dei sui nomine, ut nocens ille spiritus excedat ex homine: nullo id pacto fieri potest. Quæ igitur uis deorum est, si subiectos sibi dæmones non habent? At uerò iidem dæmones adiurati per nomē Dei ueri, protinus fugiunt. Quæ ratio est, ut Christum timeant, Iouem autem non timeant, nisi quòd iidem sunt dæmones, quos uulgus deos esse opinatur? Denique si constitutur in medio & is, quem constat incursum dæmonis per peti, & Delphici Apollinis uates: eodem modo Dei nomen horrebunt, & tam celeriter excedet de uate sua Apollo, quam ex homine spiritus ille dæmoniacus, & adiurato fugatoque Deo suo, uates in perpetuum conticescet. Ergo iidem sunt dæmones, quos fatentur execrandos esse: iidem dijs, quibus supplicant. Si nobis credendum esse non putant, credant Homero, qui summum illum Iouē dæmonibus aggregauit, sed & alijs poetis ac philosophis, qui eosdem modò dæmonas, modò deos nuncupant: quorum alterum uerum, alterum falsum est. Illi enim nequissimi spiritus, ubi adiurantur, ibi se dæmonas confitentur: ubi coluntur, ibi se deos mentiuntur, ut errores hominibus immittant, & auocent à ueri Dei notione, per quam solam potest mors æterna uitari. Iidem sunt, qui Dei sciendi hominis causa, uarios sibi cultus, per diuersa regionū condiderunt, mentitis tamen assumptisque nominibus, ut ualerēt. Nam quia diuinitatem per seipsos affectare non poterant, ascuerunt sibi nomina potentium regum, sub quorum titulis honores sibi deorum uendicarent. Qui error discuti potest, & in lucem ueritatis protrahi. Nam si quis studet altius inquirere, congreget eos, quibus peritiā est cedere ab inferis animas. Euocent Iouem, Neptunum, Vulcanum, Mercurium, Apollinem, patremque omnium Saturnum. respondebunt ab inferis omnes, & interrogati loquentur, & de se ac Deo fatebuntur. Post hæc euocent Christum, non aderit, non apparebit: quia non amplius quam biduo apud inferos fuit. Quid hac probatione certius proferri potest? Ego uerò non dubito, quin ad ueritatem Trismegistus hæc aliqua ratione peruenerit, qui de Deo patre omnia, de filio locutus est multa, quæ diuinis continentur arcanis.

COMMENTARIUS.

50 Differit hoc capite, quanta Christus antiquis illis temporibus miracula ediderit. Quæ sanè quæstio superstitiosa uideri posset homini, in nostris duntaxat, & non item in ueteribus orthodoxis

uersato. In Apostolica quidem ecclesia nihil tale legitur, neque Apostolos hac crucis ceremonia uel in morbis curandis, uel in dæmonibus expellendis usos fuisse. Sunt qui fabulam credunt, crucis

A Dominicæ

Dominicæ per Helenam Constantini matrem inuentionem, qui historiam non alibi quàm in Catalogo sanctorum legerunt. Sed Eusebij & Tripartitæ autoritas tanta est, ut pie à pijs, illis fides habeatur historijs. Quibus accedit magnæ fidei historicus Eutropius. Sed inoleuerat in Ecclesia iam antè mos, frontis cruce signandæ. Iam antè, morbi cedebant, & dæmones nomini Iesu crucifixi, adhibita crucis ceremonia. Quid ni? quum hoc ipsum sit factum, etiam cum ab Apostolis manus imponerentur? Ecquid tandem Christus hac ratione declarare uoluit, crucem suam, quæ Gentibus stulticia erat, Iudæis infamia, solidam esse gloriæ solidæ materiem? Trophæum esse, erectum in argumentum debellati satanæ, mortisq; subactæ? Si serpens æneus in deserto cruci suspensus, fuit aduersus serpentum morsus efficax: si Moysis in crucis formam expansio fudit fugauitq; Amelechitas: quid prohibet, crucis Christi ueræ, cuius illæ imago fuere, & umbra, uictricem uirtutem aduersus omnem malorum uim ualere? Non aio materiam ligni istam habere uirtutem, non figurationis istius gesticationem: sed illam qua anima signatur, muniturq; aduersus satanæ machinationes. Sic exponunt Ambrosius & Chrysostomus. Nihil magicum hic admittimus, nihil exorcisticum. Insigne & solum crucis forma fuit eorum, qui testatam crucifixi Christi professionem inter Gentes Iudæosq; uolebant, quibus cum Paulo nihil gloriosius, quàm crux sui redemptoris. Constantino Angelus dicebat. *ὅτι τὸ πῶν ὕψος*: quia per crucem dux uitæ mortem triumpharat antè. *τὸ εὐλογεῖν*, inquit Sibylla, *ὅτι πῆσις, τὸ λεόρας, τὸ πῶν μῆλον ἔσται αὐτοῦ ὄψεσθαι ῥῶν, πῶν ὄνομα δὲ ἰσχυρῶν*. Mundus hac offenditur, princeps mundi sua potestate per hanc exutus est iam pridem. Non uacat commemorare, neq; huius instituti est ea referre, quæ Origenes, Epiphanius, & cum Hieronymo Augustinus, de huius uirtute disseruerunt. Satis nobis est, lectorem simplicem admo-

nuisse, nihil hic subesse superstitionis, si sinceram secum attulerit fidem. Habet autem hoc caput confutationis capita. Cum enim quidam ministrorum.) Imò in uisceribus peccudum crucis signum corona circumdatum apparuit, ut Sozomenus in Tripartitæ 6. refert. Communis lectio habet, ministrorum nostrorum: sed hæc magis genuina uidetur, licet illam etiam Ambrosius Calepinus sequatur, qui uerbum depingere exponit pro eo quod est denunciare. uerbum est Aruspicum, ut opinor, peculiare: sicut describere augurum, ita litare, profecrare. Non metu, uerum odio.) ut: Oderint, dum metuant. Vide Tertullianum capite uigesimo septimo, Apolog. Porro in causis iudicandis uidentum est, cui id commodo aut incommodo sit. Quali quisquam.) Solut per instantiam, *ὅτι τὸ πῶν πῶν*. Hæc res adumbrata est in forti armato, in Euangelio Lucæ undecimo. Necesse.) Dilemma. Alios deos, alios dæmones.) Obstruit aduersarijs diuidenti effugium. Sunt enim dij Gentium dæmonia, Psal. 95. De his supra libro secundo, cap. decimo quinto, & decimo sexto copiose. Iamblichus multa de deorum, dæmonum, heroum differentia: sed contra totam illam uanitatem disertissimè scribit Eusebius libro quarto & quinto, de Præpar. Euang. Aesculapij.) Quia hi duo medici fuerunt, Iupiter non item. Obserua comparisonem personæ Dei cunctipotentis, & dæmonum. Quæ igitur uis.) Hoc argumento etiam ipse Christus usus est aduersus Iudæos, qui calumniabantur ipsum per digitum Beelzebub dæmonia eijcere. Credunt Homero.) Lege Eusebium lib. 5. cap. 4. Præparat. Euang. Euocent Iouem.) Non intelligit euocationem deorum, quos urbium tutelares, Imperatores obsidentes euocabant: cuius euocationis carmina sunt apud Maer. lib. 3. Satur. cap. 9. & apud Liuium lib. 8. Dec. 1. sed magicam illam. Hæc autem magicæ species uerba *νεγομαντῖα* appellatur, de qua infra lib. 7. cap. 13.

De spe, & uera religione, & superstitione: & de nomine religionis, unde dicatur secundum Ciceronem, & alios.

CAP. XXVIII.

Quæ cum ita se habeant, ut ostendimus: apparet, nullam aliam spem homini esse propositam, nisi ut abiectis uanitatibus & errore miserabili, Deum cognoscat, & Deo seruiat, nisi huic temporali renunciet uitæ, ac se rudimentis iusticiæ ad cultum ueræ religionis instituat. Hac enim conditione gignimur, ut generanti nos Deo iusta & debita obsequia præbeamus, hunc solū nouerimus, hunc sequamur. Hoc uinculo pietatis obstricti Deo, & religati sumus, unde ipsa religio nomē accepit, non ut Cicero interpretatus est, à relegendo,

à relegendo, qui in libro de Natura deorum secundo dicit ita: Non enim philosophi solum, uerum etiam maiores nostri superstitionem à religione separauerunt. Nam qui totos dies precabantur & immolabant, ut sui sibi liberi superstites essent, superstitiosi sunt appellati. Qui autem omnia quæ ad cultum deorum pertinerent, retractarent, & tanquam relegerent, ij dicti sunt religiosi, ex relegendo, tanquam ex eligendo elegantes, & ex deligendo diligentes, & intelligendo intelligentes. His enim uerbis omnibus inest uis legendi, eadẽ quæ in religioso. ita factum est in superstitioso, & religioso: alterum uitij nomẽ, alterum laudis. Hæc interpretatio quàm inepta sit, ex re ipsa licet noscere. Nam si in iisdem dijs colendis & superstitio, & religio uersatur, exigua, uel potius nulla distantia est. Quid enim mihi afferet causæ, cur precari pro salute filiorum semel religiosi, & idem decies facere, superstitiosi esse hominis arbitretur? Si enim semel facere optimum est, quanto magis sapius? Si hora prima: ergo & tota die. Si una hostia placabilis, placabiliores utique hostiæ plures: quia multiplicata obsequia demerentur potius, quàm offendunt. Non enim nobis odiosi uidentur ij famuli, qui assidui & frequentes ad obsequium fuerint, sed magis chari. Cur igitur sit in culpa, & nomen reprehensibile suscipiat, qui aut filios suos magis diligit, aut deos magis honorat, laudatur autem qui minus? Quod argumentum etiam ex contrario ualeat. Si enim totos dies precari, & immolare criminis est, ergo & semel. Si superstites filios subinde optare, uitiosum est: superstitiosus igitur & ille, qui etiã raro id optauerit. Aut cur uitij nomen sit ex eo tractum, quo nihil honestius, nihil iustius optari potest? Nam quod ait, religiosos à relegendo appellatos, qui retractent ea diligenter quæ ad cultum deorum pertineant: cur ergo illi qui hoc saepe in die faciant, religiosorum nomen amittant, cum multo utiq; diligentius ex assiduitate ipsa relegant ea, quibus dii coluntur? Quid ergo est? Nimirum religio ueri cultus est, superstitio falsi. Et omnino quid colas, interest non quem admodum colas, aut quid precere. Sed quia Deorum cultores religiosos se putant, cum sint superstitiosi: nec religionem possunt à superstitiõne discernere, nec significantiam nominum exprimere. Diximus nomen religionis à uinculo pietatis esse deductum, quod hominem sibi Deus religauerit, & pietate constrinxerit: quia seruire nos ei ut domino, & obsequi ut patri, necesse est. melius ergo id nomen Lucretius interpretatus est, quia ait religionum se nos exoluere. Superstitiosi autem uocantur, non qui filios suos superstites optant (omnes enim optamus) sed aut ij, qui superstitem memoriam defunctorum colunt, aut qui parentibus suis superstites, celebrant imagines eorum domi, tanquam Deos Penates. Nam qui nouos sibi ritus assumebant, ut in deorum uicem mortuos honorarẽt, quos ex hominibus in cœlum receptos putabant, hos superstitiosos uocabant. Eos uerò, qui publicos & antiquos deos colerent, religiosos nominabant. Vnde Vergilius:

Vana superstitio, ueterumq; ignara Deorum.

Sed cum ueteres quoq; deos inueniamus eodem modo cõsecratos esse post obitum: superstitiosi ergo qui multos ac falsos deos colunt. Nos autem religiosi, qui uni & uero Deo supplicamus.

C O M M E N T A R I V S.

Indicaturus in quo uera religio sita sit, remouet ab ea gentes deorum cultui deditas. Conuellet Ciceronis differẽtiam, quam inter religionem & superstitionem posuit: probans religionẽ Christianorum, superstitionem uerò Gentilium esse.

Memineris tu interim, hæc argumenta non minus contra Gentilitiam, quàm contra Romanam

δυσὸ ἀμνοῖαν ualere. Deum agnoscat.) Sic Christus apud Ioannem: Hæc est uita æterna, ut cognoscat te uerum Deum, &c. & Merc. δὲ θεῶν γινώσκεις δὲ τὸ θεῶν. Agnoscere autem Deum nihil aliud est, quàm in Deum credere, deq; eo ut par est sentire. Hoc uinculo pietatis.) A' relatiuè oppositis, & etymologia

logia uocis. Cicero.) Ciceronis uerbis adi-
 cit Nonius Marcell. Superstitiosos proprietatem
 ex hoc habere, quod præ cultura deorum super-
 sedeant cætera, id est negligant: religiosos uerò,
 quod omnium cæterorum sacrificijs deseruiant.
 Licet hanc Ciceronis deriuationem Lactantius
 reijcit, approbat tamen Zuinglius in Commen-
 tarijs de Vera & falsa religione: qui religionem
 intelligit eam rationem, quæ totam Christiano-
 rum pietatem, puta fidem, uitam, leges, ritus, sa-
 cramenta complectitur. Cæterum additione ue-
 ri & falsi, religionem à superstitione distinguit.
 Massurius Sabinus (ut est apud Gell. libro quar-
 to, capite nono) religiosi uocabulum à relinquen-
 do deducit: sicut ceremoniæ dictæ sunt à caren-
 do. quam quidem denominationem admiserim, si
 diritatem (ut ipsius uocabulo utar) significant,
 quod tamen per ἀντιφραση fieri potest. Cum
 Lactantio facit Ambrosius in libro de Virgini-
 bus, ubi uirgines Deo nuptas quasi religatas o-
 stendit. Hinc enim religionem dictam esse, ety-
 mologia re quam uoce uerius. Manifestius La-
 ctantio astipulatur Hieronymus in Amos, capite
 nono, dictam nimirum esse religionem, quod
 quasi in fascem Domini uincti & religati sumus.
 Verum Augustinus non nihil uariat, ad Cicero-
 nis expositionem propius accedens. Nam in libro
 de Ciuit. Dei 10. capite quarto, dictam eam qui-
 dem putat à religendo, allusione nominis (ut
 Viues putat) ad manum ex occasione capta.
 Verba ipsius sunt: Ipse enim fons nostræ bea-
 titudinis, ipse omnis appetitionis est finis. Hunc
 eligentes, uel potius religentes (amiseramus
 enim negligentes) hunc ergo religentes, unde &
 religio dicta perhibetur, ad eum dilectione tendi-
 mus, ut perueniendo quiescamus: ideo beati, quia

illo sine perfecti. Augustini deriuationem affir-
 mare uidetur Nigidianus ille apud A. Gellium
 uersiculus:

Religentem esse oportet, religiosum minimè.
 Nam si in iisdem.) Docet, non tam in for-
 ma quam in materia religionis & superstitionis
 differentiam esse. Item docet, non μερόπιτε
 esse religionem, ut eius εὐσεβία sit superstitio:
 quorum defectus fortassis esse posset εὐσεβία,
 uel εὐσεβία. Sed alia est ratio in diuina philoso-
 phia, quam in Aristotelica uel Platonica, ubi uir-
 tus in medio posita est. Deus feruorem, non tepo-
 rem amat. Si enim.) A maiori ad minus.
 Lucretius.) libro primo, qui uersus etiam su-
 præ libro primo, cap. decimosexto citatus fuit.
 Nam qui nouos sibi ritus.) θεολογία, cultus sponte susceptus Græcè dicitur. Cæ-
 terum superstitio δεισιδαιμονία dicitur: &
 Paulus in Actis, Athenienses δεισιδαιμονε-
 σέως uocat. Augustinus θεοσεβία religionē
 interpretatur, & sic Paulus non semel utitur: sed
 species magis quam genus est, cultum ferè signifi-
 cans. θεοσεβία omnes pietatis partes comple-
 ctitur. Vana superstitio.) Sunt uerba
 Euandri ad Aeneam, libro Aeneidos octauo, quo
 loco Seruius aliam quam Lactantius, siue Cice-
 ro, huius uocis rationem affert. Superstitio, in-
 quit, est timor superfluus & delirus, aut ab ani-
 culis dicta, quæ multis superstities per ætatem de-
 lirant, & stultæ sunt: aut secundum Lucretium
 superstitio est superstantium rerum, id est cele-
 stium & diuinarum, quæ super nos stant, inanis
 & superfluus timor: Hæc ille. Lex erat: Separatim
 nemo habebat deos, ne uel nouos, siue
 aduenas, nisi publicè adscitos
 priuatim colunt.

De religione Christiana, & de Iesu cum patre coniunctione.

CAP. XXIX.

Fortasse quærat aliquis quomodo, cum Deum nos unum colere dica-
 mus, duos tamen esse asseueramus, Deum patrem, & Deum filium. quæ
 asseueratio plerosque in maximum impingit errorem. Quibus cum proba-
 bilia uideantur esse quæ dicimus, in hoc uno labare nos arbitrantur, quod
 & æternum, & mortalem Deum fateamur. De mortalitate iam diximus:
 nunc de unitate doceamus. Cum dicimus Deum patrem, & Deum filium,
 non diuersum dicimus, nec utrunque secernimus: quia nec pater sine filio
 esse potest, nec filius à patre secerni: liquidem nec pater sine filio nuncupa-
 ri, nec filius potest sine patre generari. Cum igitur & pater filium faciat, &
 filius patrem: una utriusque mens, unus spiritus, una substantia est: sed il-
 le quasi exuberans fons est, hic tanquam defluens ex eo riuus: ille tan-
 quam sol, qui quasi radius à sole porrectus, qui quoniam summo patri
 & fidelis & charus est, non separatur, sicut nec riuus à fonte, nec radius
 à sole,

à sole, quia & aqua fontis in riuo est, & solis lumen in radio: aequè neque uox
 ab ore seiungi, nec uirtus, aut manus à corpore diuelli potest. Cum igitur à
 prophetis idē manus Dei, & uirtus & sermo dicatur, utiq; nulla discretio est:
 quia & lingua sermonis ministra est, & manus in qua est uirtus, indiuiduæ
 sunt corporis portiones. Propiore uti exemplo libet. Cum quis habet filiū
 quem unicè diligit, qui tamen sit in domo & manu patris, licet ei nomen do-
 mini, potestatemq; concedat, ciuili tamen iure & domus una, & unus domi-
 nus nominatur. Et hic mūdus, una Dei domus est: & filius ac pater, qui una-
 nimes incolunt mundum, Deus unus est: quia & unus tanquam duo, & duo
 10 tanquam unus. Neq; id mirum, cum & filius sit in patre, quia pater diligit fi-
 lium, & pater in filio, quia uoluntati patris fideliter paret, nec unquam faciat
 aut fecerit, nisi quod pater aut uoluit, aut iussit. Deniq; unū Deum esse tam
 patrem quā filium, Esaias in illo exemplo quod superius posuimus, osten-
 dit, cum diceret: Adorabunt te, & te deprecabūtur, quoniam in te Deus est;
 & nō est alius Deus præter te. Sed & alio loco similiter ait: Sic dicit Deus rex
 20 Israel, & qui eruit eū Deus æternus: Ego primus, & ego nouissimus, & præ-
 ter me non est Deus. Cum duas personas proposuisset Dei regis, id est Chri-
 sti, & Dei patris, qui eum post passionem ab inferis excitauit, sicut ostendis-
 se diximus Oseam prophetam, qui ait: Et de manu inferorum eruam eum: ta-
 30 men ad utranq; personam referens, intulit, Et præter me non est Deus: cum
 posset dicere præter nos: sed fas non erat plurali numero, separationem tan-
 te necessitudinis fieri. Unus est enim solus liber, Deus summus, carens origi-
 ne, quia ipse est origo rerū, & in eo simul & filius & omnia cōtinentur. Qua-
 propter cum mens, & uoluntas alterius in altero sit, uel potius una in utroq;
 meritō unus Deus uterq; appellatur: quia quicquid est in patre, ad filiū trans-
 fluit, & quicquid in filio, à patre descendit. Non potest igitur ille summus ac
 singularis Deus nisi per filium coli. Qui solum patrem se colere putat, sicut fi-
 lium non colit, ita nec patrem quidem. Qui autem filium suscipit, & nomen
 eius gerit, is uerò cum filio simul & patrem colit, quoniam legatus, & nun-
 30 cius, ac sacerdos summi patris est filius. Hic templi maximi ianua est, hic lucis
 uia, hic dux salutis, hic ostium uitæ.

C O M M E N T A R I V S.

Docet filium cum patre eundem reuera esse,
 caterum officijs differre. Quæ quidem disputa-
 tio instituta uidetur aduersus Samosatensem &
 Arrium, filium patri θεοσότου negantes: nisi ma-
 lis contra ipsos Ethnicos & Machumetistas.
 Pater filium.) A relatiuè oppositis argumen-
 tum. Exuberans fons.) De hoc supra
 40 quodā loco dictum est abundè. Propiore.)
 Filius quidem genuinus patris est, nos adopticij,
 secundum Pauli doctrinam. Sed neq; radij sola-
 ris analogia prorsus aliena à Scriptura est, quum
 ἀπὸ υἱοῦ καὶ πατρὸς ab eodem

Apostolo appelletur, & character ἁ ἑωσέ-
 σως αὐτοῦ: Hebr. 1. Et manu patris.)
 hoc est, in iisdem sacris nondum emancipatus.
 Nomen Domini.) Filijs familijs seruis pa-
 tris, aequè ut pater, domini sunt: quod non modò
 Iurisconsulti cōfitentur, sed eius rei exempla mul-
 ta sunt apud Comicos. Sic hic mundus.)
 Ab analogia. Quod superius.) Suprà li-
 bro 4. cap. 13. ex capite Prophetæ 45. Sed
 & alio loco.) capite 44. Deus æter-
 nus.) Deus Zebaoth. Oseam.) cap. 13.
 De quo loco supra cap. 19. dictum est.

De hæresibus, & superstitionibus: deq; ijs uitandis: & quæ sit sola & uera Ecclesia
 catholica. C A P. XXX.

Sed tamen quoniam multæ hæreses extiterūt, & instinctibus dæmonum
 S populus Dei scissus est, determinanda est nobis ueritas breuiter, & in suo
 50 proprio domicilio collocanda: ut si quis aquam uitæ cupiet haurire, non ad
 detritos lacus deferatur, qui non habent uenam, sed uberrimum Dei noue-
 rit fontem, quo irrigatus, perenni luce potiatur. Ante omnia scire nos conue-
 nit,

nit, & ipsum, & legatos eius prædixisse, quod plurimæ sectæ & hæreses haberent existere, quæ concordiam sancti corporis rumperent: ac monuisse, ut summa prudentia caueremus, ne quando in laqueos & fraudes illius aduersarij nostri, cum quo nos Deus luctari uoluit, incideremus. Tū dedisse certa mandata, quæ in perpetuū custodire deberemus. Quorum plerique immemores, deserto itinere cœlesti, uias sibi deuias per anfractus, & præcipitia condiderunt, per quas partem plebis incautam & simplicem, ad tenebras mortemque deducerent. Quod quatenus acciderit, exponam. Fuerunt quidam nostrorum uel minus stabilita fide, uel minus docti, uel minus cauti, qui dissidium facerent unitatis, & ecclesiam dissiparent. Sed ij quorum fides fuit lubrica, cum Deum nosse se & colere simularent, augendis opibus, & honori studentes, affectabant maximum sacerdotium, & a potioribus uicti, secedere cum suffragatoribus suis maluerunt, quam eos ferre præpositos, quibus concupierant ipsi anteponi. Quidam uero non satis cœlestibus literis eruditi, cum ueritatis accusatoribus respondere non possent, obijcientibus uel impossibile, uel incongruens esse, ut Deus in uterum se mulieris includeret, nec cœlestem illam maiestatem ad tantam infirmitatem posse deduci, ut hominibus contemptui, derisui, contumeliæ & ludibrio esset, postremo etiam cruciamenta perferret, atque in execrabili patibulo figeret: quæ omnia cum neque ingenio, neque doctrina defendere ac refutare possent (nec enim uim rationemque penitus peruidebant) deprauati sunt ab itinere recto, & cœlestes literas corruerunt, ut nouam sibi doctrinam sine ulla radice ac stabilitate componerent. Nonnulli autem falsorum prophetarum uaticinio illecti, de quibus & ueri propheta, & ipse prædixerat, exciderunt a doctrina Dei, & traditionem ueram reliquerunt. Sed illi omnes dæmoniis fraudibus irretiti, quas prospicere & cauere debuerant, diuinum nomen & cultum per imprudentiam perdiderunt. Cum enim Phryges, aut Nouatiani, aut Valentiniiani, aut Marcionitæ, aut Anthropiani, aut Arriani, seu quilibet alij nominantur, Christiani esse desierunt, qui Christi nomine amisso, humana & externa uocabula induerunt. Solam igitur catholicam Ecclesiam est, quæ uerum cultum retinet. Hic est fons ueritatis, hoc est domicilium fidei, hoc templum Dei: quod si quis non intrauerit, uel a quo si quis exiuerit, a spe uitæ ac salutis æternæ alienus est. Neminem sibi oportet pertinaci concertatione blandiri. Agitur enim de uita & salute: cui nisi caute ac diligenter consulatur, amissa & extincta erit. Sed tamē quia singuli quique cœtus hæreticorum, se potissimum Christianos, & suam esse catholicam Ecclesiam putant, sciendum est, illam esse ueram, in qua est confessio & pœnitentia, quæ peccata & uulnera, quibus subiecta est imbecillitas carnis, salubriter curat. Hæc interim paucis admonendi gratia retuli, ne quis errorem fugere cupiens, maiori implicetur errore, dum penetrale ueritatis ignorat. Postea plenius & uerius contra omnes mendaciorum sectas proprio separatoque opere pugnabimus. Sequitur ut, quoniã satis de religione uera & sapientia locuti sumus, in proximo libro de iusticia disseramus.

C O M M E N T A R I V S.

Hoc caput continet impulsione, quæ hæreticis occasio & causa fuit ab ecclesia catholica deficiendi: ambitionem nempe, auariciam, inscitiam, & fidem lubricam: quæ mala hodie quoque ecclesiam, caput subinde erigentem, miserabiliter deprimunt, inscitiam autem hominum et ignauiam per Ethnicos primum, deinde per pseudoprophetas præcipitatum fuisse: ita tamen ut prima huius calamitatis causa solus sit diabolus, erroris omnis

parēs. Obiter determinat, quibus finibus ecclesia Christiana, extra quam nulla salus est, determinetur: professione nimirum, & pœnitentia. Et ipsum & legatos.) Ut intelligas, etsi hoc peccata nostra mereantur, prouidentiam tamen diuinam in his rebus esse omnibus. Prædixit hoc fore Christus ipse cum alibi, tum apud Lucam cap. 21. Mar. 13. ex legatis uero Paulus in priori ad Cor. cap. 11. Oportet, inquit, sectas in uobis esse, quod

quod, qui probati sunt, manifesti fiant inter uos. Augendis opibus.) Marcus Heremita *Καρυφύλας*, λεγομένου *Ἰβήλου Βολιάνου* (Sanguisuga) *Ὀυατοπάς* facit: & per eam, fidem & cognitionem ait hebetari. Maximū sacerdotium.) Viderit Romanus Pontifex. Cum suffragatoribus.) Notat ecclesiam Orientalem. Falforum Prophetarū.) Machumetis maximē. Phryges.) οἱ *Ἰψί Φεβύ*
 10 *υαε* nominantur etiam Eusebio. Autorem sectæ habuere Montanum prophetam, & duas prophetissas insanas, Priscillam & Maximillā. Hi teste Epiphano, utrunq; testamentum tenuerunt: neq; à fide Catholica aliter aberrarūt, nisi quod senserūt nos oportere *ἡελοματα*, dona nimirū prophetiæ suscipere. fuerunt, ut Epiphanius scribit, an. Antonini Pij. IX. hoc est, anno à nato Christo CXLVIII. ut Eusebius, anno XI. Antonini Veri: hoc est, an. à nato Christo CLXXIII.
 20 Montani factionem legimus deseruisse Tertullianum. Nouatiani.) Hi se *νεβαπες* cognominauerunt, id est immunes et puros, uidelicet à peccatis: quum, teste Hieronymo, omnium fuerint polutissimi. qui poenitentia post baptismū negauerūt: quorum secta hodie inter Catabaptistas repullulauit. Autorem quendam Nouatū habuerūt, quē Epiphanius *Ναβατοπυ* nominat, & Nouatiani etiam ab Hieronymo in Oseam nominantur. Fuit (ut Epiph. scriptum reliquit) tempore persecutionis,
 30 quæ ante Maximinum prima fuit, fortassis Decij aut Aureliani. Aurelius certe Castiodorus eum sub Gallo Hostiliano, anno à nato Christo 254. ponit. Contra Nouatianos extat Cypriani liber. Valentiniani.) Horū dogmata in superioribus semel atq; iterū attigimus. Eorundē differentias decem Epiphanius posuit. Contra hos potissimum Irenæus aliquot libris scribit. *γωστρεος* se ipsos appellarūt, sicut antecessores Valentini, Basilides, Saturnibus, Colorbasus, Ptolemæus &
 40 alij. Euseb. eum in VII. Antonini Pij anno ponit, qui est annus à nato Christo CXLVI. Contra hos scripsit Tertul. librum. Marcionitæ.) Marcion Ponticus Cerdonis secutor fuit, de cuius erroribus uide Irenæū lib. 1. cap. 29. Contra Marcionem Tertul. scripsit libros quinq;. Epiphanius eius corruptiones, quibus sacram deprauiuit Scripturam, longissimē persequitur. Vixit & hic Antonini Pij temporib. Anthropiani.) Anthropomorphitas opinor intelligit, de quibus
 50 Augustinus in lib. de Hæresibus sic scribit: Vadianos, quos & Epiphanius schismaticos, non hæreticos uult uideri, &c. Alij uocāt *αὐθγωτρομογ*

ετρας, quoniam Deum sibi fingunt cogitatione carnalem, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis. Eos autem separasse se dicit à communione nostra, culpando episcopos diuites, & paschacum Iudæis celebrando. Sed apud Epiphaniū hodie nihil tale inuenimus. In Anthropomorphitarum hæresi sunt etiam nostri pictores, qui Deū in Hierarchi cuiusdam barbati persona repræsentant. Gnosticis apud Irenæum filius Anthropus, à patre Anthroponatus est. Aut Ariani.) Arius in Alexandria presbyter, *ἰλιὸ ὁμοιοτάτα* Christi negans, creaturamq; uerbum æternū asserens, ab Alexandro episcopo eiectus, eiusq; hæresis in Nicena synodo, iisdem temporibus quibus Lactantius floruit, damnata. de qua copiose Eusebius in 10. historiæ Ecclesiasticæ, & Epiphanius tomo secundo, libri secundi. Seu quilibet alij.) Itaq; non modò illæ nomenclationes excludunt ex uera Christi ecclesia, sed & quæ in ecclesia Romana hodie audiuntur, Benedictinorum, Franciscanorum, Dominicalium, & id genus monastica reliqua nomina. Aequè, ut illi, ineptè faciunt, qui Lutherani, uel Zuuingiani appellari amant: quum Paulus exploserit factiosa Pauli, Cephæ, Apollo, ex ecclesia Christi, nomina: quum non aliud sit nomen sub cælo hominibus datum, in quo saluos fieri oporteat, quam saluiferum illud Christi & Christianorum nomen, quod professoribus Christi Antiochiæ primum fuit inditum. Catholica.) *ὄλογ* non est, quod est singulare: & multo minus catholicum. Singularia autem sunt, quæ certis circumscribuntur sedibus, quamuis pro catholicis se gerant, qui in multas familias dissecti sunt, sicut ne aliarum quidem hæreseōn factio uniuersalis erit, uel ob hoc ipsum, quia uerum cultum non retinet. Agitur enim de uita.) De qua Romanæ ecclesiæ assertores securi, suam Hierarchiam simulata quadam religione (cuiusmodi exempla apud Valerium Maximum sunt) defendunt, & ui ueluti tyrannidem tuentur, de immortalitate animi nihil sentientes. Confessio & poenitentia.) Confessionem intellige, de qua est in priori Canonica Ioannis, capite quarto: Omnis spiritus qui confitetur IESVM Christum in carne uenisse, ex Deo est: & omnis spiritus qui non confitetur IESVM Christum in carne uenisse, ex Deo non est. Hæc est confessio Petri: Verba uitæ æternæ habes, &c. Hæc est autem uita æterna (inquit apud Ioannem salutis autor, ad patrem suum cælestem) ut cognoscant

te solum Deum uerum, & quem misisti Iesum Christum. Huic, inquam, confessioni pœnitentia indiuidua comes adiuncta est. Quanquam non ignoro, apud ueteres (Tertulliani nimirum tempore) confessionem peccatorum, quæ publicè Deo fit, fuisse in ecclesia receptam: cuius actum magis exprimi Græco ἁπολογίσεως uocabulo,

in lib. de Pœnitentia Tertul. testatur, eamq; prosternendi & humiliandi hominis disciplinam esse ait. Extat etiam Chrysostomi Homilia πρὸς ματαίους καὶ ἀνομοσύνας. De pœnitentia dicemus infra lib. 6. Separatoq; opere.) Cuius Hieronymus in eius uita non meminit.

LIBRUS CON OELII LACTANTII FIRMI MIANI DIVINARVM INSTITVTIONVM ADVERSUS GENTES, Liber quintus, de Iusticia, ad Constantinum imperatorem.

IN QUINTVM HVNC LIBRVM INSTRUCTIO.

Veram hætenus sapientiam cum uera coniunxit religione, uinculo insolubili, in quibus uera consistit iusticia: de qua deinceps dicturus est. Quanquam de iusticia facturus uerba, phrasibus Paulinis nõ utitur: unde fortassis Theologia candidatus offendi posset. Sed ratio quæ hoc faciat, in promptu est. Ipsi enim cum gentilibus sermo est, quorum aures nihil tale sine offensione ferebant. Paulina uerò nobis philosophia subinde inculcat, iusticiam contingere ex fide in Christum. Quæ loquendi ratio illis hominibus durior uideri poterat: sicut nostris quoq; nulla alia, quàm Romana religione imbutis, quæ opera crepat, non illa quæ ex fide fluunt, charitatis illa officia, sed ceremonialia quædam domi suæ

nata. Iusticiam porro hic noster uocat uitæ integritatem, quæ officijs ex honesti fonte manantibus constat, quæ uirtutem in se complectitur omnem. Huiusmodi loquendi rationi gentiliū aures assuetæ, facilius aliquo applausu doctrinam hanc haurire poterant. Sed interim dum docendi rationem ita comparat, ut ad prophanarum & in uera sapientia rudium etiamnũ aurium captum eam pulchrè accommodet: nihil tamen, si negotium diligenter & sincero expendamus iudicio, à Scripturæ cœlestis scopo aberrat. Iusticiam siquidem in religione ponit. Religio cum ea est sapientia coniuncta, quæ intelligit salutem mortalium ex iusticia quidem, sed iusticiam nõ tam in suis quàm in Christu meruis consistere.

Quòd iniquum sit antè damnare personam uel causam, quàm de merito eius cognoscere: quare sapientia iungenda sit religioni, & quare sapientia huius mundi literas sacras contempserit: & quòd eloquentia seruit seculo: & quòd plerunq; ut amplius elucescat, ex industria impugnat ueritatem, quæ ferè semper idoneis assertoribus indiget.

CAP. I.



Non est apud me dubium, Constantine Imperator Max. quin hoc opus nostrum, quo singularis ille rerum cõditor, & huius immensi rector asseritur, si quis attigerit ex istis ineptè religiosis (ut sunt nimia superstitione impatientes) infectetur etiam maledictis, & uix lectio fortasse principio, affligat, proijciat, excretur, seq; inexpiabili scelere contaminari atq; adstringi putet, si hæc aut legat patienter, aut audiat. Ab hoc tamen si fieri potest, humanitatis iure postulamus, ut non prius damnet, quàm uniuersa cognouerit. nam si sacrilegis, & proditoribus, & ueneficis potestas defendendi sui datur, nec prædamnari quenquam incognita causa licet: non iniuste petere uidemur, ut si quis erit ille, qui inciderit in hæc: si leget, perlegat: si audiet, sententiam differat in extremum. Sed noui hominum pertinaciam, nunquam impetrabimus. Timent enim ne à nobis reuicti, manus dare aliquando, clamante ipsa ueritate, cogantur. Obstrepunt igitur, & intercedunt, ne audiant: & oculos suos opprimunt, ne lumen uideant, quod offerimus. Quo planè ipsi diffidentiam suæ perditæ rationis ostendunt, cum necq;

neq; cognoscere, neq; congrédi audent, quia sciunt se facile superari. Et idcirco disceptatione sublata,

Pellitur e medio sapientia, ut geritur res:

ut ait Bnnius. & quia student damnare tanquam nocentes, quos utiq; sciunt innocentes, constare de ipsa innocentia nolunt. Quasi uerò maior iniquitas sit, probatam innocentiam damnasse; quam inauditam. Sed (ut dixi) uerentur ne si audierint, damnare non possint. Et ideo cultores Dei summi, hoc est iustos homines torquent, interficiunt, exterminant, nec causas odiorum redere ipsi possunt, qui tam uehementer oderunt: quia ipsi errant, irascuntur ijs, qui ueram uiam sequuntur: & cum corrigere se possint, errores suos insuper crudelibus factis coaceruant, innocentium cruore maculantur, & dicatas Deo mentes euisceratis corporibus extorquent: cum talibus nunc cōgredi, & disputare contendimus, hos ad ueritatem ab inepta persuasionē traducere, qui sanguinem facilius hauserint, quam uerba iustorum. Quid igitur operam ne perdemus? Minimè. Nam si lucrari hos à morte, ad quam concitatissimè tendunt, non potuerimus, si ab illo itinere de uia ad uitā lucemq; reuocare, quoniam ipsi saluti suæ repugnant: nostros tamen confirmabimus, quorum non est stabilis ac solidis radicibus fundata & fixa sententia. Nutant enim plurimi, ac maximè qui literarum aliquid attigerint. Nam & in hoc philosophi, & oratores, & poetae perniciosi sunt, quod incautos animos facile irretire possint suauitate sermonis, & carminum dulci modulatione currentium. Mella sunt hæc, uenenum tegetia. Ob eamq; causam uolui sapientiam cum religione coniungere, ne quid studiosis inanis illa doctrina possit officere, ut iam scientia literarum non modò nihil noceat religioni atq; iusticiæ, sed etiam proficit quamplurimum, si is qui eas didicerit, sit uirtutibus instructior, & ueritate sapientior. Præterea, etiam si nulli alij, nobis certò proderit, delectabit se conscientia, gaudebitq; mens in ueritatis se luce uersari, quod est animæ pabulum, incredibili quadam iucunditate perfusum. Verum non est desperandū. Fortasse nō canimus surdis. Nec enim plus impuris spiritibus, quam sancto licet: aut tam in malo statu res est, ut desint sanæ mentes, quibus & ueritas placeat, & monstratū sibi rectum iter & uideant, & sequantur. Circumlinatur modò poculum coelesti melle sapientiæ, ut possint ab imprudentibus amara remedia sine offensione potari: dum illiciens prima dulcedo acerbiter saporis asperi, sub prætextu suauitatis occultat. Nā hæc in primis causa est, cur apud sapientes, & doctos, & principes huius seculi, Scriptura sancta fide careat, q̄ propheta cōmuni ac simplici sermone, ut ad populum, sunt locuti. Contemnantur itaq; ab ijs qui nihil audire, uel legere, nisi expolitū ac disertū uolunt, nec quicquā inhære animis eorum potest, nisi quod aures blandiori sono permulcet. Illa uerò, quæ sordida uidentur, anilia, inepta, uulgaria existimantur. Adeò nihil uerum putant, nisi quod auditu suaue est: nihil credibile, nisi quod potest incutere uoluptatem: nemo rem ueritate ponderat, sed ornatu. Non credunt ergo diuinis, quia fūco carent: sed ne illis quidē, qui ea interpretantur, quia sunt & ipsi aut omnino rudes, aut certè parū docti. Nā ut planè sint eloquētes, perrarò cōtingit. cuius rei causa in aperto est. Eloquētia enim seculo seruit, populo se iactare, & in rebus malis placere gestit: siquidē ueritatem sapius expugnare conatur, ut uim suā monstrat, opes expetit, honores cōcupiscit, summū deniq; gradū dignitatis exposcit. Ergo hæc quasi humilia despicit, arcana tanq; cōtraria sibi fugit: quippe quæ publico gaudeat, & multitudinē celebritatemq; desideret. Eo fit ut sapientia & ueritas idoneis præconibus indigeat. Et si qui fortè literatorum se ad eam cōtulerunt, defensionī eius nō suffecerunt. Ex ijs q̄ mihi noti sunt, Minutius Felix, nō ignobilis inter caudicos loci fuit, Huius liber, cui Octauio titulus est, declarat q̄ idoneus ueritatis

Eloquentia
laus.

ueritatis assertor esse potuisset, si se totum ad id studium contulisset. Septimius quoque Tertullianus fuit omni genere literarum peritus, sed in eloquendo parum facilis, & minus comptus, & multum obscurus fuit. Ergo ne hic quidem satis celebritatis inuenit. Vnus igitur præcipuus & clarus extitit Cyprianus, quoniam & magnam sibi gloriã ex artis oratoricæ professione quaesierat, & admodum multa conscripsit in suo genere miranda. Erat enim ingenio facili, copioso, suauis, & (quæ sermonis maxima est uirtus) aperto, ut discernere non queas, utrum ne ornatio in eloquendo, an facilior in explicando, an potentior in persuadendo fuerit. Hic tamen placere ultra uerba, sacramentum ignorantibus non potest: quoniam mystica sunt quæ locutus est, & ad id præparata, ut à solis fidelibus audiantur. Denique à doctis huius seculi, quibus fortè scripta eius innotuerunt, derideri solet. Audiui ego quendam hominem sanè disertum, qui eum immutata una litera *Coprianum uocaret, quasi quòd elegans ingenium, & melioribus rebus aptum, ad anileis fabulas contulisset. Quòd si accidit hoc ei, cuius eloquentia nõ insuauis est, quid tandem putemus eis accidere, quorum sermo ieiunus est & ingratus: qui neque uim persuadendi, neque subtilitatem argumētandi, neque ullam prorsus acerbitatem ad reuincendum habere potuerunt?

C O M M E N T A R I V S.

Hoc primum caput est quasi præfatio quædam totius huius libri, in qua suum exponit consilium. Quod quidem totum ex deliberationis locis petitum est, consolationi maxime seruientibus. Cæterum orationis corpus totum est Apologia quædam, uel inuēctiua potius aduersus Christiani nominis persecutores. Caput actionis est, quòd indicta causa supplicium de innoxijs Christianis sumere pergant. Idem prorsus argumentum cum Apologético Tertulliani. Bona pars huius capituli ostendit causas, quare ueritatis patrocinium eloquentia destituatur. **Humanitatis iure.** Humano iure, quod humano generi cõmune est: quod alij naturæ, alij gentium appellant. **Non prius damnet.** Præclara est Menandri sententia:

ὁ πρὸς τὰ γινώσκων ἢ πρὶν ἀκῶσαι σαφῶς,
αὐτὸς πονηρὸς ὄντι, πρὸς ὅσους ἰακῶς.

Hoc idem cum Lactantio urget Tertul. cap. primo Apologiæ. **Quam cognouerit.** Nã si Christianum esse, capitalis causa est: requiritur regulariter cognitio causæ plenissima, ut Iureconsulti tradunt. **Manus dare.** Id est uictos se agnoscere. Prouerb. supra lib. 3. cap. 28. **Ipsa ueritate.** Prouerb. Pellitur è medio. Hic uersus ex 8. Annal. est, ut Gell. li. 20. cap. 9. contra Grammaticum quendam protulit, unã cum alijs, quos non piget adscribere:

Pellitur è medio sapientia, uigetur res.
Spernitur orator bonus, horridus miles amatur.
Haud doctis dictis certantes, nec maledictis,
Muscant inter sese inimicitias agitantes.
Non ex iure manu confertum, sed magis ferro

Rem repetunt, regnumque petunt, uadunt solida ui.

Quos uersus exponit ipse Cic. in oratione pro Muræna, arma cum Toga conferens, his uerbis: Non nunc de studijs ad honorem depositis, non de insita cuiusque uirtute disputo. Omnia ista nobis studia ab manibus excutuntur, simulatque aliquis motus nouus bellicum canere cœpit. Etenim (ut ait ingeniosus poeta, et author ualde bonus) prælijs promulgatis: Tollitur è medio, non solum ista uestra uerbosa simulatio prudentiæ, sed etiam ipsa illa domina rerum sapientia uidetur respui. Spernitur orator, non solum odiosus in dicendo, ac loquax, uerum etiam bonus. Horridus miles amatur, uestrum uerò studium totum iacet. Non ex iure manu confertum, sed ferro, inquit, rem repetunt. Cæterum quid sit ex iure manu confertum, uide præter Gell. Bud. in Annot. prioribus.

Mella sunt. Poetica mella sunt Horatio, poemata melliflua dulcedine fluentia. Sicut Nestori γλώσση μέλιτος γλυκίων apud Homer. fingitur. Sed quod hic dicitur, simile est prouerbio, Melle litus gladius: et, Letale mulsim, δαυκίον μείλιον. **Ut iam scientia.** Res notatu dignissima, aduersus bonarum literarum calumniatores. **Canimus surdis.** Prouerb. **Minutius felix.** Hieronymus in scriptoribus Ecclesiasticis, de hoc scribens, Lactantiano testimonio utitur, facta est huius mentio & lib. 1. cap. 11. **Tertullianus.** Is satis nobis ex suis scriptis, (quæ quidem ad nos peruenerunt) notus est: sine quorum lectione Cyprianus nullum prætermisit diem, crebroque (ut Hieronymus de eo refert) dicere solitus est: Da mihi magistrum Tertullianum

Tertullianum significans. Cyprianus.) Hieronymus superfluum iudicat, huius ingenij catalogum contexere: quum sole clariora sint eius opera. Huius laudes non Latini modo celebrant, sed etiam Graeci. Nam orationibus eum celebrant Augustinus & Nazianzenus, uterque summus Theologus. Latinis numeris eius laudes cecinit Prudentius, Christianus ille Pindarus. De huius eloquentia lege Augusti. libro 4. de doctrina Christiana, & Hier. in epist. ad Paulinum. Coprianum.) Caprianum alic editiones ha-

bent, quas etiam Eras. sequitur. sed haec lectio mihi magis arridet. Cauillum est, ex allusione uocis. *νογία* enim sterco significat. Coprianus sterquilinus, ut qui eloquentiam suam in praerancido quodam doctrinae genere consumpserit. sic iudicat prophana huius mundi caecitas, ubi lex diuina humanis mentibus non affulsit. Quae enim maior potest esse uecordia, quam cum thesaurum qui aurum obrizon gemmasque preciosissimas precio superat, pro sterquilinio habere?

Quod ex defectu doctorum data est temerarijs hominibus audacia impugnandi ueritatem ignotam. CAP. II.

ERGO quia defuerunt apud nostros idonei peritiq; doctores, qui uehementer, qui acriter errores publicos redarguerent, causam omnem ueritatis ornatè copioseq; defenderent: prouocauit quosdam haec ipsa penuria, ut auderent scribere contra ignotam sibi ueritatem. Omitto eos qui prioribus eam temporibus nequicquam lacesserunt. Ego cum in Bithynia oratorias literas accitus docerem, contigissetq; ut eodem tempore Dei templum euerteretur: duo extiterunt ibidem, qui iacenti atq; abiectae ueritati, nescio utrum superbius an importunius insultarent, quorum alter antistitem se philosophiae profitebatur, uerum ita uiciosus, ut continentiae magister, non minus auaricia quam libidinibus arderet: in uictu tam sumptuosus, ut in schola uirtutis assertor, parsimoniae paupertatisq; laudator, in palatio peius coenaret quam domi: tamen uitia sua capillis & pallio, & (quod maximum est uelamentum) diuitijs praetegebat, quas ut augeret ad amicitias iudicum miro ambitu penetrabat, eosq; sibi repente autoritate falsi nominis obligabat, non modo ut eorum sententias uenderet, uerum etiam ut confines suos, quos sedibus agrisque pellebat a suo repetendo, hac potentia retardaret. Hic uero qui suas disputationes moribus destruebat, uel mores suos disputationibus arguebat, ipse aduersus se grauis censor, & accusator acerrimus, eodem ipso tempore, quo iustus populus nefarie lacerabatur, tres libros euomit contra religionem, nomenq; Christianum. Professus ante omnia, philosophi officium esse erroribus hominum subuenire, atq; illos ad ueram uiam reuocare, id est ad cultus deorum, quorum numine ac maiestate (ut ille dicebat) mundus gubernaretur, nec pati homines imperitos quorundam fraudibus illici, ne simplicitas eorum praedae ac pabulo sit hominibus astutis. Itaq; se suscepisse hoc munus, philosophia dignum, ut praeferreret non uidentibus lumen sapientiae, non modo ut susceptis deorum cultibus refanescant, sed etiam ut pertinaci obstinatione deposita, corporis cruciamenta deuitent, neu saeuas membrorum lacerationes frustra perpeti uelint. Ut autem appareret, cuius rei gratia opus illud elaborasset, effusus est in principum laudes, quorum pietas & prouidentia (ut quidem ipse dicebat) cum in caeteris rebus humanis, tum praecipue in defendendis deorum religionibus claruisset: consultum esse tandem rebus humanis, ut cohibita impia & anili superstitione, uniuersi homines legitimis sacris uacarent, ac propitios sibi deos experirentur. Vbi autem religionis eius contra quam perorabat, infirmare uoluit rationem, ineptus, uanus, ridiculus apparuit: quia grauis ille consultius alienae, non modo quid oppugnet, sed etiam quid loqueretur nesciebat. Nam si qui nostrorum affuerunt, quamuis temporis gratia conuenerent, animo tamen derisere: utpote cum uiderent hominem profitentem, se illuminaturum alios, cum ipse caecus esset: reducturum alios

alios ab errore, cum ipse ignoraret, ubi pedes suos poneret, eruditurum alios ad ueritatem, cuius ille ne scintillam quidem unam uidisset aliquando, quippe cum sapientiæ professor, profligare sapientiam niteretur. Omnes tamen id arguebāt, quod illo potissimum tempore id operis esset aggressus, quo ferebat odiosa crudelitas. O philosophum adulatorem, ac temporari feruientē. Verum hic pro sua uanitate contemptus est, qui & gratiam quam sperauit, non est adeptus: & gloria quam captauit, in culpam reprehensionemque conuersa est. Alius eandem materiam mordacius scripsit, qui erat tum e numero iudicum, & qui autor in primis faciendæ persecutionis fuit: quo scelere non contentus, etiam scriptis eos quos afflixerat, insecutus est. composuit enim libellos duos, non contra Christianos, ne inimicè insectari uideretur, sed ad Christianos, ut humane ac benignè consulere putaretur: in quibus ita falsitatem Scripturæ sacræ arguere conatus est, tanquam sibi esset tota contrariarum quædam capita, quæ repugnare sibi uidebantur, exposuit, adeò multa, adeò intima enumerans, ut aliquando ex eadem disciplina fuisse uideatur. Quod si fuit, quis eū Demosthenes poterit ab impietate defendere? qui religionis cui fuerat assensus, & fidei cuius nomen induerat, & sacramenti quod acceperat, proditor factus est, nisi forte casu in manus eius diuinæ literæ inciderunt. Quæ enim temeritas erat, id audere dissoluere, quod illi nemo interpretatus est? Bene, quod aut nihil didicit, aut nihil intellexit. Tantum enim abest à diuinis literis repugnantia, quantum ille abfuit à ueritate & fide: præcipuè tamen Paulum Petrumque lacerauit, ceterosque discipulos, tanquam fallaciæ seminatores, quos eosdem tamen rudes & indoctos fuisse testatus est: nam quosdā eorū piscatorio artificio fecisse quæstum: quasi ægrè ferret, quod illam rem non Aristophanes aliquis, aut Aristarchus commentatus sit.

C O M M E N T A R I V S.

Hoc caput ex superiori fuit. cōqueritur, propter literarum imperitiam, Christianam religionem philosophorum ludibrio expositam fuisse: & ob id se eius causam suscepisse. Memorat duo exempla, quæ finitæ cuidam quæstioni non dissimilia sunt. Concesserim quidem Lactantio, Christianam sapientiam tum temporis Latinis saltem literis parum celebrem fuisse: ceterum in Græcia, & in illis maximè partibus celebratissima fuit, id quod doctissimorum pariter sanctissimorumque episcoporum synodus Nicææ Bithyniæ celebrata (qua non alia Apostolicæ ut propior, ita neque similior extitit unquam, neque erit deinceps, nisi Christus solus auspex fuerit, & præses: petitoraque; consultantium non Imperij libido, sed spiritus pacis rexerit) abundè testatur. Taceo hic synodum Chalcedonensem, multo etiam celeberrimam. In Bithynia.) Quæ à Nicomede rege populo Romano testamento relicta fuit. Thracio Bosporo & propontide à Constantinopoli separatur. Natoliam hodie Turcæ eam regionem uocant. Oratorias literas.) Nicomediæ uidelicet, quæ à Nicomede Zelæ filio nomen habet: Aftacon Melæ dicta. Stephanus ait eam alio nomine ὀλβία, quasi tu dicas beatam, fuisse appellatam. Sed in Sophiani, imò ipsius

Ptolemæi descriptione, Olbia proxima quidem, sed alia à Nicomedia ciuitas est. Docuit ibi Oratoriam, ut etiam Hieronymus in eius uita retulit, Latinam in Græcia, fortassis quia tum quoque temporis Romani suam linguam per orbem Romanū propagatam uoluerunt: sed ne quicquam, destituebatur enim auditoribus. Hanc olim Paulus spiritus S. monitu præteruictus est, Act. 16. Sed Petrus ibi Euangelium seminauit, Iudæis duntaxat. Euseb. lib. 6.3. Hist. eccl. cap. 2. Dei templum.) uiuis constructum lapidibus, ut Petrus inquit. Notat autem persecutionē, quæ sub Diocletiano & Maxentio fuit. Fuerat enim Lactantius à Diocletiano Nicomediæ, ad Oratorias professionem cum Flauio Grammatico, teste Hieronymo accitus. Nescio.) Dubitatio elegans. Quorum alter antistitem.) Mirum quæ nomina suppresserit. Constat Iulianum apostatam, Maximum quendam Philosophum Nicomediæ audiuisse, non Byzantium illum Euclidis patrem, ut Eutropius refert, sed Ephesium quendam, quem postea Valentinus Imp. uelut artes magicas exercentem, interficere iussit. Quanquam Suidas Byzantium siue Epirotā Iuliani præceptorē rem fuisse testatur, sed uereor ut Iuliani hæc temporis Maxentianæ persecutionē attingere potuerint. unde

unde neq. Porphyrum forte hic recte intelliges, Sed quid opus est curiosa inquisitione, in re quam autor celatam uoluit? Hæc omnia quæ iam dicit, sunt *ἡ φησὶ αὐτὸς ἔλεγον*, iuxta præceptū rhetorum. Vel mores suos.) *ὠπιμετε-
λογὸν δὲ πᾶσι πᾶσι*. Nec pati homines.) Philosophi illius argumenta, sunt ex deliberationum locis petita. Legitimis factis.) Huiusmodi de Iuliano apud Eutropium legitur. Tempori seruientem.) Prouerbialis metaphora, ab histrionibus sumpta. Alius.) pro alter. Sunt qui hoc loco nouum or-

diuntur caput: neq. id, ut mihi uidetur, inepte. Intelligit autem Hieroclem Casariensem philosophum, cuius ipse nomen suppressum uoluit. Demosthenes.) Antonomastia, pro summo oratore: sicut paulo post Aristophanes pro uano poeta, & Aristarchus pro homine ualde literato, qui eruditionis alienæ censor & *ὀβελίσου* pro uerbo celebratur. Quid quod etiam Aristophanis lucerna, propter summam diligentiam, in pro uerbum abiit? Intelligit ergo Lactantius literatos quidem homines, sed profanos, & ad capienda Dei mysteria parum idoneos.

De ueritate Christianorum, & aduersariorum uanitate: & Christum non fuisse magum. CAPVT III.

Abfuit ergo ab ijs fingendi uoluntas & astutiā, quoniam rudes fuerunt. Aut quis possit indoctus apta inter se & cohærentia fingere, cum philosophorum doctissimi, Plato & Aristoteles, & Epicurus, & Zenon, ipsi sibi repugnantia & contraria dixerint? Hæc est enim mendaciorum natura, ut co-
 20 harere non possint. Illorum autem traditio quia uera est, quadrat undique, ac sibi tota consentit: & ideo persuadet, quia constanti ratione suffulta est. Non igitur questus & cōmodi gratia religionem istam cōmentū sunt, quippe qui & præceptis & re ipsa eam uitam secuti sunt, quæ & uoluptatibus caret, & omnia quæ habentur in bonis, spernit: & qui non tantum pro fide mortem subierint, sed etiam morituros esse se & scierint & prædixerint, & postea uersos qui eorum disciplinā secuti essent, acerba & nefanda passuros. Ipsum autem Christum affirmauit à ludæis fugatum, collecta noningentorum hominum manu, latrocinia fecisse. Quis tantæ autoritati audeat repugnare? Credamus hoc plane: nam fortasse hoc illi in somnis Apollo aliquis nunciauit.
 30 Tot semper latrones perierunt, & quotidie pereunt (utiq. multos & ipse damnasti) quis eorum post crucem suam, non dicam Deus, sed homo appellatus est: Verum tu forsitan ex eo credidisti, quia uos homicidam Martem confestis ut Deum: quod tamen non fecisset, si illum Areopagitæ in crucem sustulissent. Deinde cum facta eius mirabilia destrueret, nec tamen negaret, uoluit ostendere, Apollonium uel paria uel etiam maiora fecisse. Mirum quod Apuleium prætermiserit, cuius solent & multa & mira memorari. Cur igitur, ô delirum caput, nemo Apollonium pro Deo colit? nisi forte tu solus, illo scilicet Deo dignus, cum quo te in sempiternum uerus Deus puniet. Si magus Christus, quia mirabilia fecit: peritior utiq. Apollonius, qui (ut describis) cum
 40 Domitianus eum punire uellet, repente in iudicio non comparuit, quam ille qui & comprehensus est, & cruci affixus. At enim ex hoc ipso fortasse insolentiam Christi uoluit arguere, quod Deum se constituerit: ut ille uerecundior fuisse uideatur, qui cum maiora faceret (ut hic putat) tamen id sibi non arrogauerit. Omitto nunc ipsa opera computare, quia in secundo & superiore libro de fraude ac præstigijs artis magicæ dixi. Nego esse quenquam, qui non optet in primis id sibi post mortem contingere, quod etiā reges maximi concupiscunt. Cur enim sibi homines sepulchra magnifica, cur statuas, cur imagines comparant? cur aliquibus claris factis, aut etiam pro ciuibus morte suscepta, student opiniones hominum promereri? Cur deniq. ipse ingenij tui momentum hoc detestabile, stulticia, tanquam cœno ædificatum, constitutur uolueris, nisi quod immortalitatem de memoria nominis speras? Stultum igitur est, id putare Apolloniū noluisse: quod optaret utiq. si posset. quia nemo
 50

est qui immortalitatem recuset: maximè cum eum dicas & adoratum esse à quibusdam sicut Deum, & simulachrum eius sub Herculis Alexicaci nomine constitutum, ab Ephesijs etiam nunc honorari. Non potuit ergo post mortem Deus credi, quia & hominem & magum fuisse constabat: & ideo alieni nominis titulo affectauit diuinitatem, quia suo nec poterat, nec audebat. Noster uerò & potuit Deus credi, quia magus non fuit: & creditus est, quia uerus fuit. Non (inquit) hoc dico, idcirco Apollonium non haberi Deum, quia uoluerit: sed ut appareat nos sapientiores esse, qui mirabilibus factis non statim fidem diuinitatis adiunximus, quam uos, qui ob exigua portenta Deum credidistis. Non est mirum, si tu, qui à Dei sapientia longè remotus es, nihil prorsus intelligis eorum quæ legisti: cum Iudæi, qui à principio prophetas lectionauerant, quibusque sacramentum Dei fuerat assignatum, tamen quid legerint ignorauerunt. Disce igitur, si quid tibi cordis est, non idcirco à nobis Deum creditum Christum, quia mirabilia fecit: sed quia uidimus in eo facta esse omnia quæ nobis annunciata sunt uaticinio prophetarum. Fecit mirabilia: magum putassemus, ut & uos nuncupatis: & Iudæi tunc putauerunt, si non illa ipsa facturum Christum prophetæ omnes uno spiritu prædicarent. Itaque Deum credimus non magis ex factis operibusque mirandis, quam ex illa ipsa cruce, quam uos sicut canes lambitis, quoniam simul & illa prædicta est. Non igitur suo testimonio (cui enim de se dicenti potest crediti) sed prophetarum, qui omnia quæ fecit ac passus est, multo antè cecinerunt, fidem diuinitatis accepit: quod neque Apollonio, neque Apuleio, neque cuiquam magorum potuit aut potest aliquando contingere. Cum igitur talia ignorantia suæ deliramenta fudisset, cum ueritatem penitus excidere connixus esset, ausus est libros suos nefarios ac Dei hostes *ἑλαληθεῖς* annotare. O cæcum pectus, o mentem Cimmerijs (ut aiunt) tenebris atrioerem. Discipulus hic fortasse Anaxagoræ fuerit, cui niues atramentum fuerunt. Atqui eadem cæcitas est, & uero falsitatis, & mendacio ueritatis nomen imponere. uidelicet homo subdolanus uoluit lupum sub ouis pelle celare, ut fallaci titulo posset irretire lectorem. Verum esto, inscitia hoc, non malicia feceris. Quam tandem nobis attulisti ueritatem? nisi quod assertor deorum eos ipsos ad ultimam prodidisti. Prosecutus enim summi Dei laudes, quem regem, quem maximam, quem opificem rerum, quem fontem honorum, quem parentem omnium, quem factorem altoremque uiuentium confessus es, ad emittendum Ioui tuo regnum: eumque summa potestate depulsum, in ministrorum numerum redeigisti. Epilogus itaque te tuus arguit stulticiæ, uanitati, erroris. Adfirmas deos esse, & illos tamē subiicis & mancipas ei Deo, cuius religionem conaris euertere.

COMMENTARIUS.

Seritur etiam hoc caput ex superiori, solerti quadam ratione. Et malim sanè cum Lutetiana editione à iudice illo Bithynico caput tertium ordiri, quem Hieroclem, contra quem Eusebius scribit, esse arbitramur, qui ausus fuit Apollonium magum Christo saluatore conferre. Probat eum sibi contraria docere. Abfuit ergo. Soluti ab instantia, argumento sumpto ex habitu animi. Retundit autem priorem partem per inuersionem, alteram per absolutionem, potissimos inficiationis, locos. Mendaciorum natura. Unde iuxta prouerbium, Mendacem memorem esse oportet. Cæterum de philosophicarum opinionum dissensionibus, & canonicarum scripturarum con-

cordia, lege Augustinum lib. 18. Ciuit. capite 41. Non igitur quæstus. A causa finali. Ergo qui quæstus causa theologiam proficitur, à professione sua tam longè abest, quam qui longissime. Quis tantæ. Concessio ironica, & ualde festiua. Eludit ioculariter asserentis uanam temeritatem: indignam ratus, cui grauius respödeat. Apollo. Fortassis alludit ad prouerbium, Quid tibi Apollo cecinit? Sed homo. Homini nomen *ἑμφρατισμόσπου* intelligendum est, pro humano uel *ἑλαληθεῖσπου*. Utique multos. A præiudicio. Secundum Suidam, non iudicem fuisse, sed à Byzantinis iudicibus malè acceptum fuisse Hieroclem testatur: si mo-

si modò is Hierocles est. Homicidā Mar-
tem.) Hoc epitheton frequens habet tam apud
Homerum, quam apud alios, Βροτολιφός, μίαι
φόνος, αὐτοφόνος. αὐτοπαγίτου.) per
antonomasiam prouerbialē. Destrueret.)
extenuaret, per μείωσι, per contentionē des-
monstratiuam, siue σύγκρισιν. Mirum
quòd Apuleium.) in asinum nimirum au-
reum commutatus. Hos duos Marcellinus & Au-
gustinus in epistolis inuicē scriptis unā numerāt:
10 & Augustinus rursus in epistolis ad presbyterū
Deogratias. Nemo Apollonium.) Ap-
pollonius Tyaneus (Tyana ciuitas Stephano est
media inter Ciliciam & Cappadociam) philoso-
phus, Pythagorici silentij seruator, cuius uitā Da-
mis quidam eius in peregrinatione comes scripse-
rat. Nos habemus octo de eius uita & rebus ge-
stis libros à Philostrato scriptos, à Rhinuccino
Florentino translatos: ex quibus Hierocles librū
20 aduersus Christianos scripserat, qui Ὠλαλυθὺς
inscribitur, cuius hic Lactantius mentionē facit.
quem Eusebius confutauit: cuius confutationem
Zenobius Acciaiulus latinam fecit. Huius Apol-
lonij peregrinationē paucis perstringit Hierony-
mus ad Paulinū. Vide quomodo hunc locū emen-
dauerit Ioannes Baptista Pius, in Annotationib.
posteriorib. cap. 99. Vide præter Philostratū de
hoc etiam Ioan. Τζετζε uariam historiam, Chi-
liad. 3. Numeratur inter præstantes magos ab Ar-
30 nobio, lib. 1. Cum Domitianus.) Memi-
nit idem Hieronymus aduersus errores Iohannis
Hierosolymitani. Non comparuit.) Re-
spondens Domitiano,
ὅ γὰρ με κτλ' ἔδωκε, ἐπεὶ ἔρω μὲ μὲν ὁ λόγος μὲν εἶμι: ut
in 4. libro apud Philostratum legitur. Com-
putare.) Comparare malim, cum alijs editioni-
bus. Herculis Alexicaci.) Cum Ephe-
sus peste laboraret, liberauit eam hoc modo. Con-
uocata in concionē ad sacra faciēda populo, com-
40 paruit mendicus habitu, qui facillē homines ad mi-
sericordiam cōmoueret: insitq; Ephesios eum la-
pidibus obruere. Cunctante uerò præ misericor-
dia populo, instabat Apollonius tam diu, dum ali-

quos saltem ad lapides tollendos perduceret. Icti
semel atq; iterum, igneos ostendens oculos, totā
turba ipsū dæmonem rata, lapidibus adobruit.
Remotis post lapidibus, iacuit in medio cadauer
canis exanime. Liberati ex hoc Ephesij à peste,
illi ceu Herculi ἀπ' τροπαίου (sic enim apud Phi-
lostratum legitur, non ἀλεξικακῶ) statuam pos-
suerunt. Alexicaci.) Est alioquin hoc epi-
theton Herculis, nescio an à Caco illo Vergilia-
no latrone, quod habet cum Aesculapio cōmune.
Sed à Nonno nostro rectius Christo tribuitur.
Hesiodus dæmonibus tribuit. Ὠλαλυθὺς.)
hoc est, studiosos ueri, quo titulo librum aliquis in
Erasmum Roterod. euomuit, cui Heroldus, homo
(ne quid aliud dicā) Erasmi nominis studiosus,
Philopseudum suum opposuit, ad imitationem for-
tassis Luciani: quanquā Luciani argumentū aliud
est. Cimmericis (ut aiunt) tenebris.)
Præter ea quæ annotauit Erasmus in Chiliad, ui-
sum est addere uersus aliquos Orphei ex Argo-
nauticis: — ἐπὶ τὰ λιμνελίοισι
νῆα δολῶ ἐπάγοντες ἰκάνομεν, οἱ ῥά τε μῶνοι
αἰγλῆς ἀμμοροί εἰσι πυνεῖ βομῶν ἠελίοιο.
ὅ γὰρ μὲν γὰρ εἰπάειον ὄρος κῆλ πῶ αἰγλῶ
αὐτολίας εἰργασ', ἠδικήκλιται δὲ πειλόρη
ἄσοσι ἠδισκιάσσει, μεσίμβειον ἠδία φλέγη
δ' ἔειλον αὐ κενύπῃσι φάος, τ' ἀνυκίεσσ' ἄλ-
ποις (αἰεὶ.)

κείνοισι μὲν ὄποισι, ἄλλ' ἢ ἠδικήκλιται
Horum sensum qualitercunque expressimus:

— Ad Cimmericos post
Appulimus puppim celerem, qui lampade Phœbi
Ecce carent soli, nigris sunt causa tenebris
Riphæi montes, & Calpia culmina claudunt.
Umbras & Phlegræ densas aspergit ab austro,
Impediunt montes hinc solis amabile lumen.
Huic populo sterilis semper manet unbra misello.
Anaxagoræ.) De hoc suprā dictum est lib. 3.
cap. 23. Sub ouis pelle.) Iuxta prouerb.
Euangel. quo nos Dominus Christus monet, ut à
pseudoprophetis caueamus: Matth. 7. Cauete,
inquit, uobis à pseudoprophetis, qui ueniūt ad uos
in uestitu ouiu, sed intrinsecus sunt lupi rapaces.

Quare hoc opus incœptum sit, & contra quos, & quid profit: etiam de Ter-
tulliano & Cypriano. CAP. IIII.

I ergo de quibus dixi, quum præsentē me ac dolentē, sacrilegas suas literas
explicassent: & illorū superba impietate stimulatus, & ueritatis ipsius con-
scientia, & (ut ego arbitror) Deo, suscepi hoc munus, ut ingenij mei uiribus
50 accusatores iusticiæ refutarem: non ut contra hos scriberem, qui paucis uer-
bis obteri poterant: sed ut omnes, qui ubiq; idem operis efficiunt aut effec-
runt, uno semel impetu profligare. Non dubito enim, quin & alij plurimī
B 2 & multis

& multis in locis, & non modò Græcis, sed etiam Latinis literis monumentū iniustitiæ suæ struxerint. Quibus singulis quoniam respondere nō poteram, sic agendam mihi hanc causam putauī, ut priores cum omnibus suis scriptis peruerterem, & futuris omnem facultatem scribendi aut respondendi amputarem. Præbeant modò aures, efficiam profectò, ut quicumq; ista cognouerit, aut suscipiat quod antè damnauit, aut quod est proximum, deridere aliquando desistat. Quanquam Tertullianus eandē causam plenè perorauerit in eo libro, cui Apologetico nomen est: tamen quoniam aliud est accusantibus respondere, quod in defensione aut inficiatione sola positū est: aliud instituire, quod nos facimus, in quo necesse est doctrinæ totius substantiam contineri: non defugi hunc laborem, ut implerem materiam quam Cyprianus non excusus est in ea oratione, qua Demetrianum (sicut ipse ait) oblatrantem atque obstrepentem ueritati, redarguere conatur. Qua materia non est usus ut debuit. non enim scripturæ testimonio, quam ille utiq; uanam, fictam, commenticiam putabat: sed argumentis & ratione fuerat refellendus. Nam cum ageret contra hominem ueritatis ignarum, dilatis paulisper diuinis lectionibus, formare hunc à principio tanquam rudem debuit, eiq; paulatim lucis principia mōstrare, ne toto lumine obiecto caligaret. Nam sicut infans solidi ac fortis cibi capere uim non habet, ob stomachi teneritudinem, sed liquore lactis ac mollitudine alitur, donec firmatis uiribus uesci fortiorib. possit: ita & huic oportebat, quia nondum poterat capere diuina, prius humana testimonia offerri: id est, philosophorum & historicorū, ut suis potissimū refutaretur autoribus. Quod quia ille non fecit, raptus eximia eruditione diuinarum literarum, ut ijs solis contentus esset, quibus fides constat: accessi, Deo inspirante ut ego facerem, & simul ut uiam cæteris ad imitandū pararem. At si hortatu nostro docti homines ac disertī huc se cōferre cœperint, & ingenia sua uimq; dicendi in hoc ueritatis campo iactare maluerint: euanituras breuī religiōes falsas, & occasuram esse omnē philosophiam, nemo dubitauerit: si fuerit omnibus persuasum, cum hanc solam religionē, tum etiam & solam & uerā esse sapientiam. Sed euagatus sum longius quàm uolebam.

C O M M E N T A R I V S.

Hæret adhuc in susceptæ disputationis ratione reddenda. Dicit sibi aliud, quàm Tertulliano, institutum esse: idem autem cum Cypriano, sed aliter. & est quasi contestatio litis. Qua Demetrianum.) Is aiebat, Christianis omnia esse imputanda, quibus tum mundus urgebatur. Hieronymus ad Magnum oratorem Roma-

num, & Ioannes Picus de prouidentia Dei aduersus philosophastros capite primo, sequenti Lactantium, idem Cypriani consilium improbant. Oblatrantem.) Verba sunt ipsius Cypriani. Sicut infans.) Hac similitudine uitur ipse Paulus 1. Corinthiorum capite tertio, & in epistola ad Hebr. cap. 5.

Quæ sub Saturno erat, ueram iusticiam sub Ioue fuisse furgatam. CAPVT V.

NVncredenda est de iusticiâ proposita disputatio, quæ aut ipsa est summa uirtus, aut fons est ipsa uirtutis: quam non modò philosophi quæsierunt, sed poetæ quoque, qui & priores multo fuerunt, & ante natum philosophiæ nomen pro sapientibus habebantur. Hi planè intellexerunt, abesse hanc à rebus humanis: eamq; finxerunt offensam uitij hominum, celsisse terra, in cœlumq; migrasse: atque ut doceant quid sit iustè uiuere (solent enim præcepta per ambages dare) à Saturni temporibus, quæ illi uocant aurea, repetunt exempla iustitiæ, narrantq; in quo statu fuerit humana uita, dum illa in terra moraretur. Quod quidem non pro poetica fictione, sed pro uero habendum est. Saturno enim regnante, nondum deorum cultibus institutis, nec adhuc ulla gente ad diuinitatis opinionem consecrata, Deus utique colebatur,

lebatur. Et ideo non erant neque dissensiones, neque inimicitiae, neque bella:

Nondum uersanos rabies nudauerat enseis,

ut Germanicus Cæsar in Aratao loquitur carmine:

Nec consanguineis fuerat discordia nota.

Imò ne alienigenis quidem, sed neque ulli omnino gladij qui nudarentur fuerunt. Quis enim, presente ac uigente iusticia, aut de tutela sui, cum nemo insidiaretur, aut de pernicio alterius cogitaret, cum nemo quicquam concupisceret?

Malebant tenui contenti uiuere cultu,

ut Cicero in suo ait Arato: quod est proprium nostrae religionis.

Ne signare quidem, aut partiri limite campum,

Fas erat, in medium quærebant.—

Quippe cum Deus communem omnibus terram dedisset, ut communem degerent uitam: non ut rabida & furens auaricia sibi omnia uendicaret, nec ulli deesset quod omnibus nasceretur. Quod poeta dictum sic accipi oportet, non ut existimemus, nihil omnino tum fuisse privati, sed more poetico figuratum: ut intelligamus, tam liberales fuisse homines, ut natas sibi fruges non includerent: nec soli absconditis incubarent, sed pauperes ad comunem proprij laboris admitterent.

Flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant.

20 Nec mirum, cum promptuaria iustorum benignè patèrent omnibus: nec auaricia intercipientes beneficia diuina, famem sitimque uulgo faceret: sed omnes aequaliter abundarent, quum habentes non habentibus largè copioseque donarent. Sed postquam Saturnus à filio pulsus, in Latiumque delatus est,

Arma Iouis fugiens, & regnis exul ademptis:

Cum iam populus uel noui regis metu, uel sua sponte deprauatus, Deum colere desisset, regemque pro deo habere coepisset, cum ipse propemodum paricida exemplo cæteris esset ad uiolandam pietatem:

Deseruit properè terras iustissima uirgo.

Sed non, ut ait Cicero,

Et Iouis in regno, coeliq; in parte resedit.

30 Quomodo enim poterat in eius regno residere aut commorari, qui patrem regno expulit, bello persecutus est, exulem toto orbe iactauit:

Ille malum uirus serpentibus addidit atris,

Predariq; lupos iussit.

id est, odium & inuidiam & dolum hominibus inferuit, qui tam essent quam serpentes uenenati, tam rapaces quam lupi. Quod quidem uerè faciunt ij, qui iustos ac fideles Deo persequuntur, dantque iudicibus fauendi aduersus innoxios potestatem. Fortasse aliquid eiusmodi Iupiter fecerit, ad expugnandam tollendamque iusticiam, ut idcirco efferasse serpentes, ac lupos acuisse tradatur.

Tum belli rabies, & amor successit habendi.

40 Nec immeritò. Sublata enim Dei religione, boni quoque ac mali scientiam perdididerunt. sic hominibus intercidit communitas uitae, & direptum est foedus societatis humanae. Tum inter se manus conserere coeperunt, & insidiari, & gloriam sibi ex humano sanguine comparare.

COMMENTARIUS.

Docet ab inconsequentibus, Gentilium de iusticia doctrinam sibi contrariam esse, qui uirginem quandam *Straxoouilus* aureo, quod finxerunt, seculo inter mortales uersatam fuisse scribunt. Quae tota res ex Hesiodi fabulis manauit. ita ut tota posteritas quatuor aetates (quanquam

ipse quinq; habet) pro metallorum inter se differentijs distinxerit. Prae cæteris celebratur ab Arato, Vergilio & Ouidio: ex quibus uersus sunt desumpti. Lactantius autem non ex uno, sed ex diuersis testimonia colligit, qui Aratum uel transtulerunt, ut Cicero & Germanicus Cæsar: uel

imitati sunt, ut Maro & Ovidius. Nos excutimus, quantum mediocritas nostra fert, singula. Summa uirtus.) Lutetiana editio habet, Sola uirtus. Sic generalem iusticiam intelligo, quae uirtutem in se complectitur omnem. **A Saturni temporibus.**) Vnde Saturnia regna etiam Vergilius appellauit. Hoc uariant poetae ab historijs, quod Hesiodus Saturnum ερανω̄ εμβασιλδοῡτα finxit: Fabius Pictor sub Iano à filio profugum, in Italia exulasse scribit. Sed quomodo erit Iouis filia, si Saturni tēpora antecessit? Nam sic Hesiodus ait:

ἠδολε τε π̄θβγῡθ̄ δ̄δ̄ῑ δ̄ικη̄ δ̄ῑος̄ ἐκγεγᾱθᾱ.
 Quem fortassis errorē Aratus corrigere uoluit. Astrorum autorem illi patrem assignat, quem ab ipsis astris ἀσρᾱϊ̄ου nominat:
 ε̄ῑτ̄ ε̄ν̄ ἀσρᾱϊ̄ς̄ κ̄είν̄η̄ γ̄γ̄ῑθ̄, ὄμ̄ρ̄ᾱ τε φασ̄ῑ
 ἀσρᾱω̄ν̄ ἀρχ̄ᾱϊ̄ων̄ πᾱτ̄ρ̄'̄ ἐμ̄β̄νᾱι, ε̄ῑ τε̄ τ̄ο̄ῡ
 ἀλλ̄οῡ.

In quibus locis conciliandis mirificè se torquet Theon Alexandrinus, & tandem ambiguum relinquit. & Τρητες Hesiodi enarrator, Iouis filiam ἐκ Δ̄ ε̄μαρμδ̄ν̄ς esse dicit, siue Caeli siue Mentis, mythologicum suffugium querens: nec animaduertens interim, quibus ambagibus se inuoluat atq; irretiat. Variè nominatur: ἀσρᾱϊ̄α, à patre: δ̄ικη̄, κᾱῑ δ̄ικαιο̄σῑων̄. Confunditur aut cum hac à poetis alia quaedam Erigone, cuius pater Icarus Iouem undecimum tritauū habuit, referente Bocatio. **Nondum uasanos.)**

Aratus:
 ἔπ̄ω̄ λ̄δ̄υγᾱλ̄ε̄ς̄ τ̄ό̄τε̄ ν̄έ̄κε̄θ̄ ἠ̄πί̄σω̄πο̄,
 ε̄δ̄ε̄ σ̄τᾱκε̄λ̄ε̄σῑος̄ πο̄δ̄ῑμ̄ε̄μ̄φ̄ε̄ο̄, ε̄δ̄ε̄ κ̄υδ̄β̄ῑμ̄ε̄.

Ouidius hoc modo transtulit:
 Non galea, non ensis erat, sine militis usu:
 Mollia secura peragebant ocia gentes.

Obiter obserua, quod apud Germanicū Caesarem pro nota, nata legitur, qui & ipse à suo Arato in hoc dissentit, quod eam Iouis et Themidos filiam facit: refertq; eam ab alijs Cererē credi, ab alijs nescio quam Atargatin, ab alijs Fortunā: quae omnia ceu uana, nihilq; ad institutum nostrū pertinentia, praetermittimus. **Malebant.)** Sic pro suo commodo Ciceronis translationem cum Germanici commutat. Sed haec apud Cicronem interciderunt. Poterat hinc Perionius, qui nuper Cicronem, ubi potuit, sed ubi Cicero deficiebat, Germanicum Caesarem, Vergilium, &

Auuenū cum Arato contulit, uulneri Ciceroni: alio aliquo modo mederi. Verba Arati, ad quae respicit, sunt: αὐτὸς δ' ἐζωοῦ. **Nesignare.)** Hic uersus Maronis est, ex primo Georgic. quae expresse neq; in Arato, neq; in Hesiodo leguntur. Apud Aratum fortè haec excolere uoluit:
 ἀλλὰ βόες ἀροτρα, καὶ αὐτὴ πότνια λαῶν
 μυρία πάντα πῆξειε δίκη δώτρεα δικαίων.

Quae etiam Germanicus copiose circumlocutus est, Vergilium fortasse secutus:
 Diuitias fructusq; dabat placata colono
 Sponte sua tellus, nec parui terminus agri,
 Praestabat dominis signo tuisissima rura.

Nihil omnino priuati.) Quanquam etiam Theon dicat cibum & uitae necessaria tum fuisse communia: magis tamen quadrat, quae scribit Fabius Pictor, à Lactantij sententia non aliena.

Flumina.) Hic uersus Ouidij est, cuius uestigia nec apud Hesiodum nec apud Aratum cernuntur. **Arma Iouis.)** Aen. 8. Haec attigit Augustinus lib. 7. capite 26. Ciuitat. ubi ait Ennium in hoc Euhemerum fuisse sequutum, de quo copiosius supra libro 1. capite 13. **Deleuit.)** Hic uersus rursus Germanici Caesaris est, quo expresse illud, quod de ferreo seculo scribit, his uerbis:

καὶ τὸ τε μίσισαστε δίκη κείνων γγίθ̄ αὐ̄
 δ̄ρᾱω̄ν
 ἐπ̄τ̄αδ'̄ ἄσρᾱϊ̄ων̄. Nam ibi dicitur, quomodo inter astra sit relata. De quo post Aratū uide Hyginum, Manilium, & alios. Cicero uidetur ad Hesiodum magis respexisse, apud quem sic legitur:

καὶ ῥ'̄ ὀπ̄ό̄ταν̄ τίς̄ μ̄ῑν̄ β̄λά̄τ̄η̄ν̄ σ̄ω̄β̄λῑως̄ ὄνο̄
 τ̄ά̄ζ̄ω̄ν̄,
 αὐ̄τί̄νᾱ π̄θ̄ δ̄ῑ π̄ᾱτ̄ρ̄ῑ κᾱθε̄ζ̄ομ̄ε̄ν̄ κ̄ρο̄ν̄ί̄ων̄
 γ̄ε̄ν̄ε̄τ'̄ αὐ̄θ̄ε̄ώ̄πω̄ν̄ ἄδ̄ῑοῡ νό̄οῡ, &c.

Indulsi igitur Cicero sibi plusculum: cuius luxuriam Lactantius sibi commodissimam arripuit occasionem. Caterum de Aurea aetatis moribus lege praeterea Platonem in Politico, qui ab Hesiodo nihil uariat: & Fabium Pictorem, antiquissimū historicum. Ille malum uirus.) **Georgic. primo.** Facit Iouem authorem malorū: ergo non est Deus. **Tum belli rabies.)** Aen. 8. ubi, Et belli legitur.

Quod

Quod cupiditas, expulsa iusticia, suas, id est iniquissimas promulgauit leges: & quomodo sub Ioue nature consortes seruituti subiecerit, audax, auara, ambitiosa, superba & crudelis impietas hominum, & aureum expulit seculum, quod sola facit puritas uera religionis. CAPVT VI.

QVorum omnium malorum fons cupiditas erat, quæ scilicet ex contemptu ueræ maiestatis erupit. Non tantum enim non impertiebantur alijs aliquid ijs, quibus affluebat: sed aliena quoque rapiabant, in priuatum lucrum trahentes omnia: & quæ antea in usus hominum etiam singuli laborabant, in paucorum domos conferebantur. Vt enim seruitio cæteros subiugarent, in primis necessaria uitæ subducere & colligere cœperunt, eaque firmiter conclusa seruare, ut beneficia cœlestia facerent sua, non propter humanitatem, quæ nulla in ipsis erat, sed ut omnia cupiditatis & auariciæ instrumenta corradarent. Leges etiam sibi iusticiæ nomine munitas, iniquissimas iniustissimasque sanxerunt, quibus rapinas & auariciam suam contra uim multitudinis tuerentur. Tantum igitur autoritate, quantum uiribus aut opibus, aut maliciæ præualebant. Et quoniam nullum in his uestigium iusticiæ fuit, cuius officia sunt humanitas, æquitas, misericordia: iam superba & tumida inæqualitate gaudebant, altioresque se cæteris hominibus, satellitum comitatu, & ferro, & insigni ueste faciebant. Hinc honores sibi, & purpuras, & fasces inuenerunt, ut securium gladiorumque terrore subnixi, quasi iure dominorum percussis ac pauentibus imperarent. In hac conditione humanam uitam rex ille constituit: qui debellato ac fugato parente, non regnum, sed impiam tyrannidem ui & hominibus armatis occupauit, & aureum illud iustumque seculum sustulit, coegitque homines, malos & impios fieri, uel ex hoc ipso, quod ipsos auertit à Deo ad se adorandum: quod terror insolentissimæ potestatis expresserat. Quis enim non metueret eum quem arma cingebant, quem ferri et gladiorum fulgor infuetus circumdabat: aut cui parceret alieno, qui ne patri quidem suo pepercerat? Quem uerò metueret, qui Titanum robustum & excellentem uiribus gentem bello uicerat, occidione deleuerat? Quid mirum, si omnis multitudo insolito metu pressa, in unius adulationem concesserat? Hunc uenerabantur, huic honorem maximum deferebant. Et quoniam mores ac uitia regis imitari, genus obsequij iudicatur, abiecerunt omnes pietatem, ne exprobrare regi scelus uiderentur, si pie uiuerent. Sic assidua imitatione corrupti, diuinum fas reliquerunt, & paulatim male uiuendi consuetudo mos factus est. Nec iam quicquam ex antecedentis seculi pio atque optimo statu mansit: sed explosa iusticia, & ueritatem secum trahens, reliquit hominibus errorem, ignorantiam, cæcitatem. Imprudentes igitur poetæ, qui eam ad cœlum confugisse cecinerunt, id est, ad Iouis regnum. Si enim seculo, quod uocant aureum, iusticia in terra fuit: à Ioue utique pulsa est, qui aureum seculum commutauit. Seculi autem commutatio, & expulsio iusticiæ, nihil aliud (ut dixi) quam desertio diuinæ religionis putanda est, quæ sola efficit, ut homo hominem charum habeat, eumque sibi fraternitatis uinculo sciat esse constrictum: siquidem pater idem omnibus Deus est, ut Dei patrisque communis beneficia cum ijs qui non habent partiat, nulli noceat, nullum premat, non fores claudat hospitii, non aurem precanti: sed sit largus, beneficus, liberalis, quas regias esse laudes Tullius existimauit. Hac est profectò iusticia, & hoc aureum seculum, quod Ioue primum regnante corruptum, mox & ipso & omni eius progenie consecrata, deorumque multorum suscepto cultu, fuerat omne sublatum.

Docet, sub regno Iouis, per habendi libidine profugata iusticia, tyrannidem & omne malorum genus orbem terrarum occupasse. Contemptu ueræ maiestatis.) *ἄνισια*. In usus hominum.) Quod ius humanum docet, quod genus hominum inter se communi uinculo consociauit. De quo Cic. in Off. Leges etiam.) Quæ non aliter quam *λαῖται γυναικῶς* leges appellari possunt, ut quæ à lege æterna non modo deflexerunt, sed etiam ijs repugnant. De quib. uidentus est etiam Tertullianus cap. 4. Apologet.

Quamquam illic de iniquis duntaxat Romanorum legibus: hic de omnibus in uniuersum, maxime tamen de Iouis, quem Belum alij, alij Nimū fuisse arbitrantur, mentio fit: qui primus alijs arma intulisse legitur, libidinis nimirum dominandi. Quamquam nec purpura, nec fasces secures' ue ad antiquiora illa tempora pertinent: sed est notatio, & maxime Romanorum. Titanū.) De his dictū est lib. 1. cap. 14. Mos factus.) Pars iuris nō scripti. Tullius.) Qui quidē locus hodie in Ciceronis monumentis nō inuenitur.

De Iesu aduentu, fructu, & eius seculi uirtute & uitij: & quare Deus mala esse permisit. CAP. VII.

SEd Deus ut parens diligentissimus, appropinquante ultimo tēpore, nuncium misit, qui uetus illud seculum fugatamq; iusticiam reduceret, ne humanū genus maximis & perpetuis ageretur erroribus. Redit ergo species illius aurei temporis: & reddita quidem terræ, sed paucis assignata iusticia est, quæ nihil aliud est quam Dei unicipia & religiosa cultura. Sed moueat aliquid quem fortasse, cur si hæc sit iusticia, non omni humano generi sit data, nec in ea multitudo uniuersa consenserit. Magnæ hoc disputationis est, cur à Deo, quum iusticiam terræ daret, sit reperta diuersitas: quod & alio loco declarauimus, & ubicunq; opportunè inciderit explicabitur. Nunc designare id breuissimè satis est: Virtutem aut cerni non posse, nisi habeat uitia contraria: aut nō esse perfectam, nisi exerceatur aduersis. Hanc enim Deus bonorum ac malorum uoluit esse distantiam, ut qualitatem boni ex malo sciamus, item mali ex bono: nec alterius ratio intelligi sublato altero potest. Deus ergo iusticiam reducturus, non exclusit malum, ut ratio uirtuti constare posset. Quomodo enim patientia uim suam nomenq; retineret, si nihil esset quod pati cogeremur? Quomodo laudem mereretur deuota Deo suo fides, nisi esset aliquis qui à Deo uellet auertere? Nam & ideo potentiores esse iniustos permisit, ut cogere ad malum possent: ideo plures, ut uirtus esset preciosa, quod rara est. Quod quidē ipsum Quintilianus egregiè ac breuiter ostendit, in capite obuoluto. Nam quæ, inquit, uirtus esset innocētia, nisi laudem raritas dedisset? Verum quia natura sic comparatum est, ut odium, cupiditas, ira, in id quod incubuerint, agant cæcos, supra hominem uidetur culpa uacare. Alioqui si natura pares omnibus affectus dedisset, pietas nihil erat. Hoc quam uerum sit, docet necessitas ipsa rationis. Si enim uirtus est, malis ac uitij fortiter repugnare: apparet, sine malo ac uitio nullam esse uirtutem. quam Deus ut absolutam perfectamq; redderet, retinuit id quod erat ei contrarium, cum quo depugnare posset. Agitata enim malis quatientibus stabilitatem capit: & quanto frequentius impellitur, tanto firmiter roboratur. Hæc nimirum causa efficit, ut quamuis sit hominibus missa iusticia, tamen aureū seculum non esse dicatur: quia malum non sustulit, ut retineret diuersitatem, quæ sacramentum diuinæ religionis continet sola.

COMMENTARIUS.

Prior huius capituli pars continet id quod Maro non ineptè, nescio an diuino aliquo numine agitata, in Pollione cecinit, his uersibus:
Ultima Cumæi uenit iam carminis ætas,
Magnus ab integro seclorum nascitur ordo,

Iam redit & uirgo, redeunt Saturnia regna,
Iam noua progenies cælo demittitur alto, &c.
Dicis quidē, Hieronymè, puerile esse, asserere quod nescias. Liceat per te precor, mi sancte pater, id opinari saltè pie, quod neq; fidei catholice, neq;

neq; pietati quicquam derogat: quum possim hoc, consentiente Augustino tuo æquali, facere pace longè optima. Liceat, inquã, mihi cum Ludouico Viue, homine quidem Hispano, sed inter scriptores nostri seculi piè doctos iurè numerãdo, hanc Maronis eglogam uel allegoricôs de Christo seculi uerè aurei instauratore interpretari, præsertim cum temporis ratio tam pulchrè conueniat. Altera huius capituli parte per occupationem respondet obiectioni, Cur nam, si aureum hoc seculum futurum fuerit, illa felicitas non ad uniuersos pertineat: memor fortassis, quòd supra lib. 3. contra M. Tullium disseruit, qui dicere ausus fuerat, sapientiam paucis esse contentam iudicibus. Soluit autem id ratione contrariorum, quibus natu-

rale est, sese mutua collisione illustrare. nam perinde ut ex attritu coticuli, probitas auri deprehenditur: sic ex uitiorũ collatione, uirtuti suus splendor genuinus redditur. De quo Philosophus in Moralibus. Sed moueat. Lutetiana editio hic septimum orditur caput: nec, meo iudicio, ineptè. Magnæ hæc. Lege Hoc. Nomenq;. Alij rectius legunt, nomenq;. Culpa uacare. Quia iuxta Hieronymum in carne uiuere præter carnẽ, angelica magis uita est, quàm humana. Ciceroni quidẽ, ut in septimo Epistolarũ libro ad Marium scribit, culpa uacare magnum solatium est. Et est sanè Conscientiamille testes: sed Paulus uniuersum mortalium genus culpæ subijcit.

Quare iusticia, quæ in propatulo est, non uideatur ab hominibus: & quòd homo Dei templum est, non aurum, nec lapides: & quòd Deus uirtutibus colendus est, nõ corruptibilibus donis: & quòd omnia mala ex eo proueniunt, quòd plures dij coluntur: quia si unus solus uerè coleretur, omnes iura fraternitatis agnoscerent & exercerent.

CAPVT VIII.

Qui ergo putant iustum esse neminem, ante oculos habent iusticiam, sed eam nolunt cernere. Quid est enim cur illam uel in carminibus, uel in omni sermone describant, conquerentes eius absentiam: cum sit facilimum, bonos esse si uelint? Quid nobis inanem iusticiam depingitis, & optatis cadere de cœlo, tanquam in aliquo simulachro figuratam? Ecce in cõspectu uestro est, suscipite (si potestis) eamq; in domicilio uestri pectoris collocare, nec difficile aut alienum à temporibus existimetis. Estote æqui ac boni, & sequatur uos sua sponte iusticia, quam quæritis. Deponite omnem malam cogitationem de cordibus uestris, & statim uobis illud tempus aureum reuertetur: quod aliter consequi non potestis, quàm si Deum uerũ colere cœperitis. Vos autẽ manente cultu deorum, iusticiam desideratis in terra: quod fieri nullo pacto potest, sed ne tum quidem potui, cum putatis: quia nondũ natis dijs istis, quos impiè colitis, necesse est unius Dei cultũ fuisse per terram: eius scilicet, qui execratur maliciam, exigitq; bonitatem: cuius templum est non lapides aut lutum, sed homo ipse, qui figuram Dei gestat. Quod templum nõ auro, & gemmarum donis corruptibilibus, sed æternis uirtutum muneribus ornatur. Discite igitur (si quid uobis reliquæ mentis est) homines ideo malos & iniustos esse, quia dij coluntur: & ideo mala omnia rebus humanis quotidie ingravescere, quia Deus huius mundi effector & gubernator derelictus est: quia susceptæ sunt contrã quàm fas est, impiæ religiones: postremò, quia ne colidem uel à paucis Deum finitis. Quòd si solus Deus coleretur, non essent dissensiones & bella: cum scirent homines, unius se Dei filios esse, ideoq; diuinæ necessitudinis sacro & inuiolabili uinculo copulatos: nullæ fierent insidie, cum scirent cuiusmodi pœnas Deus animarũ intersectoribus præparet, qui clandestina scelera, & ipsas etiam cogitationes peruidet. non essent fraudes neq; rapinæ, si Deo præcipiente didicissent & suo & paruo esse contenti, & fragilibus & caducis solida & æterna præferrent. Non essent adulteria & stupra, & mulierum prostitutiones, si omnibus notum esset, damnari à Deo, quicquid appetitur ultra generandi cupiditatem. Nec scœminas necessitas cogeres

cogeret pudorem suum profanare, ut uictum sibi obscœnissimum quærant: cum & mares libidinem continerent, & habentium pia & religiosa collatio non habentibus subueniret. Non essent igitur (ut dixi) hæc omnia in terris mala, si ab hominibus in legem Dei coniuraretur, si ab uniuersis fierent, quæ unus noster populus operatur: quam beatus esset, quamq̃ aureus humanarum rerum status, si per totum orbem mansuetudo, & pietas, & pax, & innocẽtia, & æquitas, & temperãtia, & fides moraretur. Deniq̃ ad regendos homines non opus esset tam multis & tam uarijs legibus, cum ad perfectam innocentiam Dei lex una sufficeret: neq̃ carceribus, neq̃ gladijs præsidium, neq̃ terrore pœnarum, cum præceptorum cœlestium salubritas, humanis pectoribus infusa, ultrò ad iusticiæ opera homines erudiret. Nunc autem mali ignorantia recti ac boni. quod quidem Cicero uidit, disputans enim de legibus: Sicut una, inquit, eademq̃ natura, mundus omnibus partibus inter se congruentibus cohæret, ac nititur: sic omnes homines inter se natura confisus, prauitate dissentiunt, nec se intelligunt esse consanguineos, & subiectos omnes sub unam, eandemq̃ tutelam: quod si teneretur, deorum profectò uictam homines uiuerẽt. Vniuersa igitur mala, quibus humanum genus seipsum inuicem cõficit, iniustus atq̃ impius deorum cultus induxit. Nec enim poterant retinere pietatem, qui communem omnium patrem Deum, tanquam prodigi, ac rebelles liberi abnegassent.

C O M M E N T A R I V S.

Hoc caput suasorij generis exemplum est. Hortatur enim Gentes ad ueram iusticiam capeffendam. Loci potissimi sunt, facile & utile. Ostendit enim uiam & modum assequendæ iusticiæ prius: deinde docet, quæ commoda rebus mortalium ex huius studio nascantur. Causæ malorum sunt, dæmoniorum cultus, neglectus iusticiæ: hoc est in ætatis. Non opus esset tam multis.) Bonæ enim leges argumentum sunt corru-

ptissimorum in rep. morum. de quo in 2. Off. Ciceronis dictum est. Salust. quoq̃ dicit ex malis moribus bonas nasci leges. Lex una.) Manifestissima differentia inter legem Christi, quæ cordibus inscripta, etiam affectus cohibet: & legem humanam, quæ iusticiæ studiosis posita non est. Quod quidem Cicero.) Hæc non modo in libris de Legibus hodie nõ inueniuntur, sed ne in toto quidem Cicerone.

De sceleribus impiorum, & Christianorum cruciatibus.

C A P. I X.

Nonnunquam tamen sentiunt se malos esse, & ueterum seculorum statum laudant, & de suis moribus meritisq̃ coniectant, abesse iusticiam: quam obuersantem oculis suis non tantum non suspiciunt, nec agnoscunt, uerum etiã uiolenter oderunt & persequuntur, & exterminare contendunt. Fingamus hanc interim non esse iusticiam, quam nos sequimur: quomodo si illa uenerit, quam ueram putant, eam recipient: qui laniant, & occidunt eos quos & ipsi fatentur imitatores esse iustorum: quia bona operentur, & iusta, cum si tantummodo malos occiderent, digni essent, ad quos iusticia non ueniret, cui nulla fuit alia causa linquendi terram, q̃ humani cruoris effusio. Quanto magis, cum pios interficiant, & ipsos iusticiæ sectatores pro hostibus ducant, imò uerò plus quam pro hostibus: quibus utiq̃ cum animas eorum, & opes, & liberos ferro & igni appetant: tamẽ parcitur uictis, & est locus inter arma clementiæ: aut si adeò sæuire placuit, nihil plus in eos fit, quam ut occidantur, ut in seruitutem abducantur. Hoc uerò inenarrabile est, quod fit aduersus eos, qui malefacere nesciunt. Et nulli nocentiores habentur, quam qui sunt ex omnibus innocetes. Audet igitur homines improbissimi, iusticiæ facere mētione, qui feras immanitate uincunt, qui placidissimū Dei gregem uastant, -lupi cœci

Raptores atra in nebula, quos improba uentris
Exegit cæcos rabies. —

Verum

Verum hos non uentris, sed cordis rabies efferauit: nec atra in nebula, sed a-
 perta praedatione grassantur: nec eos unquam conscientia scelerum reuocat, ne
 sanctum ac pium nomen iusticiae ore illo uiolent, quod cruore innocentium tan-
 quam rictus bestiarum madet. Huius tanti & tam pertinacis odij quam potissi-
 mum causam esse dicamus: Verum ne ueritas odium parit, ut ait Poeta, quasi
 diuino spiritu instinctus: an erubescunt coram iustis & bonis esse nequam: an
 potius utrumque? Nam & ueritas ideo semper inuisa est, quod is qui peccat, uult
 habere liberum peccandi locum: nec aliter se putat malefactorum uoluptate secu-
 rius perfrui posse, quam si nemo sit, cui delicta non placeant. Ergo tanquam sce-
 lum & maliciae suae testes extirpare funditus nituntur, & tollere: grauesque sibi
 10 putant, tanquam uita eorum coarguatur. Cur enim sint aliqui intempestiue bo-
 ni, qui corruptis moribus publicis, conuictum bene uiuendo faciant: cur non
 omnes sint aequae mali, rapaces, impudici, adulteri, periuri, cupidi, fraudulentum
 Quin potius auferantur, quibus coram male uiuere pudet: qui peccantium
 frontem etsi non uerbis, quia tacent, tamen ipso uitae genere dissimili feriunt
 & uerberant: Castigare enim uidetur, quicumque dissentit. Nec est magnopere
 mirandum, si aduersus homines ista fiunt, cum aduersus Deum propter eandem
 causam insurrexerit etiam populus in spe constitutus, nec Dei nescius: sequi-
 turque iustos eadem necessitas, quae ipsum iusticiae uiolauit autorem. Vexant
 20 ergo, & exquisitis poenarum generibus excruciant: parumque habent interficere
 quos oderunt, nisi etiam crudelitas corporibus illudat. Si qui autem doloris
 uel mortis metu, uel suapte perfidia, coeleste sacramentum deseruerint, & ad fu-
 nestra sacrificia consenserint, eos laudant, & honoribus maculant, ut eorum exem-
 plo ceteros illiciant. Qui autem magni aestimauerint fidem, cultoresque se Dei non
 abnegauerint, in eos uero totis carnificinae suae uiribus, ueluti sanguinem sitiunt,
 incumbunt, & desperatos uocant, quia corpori suo minimè parcunt: quasi
 quicumque desperatius esse possit, quam torquere ac dilaniare eum quem scias esse in-
 nocentem. Adeo nec pudor ullus apud eos superest, a quibus abest omnis hu-
 manitas: & retorquent in homines iustos conuicta sibi congruentia. Impios
 30 enim uocant ipsi scilicet pii, & ab humano sanguine abhorrentes: quum si &
 actus suos considerent, & illorum quos tanquam impios damnant, iam intelligant,
 quam mendaces sint, & his omnibus quae aduersus bonos aut dicunt aut fa-
 ciunt, digniores. Non enim de nostro, sed ex illorum numero semper existunt,
 qui uias oblideant armati, maria praedentur: uel si palam grassari non licuit, ue-
 nena clam temperent: qui uxores necent, ut dotes earum lucentur: aut maritos,
 ut adulteris nubant: qui natos ex se pueros aut strangulent, aut si nimium pii fue-
 rint exponant: qui libidines incestas nec a filia, nec a sorore, nec a matre, nec a
 sacerdote continent: qui aduersus ciues suos patriamque coniurent: qui nec culem
 metuant: qui denique sacrilegia committant, & deorum, quos colunt, templa dispo-
 40 nent: & ut quae leuia sunt atque usitata dicamus, qui hereditates captent, testa-
 menta supponant, iustos haeredes uel auferant uel excludant: qui corpora sua
 libidinibus prostituunt: qui denique immemores quod nati sint, cum foemi-
 nis patientia certent: qui sanctissimam quoque corporis sui partem contra fas
 omne polluant & profanent: qui uirilium ferro metant: & quod est scelera-
 tius, ut sint religionis antistites, qui ne uitae quidem suae parcant, sed extinguendas
 publice animas suas uendant: qui, si iudices sedeant, aut immeritos perdant
 mercede corrupti, aut noxios impune dimittant: qui coelum quoque ipsum
 ueneficis appetant, tanquam illorum maliciam terra non capiat. Haec (in-
 quam) & his plura scelera utique ab istis fiunt, qui deos colunt. Quis inter haec
 50 tot ac tanta iusticiae locus est? Et ego de multis pauca collegi: non ut argue-
 rem, sed ut ostenderem. Qui uolent scire omnia, Senecae libros in manum
 sumant, qui morum uitiorumque publicorum & descriptor uerissimus,
 & accu-

& accusator acerrimus fuit. Sed & Lucilius tenebrosam istam uitam circumscriptè breuiterq; depinxit, his uersibus:

*Nunc uerò à mane ad noctem, festo atq; profesto
Totus item pariterq; die, populusq;, patresq;
Iactare, inde foro se omnes, decedere nusquam.
Vni se, atq; eidem studio omnes dedere, & arti
Verba dare, ut cautè possint pugnare, dolose
Blandicia certare, bonum simulare uirum se,
Insidias facere, ut si hostes sint omnibus omnes.*

Nostro autem populo quid horum potest obijci, cuius omnis religio est, sine scelere ac sine macula uiuere? Cum igitur uideant & se ac suos ea quæ diximus gerere, nostros autem nihil operari, nisi æquum & bonum: poterant (si quid saperent) ex hoc intelligere, & illos qui bonum faciunt, pios esse, & se impios, qui nefanda committunt. Neq; enim fieri potest, ut qui in omnib. uitæ suæ actibus non errant, in ipsa summa errent, hoc est in religione, quæ rerum omnium caput est. Impietas enim suscepta in eo quod est summum, per cætera uniuersa sequeretur. Aequè fieri potest, ut ipsi qui errant in omni uita, non & religione fallantur: quoniam pietas in summo regulam tenens, tenorem suum seruat in cæteris. Ita fit, ut in utraq; parte de conditione rerum quæ geruntur, qualis sit summa ipsa noscatur.

C O M M E N T A R I V S.

Inuehitur in ethnicos, qui nullam aliam Christiani nominis persequendi causam habent, quam ipsam innocentiam: quam ob id ipsum tam insensis oderunt affectibus, quod ex huius collatione ipsorum detegitur nequitia. Tenebrarū siquidem opera lucem cœlestem ferre nequeunt. Argumēta potissimum ex effectibus ducuntur. Fieri siquidē nequit, ut arbor putrida fructus bonos proferat. Sed tu hodie cum Gentilibus omnes eos numerato, qui licet baptismatis ceremonia Christianismo sint inaugurati, Christiani tamen nominis proditores & hostes, in castris huius mundi militant. Habes, inquam, in hoc capite, ueræ Ecclesiæ characterem. Nam Antichristos persequitur: Christiana professio persecutionem patitur. Tamen parcitur uictis.) Augustinus in 1. cap. lib. 1. de Ciu. Dei, conqueritur ciuitatem Christi, quæ Ecclesia est, exulare in hoc mūdo, & affligi ab ijs ipsis, quorum ars secundum Poetam est, & laus peculiaris, Parcere subiectis, & debellare superbos. Et in altero cap. euidentibus aliquot exemplis docet, nulla unquā bella fuisse gesta, ut uictis uictores parcerent. Est locus inter.) De quo lege Cic. in orat. pro Marcello. Lupi ceu.) Verba poetæ sunt ex Ann. 2. similitudine exprimentis, quæ fuerit, urbe incensa, animorum iuuenilium ferocia. Veritas odium.) Terentius in Andria, sub persona Sosie liberti. Vitur hoc testimonio etiam infrà cap. 2. Vrget autē causas odij problemate, siue cognitionis quæstione. Nec est.) Mirabilis per comparisonem

amplificatio. In spe.) Phrasia Apostolica. Eadem rabie hodie quoq; sæuiunt in ouile Christi, qui sibi pastoris nomen sumunt, cum sint lupi rapacissimi. Delineat autem, imò quasi graphica & uiua quadam *ἐκτυπώσις* repræsentat nostræ (proh dolor) Ecclesiæ statū. Honoribus mactant.) magis augent: hoc est, cumulant. apud Plautum & Ciceronem. Quasi quicquam.) Retorquet in ipsos, per *ὑστέρω*. Ad eò nec pudor.) A toto ad partes. Exponant.) Contra hanc impietatem lex est in Nearis, Const. 153. Culeum.) Eculum alia lectio habet, quo per metonymiam parricidū intelligitur. Senecæ libros.) Inter ea quæ extant, lege alteram epistolam lib. 16. ubi cum in alia scelera, tum uerò maximè in corrupta inuehitur iudicia. Sed hic liber citatur etiam à Tertull. cap. 12. Apolog. & alicubi ab Aurel. Augustino. Indusori.) Al. Inde foro. Nescio unde Gryphius hos emendauerit uersus. Indusoros (meo iudicio) dicit eos, qui ocia sua in foro terūt. Inforare Plautinum est uerbū, pro eo quod est in foro aliquid euulgare. Hinc per epenthesin Indusori, sicut induperator pro imperator apud Maronē, & indugredi pro ingredi apud Lucretium, & indupeditus pro impeditus, & indumanu pro in manu apud eundem. Nostro autem.) De eodem gloriatur etiam Tertullianus: Vtinam nobis quoque liceat eodem modo aduersarijs nostris ora obstruere.

De falsa

De falsa pietate, & de falsa & uera religione. CAP. X.

Operaprecium est, cognoscere illorum pietatem: ut ex ijs quæ clementer ac piè faciunt, possit intelligi, qualia sint quæ ab his contra iura pietatis geruntur. Ac ne quem uidear inclementer incessere, aliquam mihi personam poeticam sumam, quæ sit uel maximum pietatis exemplum. Apud Maronem rex ille,

— Quo iustior alter

Nec pietate fuit, nec bello maior, & armis:

10 *Quæ nobis documenta iusticiæ protulit?*

Vinxerat & post terga manus, quos mitteret umbris,

Inferias caeso sparsurus sanguine flammis.

Quid potest esse hac pietate dementius, quàm mortuis humanas uictimas immolare: & ignem cruore hominum, tanquam oleo pascere? Sed fortasse hoc nõ ipsius uitium fuerit, sed poetæ, qui illum insignem pietate uirum, insigni scelere fœdauit. Vbi est igitur, o poeta, pietas illa, quã sæpissimè laudas?

Ecce pius Aeneas —

— Sulmone creatos

20 *Quattuor hic iuuenes, rotidem quos educat Vfers,*

Viuentes rapit: inferias quos immolet umbris,

Captiuoq; rogi perfundat sanguine flammis.

Cur ergo dicebat eodẽ ipso tempore, quo uinctos ipsos homines ad immolationem mittebat? Equidem & uiuis concedere uellem, cum quos uiuos habebat in potestate, uice pecudũ iuberet occidi? Sed hæc (ut dixi) culpa nõ illius fuit qui literas fortasse non didicerat, sed tua, qui cum esses eruditus, ignorasti tamen quid esset pietas: & illud ipsum quod nefariè, quod detestabiliter fecit, pietatis esse officium credidisti: uidelicet ob hoc unum pius uocatur, quia patrem dilexit. Quid quod bonus Aeneas haud aspernanda precanteis trucidauit? adiuratus enim per eundem patrem, & spes surgentis Iuli, nequaquam pepercit, furij accensus & ira. Quisquam ne igitur hunc putet aliquid in se uirtutis habuisse, qui & furore tanquam stipula exarserit, & manum patris per quem rogabatur oblitus, iram frænare nequiuerit? Nullo igitur modo pius, qui non tantum non repugnantes, sed etiam precantes interemit. Dicit hic aliquis: Quæ ergo, aut ubi, aut qualis est pietas? Nimirũ apud eos qui bella nesciunt, qui concordiam cum omnibus seruant, qui amici sunt etiam inimicis, qui omnes homines pro fratribus diligunt, qui cohibere iram sciunt, omnemq; animi furorem tràquilla moderatione lenire. Quanta igitur caligo, quanta tenebrarum & errorum nubes, hominũ pectora obduxit, qui cum se maximè pios putat, tum maximè sunt impij. Quanto enim 40 religiosius terrenis istis simulachris inseruiunt, tanto magis scelerati aduersus nomen ueræ diuinitatis existunt. Itaq; pro merito impietatis suæ grauioribus malis sæpè uexantur: quorũ causam quia nesciunt, fortunæ culpa omnis ascribitur: & locum inuenit Epicuri philosophia, nihil ad Deos pertinere censentis, nec gratia eos tangi, nec ira moueri, quia & contemptores eorum sæpè uideantur, & cultores sæpè miseros. Quod eò fit, quia cum religiosi uideantur, & natura boni, nihil tale creduntur mereri quale sæpè patiuntur. Consolantur se tamen accusatione fortunæ, nec sentiunt quod si esset ulla, cultoribus suis nunquam noceret. Meritò igitur huiusmodi pietatem pœna confequitur, & offensa diuinitas scelere hominum prauè religiosorum, graui eos 50 infortunio mactat, qui licet sanctis moribus uiuant, in summa fide atq; innocentia: tamen quia Deos colunt, quorum ritus impios ac profanos Deus uerus odio habet, à iusticia, & à nomine ueræ pietatis alieni sunt. Nec est difficili

C le dicere;

le dicere, cur Deorū cultores, boni & iusti esse nō possint. Quomodo enim sanguine abstinebunt, qui colunt cruentos deos, Martem atq; Bellonam: quomodo aut parentibus parcent, qui expulsorem patris sui Iouem, aut natū ex se infantibus, qui colunt Saturnum: quomodo pudicitiam tuebuntur, qui colunt deam nudam & adulteram, & quasi apud Deos prostituta: quomodo se à rapinis & fraudibus abstinebunt, qui Mercurij furta nouerunt, doctis, non fraudis esse decipere, sed astutiæ: quomodo libidines coercebūt, qui Iouem, Herculem, Liberum, Apollinem, cæterosq; uenerantur, quorum adulteria & stupra in mares & fœminas nō tantum doctis nota sunt, sed exprimuntur etiā in theatris, atq; cantantur, ut sint omnibus notiora: Possunt ne inter hæc iusti esse homines, qui etiam si natura sint boni, ab ipsis tamen dijs erudiatur ad iniusticiam: Ad placandum enim Deum, quem colas, ijs rebus opus est quibus illum gaudere ac delectari scias. Sic fit, ut uitā colentiū, Deus pro qualitate nominis sui formet: quoniam religiosissimus est cultus, imitari.

COMMENTARIVS.

Remouet partes iusticiæ à cultu fœdo & execrabili, quo sua numina uenerantur. Verisimile namq; non est, eos iusticiæ studiosos esse, quorum etiam sacra plena scelerum sunt. Apud Maronem.) Aeneidos primo. Vinxerat & post.) Verg. Aeneid, undecimo. Sparsurus.) Sparsuros, apud Maronem legitur. Clementius.) Alij legunt Dementius, sed Clementius, per ironiam, faciet orationem aliquanto salsiorem. Sulmone creatos.) Aen. 10. in inferijs Pallantis. Sulmone.) Quod in antiquo Latio oppidū fuit. Bonus Aeneas.) Ironiam acquirunt. Haud asper.) Aeneidos 11. Et spes surg.) Aeneidos decimo.

Furijs accens.) Aeneid. duodecimo. sub fine. Dicit.) Occupatio, per quā exponit quæ nam sit pietas, eam per contentionem demonstratū cum gentilium scelere cōferens: eiusq; descriptio est quasi nota quædam & character Christianæ professionis. Nihil ad deos.) De hoc in lib. de Ira Dei, & supra lib. 3. Infortunio maectant.) Sicut superius, honore maectare, id est cumulare dixit. In summa fide.) civilis, quæ apud Cic. in Off. fundamentum iusticiæ est: ab eoq; dicitur, quod fiat id quod dictum est. Martem.) Contra has uanitates in primo, & 2. abundè dictum est. Ad placandū.) αἰτίου. nā τὸ λεγόμενον diffusum est p totū capit.

De crudelitate aduersus Christianos. CAP. XI.

His igitur hominibus, qui Deorum suorum moribus cōgruunt, quia grauius est, & acerba iusticiā, eandem impietate suam, qua in cæteris rebus utuntur, aduersus iustos uiolenter exercent. Nec immeritō à prophetis besticiæ nominantur. Præclare itaq; M. Tullius: Etenim si nemo est, inquit, quin emori malit, quā conuerti in aliquam figurā besticiæ, quamuis hominis mentem habiturus: quāto est miserius, in hominis figura, animo esse efferato: mihi quidem tanto uidetur, quanto præstabiliior animus corpore. Aspernantur itaq; corpora belluarum quibus sunt ipsi fauiores, sibiq; adeo placent, quod homines nati sunt, quorum nihil nisi lineamenta & summam figuram gerūt. Nam quis Caucasus, quæ India, quæ Hircania tam immanes, tam sanguinarias unquam bestias aluit: Quoniam ferarum omnium rabies usq; ad uentris satietatem furit, fameq; sedata, protinus conuiescit. Illa est uera bestia, cuius una iussione

Funditur ater ubiq; cruor, crudelis ubiq;

Luētus, ubiq; pauor, & plurima mortis imago.

Nemo huius tandem belluæ immanitate potest pro merito describere: quæ uno loco recubans, tamen per totum orbem dentibus ferreis sauit, & nō tantum artus hominum dissipat, sed & ossa ipsa cōminuit, & in cineres furit, ne quis extet sepulturæ locus, quasi uerò id affectet qui Deum cōsitentur, ut ad eorū sepulchra ueniatur, ac nō ut ipsi ad Deum perueniāt. Quæ nam illa feritas, quæ rabies, quæ insania est, lucem uiuis, terrā mortuis denegasse: Dico

igitur,

igitur, nihil esse miserius ijs hominibus, quos ministros furoris alieni, quos satellites impia iusionis necessitas aut inuenit, aut fecit. Non enim honor ille, aut prouectio dignitatis fuit: sed hominis damnatio ad carnificinā, Dei uerò ad poenam sempiternam. Quæ aut per totum orbē singuli gesserint, enarrare impossibile est. Quis enim uoluminum numerus capiet tam infinita, tam uaria genera crudelitatis? Accepta enim potestate, pro suis moribus quisq̄ sæuiscit. Alij præ nimia timiditate plus ausi sunt, quàm iubebantur. Alij suo proprio aduersus iustos odio, quidam naturali mentis feritate, nonnulli ut placerent, & hoc officio uiam sibi ad altiora munirent: aliqui ad occidendum præcipites extiterūt, sicut unus in Phrygia, qui uniuersum populum cum ipso pariter conuenticulo cōcremauit. Sed hic quanto sæuior, tanto clemētiore inuenitur. Illud uerò pessimum genus est, cui clemētiæ species falsa blanditur: ille grauior, ille sæuior est carnifex, qui neminem statuit occidere. Itaq̄ dici non potest, huiusmodi iudices quanta & quàm graua tormentorum genera excogitauerint, ut ad effectum propositi sui peruenirent. Hæc autem non tantū ideo faciunt, ut gloriari possint, nullum se innocentium peremisse (nam & ipse audiui aliquos gloriātes, quòd administratio sua in hac parte fuerit incruentata) sed & inuidiæ causa, ne aut ipsi uincantur, aut illi uirtutis suæ gloriā consequantur. Itaq̄ in excogitandis poenarum generibus, nihil aliud quàm uictoriam excogitant. Sciunt enim, certamen esse illud & pugnam. Vidi ego in Bithynia præsidem gaudio mirabiliter elatum, tanquam Barbarorum gentem aliquam subegisset, quòd unus qui per biennium magna uirtute restiterat, postremò cedere uisus est. Contendunt igitur, ut uincant, & exquisitos dolores corporibus immittunt, & nihil aliud deuitant, quàm ut ne torti moriantur. Quasi uerò mors tantummodo beatos faciat, ac nō etiam tormenta, quanto fuerint grauiora, tanto maioris uirtutis gloriā pariāt. Illi aut pertinaci stulticiā iubent curam tortis diligenter adhiberi, ut ad alios cruciatus membra renouētur, & reparetur nouus sanguis ad poenam. Quid tam pium, tam beneficū, tam humanū fieri potest: nō curassent tam sollicitè, quos amarent. Hæc est Deorū disciplina: ad hæc opera cultores suos erudiunt, hæc sacra desiderāt. Quinetiā sceleratissimi homicidæ cōtra pios iura impia cōdiderūt: nam & cōstitutiones sacrilegæ, & disputationes luris peritorū leguntur iniustæ. Domitius de officio Proconsulis, libris septem rescripta principum nefaria collegit, ut doceret, quibus poenis affici oporteret eos, qui se cultores Dei confiterentur.

COMMENTARIUS.

Inuehitur in Christiani nominis persecutores. In his capitibus ea ferè inuenies λεφάλαα, quæ à Rhetorib. in Loci cōmunis progymnasmate tradūtur: sunt enim δὲ τὸ παραδοξία cōtinuatae quodammodo, & ex sese fluentes. A prophetis bestia. Præsertim apud Danièle ca. 7. per quatuor animalia. quatuor regna tyrannica describuntur. M. Tullius. Neq̄ hic locus hodie reperitur. Emori malit. Gryllus tamen apud Plut. ne ab Ulysse quidem eloquentissimo persuaderi potest, ut ex sue in hominē redeat, permittente adeò ipsa Circe. Quam conuertit in aliquam fig. Cuiusmodi fabulā ex Arcadibus Euanthes, inter autores Græciæ non præteritus refert, de quibusdam hominibus stagnum tranantibus, illicq̄ lupinam figuram induentibus. quod tamen Plin. lib. 8. cap. 22. falsum esse, confi-

denter existimare iubet. Quanto præstabilior.) Homini siquidē Deus mente nihil præstabilius dedit, ut Cic. de Senectute testatur. Nam quis Caucasus.) Videri potest respexisse ad illud Didonis, quod est Aen. 4. Perfide, sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus, Hyrcanæq̄: admorunt ubera tygres. Caucaso immanitatem tribuunt, propter Promethei fabulam: ego malo propter multitudinem partiarum, quibus eam Philostr. in uita Apollonij scribit esse refertam. India & Hircania tygride formidabiles sunt. Plin. li. 8. cap. 18. De elephate, tygride & formica India, lege Arrianum lib. 8. qui est de rebus Indicis. Tacco Heliodorū. Illa est uera bestia.) Quantum coniecturis assequor, intelligit Diocletianū, cuius edicta & persecutio describuntur ab Eusebio in Ecclesiastica

hist. lib. 8. & de Nicomedica præsertim truculentia, cap. 5. & 6. eiusdem libri. Funditur.) Aeneid. 11. Crudelis ubiq;.) Aeneid. 2. Ne quis extet.) Intelligit Dorotheum, Petrum, & Gorgonium, qui aulici fuerant: quorum corpora miseris excarnificata modis, terræ mandata, effossarursus, & in mare proiecta. Euseb. Terram mortuis.) Aug. lib. 1. cap. 12. Ciuit. Dei. Sicut unus in Phrygia.) Historia extat apud eundem Eusebium cap. 11. eiusdem libri. Constitutiones sacrilegæ.) Quæ ab Eusebio recitantur. Disputationes.) Fortassis Vlpiani disputationes intelligit, quarum libri X. hodie in Pandectis Iureconsultorum citantur: quæ alio nomine Quæstiones, alio rursus Disceptationes publicæ appellantur. Domi

tius.) Non Labeo, sed Vlpianus, in cuius vita Bernard. Rutelius legit, libro v. de Off. pro. de quo, ut ex Pandectis apparet, huius Vlpiani extiterunt li. X. qui titulus hodie XVI. est libri primi, Antehac Iustiniano semper sui iniquior, quod libris ueterum Iurisperitorum abolitis hos Pandectarum centones confici iussit: nunc uerò prætere a etiam hominem laudo, qui incestas illas, & (ut noster uocat) sacrilegas sustulit: qua re nostris principibus reliquit exemplum imitatione dignum, ut leges inutiles, & cum sincera pietate pugnantes, abrogent & antiquent. de quo lege cap. 4. Apolog. apud Tertul. Quid ihs facias.) Hæc malo superiori capite cum Parisiensi editione annectere. Hæc est lex.) Matth. 5. Luca 6.

Quomodo ipsi carnificibus grati sunt, qui diligunt inimicos: & quid expetibilis est esse bonum, & malum putari, quam malum esse, & uideri bonum. CAP. XII.

Quid ihs facias, qui ius uocant carnificinas ueterum tyrannorum aduersus innocentes rabidè sæuientiū: Et cum sint iniusticiæ crudelitatisq; doctores, iustos se esse tamen ac prudētes uideri uolunt, cæci, & hebetes, & rerum & ueritatis ignari. Adeo ne uobis, ò perditæ mētes, inuisa iusticia est, ut eam summis sceleribus adæquetis? Adeo ne apud uos perijt innocentia, ut ne morte quidem simplici dignam iudicetis? Sed supra omnia facinora habeatur, nullum facinus admittere, pectusq; purū ab omni sceleris contagio ne præstare. Et quoniam communiter cum Deorum cultoribus loquimur, liceat per uos benefacere uobis. Hæc est em̄ lex nostra, hoc opus, hæc religio. Si uobis sapientes uidemur, imitamini: si stulti, cōtemnite, aut etiam ridete, si liber: uobis enim stulticia nostra prodest. Quid laceratis? quid affligitis? Non inuidemus sapientiæ uestre. Hanc stulticiam malumus, hanc amplectimur. Hoc nobis credimus expedire, ut uos diligamus, & in uos ipsos q; odistis, omnia conferamus. Et est apud Ciceronem non abhorrens à uero locus, in ea disputatione quæ habetur à Furio contra iusticiā: Quæro, inquit, si duo sint, quorū alter optimus uir, æquissimus, summa iusticia, singulari fide, alter insigni scelere & audacia: & si in eo sit errore ciuitas, ut bonum illum uirum, sceleratū, facinorosum, nefarium putet: contra autem qui sit improbissimus, existimetur esse summa probitate ac fide: proq; hac opinione omnium ciuū, bonus ille uir uexetur, rapiatur, manus ei deniq; auferantur, effodiantur oculi, damnetur, uinciatur, uratur, exterminetur, egeat: postremò, iure etiā optimo omnibus miserrimus esse uideatur. contra autē ille improbus laudetur, colatur, ab omnib. diligatur, omnes ad eum honores, omnia imperia, omnes opes, omnes deniq; copiæ, conferantur: uir deniq; optimus omnium existimatione, & dignissimus omni fortuna iudicetur: quis tandem erit tam demens, qui dubitet, utrum se esse malit? Profectò quasi diuinaret, quæ nobis mala, & quomodo uentura essent propter iusticiam, hoc posuit exemplum. Hæc enim populus noster patitur omnia, errantium prauitate. Ecce in eo est errore ciuitas, uel potius orbis ipse totus, ut bonos & iustos uiros tanquam malos & impios persequatur, excruciet, damnet, occidat. Nam quod ait, ne minem esse tam dementem, qui dubitet utrum se esse malit: ille quidem, ut is qui contra iusticiam disserebat, hoc sensit, malle sapientem malum esse cum bona

bona existimatione, quam bonū cum malā. A nobis autem absit hæc amentia, ut falsum uerō anteponamus. An boni nostri qualitas ex populi potius pendebit erroribus, quam ex conscientia nostra & iudicio Dei? Aut aliqua nos illiciet unquam felicitas, ut non potius ueram bonitatem cum omni malo, quam falsam cum omni prosperitate malimus? Sua sibi habeant regna reges, suas diuitias diuites (ut loquitur Plautus) suam uerō prudentiam prudentes: relinquunt nobis stulticiam nostram, quam uel ex hoc apparet esse sapientiam, quod eam nobis inuident. Quis enim stulto inuideat, nisi qui ipse sit stultissimus? Illi autem non sunt adeo stulti, ut stultis inuideant: sed ex eo, quod accuratè, quod sollicitè persequuntur, stultos non esse concedunt: cur enim tam crudeliter sæuiant, nisi quia metuunt, ne indies inualescente iusticia, cum dijs suis * curiosis relinquuntur: si ergo cultores Deorum sapientes sunt, & nos stulti: quid metuunt, ne sapientes illiciantur à stultis?

* uaricosis, quos Nari nos appellat, quod odoribus uis colantur. forte melius curiosis.

COMMENTARIUS.

Paradoxon siue ἀπαράδοξον capite sequenti tractatur. Exploditur L. Furij Philonis Oratoris apud Cic. in 3. de Rep. contra iusticiam differentis, asserentisq; sapientis esse, haberi potius quam esse iustum uelle. contra quem iusticiæ partes tue Lælius ille sapiens. id quod nō modo ex Aur. Augustino, sed ex ipsius Ciceronis Lælio facile intelligere licet. Et quantum cōiecturis assequor, ex eodem de Rep. opere sunt loci Ciceroniani supra cap. 8. & ii. à Lactatio citati. Cæterum personæ quæ in libris de Rep. loquuntur, recensentur

epist. 15. lib. 4. ad Atticum. Posuit exemplū. Quod in Domino nostro IESU Christo euidentissimè, deinde non obscure in martyribus ipsius expressum est: idemq; prorsus Furio euenit, quod Caiaphæ apud Ioannem cap. 11. qui uerum, sed imprudens, iudicauerat. Sed Lactantius Furij errorè pulchrè detegit. Plautus.) in Curculione. Relinquant nobis stulticiam.) *μύμνος* Paulina. Ex effectu & contrarijs euincit, gentiles confiteri, innocentiam & ueram sapientiam penes Christianos esse.

De Christianorum incrementis & supplicijs. CAP. XIII.

Cum autem noster numerus semper Deorum cultoribus augeatur, nunquam uerò, ne in ipsa quidem persecutione minuatur (quoniam peccare homines, & inquinari sacrificio possunt, auerti autem non possunt à Deo: ualet enim uis sua ueritas) quis est tam excors, tamq; cæcus, qui non uideat, in utra sit parte sapientia? Sed illi malicia & furore cæcantur, ne uideant: stultosq; arbitrantur esse, qui cum habebant in sua potestate supplicia uitare, cruciari tamen & emori malunt: cum possint ex eo ipso peruidere, non esse stulticiam, in quam tanta hominum millia, per orbem totum una & pari mente consentiant. Si enim foeminae sexus infirmitate labuntur (nam interdum isti muliebrem & anilem superstitionem uocant) uiri certè sapiunt. Si pueri, si adolescentes improuidi sunt per ætatem, maturi certè ac senes habent stabile iudicium. Si una ciuitas desipuerit, cæteræ utiq; innumerabiles stultæ esse nō possunt. Si una prouincia, una natio prouidentia caret, cæteras omnes habere intelligētiam recti, necesse est. Cum uerò ab ortu solis usq; ad occasum lex diuina suscepta sit, & omnis sexus, omnis ætas, & gens, & regio unitis ac paribus animis Deo seruiant, eadem sit ubiq; patiētia, idem cōtemptus mortis: intelligere debuerant, aliquid in ea re esse rationis, quod non sine causa usq; ad mortem defendatur, aliquid fundamenti ac soliditatis, quod eam religionem non tantum iniurijs, ac uexatione non soluat, sed augeat semper, & faciat firmiorem. Nam & in hoc quoq; malicia illorum conuincitur, qui euerisse se funditus religionem Dei opinantur, si homines inquinauerint, cum & Deo satisfacere liceat: & nullus sit tam malus Dei cultor, qui data facultate, ad placandum Deum non reuertatur, & quidem deuotione maiori. Peccati enim conscientia, & metus pœnæ religiosiorem facit, & semper multo firmior est fides, quam reponit pœnitētia. Si ergo ipsi, cum Deos sibi arbitran-

tur iratos, tamen donis, & sacrificijs, & odoribus placari eos credūt: quid est tandem, quòd Deum nostrum tam immitem, tam implacabilem putent, ut uideatur is iam Christianus esse non posse, qui dijs eorum coactus inuitusq; libauerit: nisi si fortè contaminatos semel putant animos translaturus, ut sua sponte iam facere incipiant, quod per tormenta fecerunt. Quis id officium libens obeat quod ab iniuria coepit: Quis cum uideat laterum suorum cicatrices, non magis oderit deos, propter quos aeterna poenarum insignia, & impressas uisceribus suis notas gestet: Ita fit, ut data diuinitus pace, & qui fuerant auersi redeant, & alius propter miraculum uirtutis nouus populus accedat. Nam cum uideat uulgus dilacerari homines uarijs tormentorum generibus, & inter fatigatos carnifices inuictam tenere patientiam: existimant, id quod res est, nec consensum tam multorum, nec perseuerantiam morientiu uanam esse, nec ipsam patientiam sine Deo cruciatus tantos posse superare. Latrones & robusti corporis uiri eiusmodi lacerationes perferre nequeunt, exclamant, & gemitus edunt: uincuntur enim dolore, quia deest illis inspirata patientia. Nostri autem (ut de uiris taceam) pueri & mulierculæ, tortores suos taciti uincunt, & exprimere illis gemitum nec ignis potest. Eant Romani & Mutio gloriantur aut Regulo: quorum alter necandum se hostibus tradidit, quòd captiuum puduit uiuere: alter ab hostibus deprehensus, cum uideret mortem se uitare non posse, manum foco iniecit, ut pro facinore suo satisfaceret hosti, quem uoluit occidere, eaq; poena ueniã quam non meruerat accepit. Ecce sexus infirmus: & fragilis ætas dilacerari se toto corpore, uiriq; perpetitur, non necessitate, quia licet uitare si uellent: sed uoluntate, quia confidunt Deo.

C O M M E N T A R I V S.

Paradoxon aliud: Quòd Christianismus persequutione non modò non extinguitur, sed magis etiam, magisq; propagatur. Nam omnino sic diuinitus comparatū est, ut ager ille Euangelicus piorum & innocentum cruore tanto magis pinguescat, quanto largius funditur. Iustus siquidem ut palma florebit. Tota hæc oratio coniecturis constat, & argumentis probabilibus. Confer cum his, quæ scribit Terul. sub finem Apologetici, in ipso Epilogo. Semper deorū.) Ex deorum, cum alijs legere malo. Vnitis.) Vnis, Latinius. Et nullius.) Et nullus. De uotione.) Vox Theologica, qua tamen pluri-

mi pro nescio qua sanctimonia abutuntur. Sed etymologia manifestior est, quam ut disputatione sit opus. Eant Romani.) Exemplorum collatione res illustrior fit. historiae ex Polybio, Lilio & Cicerone notæ sunt: quod ad institutū attinet. De Regulo quid Augustinus censeat, reperies in primo de Ciuit. capite decimoquinto, & 24. quid Tertullianus, lib. ad Martyres scripto, & sub finem Apologetici. De Scæuola uero Augustinus libro quarto Ciuit. capite uigesimo, Tertullianus in eodem ad Martyres Sermonem. Infirmus.) Alias, scæmineus, sed hæc lectio nobis magis arridet.

De Christianorum fortitudine: & quòd uanum & stultum est, imaginatam terram ut Deum colere. CAP. XIII.

Sed hæc est uera uirtus, quam philosophi quoq; gloriabundi, non re, sed uerbis inanibus iactant, differentes, nihil esse tam congruens uiri sapientis grauitati atq; constantiæ, quam nullis terroribus de sententiæ proposito posse depelli: sed tanti esse, cruciari & emori, ne fidem prodat, ne ab officio discedat, ne metu mortis aut dolore acerbo subactus, aliquid faciat iniustū: nisi fortè delirare illis uidetur Flaccus in Lyricis, cum dicit:

*Iustum & tenacem propositi uirum,
Non ciuium ardor praua iubentium,
Non uultus instantis tyranni
Mente quatit solida.*

Quo nihil uerius dici potest, si hoc ad eos referatur, qui nullos cruciatus, nullam mortē recusant, ne à fide iusticiæq; declinēt, qui nō tyrannicas iussiones, non

non Præsidium gladios tremunt, quo minus ueram & solidam libertatē constanti mente defendāt, quæ in hoc solo tuenda sapientia est. Quis enim tam insolens, tam elatus est, qui me uetet oculos in cælum tollere & quis imponat mihi necessitatē uel colendi quod nolim, uel quod uelim, nō colendis? Quid iam nobis ulterius relinquetur, si etiam hoc, quod uoluntate fieri oportet, libido extorquet aliena: nemo istud efficiet, si quid nobis ad contemnendam mortem doloremq; uirtutis est. Quam constantiam si tenemus, cur stulti iudicamur, facientes ea quæ philosophi laudant? Recte igitur Seneca, incongruentiam hominibus obiectās, ait: Summa iusticia illis uidetur, magnus animus. Et hīdem eum qui contemnit mortem, pro furioso habet: quod est utiq; summae peruersitatis. Sed hī uanarū religionum cultores, eadem stulticia id obijciunt, qua uerum Deum non intelligunt, quos Sibylla Erythræa *λωφῶς ἠγοῦσθαι* uocat, surdos scilicet & excordes, qui nec audiant diuina, nec sentiant, sed terram digitis suis imaginatam metuant & adorent.

COMMENTARIUS.

Stoicorū *ἡδὲ δόξῃ*, quo opinatur, sapientē nō succūbere dolori, nec ulla tyrannide ad turpitudinē cogi posse, in solis Christianis locū habere docet. Flaccus.) Horat. lib. Carminū 3. Ode 3. Ad huius imitationē nos hīc *luscimus uersiculis*:

Iustum & tenacem propositi uirum,
Non ciuium ardor praua iubentium,
Non uultus instantis tyranni
Mente quatit solida: nec ulla
Vis mortis instans, nec gladii truces,
Nec Tartarus, nec Styx lachrymabilis:
Si fractus illabatur orbis,
Impavidum ferient ruinae.
Hac arte David, hac Daniel pius

Inmixtus, arceis attigit igneas,
Quare sapientes habentur pro stultis: & quomodo in duabus præcipuè uirtutibus, pietate scilicet & equitate iusticia constet: & quid pietas secundum Trismegistū, & quid equitas secundum Ciceronem: quarum naturam assequi potuerunt Romani uel Greci, nec aliqui nisi Christiani.

CAP. XV.

Quæ uerò causa sit, ut eos qui sapientes sunt stultos putent, magna ratio est: nec enim frustra falluntur. Quæ nobis diligēter est explicanda, ut errores suos tandem (si fieri possit) agnoscant. Iusticia, suapte natura, speciem quandam stulticiae habet: quod ego & diuinis & humanis testimonijs confirmare possum. Sed nihil fortasse apud istos agemus, nisi eos de suis doceamus autoribus, non posse quenquam iustum esse, quod est coniunctum cum uera sapientia, nisi idem stultus esse uideatur. Carneades, Academicæ sectæ philosophus, cuius in differendo quæ uis fuerit, quæ eloquētia, quod acumen, qui nescit, is ex prædicatione Ciceronis intelliget, aut Lucilij, apud quē differens Neptunus de re difficillima, ostēdit nō posse id explicari, nec si Carneadē ipsum Orcus remittat. Is cum legatus ab Atheniensibus Romam missus esset, disputauit de iusticia copiosè, audiente Galba & Catone Censorio, maximis tūc oratorib. Sed idē disputationē suā postridie cōtraria disputatione subuertit, & iusticiā quā pridie laudauerat sustulit: nō quidē philosophi grauitate, cuius firma & stabilis debet esse sententia, sed quasi oratorio exercitiij genere, in utranq; partē differendi. Quod ille facere solebat, ut alios quodlibet asserētes posset refutare. Eam disputationē, qua iusticia euertitur,

apud Cic. L. Furius recordatur: credo, quoniam de republica differebat, ut defensionem laudationemque eius induceret, sine qua putabat regi non posse Rempublicam. Carneades autem, ut Aristotelem refelleret ac Platonem, iusticiæ patronus, prima illa disputatione collegit ea omnia quæ pro iusticia dicebantur, ut posset illa, sicut fecit, euertere. Erat enim facillimum, iusticiam radices non habentem labefactare, ut diceret inaniter laborari: quia tum nulla in terra fuit, ut, quid esset, aut qualis, à philosophis cerneretur. Atque utinam tot ac tales uiri quantum eloquentiæ, quantum animi, tantum scientiæ ad implendam defensionem summæ uirtutis habuissent, cuius origo in religione, ratio in æquitate est. Sed hi quia primam illam partem nescierunt, ne secundam quidem tenere potuerunt. Volo autem prius circumscripte, ac breuiter quid sit ostendere, ut intelligatur, philosophos ignorasse iusticiam, nec id quod minimè nouerant, potuisse defendere. Iusticia quamuis omnes simul uirtutes amplectatur, tamen duæ sunt omnium principales, quæ ab illa diu elii separarique non possunt, pietas & æquitas. nam fides, temperantia, probitas, innocentia, integritas, & cætera huiusmodi, uel natura, uel institutis parentum, possunt esse in ijs hominibus qui iusticiam nesciunt, sicuti semper fuerunt. nam Romani ueteres, qui iusticia gloriari solebant, ijs utique uirtutibus gloriabantur, quæ (ut dixi) proficisci à iusticia possunt, & ab ipso fonte secerni. Pietas uero & æquitas, quasi uenæ sunt eius. his enim duobus fontibus constat tota iusticia. Sed caput eius & origo in illo primo est, in secundo uis omnis ac ratio. Pietas autem nihil aliud est, quam Dei notio, sicut Trismegistus uerissimè definiuit, ut alio loco diximus. Si ergo pietas est, cognoscere Deum, cuius cognitionis hæc summa est, ut eum colas: ignorat utique iusticiam qui religionem Dei non tenet. Quomodo enim potest eum nosse, qui undè oriatur ignorat? Plato quidè multa de uno Deo locutus est, à quo ait constitutum esse mundum: sed nihil de religione, somniauerat enim, Deum non cognouerat. Quod si iusticiæ defensionem uel ipse, uel quilibet alius implere uoluisset, in primis religiones deorum euertere debuit, quia contrariæ sunt pietati. Quod quidem Socrates quia facere tentauit, in carcerem coniectus est, ut iam tunc appareret, quid esset futurum ijs hominibus qui iusticiam ueram defendere, Deoque singulari seruire cœpissent. Altera igitur iusticiæ pars est æquitas. æquitatem dico non utique bene iudicandi, quod & ipsum laudabile est in homine iusto: sed se cum ceteris coæquandi, quam Cic. æquabilitatem uocat. Deus enim qui homines generat & inspirat, omnes æquos, id est pares esse uoluit, eandem conditionem uiuendi omnibus posuit, omnes ad sapientiam genuit, omnibus immortalitatem spopondit. nemo à beneficijs eius cœlestibus segregatur. Nam sicut omnibus unicum suum lumen æqualiter diuidit, emittit omnibus fontes, uictum subministrat, quietem somni dulcissimam tribuit: sic omnibus æquitatem uirtutemque largitur. Nemo apud eum seruus est, nemo dominus. Si enim cunctis idem pater est, æquo iure omnes liberi sumus. Nemo Deo pauper est, nisi qui iusticia indiget: nemo diues, nisi qui uirtutibus plenus est, nemo denique egregius, nisi qui bonus & innocens fuerit: nemo clarissimus, nisi qui opera misericordiæ largiter fecerit: nemo perfectissimus, nisi qui omnes gradus uirtutis impleuerit. Quare neque Romani, neque Græci iusticiam tenere potuerunt, quia dispares multis gradibus homines habuerunt, à pauperibus ad diuites, ab humilibus ad potentes, à priuatis denique usque ad regum sublimissimas potestates. Vbi enim non sunt uniuersi pares, æquitas non est, & excludit inæqualitas ipsa iusticiam: cuius uis omnis in eo est, ut pares faciat eos qui ad huius uitæ conditionem pari sorte uenerunt.

COMMENTARIUS.

Paradoxon aliud, iusticiam suapte natura specie quamdam stulticiæ habere. quod licet per se uerissimum est, uidetur tamen humanæ prudentiæ absurdum, & à uero alienissimum, eo quod philosophi, adeoq; in Officijs Cicero, uirtutes insolubili uinculo copulat: quod uerum manet. Verum quia illi carent iusticia, carent certè etiam sapientia. Prædicatione Cic.) Quæ extitit in 3. de Repub. libro. Ne si Carneadem.) Antonomastia prouerbialis. Huius eloquentia celebratur à pluribus. De cuius studio & industria lege in primis Valer. Max. Fuit is $\alpha\upsilon\tau\omega\tau\acute{\omicron}\rho\alpha\varsigma\ \epsilon\upsilon\alpha\delta\eta\mu\acute{\omicron}\varsigma\ \epsilon\pi\chi\eta\gamma\omicron\varsigma$, ut Lucianus ait. Is legatus.) De hac legatione sic scriptum est apud Macrobi. lib. 1. cap. 5. Satur. Illos dico, quos Athenienses quondam ad senatum legauere, impetratum uti multam remitteret, quam ciuitati eorum fecerat, propter Oropi uastationem. ea multa fuerat talentum ferè quingentum. Erant isti philosophi, Carneades ex Academia, Diogenes Stoicus, Critolaus Peripateticus: quos ferunt seorsum queng; ostentandi gratia per celeberrima urbis loca, magno hominum conuentu dissertasse. Fuit (ut relatum est) facundia Carneades uiolenta & rapida, scita & tereti Critolaus, modesta Diogenes, & sobria. Sed in senatum introducti, interprete usi sunt Cæcilio senatore. Locus hic ex Gellij Noctibus Atticis desumptus est, lib. 7. cap. 14. ubi autor de tribus phraseos generibus uerba facit. Atq; hæc quidem de causa legationis, cuius meminit idem Gell. sub finem libri 17. Galba & Catone Censoribus.) Censorio Gryphius rectè emendauit. Neq; enim Galba, sed L. Val. Flaccus cum Catone Censura functus est, ut ex Liuii & Plutarcho omnes nouerunt, qui in historicorum monumentis uersati sunt. Neq; hoc ad Censores quicquam. Sed hi duo, ut oratores illius ætatis celeberrimi (quod ex Ciceronis Bruto intelligitur) eloquentissimorum uirorum facundiam audiuisset significantur. Sed idem.) Quintil. lib. 5. cap. 1. Neq; enim Academici, cum in utraq; deserunt partem, non secundum alteram uiuunt: neque Carneades ille, qui Romæ, audiente Censorio Catone, non minoribus uiribus contra iusticiam dicitur differuisse, quam pridie pro iusticia dixerat, iniustus ipse uir fuit, &c. Plutarchus multis scribit, quam ægre ipsos oratores in Ciuitate declamitantes tulerit. Plin. lib. 7. cap. 30. id ipsum paucissimis perstringit: Cato, inquit, Cen-

forius in illa nobili trium sapientiæ procerum ab Athenis legatione, audito Carneade, quam primū legatos eos censuit dimitteudos: quoniam illo uiro argumentante, quid ueri esset, haud facillè discerni posset, &c. Vide quæ scribat Crinitus lib. de Honestâ discip. 22. cap. 4. Sed antequam hinc digrediamur, unus aut etiam alter Plutarchi locus est nobis examinandus. Apud Plut. Critolaus præteritus est. Item Oropi Bœotici oppidi nomen apud Gell. Macr. & Plutarchum Græcum legitur. Quare Franciscus Barbarus; $\epsilon\kappa\ \omega\rho\omega\pi\omega\upsilon\ \text{Cecropiorum}$ transtulerit, nondum uideo. Ea est urbs, inquit Pausanias ad mare sita, nihil præbens historia dignum. Sed Plin. lib. 35. cap. 13. Ab Oropo quidem Aulidem usq; quicquid terræ attingitur mari, mutatur in saxum. Memorantur etiam quædam de ea à Thucydide li. 8. Stephanus ait eam appellatam ab Oropo Macedonis cuiusdam filio. Postremo interpretis nomē apud Gell. et Macrobi. est Cæcilius: apud Plutarch. $\gamma\alpha\iota\omicron\varsigma\ \alpha\kappa\iota\lambda\iota\omicron\varsigma$. in Plutarchi translatione est, Atilius, haud dubiè corruptè. his nominibus nullus ea ætate in catalogo Ciceronis legitur. Oratorio exercitij genere.) progymnasmate. Sunt enim inter Rhetorum exercitationes $\alpha\upsilon\alpha\sigma\theta\epsilon\upsilon\eta\ \kappa\alpha\iota\ \lambda\alpha\beta\alpha\tau\alpha\sigma\theta\epsilon\upsilon\eta\ \epsilon\gamma\kappa\omega\mu\acute{\omicron}\nu\ \kappa\alpha\iota\ \lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$, &c. Labefactare.) Hæc lectio nobis probatur magis, quam illa quæ habet: Labefactari, ut dicitur, maniter laborari. Volo autem.) Fit status legitimus. Argumenta ex partibus totius potissimum petuntur, definitionibus explicantur, & fit quasi contestatio quædam litis. Iusticia quamuis.) Pro uerbum est, quod Arist. sæpe. præsertim tamen in 5. Moralium citat, cap. 1. Verba paulo alius repetamus: $\alpha\upsilon\tau\eta\ \mu\epsilon\lambda\epsilon\upsilon\ \sigma\upsilon\eta\ \eta\ \delta\iota\kappa\alpha\iota\omicron\sigma\omega\upsilon\eta\ \alpha\rho\epsilon\tau\eta\ \mu\epsilon\lambda\epsilon\upsilon\ \delta\epsilon\iota\ \tau\epsilon\lambda\epsilon\iota\alpha\ \alpha\lambda\lambda\prime\ \delta\eta\ \alpha\pi\lambda\omega\varsigma\ \alpha\lambda\lambda\alpha\ \pi\epsilon\upsilon\varsigma\ \epsilon\tau\epsilon\rho\omicron\upsilon\ \kappa\alpha\iota\ \delta\iota\alpha\ \epsilon\upsilon\sigma\theta\epsilon\upsilon\ \pi\omicron\lambda\lambda\alpha\ \kappa\iota\varsigma\ \lambda\epsilon\alpha\tau\iota\varsigma\ \tau\eta\ \alpha\rho\epsilon\tau\eta\ \epsilon\iota\upsilon\ \delta\omicron\kappa\epsilon\iota\ \eta\ \delta\iota\kappa\alpha\iota\omicron\sigma\acute{\omicron}\nu\ \nu\kappa\prime\ \kappa\alpha\iota\ \delta\theta\prime\ \epsilon\alpha\upsilon\theta\omicron\varsigma\ \delta\theta\prime\ \epsilon\omega\varsigma\ \delta\tau\omega\ \delta\alpha\upsilon\mu\alpha\sigma\acute{\omicron}\varsigma\ \kappa\alpha\iota\ \pi\epsilon\upsilon\omicron\iota\mu\acute{\omicron}\alpha\ \lambda\omicron\mu\epsilon\lambda\omicron\iota\ \phi\alpha\mu\epsilon\lambda\acute{\iota}$, $\gamma\acute{\iota}\ \delta\prime\ \delta\iota\kappa\alpha\iota\omicron\sigma\omega\upsilon\eta\ \sigma\upsilon\lambda\lambda\eta\lambda\epsilon\delta\omega\ \pi\acute{\alpha}\varsigma\ \alpha\rho\epsilon\tau\eta\ \delta\epsilon\iota\ \kappa\alpha\iota\ \tau\epsilon\lambda\epsilon\iota\alpha\ \mu\acute{\alpha}\lambda\iota\sigma\tau\alpha\ \alpha\rho\epsilon\tau\eta\ \delta\epsilon\iota\ \tau\epsilon\lambda\epsilon\iota\alpha\varsigma\ \alpha\rho\epsilon\tau\eta\ \chi\epsilon\upsilon\sigma\iota\varsigma\ \delta\epsilon\iota\ \tau\epsilon\lambda\epsilon\iota\alpha\ \delta\prime\ \delta\epsilon\iota\ \nu\ \delta\prime\ \epsilon\chi\omega\upsilon\ \alpha\upsilon\tau\eta\ \kappa\alpha\iota\ \pi\epsilon\upsilon\varsigma\ \epsilon\tau\epsilon\rho\omicron\upsilon\ \delta\iota\omega\alpha\tau\alpha\ \tau\eta\ \alpha\rho\epsilon\tau\eta\ \chi\epsilon\upsilon\delta\alpha\ \alpha\lambda\lambda\prime\ \delta\prime\ \mu\acute{\omicron}\nu\omicron\upsilon\ \lambda\alpha\delta\prime\ \alpha\upsilon\tau\omicron\upsilon\ \&c.$ Atque hanc iusticiam generalem intelligit, quæ specialem unâ cum alijs honesti partibus in generalitatis suæ sinum complectitur. Pro loci huius explicatione operæ precium fuerit, iusticiæ specialis partes hypotyposi quadâ, iuxta Cic. describere: Iusticia

Iusticia secundum Cicero-
stat

- Naturalis est
 - Religio.
 - Pietas.
 - Gratia.
 - Vindictio.
 - Observantia.
 - Veritas.
- Consuetudine:
 - Pactum.
 - Par.
 - Iudicatum.
- Lege scripta.

Nam fides.) Quae tamen Ciceroni fundamentum religionis est. Vel natura.) Apud Plutarch. disputatio est, utrum uirtus doceri possit. Instituta.) pro institutionibus, contra Laur. Vallam. Pietas aut nihil.) Supra cap. 16. li. 2. Aliter autem philosophi & oratores pietatem definiunt. Nam Cic. in Rhet. Pietas, inquit, est, per quam sanguine coniunctis, patriaeque & beneuolis officium & diligens tribuitur cultus. Confundit igitur speciem cum specie, nam cultum deorum, religionem appellat. Diuisio ergo illa Ciceronis negligenda prorsus est, ut quae hanc disputationem non modo nihil uiuat, sed etiam uehementer remouatur. Sed idem Cicero de Nat. deorum, pietatem definit iusticiam esse aduersus deos, sanctitatem uero scientiam colendorum deorum. Diuersa genera hic eidem ferè rei tribuuntur. Plato in Eutyphrone, ubi ποδι το όσις disputat, τω όσιω εν τω όσεσιν idem assignat genus, nimirum το δικαιο. Sed cur non adeo ipsius Platonis uerba adscribo? sic ibi differit Eutyphron: τω εν τοις ενμοις δικαιο, ω σωκρατες, το μω εν το δικαιο εν όσεσιν τε και όσιω, το ποδι τω εν δεω θραπειαν. το δε ποδι τω εν ανθρωπω, το λοιπον εν το δικαιο μω. Hanc diuisionem expressit Cic. Off. 2. Ratione, inquit, utentium duo genera ponuntur: unum deorum, alterum hominum. deos placatos pietas efficiet, & sanctitas. Proximè autem & secundum deos, homines hominibus maxime utiles esse possunt, &c. Et haec quidem πρόβρυος, nisi quatenus haec res pietatis definitionem contingit. eadem eborda errat uterque; dijs nimirum tribuentes, quod singulari Deo debetur, ita ut omnino uerū sit, quod paulo post Lactantius noster optimo illis iure exprobrat. & licet in Theateto Dei notionem ueram & uirtutem & sapientiam esse dicit, ignorantiam uero insciam & uanam quandam peruersitatem, & alibi rerum δμωσθου appellat: alijs tamen locis, id quod bene assertum erat, tur-

pi inconstantia subuertit. Laudabilia haec sunt. & sanctissima prolata uoce: η μω το δεθ γρωσισ σοσια και αρετην ελκωβωη, η δε αγνοια αμαθια και κακια γαργυς, &c. Sed audiamus definitiones Platonicas a Speusippo collectas: όσεσιν εσα, δικαιοσυνη ποδι δεθς, δωαμωθ θραπειαν ανθρωπων, εκσοθ ποδι δεωθ πμωθ ενωλμψωθς, όρθη υδισιμη εν ποδι δεωθ πμωθς. Erant haec quoque definitiones tolerabiles, si non plurius numerus sanctissimam assertionem tam turpiter prophanasset. Constitutum esse mundum.) De hoc in 3. lib. dictum est. Socrates.) Est etiam de hoc dictum. Altera igitur iusticiae pars.) Adparet omnino hanc diuisionem esse Platonicae. Aequitatem dico.) Non το υδισικης: cuius ενωθωλην est το ανεκοδικαιοθ, hoc est summum ius, quod (secundum Comicum) est summa iniuria. Quam Cic. aequalitatem.) Quidam legunt aequalitatem: & ne ij quidem male. Vtrunq; siquidem reperitur. Cic. Off. primo: In liberis uero populis & in iuris aequalitate exercenda, etiam est facilitas & altitudo animi, quae dicitur, &c. Hanc iuris aequalitatem & analogiam Graeci ισωτητα sine ισωνωμωθ uocant, uel ισου δικαιοθ, id est ius aequalitatis. De quo Arist. lib. 5. Moralium, cap. 4. Nemo apud Deum seruus.) Ius civile quoddam est ciuitati Christianae constitutum aequalitabile, quo omnes ij utantur, qui mundo huic enunciarunt: quae quidem iuris communicatio saepe multisque locis a Paulo memoratur. Ad Corinth. epist. priori, cap. 12. και γαρ, inquit, εν ενι ποδι ματι ημωθς ωμωθς εις εν σωμα εν απιστωμωθ, ειτε ιουδαιοι, ειτε ελληωθ, ειτε δαυωθ, ειτε ελθωθροι, &c. Et ad Ephes. capite quarto, enumerat ea quae ciuibus Christianis inter ipsos communia sunt, his uerbis: εν σωμα, εν ενι ποδι μα, καθωθς και εκλινωθτε εν μια εν πιδι εν κληστωθς υμωθς, εις ενωθ, μια πισις, εν βαπτισμα, εις δεοθ και πατηρ παν ενωθ, &c. & hanc cōsociationem appellat ενωπιτα το ενδωματος εν τω σωδισμωθ εν ερωθς: ne quis putet, Euangelicam libertatem corporis esse. Quamquam iure consulti etiam fatentur libertatem iuris esse naturalis, seruitutem uero iure gentium esse introductam. Quod quid aliud sit, quam Naturae corruptis hominum moribus uim factam esse, non intelligo. De quo disputandi locus iam non est.

De officijs uiri iusti, & æquitate Christianorum. CAP. XVI.

DVobus igitur illis iusticiæ fontibus immutatis, omnis uirtus, & omnis ueritas tollitur, & ipsa iusticia remigrat in cœlum. Ideo non est uerum, illud bonum à philosophis repertum, quia ignorabant uel unde oriretur, uel quid efficeret: quod nullis alijs præterquam nostro populo reuelatum est. Dicit aliquis: Non ne sunt apud uos, alij pauperes, alij diuites, alij serui, alij domini? non ne aliquid inter singulos interest? nihil. Nec alia causa est, cur nobis inuicem fratrum nomen impertiamur, nisi quia pares esse nos credimus: nam cum omnia humana non corpore, sed spiritu metiamur, tametsi corporum sit diuersa conditio: nobis tamen serui non sunt, sed eos & habemus & dicimus spiritu fratres, religione cõseruos. Diuitiæ quoque non faciunt insignes, nisi quos possunt bonis operibus facere clariore. Diuites sunt enim, non qui diuitias habent, sed qui utuntur illis ad opera iusticiæ. Et qui pauperes uidentur, eo tamen diuites sunt, quia & non egent, & nihil concupiscunt. Cum igitur & liberi seruis, & diuites pauperibus, humilitate animi pares simus, apud Deum tamē uirtute discernimur. Et tanto quisque sublimior est, quanto iustior. Si enim iusticia est, parem se etiam minoribus facere: quanquā hoc ipso præcellat, quod se inferioribus coæquauit: tamen si non tantum quasi parem, sed etiam quasi minorem se gesserit, utique multo altiore dignitatis gradū, Deo iudice, consequetur. Nam profectō in hac uita seculari, quoniam breuis & caeca sunt omnia, & præferunt se alteris homines, & de dignitate cõtendunt: quo nihil scœdus, nihil arrogantius, & nihil à sapientis ratione semotius. Rebus enim cœlestibus cõtraria sunt ista uniuersa terrena. Sicut enim sapientia hominum, summa stulticia est apud Deum, stulticia autem (ut docui) summa sapientia est: sic Deo humilis & abiectus est, qui fuerit cõspiciuus & sublimis in terra. nam ut taceam, quod hæc præsentia terræ bona, quibus magnus honos tribuitur, uirtuti contraria sunt, & uigorem mentis eneruant: quæ tandem potest firma esse nobilitas, quæ opes, quæ potentia, cum possit Deus, quocumque ipsos, inferiores etiam infimis facere? Et ideo consulens nobis Deus, inter diuina præcepta illud præcipue posuit: Qui se extollit, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabit. Cuius præcepti salubritas docet, quod qui se apud homines planum fecerit, humilemque præbuerit, hic apud Deum præcellens & insignis habeatur. Nec enim falsa est illa sententia, quæ apud Euripidē fertur in hunc modum: Quæ hic mala putantur, hæc sunt in cœlo bona.

COMMENTARIUS.

Ex superiori capite reliqua est aduersarijs facta obiectio, nempe quod apud Christianos ius ad æλoγov, & ius illud æquabile coll. datur: aliterum, uigente altero, apud ipsos locum habere non possit, ut ipse prædicat. Solut eam hoc modo: Ius analogum seculare esse, æquabile uero spiritale. atque hoc modo ipsa mutuo se posse ferre, dum quisque pro se dignitate atque opibus non abutatur. Quod tantisper fieri oportere, Catabaptista non intellexerunt, dum in hoc fragili corpore sculo caducam hanc & multis imbecillitatibus obnoxiam uitam uiuimus. Neque enim Apostoli suam ἀδελφότητα (sic enim Petrus & Iacobus τὴν ἰσοτιαν appellat) ita statuunt, ut interim suus cuique pro dignitate habeatur honos: & id similitudine ac proportionem membrorum corporis

humani, in quo unumquodque membrum suum locum atque ordinem retinet ac tuetur, interim dum dignissima quæque etiam obscenissimis debitum officium non negant, &c. Illam porro Christianorum inter ipsos necessitudinem, coniunctionem, & æquabilitatem, Paulus elegantissima & rei uehementer conueniente uoce ἀδελφικὴν uocat. Ex hac item Lactantiana solutione nascuntur alia quedam ἀδελφικὰ, quæ tamen etiam prudentia humana ut uera agnoscat, id quod ipse Lact. etiā Euripidis testimonio declarat. Inuicē fratrum nomē. De hoc lege Tert. ca. 39. Apolog. Quisque sublimior. Videtur alludere ad illud Cic. q. in Offic. ait, quæque tãto sublimior esse, quãto humiliter se gesserit. Sapientia hominum. 1. Cor. 1. Qui se extollit. Luc. 24.

EXposui causam, cur philosophi nec inuenire iusticiam, nec defendere poterunt. Nunc redeo ad id quod intenderam. Carneades ergo, quoniam erant infirma quæ à philosophis afferebantur, sumpsit audaciam refellendi: quia refelli posse intellexit. Eius disputationis summa hæc fuit: Iura sibi homines pro utilitate sanxisse, scilicet uaria pro moribus, & apud eosdem pro temporibus sepe mutata: ius autem naturale esse nullum. Omnes, & homines, & alias animantes, ad utilitates suas natura ducente ferri. proinde aut nullam esse iusticiam: aut, si sit aliqua, summam esse stulticiam, quoniam sibi noceret, alienis commodis consulens. & inferebat hæc argumeta: Omnibus populis qui florerent imperio, & Romanis quoque ipsis qui totius orbis potirentur, si iusti uelint esse, hoc est, si aliena restituant, ad casas esse redeundum, & in necessitate ac miseris iacendum. Tum ommissis communibus ad propria ueniebat. Bonus uir, inquit, si habeat seruum fugitiuum, uel domum insalubrem ac pestilentem, quæ uitia solus sciat, & ideo proscribat ut uendat, utrum ne profitebitur, fugitiuum seruum, ac pestilentem domum se uendere, an celabit emptorem? Si profitebitur emptori, fugitiuum esse: bonus quidem, quia non falleret, sed etiam stultus iudicabitur, quia uel paruo uendet, uel omnino non uendet. Si celauerit, erit quidem sapiens, quia rei consulit: sed idem malus, quia falleret. Rursus, si reperiatur aliquem qui aurichalcum se putet uendere, cum sit illud aurum: aut plumbum, cum sit argentum: tacebit ne, ut id paruo emat, an id indicabit, ut magno? Stultum plane uidetur, emere malle magno. Unde intelligi uolebat, & eum qui sit iustus ac bonus, stultum esse: & eum qui sapiens, malum. Et tamen sine pernicie fieri posse, ut sint homines paupertate contenti. Transcendebat ergo ad maiora, in quibus nemo posset sine periculo uitæ iustus esse. Dicebat enim: Nempe iusticia est, hominem non occidere, alienum prorsus non attingere. Quid ergo iustus faciet, si forte naufragium fecit, & aliquis imbecillior uiribus tabulam ceperit: non ne illum à tabula deturbabit, ut ipse conscendat, eaque nixus euadat: maxime cum sit nullus medio mari restis? Si sapiens est, faciet: ipsi enim pereundum est, nisi fecerit. Si autem maluerit quam manus inferre alteri, iam iustus ille, sed stultus est, qui uitæ suæ non parcat, dum parcat alienæ. Item, si acie suorum fusa, hostes insequi ceperint, & iustus ille nactus fuerit aliquem saucium equo insidentem: ei ne parcat, ut ipse occidatur: an deiciet ex equo, ut ipse possit hostem effugere? Quod si fecerit, sapiens, sed idem malus: si non fecerit, iustus, sed idem stultus sit necesse est. Ita ergo iusticiam cum in duas partes diuisisset, alteram civilem esse dicens, alteram naturalem, utranque subuertit: quod illa civilis sapientia sit quidem, sed iusticia non sit. Naturalis autem illa iusticia sit quidem, sed non sit sapientia. Arguta hæc planè, ac uenenata sunt, & quæ M. Tul. non potuit refellere. Nam cum faciat Lælium Furio respondentem, proque iusticia dicentem, irrefutata hæc, tanquam foueam, prætergressus est: ut uideatur idem Lælius non naturalem, quæ in crimen stulticiæ uenerat: sed illam civilem defendisse iusticiam, quam Furio sapientiam quidem esse concesserat, sed iniustam.

COMMENTARIUS.

Hucusque epitome Lactantiana caruimus. Fragmentum illius hoc loco incipit. Quod propterea moneo, ut stultiosus eam tyro cum ipso opere diligenter conferat. Sic enim intelliget, eandem rem sapius bene dici posse. augetur præterea hac ratione dicendi copiam: & experietur, id quod ue-

rum est, eiusdem esse artificis, breuiter & copiose dicere. Fiet porro, ut detracto eloquentiæ copiosioris ornatu, rem propius conueneris. Pleraque in hoc capite excutiuntur, non modò à Carneade in libris de Rep. disputantur, sed & ab ipso Cicerone in 3. Officiorum, ex sexto Hecatonis de

de Officijs libro, ubi nos, quæ explicatione opus habere uisa sunt, explicuimus. Quare iam annotandi munus super sedebimus. Hoc interim miramur, cur Cicero Lælij, sapientissimi alioqui uiri, personam induxerit, *αὐαλιόσως* ratione tam destitutam, ut Furij argumenta retunderi non potuerit: cum in Officijs Cicero pulchre omnem utilitatem ab iniusticia seiungat. Quæ sanè solutio cū Lactatiana non malè cōuenit. Calliditas siquidē et uersutia, quæ sepe sapientiæ ueræ personā sibi sumit, nullam ueræ utilitatis æstimandæ rationē nouit. Hæc autem mens cœlesti doctrina instructa tanto rectius indicabit, quanto diuina sapientia

humana industria est perfectior. Quia res fell.) Omnis enim audacia in opinione sita est, sicut apud Poetam Aeneæ socij poterant, quia posse uidebantur. Iura sibi.) Nam apud alios furta honesta habentur, apud alios promiscui concubitus & incestus, apud alios mulieres rerū administrandarum gubernacula tenent. Pro temporibus.) Taceo cætera, sepe reipublicæ formæ sunt mutata. Et Romanis.) Quod illis etiam Augustinus exprobrat, in libro de Ciuit. Dei: & Tertullianus capite uigesimo quinto Apologetic. ait, tot esse Romanorū sacrilegia, quot trophæa.

De iusticia, sapientia & stulticia. CAPVT XVIII.

Quod ad præsentem disputationem pertinebat, ostendi, quomodo iusticia similitudinem stulticiæ gerat: ut appareat, non sine causa decipi eos, qui putant nostræ religionis homines stultos esse, qui talia facere uideant, qualia ille proposuit. Nunc maius à me exigi sentio, ut ostendā, quare iusticiā Deus, stulticiæ specie conuolutam, ex oculis hominū uoluerit auferre, si prius Furio respondero: quia parum plenè respondit Lælius, qui profectò licet sapiens fuerit, ut uocabatur, patrocinari tamen ueræ iusticiæ nullo modo poterat, quia caput ipsum fontemq; iusticiæ non tenebat. Nobis autem facilius est ista defensio, quibus cœlesti beneficio familiaris est ac penitus nota iusticia, quicq; illam non nomine, sed re nouimus. Nam Plato & Aristoteles honesta quidem uoluntate iusticiam defendere cupierunt, effecissentq; aliquid, si conatus eorum bonos, si eloquentiam, si uirtutem ingenij, diuinarum quoq; rerum doctrina iuuisset. Itaq; opus illorum inane atq; inutile iacuit: nec cuiquā hominum persuadere potuerunt, ut eorum præscripto uiueret: quia fundamentum à cœlo disciplina illa non habuit. Nostrum opus certius sit necesse est, quod Deus docuit. Illi enim depingebant uerbis, & imaginabantur iusticiam quæ in conspectu non erat, nec præsentibus exemplis confirmare poterant quæ afferbant. Responderi enim posset ab audientibus, non posse ita uiui, sicut illi sua disputatione præscriberent: adeò ut nulli adhuc extiterint, qui id genus uitæ sequerentur. Nos autem non uerbis modò, sed etiā exemplis ex uero petitis, uera esse quæ à nobis dicuntur ostendimus. Sensit igitur Carneades, quæ sit natura iusticiæ, nisi quòd parum altè perspexit, stulticiam non esse, quanquam intelligere mihi uideor, qua mente id fecerit. Non enim uerè existimauit eum stultum esse, qui iustus est: sed cum sciret non esse, & rationem tamen cur ita uideretur non comprehenderet: uoluit ostendere, latere in abdito ueritatem, ut decretū disciplinæ suæ tueretur: cuius summa sententia est, nihil percipi posse. Videamus ergo, utrū ne iusticiæ scœdus aliquod habere cum stulticia possit. Iustus (inquit) si aut equum faucio, aut tabulam naufrago non ademerit, ut ipse animam suam liberet, stultus est. Primum omnium nego, ullo modo fieri posse, ut homini, qui quidem uerè iustus sit, eiusmodi casus eueniat: quia iustus neq; cuiquam nato inimicus est, neq; quicquā omnino appetit alienum. Cur enim nauiget, aut quid petat ex aliena terra, cui sufficit sua? Cur autem belligeret, ac se alienis furoribus misceat, in cuius animo pax cum hominib. perpetua uersetur? Scilicet peregrinis mercibus, aut humano sanguine delectabitur, qui nec lucrum sciat appetere, cui sufficit uictus: & non modò ipse cædem facere, sed interesse facientib. ac spectare, ducat nefas. Sed omitto ista: quoniā fieri potest, ut uel inuitus ad hæc subeunda

D cogatur;

cogatur. Adeo ne ergo iusticiam, o Furi, uel potius o Carneade, cuius est illa omnisoratio, tam inanem, tam superuacua, tamque contemptam Deo putas ut nihil possit, nihilque habeat in sese, quod ad custodiam sui ualeat? Sed uide licet qui sacramentum hominis ignorant, ideoque ad hanc uitam temporalem referunt omnia, quanta sit uis iusticiae, scire non possunt. Nam & cum de uirtute disputant, quamuis intelligant ærumnis ac miseris esse plenissimam, tamen expetendam esse aiunt sua causa. eius enim præmia, quæ sunt æterna & immortalia, nullo modo uident. Sic rebus omnibus ad hanc præsentem uitam relatis, uirtutem planè ad stulticiam redigunt: siquidem tantos huius uitæ labores frustra & inaniter suscipit. Sed hæc alio loco plenius: interim de iusticia, ut cœpimus, cuius tanta uis est, ut cum oculos in cœlum sustulerit, à Deo mereatur omnia. Rectè igitur Flaccus tantam esse dixit innocentia uim, ut ad tutelam sui non egeat nec armis nec uiribus, quacumque iter fecerit:

*Integer uitæ, scelerisque purus
Non eget Mauri iaculis, nec arcu,
Nec uenenatis granida sagittis
Fusse, pharetra.*

*Sive per Syrteis iter æstuosas,
Sive facturus per inhospitalem
Caucasum, uel quæ loca fabulosus
Lambit Hydraspes.*

Non potest ergo fieri, quin hominem iustum inter discrimina tempestatum atque bellorum cœlestis tutela custodiat: ac non, etiam si cum parricidis aut nocentibus nauiget, aut malis quoque parcat, ut una iusta & innocens anima liberetur, aut certè pereuntibus cæteris sola seruetur. Sed concedamus posse fieri, quod proponit philosophus: quid ergo iustus faciet, si nactus fuerit aut in equo saucium, aut in tabula naufragum? Non inuitus confiteor: morietur potius, quam occidet. Nec ideo tamè iusticia, quod est singulare hominis bonum, stulticiae nomè accipiet. Quid enim melius, quid clarius esse homini debet, quam innocentia? quæ utique tanto perfectior sit necesse est, quanto illa perduxeris ad extremum: morique malueris, ne quid de innocentia bono minuatur. Stulticia est, inquit, alienæ animæ parcere cum pernicie sua. Num etiam pro amicitia perire stultum iudicabis? Quid ergo illi familiares Pythagoræ laudantur à uobis, quorum alter se tyranno uadem mortis pro altero dedit: alter ad præstitutum tempus, cum iam sponsor eius duceretur, præsentia sui fecit, eumque interuentu suo liberauit? quorum uirtus in tanta gloria non haberetur, quod alter pro amico, alter etiam pro fide mori uoluit, si stulti putarentur. Denique ob hanc ipsam uirtutem tyrannus his gratiam retulit, utrumque seruando: & hominis crudelissimi natura mutata est. Quinetiam deprecatus esse dicitur, ut se tertium in amicitiam reciperent: non utique tanquam stultos, sed tanquam bonos & sapientes uiros. Itaque non uideo, quare quum pro amicitia & fide mori summa gloria putetur, non etiã pro innocentia perire, sit homini gloriosum. Ergo stultissimi sunt, qui nobis crimini dant, mori uelle pro Deo: cum ipsum eum, qui pro homine mori uoluit, in cœlum summis laudibus tollant. Denique ut concludam disputationem, non posse eundem stultum esse ac iustum, eundemque sapientem & iniustum, docet ipsa ratio. Qui enim stultus est, quid sit iustum ac bonum nescit: & ideo semper peccat. Ducitur enim quasi captiuus à uitis, nec resistere ullo modo potest, quia caret uirtute, quam nescit. Iustus autem ab omni peccato se abstinet: quod aliter facere non potest, quam si habeat recti prauique noticiam. Rectum autem discernere à prauo quis potest, nisi sapiens? Ita fit ut nunquam possit esse iustus, qui stultus est: neque sapiens, qui fuerit iniustus. Quod si est uerissimum, manifestum est eum qui

aut naufrago tabulam, aut equum faucio non ademerit, stultum non esse: quia hæc facere peccatum est, à quo sapiens abstineret. Videri tamen & ipse confiteor, per hominem errorem, ignorantium cuiuscumque rei proprietatem. Itaque omnis hæc quæstio non tam argumentis quam definitione dissoluitur. Stulticia igitur est in factis dictisque, per ignorantiam recti ac boni, erratio. Ergo stultus non est, qui ne sibi quidem parcat, dum ne noceat alteri: quod est malum. Quod quidem nobis & ratio & ueritas ipsa præscribit. In omnibus enim uidemus animalibus, quia sapientia carent, conciliatricem sui esse naturam. Nocent igitur alijs, ut sibi prosint: nesciunt enim quia malum est nocere. Homo uero quia scientiam boni ac mali habet, abstinet se à nocendo, etiam cum incommodo suo: quod animal irrationale facere non potest. & ideo inter summas hominis uirtutes innocentia numeratur. Quibus rebus apparet, sapientissimum esse, qui mauult perire ne noceat: ut id officium quo à mutis discernitur seruet. Nam qui uendentis errorem non redarguit, ut aurum paruo emat: aut qui non profitetur, fugituum seruum uel pestilentem se domum uendere, lucro & commodo suo consulens: non est ille sapiens, ut Carneades uideri uolebat, sed callidus & astutus. Calliditas & astutia in mutis quoque animalibus sunt. uel cum insidiantur alijs, & dolo capiunt ut deuorent: uel cum insidias aliorum uastro ingenio eludunt. Sapientia uero in hominem solum cadit. Sapientia est enim intelligentia uel ad bonum rectumque faciendum, uel abstinentia dictorum factorumque improborum. Lucro autem nunquam sapiens studet, quia bona hæc terrena contemnit: nec quenquam falli patitur, quia boni uiri officium est, errores hominum corrigere, eosque in uiam reducere. Siquidem socialis est hominis ac benefica natura: quo solo cognatione cum Deo habet.

COMMENTARIUS.

Prosequitur dissertationem susceptam, soluens Furij sue Carneadis cauillum: ostendensque iusticiam & sapientiam inter se recte coherere. Neque illud esse sapientiam, quod cum iusticia pugnat: sed calliditatem, quæ est sapientiae excessus, & ob id cum uitio coniuncta. Quæ sic inter se distant, ut sapientia sit solius hominis, calliditas uero homini cum uiuis communis. Argumenta colliguntur potissimum ex definitionibus. Lælius, qui profectò. Huius sapientia celebratur à Cicero libro de Finibus secundo, de Offic. 2. & de Amicitia, præcipue in libro de Amicitia, qui Lælij nomine inscribitur, Fannius & Scaeuola generi, socerum ipsum suum non solum natura & moribus, uerum etiam studio & doctrina sapientem dicunt. Quo loco satis, opinor, de sapientia eius à nobis dictum est. Plato. Nam decem dialogi de Repub. τὸ δὲ δικάσις inscripti sunt. Aristoteles. lib. 5. Moralium. Imaginabantur. Stoici siquidem imaginabantur, uirum aliquem absolutum, quem nullo exemplo ostendere potuerunt, neque enim uel Aristides, uel Rhadamanthus aliquis, uel Mimos ad perfectum illud iusticiæ exemplum compositus esse deprehenditur. Disciplina suæ. Academiæ factionis, de qua supra in tertio libro, Decretum au-

tem dixit ὄβρυα, institutum, ἀπερὸς. Flaccus. libro Car. 1. ode 22. De Caucaſo & Mauris hic non est dicendi locus. de Hydasphe infra libro 7. cap. 15. Malis quoque parcat. Cuius rei euidentissimum exemplum habemus Paulum, sub actorum Apostolicorum finem.

Moriatur potius. Cicero in Officijs censeat, si sciat se magis usui esse posse quam alterum reipublicæ, suam, non illius quaesitum esse salutem: ceterum alteri cessurum esse tabulam, si eum fateatur meliorem, & reipublicæ uiliorem.

Pythagoræi. Damon & Pythias, de quibus Valerius libro 4. cap. 7. Cicero libro Offic. 3. ubi nos ea quæ annotata uisa sunt, annotauimus.

Captiuus à uitijs. Mimesis Apostolica, qui in membris suis sensit legem, legi metis repugnantem, & captiuum se reddentem legi peccati: Rom. 7. Quamquam etiam Stoici in suis paradoxis dicant, stultos omnes esse seruos, eo quod ipsorum animi suo carent arbitrio. Quæ pulchre cum hac definitione conueniunt. Argumentatio sic habet:

Stulti omnes peccant:

Iustus nemo peccat:

Ergo iusti non sunt stulti.

De hac seruitute lege Augustinum libro 19. capite 15. Ciuitat.

Quòd ignorantia immortalis & Dei ueri prædictorum errorum causa est: & quòd homo non sit hominis genitor, sed minister generationis: & quare Deus ueram sapientiam noluit sub specie stulticiæ occultari. CAPVT XIX.

Sed nimirum hæc causa efficit ut stultus esse uideatur, qui egere aut mori ri putant. Ex qua persuasione omnes tum uulgi, quàm etiã philosophorum nascuntur errores. Si enim post mortem nihil sumus, profectò stultissimi est hominis, non huic uitæ cõsulere, ut sit cõ maximè diutina, & cõmodis omnib. plena. Quod qui faciet, à iusticiæ regula discedat necesse est. Si autem superest homini uita melior & longior, quod & philosophorum magnorũ argumentis, & uatum responsis, & prophetarum diuinis uocibus discimus: hanc præsentem cum suis bonis contemnere, sapientis est, cuius omnis iactura immortalitate pensatur. Apud Ciceronem idem ille iusticiæ defensor Lælius: Vult, inquit, planè uirtus honorem, nec est uirtutis ulla alia merces. Est planè, & quidem uirtute dignissima, quam tu Læli nequaquam poteras suspicari: nihil enim diuinarum noueras literarum. Quam tamen illa (inquit) accipit, facile exigit, non acerbè. Erras uehementer, si putas ab homine præmium solui posse uirtuti, cum ipse alio loco uerissimè differis: Huic tu uero quas diuitias obijcies: quæ imperia: quæ regna: qui ista putat humana, sua bona diuina iudicat. Quis ergo te sapientem Læli putet, cum ipse tibi loquere contraria: & paulo post uirtuti adimas, quæ dedisti: Sed uidelicet ignorantia ueri facit incertam labantemq; sententiã. Deinde quid adiungis: Sed si aut ingrati uniuersi, aut inuidi multi, aut inimici potentes, suis uirtutè præmijs spoliant. O' quàm fragilem, quàm inanem uirtutem induxisti, si spoliari præmio suo potest. Quæ si bona sua diuina iudicat (ut aiebas) qui possunt existere tam ingrati, tam inuidi, tam potentes, qui uirtutem spoliare ualeant ijs bonis, quæ fuerint in eam collata diuinitus: Næ illa se, inquit, multis solatijs oblectat, maximeq; suo decore se ipsa sustentat. Quibus solatijs: quo decore: cum in crimen saepe ueniat, & in pœnam decor ille uertatur. Quid enim si (ut Furius dicebat) rapiatur, uexetur, exterminetur, egeat, auferantur ei manus, effodiantur ei oculi, damnetur, uinciatur, uratur, miseris etiã modis necetur, perdet ne suum præmium uirtus: An potius peribit ipsa: Minimè. Sed & mercedè suam Deo iudice accipiet, & uiuet, & semper uigebit. Quæ si tollas, nihil potest in uita hominum tam inutile, tam stultum uideri esse, quàm uirtus: cuius naturalis bonitas & honestas docere nos potest, animam nõ esse mortalem, diuinumq; illi à Deo præmium cõstitutum. Sed idcirco uirtutè ipsam Deus suæ esset arcanum, ut has religiones sapientiamq; terrenam extollentem se al-
tius, sibiq; multum placentem, uanitatis errorisq; damnaret: ut proposita denique difficultate, angustissimus trames ad immortalitatis præmium sublime perduceret. Docui (ut opinor) cur populus noster apud stultos stultus habeatur. Nam cruciari atq; interfici malle, quàm thura tribus digitis comprehensa in focum iactare: tam ineptum uidetur, quàm in periculo uitæ, alterius animam magis curare, quàm suam. Nesciunt enim quantum sit nefas, adorare aliud præter Deum, qui condidit cœlum atq; terram, qui humanũ genus finxit, inspirauit, luce donauit. Quòd si seruorum nequissimus habetur, qui dominum suum fuga deserit, isq; uerberibus, & uinculis, & ergastulo, & cruce, & omni malo dignissimus iudicatur: & si filius eodem modo perditus atque impius existimatur, qui patrẽ suum derelinquit, ne illi obsequatur, ob eamq; causam dignus putatur qui sit exhæres, & cuius nomen in perpetuum de familia

milia deleatur: quanto magis qui Deum deserit, in quem duo uocabula, Domini & Patris, æque ueneranda conueniunt: nam ille qui seruū precio comparat, quid in eum beneficii confert, præterquam alimenta, quæ illi utilitatis suæ gratia subministrat. Et qui filium generat, non habet potestatem ut concipiatur, ut nascatur, ut uiuat. Vnde apparet, non esse illum patrem, sed tantummodo generandi ministrum. Quibus ergo supplicij dignus est desertor eius qui & Dominus uerus, & pater est, nisi quæ Deus ipse constituit: qui spiritibus iniustis æternum parauit ignem, quod ipse per uates suos impijs ac rebellibus comminatur.

COMMENTARIUS.

Hactenus Furium confutauit, iniusticiæ patronum. Iam indicabit causas, cur Lælius, qui sapientissimus habebatur, iusticiæ partes non pro dignitate tueatur, nempe quod illius sapientia non cœlitus fuit. Ostendit autem, Lælium sibi cōtraria asserere. Ab initio uerò capitis inuestigat errorum philosophicorum atq; uulgi scaturiginem, nempe quod articulus de spe resurrectionis non satis constanter creditur. Ex his fundamentis colligit, quod

10 Viuit apud superos, & habet sua munera uirtus. Virtutem autem dicit ipsam iusticiam, quæ mate-

ria totius huius quinti libri est. Postremò analogijs quibusdam docet, quanto cum scelere sit conuinctum, dominum ac patrē cœlestem deserere. (Trames.) De hoc lege infra libro sexto, capite tertio. (Omni re mala.) Prouerbiū: (Exhæres.) De exhæredatione liberorum titulus est in Institut. Imperialibus, libro secundo, capite decimotertio. Exhæredationis causæ in Nebris constitutionibus numerantur quatuordecim: Domini & patris.) De quibus supra lib. 4. capite tertio. Unus est pater uester, qui in cœlis est. Matth. 23.

De uanitate & sceleribus impiarum religionum, & Christianorum cruciatibus: & quomodo religio defendi debeat. CAP. XX.

Discant igitur & suarum & alienarum interfectores animarum, quàm in-
 10 expiabile facinus admittant. Primùm, quod seipsos iugulant, perditissimi
 20 demonibus seruiendo, quos Deus in æterna supplicia damnauit. Deinde,
 30 quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 40 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 50 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 60 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 70 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 80 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 90 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 100 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 110 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 120 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 130 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 140 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 150 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 160 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 170 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 180 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 190 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 200 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 210 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 220 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 230 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 240 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 250 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 260 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 270 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 280 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 290 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 300 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 310 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 320 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 330 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 340 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 350 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 360 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 370 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 380 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 390 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 400 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 410 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 420 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 430 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 440 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 450 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 460 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 470 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 480 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 490 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 500 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 510 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 520 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 530 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 540 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 550 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 560 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 570 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 580 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 590 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 600 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 610 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 620 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 630 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 640 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 650 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 660 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 670 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 680 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 690 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 700 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 710 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 720 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 730 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 740 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 750 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 760 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 770 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 780 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 790 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 800 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 810 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 820 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 830 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 840 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 850 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 860 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 870 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 880 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 890 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 900 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 910 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 920 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 930 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 940 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 950 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 960 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 970 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 980 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 990 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera
 1000 de, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera

rum, quinimò si qua illis fiducia est uel in philosophia, uel in eloquentia, ar-
ment se ac refellant hæc nostra, si possunt: congregiantur cominus, & singula
quæq; discutiant. Decet eos suscipere defensionem deorū suorum, ne, si no-
stra inualuerint (ut quotidie inualescunt) cum delubris ac ludibrijs suis dese-
rantur. Et quoniam ui nihil possunt (augetur enim religio Dei, quanto ma-
gis premitur) ratione potius & hortamentis agant. Procedant in mediū Pon-
tifices, seu Minores, seu Maximi, Flamines, Augures, item reges, sacrificuli,
quicq; sunt sacerdotes & antistites religionum. Conuocent nos ad concionē,
cohortentur ad suscipiendos cultus deorum: persuadeant multos esse, quorū
numine ac prouidentia regantur omnia: ostendant origines & initia sacrorū
ac deorum quomodo sint mortalibus tradita: qui fons, quæ ratio sit explicet.
proferant quæ merces in cultu, quæ pœna in cōtemptu maneat, quare ab ho-
minibus coli se uelint: quid illis, si beati sunt, humana pietas conferat. quæ om-
nia nō asseueratiōe ppria (nec em̄ ualet quicq; mortalis hominis autoritas)
sed diuinis aliquibus testimonijs confirmet, sicuti nos facimus. Nō est opus
ui & iniuria, quia religio cogi non potest: uerbis potius quàm uerberibus res
agenda est, ut sit uoluntas: distringant aciem ingeniorum suorum, si ratio eo-
rum uera est, afferatur: parati sumus audire, si doceant: tacentibus certè nihil
credimus, sicut ne sæuiantibus quidem cedimus. Imitentur nos, aut rationem
rei totius exponant. Nos enim non illicimus, ut ipsi obiectant: sed docemus,
probamus, ostendimus. Itaq; nemo à nobis retinetur inuitus. inutilis est enim
Deo, qui deuotione ac fide caret. Et tamen nemo discedit, ipsa ueritate reti-
nente. Doceant isti hoc modo, si qua illis fiducia ueritatis est, loquantur, * hi-
* forte, disse-
rant scant, audeant inquam disputare nobiscum aliquid eiusmodi: iam profectò
ab aniculis quas contemnunt, & à pueris nostratibus error illorum ac stultici-
cia irridebitur. Cum enim sint peritissimi, deorumq; progeniē, & res gestas,
& imperia, & interitus, & sepulchra de libris nouerint: ipsosq; ritus quib. sunt
initiati, uel ex rebus gestis hominum, uel ex casibus, uel etiam ex mortibus na-
tos sciant: incredibilis demētia est, deos putare, quos fuisse mortales negare
non audeant: uel si tam impudentes fuerint ut negent, suæ illos ac suorū lite-
ræ coarguant, ipsa deniq; illos sacrorum initia conuincant. Sciant igitur uel
ex hoc ipso, quantum intersit inter uerum & falsum, quando ipsi cum sint elo-
quentes persuadere nō possunt, imperiti ac rudes possunt: quia res ipsa & ue-
ritas loquitur. Quid ergo sæuiunt, ut stulticiam suam dum minuere uolūt, au-
geant: lōgē diuersa sunt, carnificina & pietas: nec potest aut ueritas cum ui,
aut iusticia cum crudelitate coniungi. Sed meritò non audent de rebus quic-
quam docere diuinis, ne à nostris derideantur, & à suis deserantur. Nam fortè
uulgus, cui simplex incorruptumq; iudicium est, si mysteria illa cognoscat in
memoriam mortuorū constituta, damnabit, aliudq; uerius quod colat quæ-
ret. Hinc fida silentia sacris instituta sunt ab hominibus callidis, ut nesciat po-
pulus quid colat. Cum autem nos in eorū doctrinis uersetur, cur nobis aut
non credunt, qui utrumq; nouimus: aut inuidēt, quia falsis uera prætulimus:
sed defendenda sunt, inquiunt, suscepta publicè sacra. O quam inhonesta uo-
luntate miseri errant. Sentiant em̄, nihil esse in rebus humanis religione præ-
stantius, eamq; summa ui oportere defendi. Sed ut in ipsa religione, sic in de-
fensionis genere falluntur. Defendenda enim religio est non occidendo, sed
* moriendo * moriendo: nō sæuitia, sed patientia: non scelere, sed fide: illa enim malorum
sunt, hæc bonorum. Et necesse est bonum in religione uersari, non malum.
Nam si sanguine, si tormentis, si malo religionem defendere uelis: iam non
defendetur illa, sed polluetur atq; uiolabitur. Nihil est enim tam uoluntariū,
quàm religio: in qua si animus sacrificantis auersus est, iam sublata, iam nulla
est. Recta igitur ratio est, ut religionem patientia uel morte defendas, in qua
fides

fides conseruata, & ipsi Deo grata est, & religioni addit autoritatem. Nam si is qui in hac terrestri militia regi suo fidem seruat in aliquo egregio facinore, si postea uixerit, acceptior fit & charior: si perierit, summam gloriã consequitur, quod pro duce suo mortem occubuerit: quanto magis imperatori omnium Deo fides seruanda est: qui non tantum uiuentibus, sed etiam mortuis præmium potest uirtutis exouere: Igitur Dei cultus, quoniam militiae coelestis est, deuotionem maximam fidemque desiderat. Quomodo enim Deus aut amabit colentem, si ipse non ametur ab eo: aut præstabit precanti quicquid orauerit, cum ad precandum neque ex animo neque obseruanter accedat: Isti autem cum ad sacrificandum ueniunt, nihil intimũ, nihil proprium dijs suis offerunt, non integritatem mentis, non reuerentiam, non timorem. Peractis itaque sacrificijs inanibus, omnem religionem in templo & cum templo, sicut inueniant, relinquunt: nihilque secum ex ea neque afferunt neque referunt. Inde est, quod eiusmodi religiones neque bonos facere possunt, neque firmos atque immutabiles. Traducuntur itaque ab his homines facile, quia nihil ibi ad uitam, nihil ad sapientiam, nihil ad fidem discitur. Quæ est enim superstitio illorum deorum? quæ uis? quæ disciplina? quæ origo? quæ ratio? quod fundamentum? quæ substantia? quò tendit? aut quid pollicetur, ut ab homine possit fideliter seruari, fortiterque defendi? In qua nihil aliud uideo, quam ritũ ad solos digitos pertinentem. Nostra uerò religio eo firma est, & solida, & immutabilis, quia iusticiam docet, quia nobiscum semper est, quia tota in animo colentis est, quia mentẽ ipsam pro sacrificio habet: illic nihil exigitur aliud, quam sanguis pecudum, & fumus, & inepta libatio: hic, bona mens, purum pectus, innocens uita: illuc ueniunt sine delectu adulteræ impudicæ, lenæ procaces, obscenæ meretrices: ueniunt gladiatores, latrones, & precantur nihil aliud, quam ut scelera committant. Quid enim latro sacrificans aut gladiator roget, nisi ut occidant? Quid uenenarius, nisi ut fallat? Quid meretrix, nisi ut plurimum ^{scenerarium} peccet? Quid adultera, nisi ut mortem uiri optet, aut ut sua impudicitia celebret? Quid lena, nisi ut multos bonis exuat? Quid fur, nisi ut plura compilet? Hic uerò etiam leui communi que peccato locus est nullus. Et si quis ad sacrificium non integra conscientia uenerit, audit quæ illi Deus comminetur: ille qui latebras cordis uidet, qui peccatis semper infestus est, qui exigit iusticiam, qui fidem poscit. Quis hic malæ mentis aut malæ precis locus est? At illi infelices, nec ex sceleribus suis intelligunt, quam malum sit quod colunt: quando quidem flagitijs omnibus inquinati ueniunt ad precandum: & se pie sacrificasse opinantur, si cutem lauerint, tanquam libidines intra pectus inclusas ulli amnes abluant, aut ulla maria purificent. Quanto satius est, mentem potius abluere, quæ malis cupiditatibus sordidatur, & uno ueritatis ac fidei lauacro uniuersa uitia depellere? Quod qui fecerit, quamlibet inquinatum ac sordidum corpus gerat, satis purus est.

COMMENTARIUS.

Huius capitis questio est in statu qualitatis constituta: quia de iure quaeritur. nepe, utrum Gentes religionem suam recte tormentis tueantur. Argumenta ex pugnantibus, maiore ex parte sumpta sunt, quæ mira cum uerborum tum rerum copia illustrat atque amplificat. Ex οὐνεϊας præterea religionis utriusque clarissimum quoddam lumẽ causæ accedit. Admixtum aliquid est ex genere suasorio. Dehortatur enim Gentes, ut missa tyrânide, suæ religionis patrocinium æquitate & rationibus faciant. Atque hoc honestius

quidem esse, quanquam difficile: illud uerò non modo non possibile, sed etiam uehementer inutile. Neque in hoc capite dicitur quicquam, quod non in Romanæ hodie religionis defensores iustissime torqueri possit. Inhærentes persuasioni.) Eodem modo nostrorum quoque hominum præiudicia et præscriptiões temporum eludenda sunt. Atque ubi.) Amplificatio. Diem, noctem.) Nō igitur ratione modo, sed sensu præterea commum se abdicarunt, nō minus quam Anaxagoras.

Sed cum non probarent ut Deum agnosceret, ut Apostolus inquit, tradidit eos Deus in reprobam mentem. Nam quæ mens potest ἀδικιωτόν esse, quàm eorum quibus Deus uæ per Esaiam imprecatur, cap. 5. dicens: Væ dicentibus malū bonum, & bonum malum: qui ponunt tenebras in lucem, & lucem in tenebras: qui ponunt amarū in dulce, & dulce in amarum. Vnde hæc ὀνομασιῶν ἁρισῶν mutuata uideri potest. Pontifices.) Apparet etiam Lætantij temporibus antiqua illa Romanorū sacerdotia uiguisse. Seminiores seu max.) Pontifices Numa instituit, quibus Martium generum suum Maximum præfecit, penes quem summa ceremoniarum potestas erat. Flamines.) Siue Diales siue Martiales à Romulo instituti, siue Quirinales à Numa. Augures.) Quos ab Chaldeis originem traxisse credunt: qui ab his ad Græcos, à Græcis ad Hetruscos, ab Hetruscis ad Latinos propagati sunt. Reges sacrificuli.) Qui post exactos reges instituti sunt, ut regijs præessent sacris. De quibus lege Pomponium Lætū, Lucium Fenesstellam, Alexandrū ab Alexandro, Blondum, &c. qui ex Liuiο, Dionysio, Varrone & alijs, de sacerdotijs Rom. multa memoriæ prodiderunt. Verbis potius.) Elegans ἡδονομασία: sicut illa iam sequens, Credimus, ceditimus. Fida silentia.) Quæ cum imperarentur, dicebatur, Fauete linguis. Vide prouerbium,

Ostium obdite profani. Cum hoc prouerbio conuenit Canon pontificius in Decretis de cōsecrat. distinct. 2. qui arcet plebem à presbyterio.

Sed defendenda.) Occupatio, cuius propositio quia complexionis nec ἁπλοῦς, nec λευκοπροσώπου habet. cōsequētia corrumpat necesse est. Et licet τὸ ἀέτιον honestissimum appareat: νερόμυρον tamen, quod probandæ propositionis causa assumi necesse erat, tanquā pulcherratum, callidè dissimulatur, quod quia infirmū est, ab oratore nostro facillè subuertitur. Lex erat: Se paratim nemo habesit deos, ne ue nouos, ne ue aduenas, nisi publicè ascitos priuatim colunto. Similis religio etiā Athenienses fefellit, qui hoc prætextu Socratem è medio sustulerunt. Neq; Pontificij alium suæ tyrannidis prætextum habent, quàm futilem quandam temporis præscriptionē, quum nostrā religio, quam nos defendimus, sit ἀχρονος. Non occidendo.) ἁρισῶν ὀνομασιῶν. Voluntarium.) ἐκδοσιῶν.

Nam si.) Cōparatio à minori ad maius. Imperatori.) αὐτοκρατορεῖ. Quomodo.) A relatione oppositis. Quæ est.) Causas uniuersas una subuertit turba. Purum peccatus.) Sacrificium siquidem Deo spiritus contritulus, cor contritum & humiliatum nō despiciet. Latebras cordis.) Est enim λέγεται γυῶσις, fenestratum enim cor humanū, contra Momi reprehensionem, sibi finxit.

De cultu deorum, & Dei ueri, & Aegyptiarum bestiarum.

CAPVT XXI.

IPsi autem quia nesciunt uel quid, uel quomodo sit colendum, cæci & imprudentes in cōtrarium cadunt. Adorant itaq; hostes suos, latrones & interfectores suos uictimis placant, & animas suas cum thure ipso cremandas aris detestabilibus imponunt. Irascuntur etiā miserī, quod non similiter & alij pereant incredibili mentium cæcitate. quid enim uideant, qui solem non uident? Quasi uerò si dij essent, indigerent hominum auxilio aduersus contemptores suos. Quid ergo nobis irascuntur, si nihil illi possunt? nisi quod ipsi deos suos destruunt, quorum potestati diffidunt, magis irreligiosi, quàm qui omnino non colunt. Cicero in suis Legibus, cum castè ad sacrificia præciperet accedere: Pietatē, inquit, adhibēto, opes amouēto: qui secus faxit, Deus ipse uindex erit. Rectè hoc quidem. Neque enim fas est, desperare de Deo, quem ideo colas, quia potentem putes. Nam quomodo uindicare iniuriā colentis se potest, si suam non potest? Libet igitur ex his quærere, cui potissimum præstare se beneficium putent, cogendo inuitos ad sacrificium. Iplis ne quos cogunt? at non est beneficium quod ingeritur recusanti: sed consulendum est etiam nolentibus, quando quid sit bonum nesciunt. Cur ergo tam crudeliter uexant, cruciant, debilitant, si saluos uolunt? Aut unde pietas tam impia, ut eos miseris modis aut perdant, aut inuitos faciant, quib. uelint esse consultū? An uerò dijs præstant? at nō est sacrificiū quod exprimitur inuito.

nisi enim sponte atq; ex animo fiat, execratio est, cum homines proscriptiōe, iniurijs, carcere, tormentis adacti faciunt. Si dii sunt isti qui sic coluntur, uel propter hoc solum colendi non sunt, quod sic coli uolunt, digni scilicet detestatione hominū, quib. cum lachrymis, cum gemitu, cum sanguine de membris omnibus fluente libatur. At nos contra non expetimus, ut Deum nostrū (qui & omnium, uelint nolint) colat aliquis inuitus: nec si nō coluerit, irascimur. Confidimus enim maiestati eius, qui tam contemptum sui possit ulcisci, quam seruorum labores & iniurias. Et ideo cum tam nefanda perpetimur, ne uerbo quidem reluctamur. Sed Deo remittimus ultionem, non ut ij faciunt, qui defensores se esse deorum suorum uideri uolunt, & seuiunt efferatē aduersus non colentes. Ex quo intelligi datur, quā non sit bonum, deos colere: quoniam bono potius adducendi homines ad bonum fuerant, non malo. Sed quia illud malum est, etiam officium eius bono caret. Atenim puniendi sunt qui destruunt religiones. Num peius nos destruimus, quā natio Aegyptiorum: qui turpissimas bestiarum ac pecudum figuras colunt: quaedam etiam pudenda dictu tanquam deos adorāt. Num peius quā iidem ipsi: qui, cum deos colere se dicant, tamē eos publicē turpiterq; derident: quibus etiā mimos agi cum risu & uoluptate patiuntur. Qualis hæc religio, aut quanta maiestas putanda est, quæ adoratur in templis, illuditur in theatris? Et qui hæc fecerint, non pœnas uiolati numinis pendunt, sed honorati etiam laudatiq; discedunt. Num peius nos destruimus, quā quidā philosophi, qui omnino nullos deos esse aiunt, sed omnia sua sponte nata, omnia fortuito fieri quæ geruntur: Num peius quā Epicurei, qui esse quidem deos, sed curare quicquam negant, neq; irasci eos, neq; gratia cōmoueri? Quibus dictis utiq; persuadent, colendos omnino non esse: siquidem nec colentes respiciūt, neque non colentibus irascuntur. Præterea cum contra metum disserunt, nihil aliud efficere conantur, quā ut nemo deos timeat. Et hæc tamen ab hominibus & audiuntur libenter, & differuntur impunē.

COMMENTARIUS:

Duo in hoc capite aguntur. Prior pars ex superiore capite fluit. Docuerat, nec ueram ipsos defendere religionem, nec uero modo. Docebit nunc, deos (dij si sint) humana defensione opus non habere: imbecillus enim potentioris defensione indiget. Alterū ex hoc rursus seritur: nempe, si omnino deorum suorum maiestatem saluam uolunt, cur nō in eos potissimum sæuiunt, qui uel nullos prorsus esse deos cōtendunt, uel certē deorum providentiā negant, uel animantia longē absurdissima pro dijs colunt? Cum castē.) Suo aduersarios iugulans gladio, recitat legem 12 Tabularum, ex secundo Ciceronis de Legibus libro, cuius primum caput est: AD DIUOS ADEVENTO CASTE. Rem præclarissime dictam pluratiua perdit inflexione, sicut etiam Hesiodus fratri iubens, *καὶ δὲ δῶκε μιν δ' ἑστ' ἐν ἰσθ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν ἀγνώως καὶ λαοσπῶς.* —
Pietatem.) Alterū caput, PIETATEM ADEMOVENTO. Pietas autem animi est, quo Deus colitur: iuxta illud, Deus spiritus est.

adorandus ergo in spiritu & ueritate. Opes amouento.) Tertium hoc legis caput est, OPES AMOVENTO: ex Platonis, opinor, Alcibiade 2. desumptum, qui liber τοῦ περὶ σοφίας inscribitur, ubi Socrates Græcorū γυμνασίου βῆσις, & luxuriosa Troianorum sacrificia improbauit. tandem his uerbis colligit: *ὡ γὰρ αὖθις εἶπεν, εἰ περὶ τὰ δῶρα καὶ τὰς θυσιὰς ἀρετὴν ἐπιπέσει ἡμῶν οἱ θεοὶ, ἀλλὰ μὴ περὶ τῆς ψυχῆς, αὐτὸς ὅστις καὶ δικαίος ὡν τυχεῖται πολλῶν μάλιστ' οἰμαὶ ἢ περὶ τὰς πολυτελεῖς ταύτας πομπὰς τε καὶ θυσιὰς, αἷς δὲ καλῶς, πολλὰ μὲν εἰς θεὸν, πολλὰ δ' εἰς αὐθρόπην ἡμῶν τινός τας, καὶ ἰδιώτῳ καὶ πῶλι καὶ ἄλλοις ἀνεκαστοῖς τελεῖται. οἱ δὲ, ἅτε δ' ὄργου δύνου ὄντες, καταφρονῶσιν ἀπὸ τῶν τούτων, ὡς φησὶν ὁ θεός, καὶ θεῶν περὶ φησὶς.* Qua sententia nihil Christianus dici ab homine Gentili posset, si, quæ ad modum interpretis Marsilius, priorū (nisi fallor) auribus parcens, singulari numero transtulit, à Platone scriptū fuisset. Quid quod etiā satyrici ipsorum tamē in sacris luxū, satyrico lacerat morsu? Nam

Nam Persius Sat. 2. in pontificum luxum his uersibus inuehitur: — Sed uos

Dicite pontifices, in sacro quid facit aurum?

Nep̄ hoc, quod Veneri donatæ à uirgine puppæ.

De qua uanitate supr̄ à lib. 2. cap. 4. dictū etiā est, & dicetur infr̄ à lib. 6. cap. ult. Obseruent hic Romanæ religionis antistites, quid à Gentilium idololatriis differant, & quā longè à uero Dei cultu descuerint: & discant aliquando, missa superstitione uesana, sana Christianismi dogmata non hostiliter persequi. Qui secus facit.)

Faxit, lege: ut uetustatis maiestas seruetur.

At non est beneficium.) Sicut Iure consulti dicunt, uolenti non fieri iniuriam: ita beneficium (uel Seneca teste) in ingratum non fit.

Pietas tam impia.) τὰ γὰρ πια pulcherrima αὐτίθες exornat, & amplificat subiectiōe.

At enim.) αὐθιγοφορα, qua alteram destruit partem. Quoniam bono.) A coniugatis.

Quam natio Aegyptiorum.) Non modo à Christianæ philosophiæ scriptoribus, sed à prophetis quoq; Aegyptiorum, superstio malè audit. Quid quod Gētilēs ipsi miris eam

modis explodunt? De animalibus quæ ab Aegyptijs pro dijs coluntur, nemo copiosius scribit, quā Herodotus in Euterpe. cuius uerba nisi prolixiora essent, subdidissem. Post hunc uerò Philostratus in sexto de uita Apollonij, et Athenæus in septimo. Meminit Cicero in 5. Tusc. quæst. & de Nat. deor. 1. Placet Luciani uerba adscribere, ex dialogo de Sacrificijs: ἢ ἂν εἰς τὴν αἴγυπτον ἔλθεις, τότε δὴ τότε ὄψῃ πολλὰ τὰ σωπῶν μὲν τὸν δία, κωοπεσσωπῶν δὲ τὸν βέλτιστον ἐρμῆν, καὶ τὸν παῖνα ὄλον τράχηλ, καὶ ἱεὺς τινα, καὶ λεγασθεῖλον ἐπὶ τῶν, καὶ πῆθικον. De his uerò, ex Ecclesiasticis scriptoribus uidendus est Eusebius libro de Preparatione Evangelica secundo, capite primo. Hanc præterea uanitatem arguit in quadam in Exodum homilia Origenes, ubi de quinta Aegyptiorum plaga uerba facit. Publicè turpiterq;.) De quo Augustinus in lib. de Ciuitate præ cæteris. Quam quidam philosophi.) De quibus in tercio libro satis superq; dictum est, & dicitur in lib. de Ira Dei.

Quare maligni persequuntur fideles: & quare uera religio uideatur inanis. CAPVT XXII.

NON ergo ideo aduersum nos insanunt, quia dii non coluntur à nobis, à multis enim nō colunt: sed quia ueritas penes nos est, quæ (ut est uerissimè dictum) odium parit. Quid igitur existimabimus, nisi nescire illos quid patiantur? Perciti enim perferuntur cæco & irrationabili furore, quem nos uidemus, & illi nesciunt. Non enim ipsi homines persequuntur, qui causam cur irascantur innocentibus non habent: sed illi spiritus contaminati ac perditī, quibus ueritas & nota est & inuisa, insinuant se mentibus eorum, & insistant nescios in furorem. Hi enim, quā diu pax est in populo Dei, fugitant iustos & pauent: & quum corpora hominum occupant, animasq; diuexant, adiurantur ab his, & nomine Dei ueri fugantur. Quo audito tremunt, exclamant, & uri se uerberariq; testantur: & interrogati qui sint, quando uenerint, quomodo in hominem irrepsērīnt, confitentur. sic extorti & cruciati uirtute diuini nominis exulant. Propter hæc uerba & minas sanctos & iustos uiros semper oderunt. Et quia per se nocere his nihil possunt, publicis eos odijs persequuntur, quos sibi graues sentiunt: exercentq; sauitiam quā uolentissimè possunt: ut aut eorum fidem minuant per dolorem: aut si id efficere nō quiuerint, auferant ut omnino de terra, ne sint qui possint eorum nequitiam coercere. Non me fugit, quid responderi econtrariō possit. Cur ergo Deus ille singularis, ille magnus, quem rerum potentem, quem Dominū omnium confiteris, hæc fieri patitur: nec cultores suos aut uindicat, aut tuetur? Cur deniq; qui eum non colunt, & opulenti, & potentes, & beati sunt, & honoribus regnoq; potiuntur, eos que ipsos ditioni suæ ac potestati subiectos habent? Reddenda & huius rei ratio est, ne quid remaneat erroris. Nam in primis hæc causa est, cur existimetur religio Dei uim non habere, quod inducuntur homines specie terrenorum ac præsentium bonorum, quæ ad curam mentis nullo modo pertinēt, quibus quia carere iustos uidēt, & alluere iniustos: & Dei

& Dei cultum inanem arbitrantur, in quo inesse illa non cernunt: & deorum ritus existimant ueros, quoniam cultores eorum & diuitijs, & honoribus, & regnis fruuntur. Verum ij qui sunt in hac existimatione, non perspicunt altius uim rationemq; hominis, quæ tota non in corpore, sed in mēte est. Nihil enim uident amplius, quàm quod uidetur, corpus scilicet. quod quia uidetur oculis, manuq; tractabile est, imbecillū, fragile, mortale est: cuius sunt illa omnia bona, quæ cupiditati ac miraculo sunt, opes, honores, imperia, quoniam corpori afferūt uoluptates: & ideo tam caduca sunt, quàm corpus ipsum. Animus uerò, quo solo est homo, quoniā subiectus oculis non est, nec bona eius aspici possunt, quæ in sola uirtute sunt posita: & ideo tam stabilis, & cōstans, & perpetuus sit necesse est, sicut ipsa uirtus, in qua est animi bonum.

C O M M E N T A R I V S.

Habet etiā huius capituli disputatio duo membra. Prius est, principē huius mundi, cui cum regum perpetuū est atq; acerrimū bellum, Christi castra hostilibus infestare incursionibus, cum socijs stabilem & placidam pacem fouere. Sunt autem illi socij, quicunq; aliud præter Christum autem illi socij, quicunq; aliud præter Christum profitentur. Principi huius mundi pulchrè conuenit cum illis Euangelij doctoribus, quorū doctrina nemo mortalium mūdi defertor fit: aut ad Christianam professionem, hoc est, ad uitam innocentem Deoq; deditam deficit. Et hoc ipsum expressissimum falsæ doctrinæ character est, quod mundi odio uacat. Alterū disputationis membrū continet dogma mūdanicis hominib. planè ἀδόξου,

quod tamen professionis Christianæ symbolum certissimum est: crucem uidelicet, hoc est, uitam ærumnis et miserijs plenam. Nam mundus diuinū fauorem ex secūdo fortunæ afflatu metitur: quo nihil est falsius. Odium parit. Terent. in And. Quod testimoniū etiā supra citatū est, cap. 9. huius libri. Sed illi spiritus contam.) Repete cap. 16. libri 2. Cur ergo Deus.) Alteram partem remouet per ἀνάλογον, quæ fit per partitionē totius. Nam sicut cū Peripateticis esse quædam corporis et fortunæ bona (quæ Stoici rectius ἀσυνδυάα uocat.) Verum quia corporis hæc cōditio interitui obnoxia est, illa minime firma solida ue esse, solidis firmisq; rationib. indicat.

Quare Deus electos suos, tradidit impijs potestate, nexari patiatur.

CAPVT XXIII.

30 **L**ongū est uniuersas uirtutis species promere, ut de singulis doceā, quàm necesse sit, sapientem ac iustum uirum longè ab illis omnibus bonis abhorre: quibus quia fruuntur iniusti, deorum cultus ueri & efficaces esse creduntur. Quod ad præsentem pertinet quæstionem, satis est, si ex una uirtute id probemus quod intēdimus. Nempe, magna & præcipua uirtus est patientia, quā pariter & uulgi uoces publicæ, & philosophi & oratores summis laudibus celebrant. Quod si negari nō potest, quin summa sit uirtus: necesse est, iustum & sapientem uirum in potestate esse hominis iniusti, ut capiat patientiam. Patientia est enim malorū quæ aut inferuntur aut accidunt, cum æquanimitate perlatio. Ergo iustus ac sapiens quia uirtutem capit, habet in se patientiam: qua carebit omnino, si nihil patietur aduersi. Contrā, qui in rebus prosperis agit, impatientis est, & uirtute maxima caret. Impatientem dico, quia nihil patitur. Innocentiam quoq; seruare nō potest, quæ & ipsa iusto & sapienti uiro propria uirtus est. Sed & nocet sæpe, & concupiscit aliena, & rapit quæ cupierit per iniuriā: quia uirtutis expers uitio peccatoq; subiectus est. Dominari affectat in liberos, quia temperantiam non habet: & fragilitatis oblitus, animo insolenter elato tumet. Inde iniusti, ac Deum nescientes, & diuitijs, & potentia, & honoribus florent. Hæc enim cuncta iniusticiæ præmia sunt, quia & perpetua esse non possunt, & per cupiditatem uiolentiāque quærentur. Iustus uerò ac sapiens quia illa omnia humana (ut est à Laelio dictum) sua bona, diuina iudicat: nec alienum quicquam concupiscit, ne quem cōtra ius humanitatis lædat omnino: nec ullam potentiam honorem ue

honorē ue desiderat, ne cui faciat iniuriam. Scit enim cunctos ab eodē Deo & eadem conditione generatos, iure fraternitatis esse cōiunctos. Sed & suo contentus, & paruo: quia fragilitatis suæ memor, non amplius querit q̄ unde uitam sustentet: & ex eo ipso quod habuerit, impertit etiā non habenti, quia pius est, pietas autē summa uirtus est. Accedit eò, quòd uoluptates caducas uitiosasq; cōtemnit, quarū causa opes appetuntur: quoniā cōtinens est, ac libidinū uictor. Idē nihil timoris atq; insolētiæ gerens, non extollit se altius, nec erigit superbū caput: sed placidus, & concors, & comis est, quia conditionē suam nouit. Cum ergo iniuriā nulli faciat, nec aliena cupiat, nec sua quoq; si uī auferantur defendat: cum sciat etiam illatam iniuriā moderatē ferre, quia uirtute præditus est: necesse est, iustum hominem subiectum esse iniusto, & contumelijs affici ab insipiente sapientem, ut & ille peccet, quia iniustus est: & hic in * se uirtutē habeat, quia iustus est. Si quis autem uolet scire plenius, cur malos & iniustos Deus potentes, beatos & diuites fieri sinat: pios cōtrā humiles, miseros, inopes esse patiatur: sumat eum Senecæ librum, cui titulus est, Quare bonis uiris multa mala accidant, quum sit prouidentia. in quo ille multa non planē imperitia seculari, sed sapienter ac penē diuinitus eloquutus est. Deus, inquit, homines pro liberis habet: sed corruptos ac uitiosos luxuriose ac delicate patitur uiuere, quia non putat emendatione sua dignos. Bonos autem quos diligit, castigat sapius, & assidujs laboribus ad usum uirtutis exercet: nec eos caducis ac mortalibus bonis corrumpi ac deprauari sinit. Vnde nemini mirum debet uideri, si pro nostris sæpe delictis castigamur à Deo. Imò uerò cum uexamur ac premimur, tum maximē gratias agimus indulgentissimo patri, quòd corruptelam nostram non patitur longius procedere, sed plagis ac uerberibus emendat. Ex quo intelligimus, esse nos Deo curæ, quibus quoniā peccamus irascitur. Nam quum posset populo suo & opes & regna largiri, sicut dederat antē Iudæis, quorū nos successores ac posterum sumus: idcirco eum uoluit sub aliena ditione atq; imperio degere, ne repta contemneret: sicut illi maiores nostri, qui sæpe terrenis ac fragilibus his bonis eneruati, aberrarunt à disciplina, & legis uincula ruperunt. Prouidit ergo, quatenus cultoribus suis præstaret quietem, si mandata seruassent: & tamen eos emendaret, si præceptis non obtemperassent. Itaq; ne tam corrumperentur ocio, quā patres eorum licentia: premi eos uoluit ab ijs, in quorū manibus eos collocauit: ut & labantes confirmet, & corruptos ad fortitudinem repararet, & fidos experiatur ac tentet. Quomodo enim potest imperator militum suorum probare uirtutem, nisi habuerit hostem? Et illi tamen aduersarius exurgit inuitò, quia mortalis est, & uinci potest. Deo autem quia repugnari non potest, ipse aduersarios nomini suo excitat, non qui contra ipsum Deum pugnent, sed contra milites eius, ut deuotionem ac fidem suorum uel probet, uel corroboret, donec pressuræ uerberibus defluentem corrigat disciplinam. Est & alia causa, cur aduersum nos persecutiones fieri sinat, ut Dei populus augeatur. Nec est difficile monstrare, cur aut quomodo illud fiat. Primum, fugantur à deorum cultibus plurimi odio crudelitatis. Qui enim talia sacrificia non horreant: Deinde placet quibusdā uirtus ac fides ipsa. Nonnulli suspicantur, deorum cultum non sine causa malum putari à tam multis hominibus, ut emori malint, quā id facere, quod alij faciunt ut uiuant. Alii qui cupiunt scire, quid nam sit illud bonum, quod ad mortem usq; defenditur, quod omnib. quæ in hac uita iucunda sunt & chara, præfertur: à quo nec bonorum nec lucis amissio, nec dolor corporis, nec uiscerum cruciamēta deterrēt. Valent hæc plurimum: sed illæ maximē causæ nostrorum numerum semper auxerunt. Audit circumstantans populus, inter ipsa tormenta dicentes, non

non sacrificare se lapidibus humana manu factis, sed Deo uiro, qui sit in cœlo. Multi hoc uerum esse intelligunt, & in pectus admittunt. Deinde (ut fieri solet in rebus incertis) dum inter se quarunt, quæ sit huius perseverantiæ causa, multa quæ ad religionem pertinent, diuulgata, ac per rumorem uicissim aucupata discuntur: quæ quia bona sunt, placent necesse est. Præterea ultio consecuta, sicut semper accidit, ad credendum uehementer impellit. Nec hæc quidem leuis causa est, quod immundi dæmonum spiritus, accepta licentia, multorum se corporibus immergunt: quibus postea eiectis, omnes qui resanati fuerint, adhæreant religioni, cuius potentiam senserint. Hæc tot causæ in unum collatæ, magnam Deo multitudinem mirabiliter acquirunt.

COMMENTARIUS.

Ostensus, ueram iusticiam penes solos ueros esse Christianos, documentum causa patientiam in medium producit: eumque locum in genere tractat didascalico. estque hoc $\alpha\delta\sigma\upsilon\tau\omicron\pi\omicron\lambda\omicron\gamma\iota\alpha\varsigma$ exemplum in signo. Loci sunt, definitio, coniugata, cause, priuatiue & relatiue opposita, pugnantia, conuincta, testimonia. Cæterum amplificatio $\sigma\upsilon\gamma\kappa\epsilon\iota\sigma$ est, per totâ argumentatione diffusa atque dispersa. Deinde inuestigat causas, quæ nã Deus clementissimus innoxios & iustos homines tyrannorum supplicijs obijciat: tyrannos contra in omni fortuna florere, rebusque secundis abundare sinat. Meditatio ut pia, ita consolatione plenissima. Patientia est malorum.) Græci totam hanc definitionem uno $\alpha\delta\epsilon\phi\upsilon\alpha\chi\iota\alpha\varsigma$ uocabulo exprimunt: iuxta proverb. $\omega\delta\epsilon\chi\theta\ \&\ \alpha\pi\epsilon\chi\theta$: uel etiam quod iuxta philosophum, $\tau\omicron\ \lambda\alpha\pi\tau\epsilon\sigma\upsilon\ \&\ \delta\sigma\upsilon\ \&\ \tau\omicron\ \alpha\upsilon\tau\epsilon\chi\epsilon\upsilon$. Desidero in hac definitione causam finalem, nõ eam quæ in Platonicis est, $\sigma\upsilon\kappa\epsilon\alpha\ \tau\omicron\ \lambda\alpha\lambda\delta$: nisi $\tau\omicron\ \lambda\alpha\lambda\delta$ nomine intelligas iusticiam, de qua Matth. 5. in Beatitudinibus. Vitiator est Ciceronis, qui cum honestate utilitatem posuit: nisi omnino utile ab honesto non separaueris: nec aliam finxeris utilitatem, quam eam quæ nullis calamitatibus cohturbari potest aut intercipi. Impatiens est.) Exponit seipsum, ne uel $\tau\omicron\ \alpha\pi\tau\epsilon\theta\epsilon\iota\alpha$ Stoicorum intelligas, hoc est sensuum stuporem: uel difficul-

tatem tolerandi: uel ea quæ Aristoteles contraria $\tau\omicron\ \lambda\alpha\pi\tau\epsilon\alpha$ facit, $\tau\omicron\upsilon\phi\lambda\omega\ \&\ \mu\alpha\lambda\alpha\kappa\iota\alpha\upsilon$, id est delicias & molliciem, sed præsentem doloris & molestiæ carentiam. Concupiscit aliena.) Lex quidem hoc exprimit, Non concupiscas domum proximi, &c. Vnde Paulus colligit, concupiscere peccatum esse. quæ consequentia, secundum Dialecticos non ualet. Et certè concupiscens citra iniuriam alterius, contra iusticiam non peccat: sed in hoc peccat, quod uoluntatem suam contra Christi præscriptum nõ in arbitrio patris cœlestis posuit, & stultum suum uelle diuino consilio præposuit. Ut est à Lælio.) In 3. de Rep. supra cap. 19. Iure fraternitatis.) Ius humanum, ius fraternitatis appellat, $\tau\omicron\ \alpha\delta\epsilon\lambda\phi\omicron\tau\iota\tau\alpha$. Qui autem huius iuris communicatione comprehendantur, docet parabola uulnerati à latronibus, curati à Samaritano. Libidinum uictor.) Hoc enim nomine Aristoteles continentiam patientia potiore iudicat, quod uincere præstantius est quam resistere: sicut etiam præstantius est uincere, quam non uinci. Conditionem suam.) Iuxta cœleste illud $\gamma\upsilon\omega\theta\ \&\ \sigma\epsilon\alpha\upsilon\tau\omicron\upsilon$. Quos diligit, castigat.) Prou. 3. Hebr. 12. Apoc. 3. Sicut dederat.) Abrahamo, Iobo, Dauidi, Salomoni, &c. Experitur.) $\upsilon\varsigma\ \omicron\pi\omicron\upsilon\ \pi\epsilon\omega\tau\epsilon\omicron\upsilon$. Accepta licentia.) Accepit enim Satã licentiã aduersus Iobũ.

De Dei ultione in bonorum tortores. CAP. XXIII.

Quicquid ergo aduersum nos mali principes moluntur, fieri ipse permittit. Et tamen iniustissimi persecutores quibus Dei nomen contumeliæ ac ludibrio fuit, non se putent impunè luros, quia indignationis aduersus nos eius, quasi ministri fuerunt. Punientur enim iudicio Dei, qui accepta potestate supra humanum modum fuerint abusi, & insultauerint etiam Deo superbius, eiusque nomen æternum uestigijs suis subiecerint, impiè nefarieque calcandum. Propterea uindicaturum se in eos celeriter pollicetur, & exterminaturum bestias malas de terra. Sed idem, quamuis populi sui uexationes & hic in presenti soleat uindicare: tamen iubet nos expectare patienter illum cœlestis iudicij diem, quo ipse pro suis quæque meritis aut honoret, aut puniat. Quapropter non sperent sacrilegæ animæ, cõtemptos & in-

ultos fore, quos sic obterunt. Veniet ueniet rabiosis & uoracibus lupis merces sua, qui iustas & simplices animas, nullis facinoribus admisisis, excruciauerunt. Nos tantummodo laboremus, ut ab hominibus nihil aliud in nobis nisi sola iusticia puniatur. Demus operam totis uiribus, ut mereamur a Deo simul & ultionem passionis, & præmium.

COMMENTARIUS.

Concedit quidem iustus Deus tyrannis aduersus filios suos sc̄uendi licentiam, aliquandiu satis tutam, ultionem sibi reseruans: Mibi enim, inquit, uindicta, ego rependã. Bestias ma-

las.) Apocalypsis, capite decimonono. Non opus est in hoc uindictæ loco diutius consistere, cum nemo sit qui ignoret, Dominum sibi ultionem reseruasse.

L. COELII LACTANTII FIRMIANI DIVINARVM INSTITVTIONVM ADVERSUS GENTES, Liber Sextus: de Vero cultu, ad Constantinum Imperatorem.

COMMENTARIUS.

Lactantius noster solertissimas facit progressiones, eoq; prorsus modo, quo sapiens aliquis architectus. Nam destructa prioribus libris falsa religione, posteriorib. substruit ueram. In Quarto nanq; cognitionē Dei ueram docuit: in Quinto iusticiã, hoc est, uitã professione Christiana dignã: nunc in Sexto legitimũ colendi Dei modũ docet. Nemo siquidē iustus absq; cognitione, neq; cultor absq; iusticia esse potest. Est itaq; hic liber inscriptus de Vero cultu, quẽ *θεοσεβειαν* quidam, alij *θεοσεβειαν* Græcis rectè dictum credunt: de quo superius alicubi ex Augustino quædam annotauimus. Sed *θεοσεβειας* uocabulum sinuosius esse, *ρηλικώτορον τε*, uel ex Pauli doctrina iudico: & in se uniuersam pietatis rationem cum ipso cultu comprehendere, seseq; ad rerũ usq; diuinarũ cognitionē, atq; adeo ad fidei plenitudinem extendere, iuxta illud quod est in priore Pauli ad Timotheum epistola, cap. 4. ubi iubet discipulũ, ut se in *θεοσεβειας* studio maxime exerceat: eam siquidē promissiones habere tam presentis quã futuræ uitæ, quam promissionem nudus ille, licet uerus colendi Dei ritus, non habet, nisi sit fide et cognitione suffultus. Idem Apostolus cap. 2. eiusdem epistolæ, *τιν̄ θεοσεβειαν* in bonis ponit operibus, hoc est fidei fructibus: *ἀλλ'*, inquit, *ὁ πρ̄ς περὶ γινώσκων ἐπαγγελουμένων θεοσεβειαν δι' ὀργῶν ἀγαθῶν.* Et cæcus, cui Dominus apud Ioan. cap. 9 uisum restituerat, contra Pharisæos Iesum a peccatis exemptes, *οἰδα μὲν* (inquit) *ὅτι ἁμαρτωλῶν ὁ θεὸς ἐκ ἀκρίβει, ἀλλ' ἐὰν τις θεοσεβῆς ᾖ.* Vbi deinde per expositionem subiicit, in quo ἂν *θεοσεβεια* sita sit: nempe si uita iuxta Domini uoluntatem cõponatur, instituaturq;, hoc tum fit, cũ uerbo Dei

fides habetur, addit enim: καὶ τὸ δὲ λημα αὐτῶ ποιῆ, τὸ τε ἀκρίβει. τιν̄ δὲ δὴ λάθειαν magis ad cultum pertinere puto, quia εἰς δὴ κῶ τοῦ εἶναι esse adparet, uel ex Simeone: qui apud Lucam his potissimum celebratur nominibus, quod δὴ καὶ καὶ δὴ λαθῆς consolationem expectauerit. Verum *θεοσεβειας* nomen huc potissimum quadrare arbitror, nõ si grammaticorum derivationem spectes, qui eo in mercenaria duntaxat seruitute exprimenda utuntur. Sed quia sacra litera ut plurimum, ad diuinum referunt cultum, cuius exempla plurima sunt, unum tantum aut alterum documenti causa adduxisse sufficiat. Dominus Christus tentatoris technas elusurus, legis uerba citat ex Deuteronomij cap. 6. *ἐν ἑνὶ τῷ θεῷ ὁ πρ̄ς οὐκ ἔστιν ἄλλος θεὸς, καὶ αὐτὸς μόνος λατρεῖται*: quod uerbum etiam LXX agnoscunt. Et Apostolus ad Hebræos cap. 12: *ἔχωμεν*, inquit, *καὶ τὸν θεὸν λατρεῖται ὡς ἀκρίβει, καὶ ὡς ἀκρίβει.* Non ignoro *θεοσεβειας* etiam nomen ad eundem Dei cultum referri, ut Iacobi primo: *θεοσεβειαν λατρεῖται καὶ ἀκρίβει καὶ ἀκρίβει* πρ̄ς ἀκρίβει καὶ ἀκρίβει. Sed *θεοσεβειας* uox, ut est literis sacris usitatior, ita pro cultu, de quo Lactantius scribit, significantius in his exprimitur. Intelligimus enim omnino τιν̄ λατρεῖται τιν̄ λογικῶν, quæ in Apostolicis celebratur epistolis. Et in Actis capite 24. ait: *λατρεῖται τιν̄ πατρίῳ καὶ θεῷ.* Et ad Rom. 1. ὁ θεὸς ὃν λατρεῖται ἡμεῖς. Quibus ex testimonijs non possum nõ probare Græcorũ illã definitionē, quæ sic habet: *λατρεῖται ἡμεῖς ὡς ἀκρίβει καὶ ἀκρίβει* πρ̄ς ἀκρίβει καὶ ἀκρίβει. Satis uerò ita de libri inscriptione sit dictũ.

De Dei ueri cultu, & innocentia: & cultu falsorum Deorum.

CAP. I.

Quod erat officium suscepti muneris, diuino spiritu instruente, ac suffragante ipsa ueritate compleuimus. Cuius asserenda atque illustranda causam mihi & scientiam, & fides, & ipse Dominus noster imposuit, sine quo nec sciri quicquam potest, nec explicari. Venio nunc ad id quod est summum operis huius & maximum, ut doceam quo ritu, quo uel sacrificio Deum coli oporteat. Id enim est hominis officium, in eoque solo summa rerum, & omnis beatæ uitæ ratio consistit: quando quidem propterea ficti & inspirati ab eo sumus, non ut cœlum uideremus & solem (quod Anaxagoras putauit) sed ut artificem solis & cœli Deum, pura & integra mente coleremus. Quamuis autem precedentibus libris, pro ingenij mediocritate defenderim ueritatem, tamen ex ritu quoque ipso elucere uel maxime potest. Nihil enim sancta & singularis illa maiestas aliud ab homine desiderat, quam solam innocentiam: quam si quis obtulerit Deo, satis pie, satis religiose litauit. Homines autem neglecta iusticia, cum sint omnibus flagitijs ac sceleribus inquinati, religiosos se putant, si templa ac aras hostiarum sanguine cruentauerint, si focos adoleuerint ac ueris uini profusione madefecerint. Quinetiam sacras dapes apparant, & exquisitas epulas, quasi aliquid inde libaturis offerunt. Quicquid aspectu rarum, quicquid opere aut odore preciosum est, id gratum esse dijs suis non ex aliqua diuinitatis ratione quam nesciunt, sed ex suis cupiditatibus iudicant, nec intelligunt terrenis opibus Deum non indigere. Nihil enim sapiunt, nisi terræ, bonaque & mala, solius corporis sensu & uoluptate perpendunt. Huius arbitrio, ut religionem ponderant, sic totius uitæ suæ acta disponunt. Et quoniam se semel à cœli contemplatione auerterunt, sensumque illum cœlestem corpori mancipauerunt, libidinibus frena permittunt, tanquam secum ablaturi uoluptatem, quam momentis omnibus capere festinant, cum animus ministerio corporis, non corpus ministerio animi uti debeat. Idem maximum bonum iudicant opes: quas si bonis artibus assequi non possunt, malis assequuntur, fraudant, rapiunt, spoliant, insidiantur, abiurant: nihil denique moderati aut penitentibus habent, dummodo auro coruscant, argento, gemmis, uestibus fulgeant, uicissim uentri opes ingerant, stipati familiarium gregibus perditum populum semper incedant. Sic addicti & seruientes uoluptatibus, uim uigoremque mentis extinguunt: & cum uiuere se maxime putant, ad mortem concitatissime properant. Nam sicut in secundo libro docuimus, cœli ratio in animo, terræ autem in corpore est: qui bona negligunt animi, & corporis appetunt, in tenebris ac morte uersantur, quæ sunt terræ atque corporis: quia uita & lumen à cœlo est. cuius quoniam expertes sunt, corpori seruiendo, longè absunt ab intellectu rerum diuinarum. Eadem miseros ubique cæcitas premit: sicut enim qui sit uerus Deus, ita qui sit uerus cultus, ignorant.

COMMENTARIUS.

Sacrificium, cultus diuini potissima pars est: quare illius ritum ab initio statim edocet. In exordio conciliat scriptis suis fidem ab autoritate cœlesti. Docet autem uerum cultum rationabilem esse, & in uitæ innocentia consistere: falsum igitur gentium esse cultum, falsa sacrificia: quæ quia externa sunt, animi puritas in ijs non requiritur. Vnde intelligere licet, uera sacrificia cum fide, iusticia & sapientia ita coniuncta esse oportere, ut ab ijs auelli nequeat. Loci uero totius huius disputatio-

nis sunt, scriptum & uoluntas. Prioribus duobus capitibus respondet caput secundum, quod in fragmento $\eta \lambda \epsilon \nu \tau \acute{o} \mu \eta \varsigma$ habetur. Fides.) $\tau \lambda \acute{\omega} \eta \nu \tau \acute{o} \mu \eta \varsigma$ intelligo. Venio.) Propositio. Quandoquidem propterea.) Causa finalis. Ceterum de Anaxagora supra dictum est lib. 3. capitibus 9. & 23.

Quam solam innocentiam.) Placet huic loco aliquandiu immorari, propterea quod uideo hypocritice religionis patronos, errores suos etiam

num pertinaciter defendere, sed ineptè non quòd Lact. quicquam de ijs hic dicat: nondum enim error ille inoleuerat, qui tamè interea temporis tantum traxit robur, ut iam fundamentum totius illius uanitatis sit. Sacerdotium quoddà somniant, quod Iudaico siue Aeronico dicunt successisse. Illud sibi arrogat, quod quia sine sacrificio ueri nō possunt, excogitauerūt sibi sacrificium aliud, quo sacrificium illud summi Pontificis, Domini uidelicet Christi exhauriunt, & inane non sine maxima blasphemia reddunt. Ex hoc loco apparet, illis temporibus nullum aliud in ecclesia Christi sacrificium extitisse, quod quidem *Ἐθυσίας* nomen mereatur. Nam siue in cena Dominica cōmemoratio sacrificij illius perfecti, iuxta ipsius institutoris Christi mandatum fiat, siue *πρωφορα* antiquior ecclesiae ritu offerantur, nullo tamen modo inde colliges, uel sacrificium, uel sacerdotem aliud esse, quàm Christum, qui in aeternū, secundum ordinem Melchisedech, sacerdos constitutus, perfectum illud sacrificium, quod solum mortalium peccata apud patrem caelestem expiare potuit, semel in ara crucis obtulit, mortalesq; apud eum in gratiam reposuit. Frustrata itaq; uel sacerdotium aliud uel sacrificios alios cōstitues: repugnantibus nō modò Scripturis, sed etiam (quod ex hoc loco manifestum est) uetustioris ecclesiae moribus. Manifestum hic Lactantij testimonium habes, nullam tamen temporis sacrificia in ecclesia fuisse, ergo nulli quoq; fuere sacrifici, praeter eos qui in docenda ueritate diuina, discipulorū Christi uestigia sequenti, longè alia quàm nos Domino sacrificia offerunt: de quibus superius quodam loco quū dixerimus, iam uerbosius persequi necesse non est. Lactantij (inquit) autoritas fidei facienda, quia semel atq; iterum à uero aberrauit, sufficet minime. Sufficet fortassis Cyprianus, qui in libro de ratione Circumcisionis sic scriptum reliquit: Vbi uerò Christus Dominus uenit, de quo in capite libri scriptum erat, ut in morte sua patris uoluntatem impleret, cessarūt sacrificia. Haec nō propterea cito, quòd uel Lactantij, uel (cuius in professione Theologica maior est autoritas) Cypriani testimonium ueritati praedudicare putem: sed quum haec quaestio illorum temporibus nunquam controuersa fuit, temporis iam ratio, non ipsorum autoritas nobis suffragatur, quod multis praeterea argumentis (si hoc nostrum institutum esset) confirmare possemus: sed hoc pro mea fide, qua inuentum, quæ in nostra palaestra aduersus Antichristi incursionem exercetur, instituo, si lentio praeterire non potui: quin, ut cautior hoc lo-

co sit, eam admonerem. Cum ergo, filij dilectissimi, se casus obtulit, ut pro more uos, ne fraude improborum aliquando impingatis, admonerem: uisum est, uobis hanc de sacrificijs quaestionem latius, non meis, sed probatissimorum scriptorum uerbis explicare. Audiamus ergo Epiphaniū. Is enim aduersus Marcionem in epistolam prioris ad Corinthios scholijs, ubi Apostolus ait, id quod gentes immolant, demonibus eos immolare, non Deo, indicat Deo quidem opt. max. olim sacrificia nō displicuisse, quæ ipse in lege praeeperat: nō quòd eiusmodi indigeret, sed ut populum ad idololatriam pronum in officio retineret: uerum temporis plenitudine appropinquante, sacrificijs huiusmodi amplius non placari, multo antè per prophetas, praedixerat: *ἀλλ' ἔχ' inquit, οἱ ποτε ἦν νόμος ἑθυσαντες δικαιοτάτα· νῦν δὲ τὸ τε μικρότερον καὶ τὸ μέγα, αὐτὸ δὲ λόντος, ὡς καὶ ἀπ' ἡν ἀνέκαθεν ἔλα ἰδρυμένον τὸ πρωφῆτα ἔλεγε. ἵνα τί μοι λίθανον ἐκ σαβᾶ φέρεις, καὶ λιθάριον ἐκ γῆς μακρόθεν. καὶ πάλιν· αἱ θυσίαι σὺ ἔχ' ἠδυνά μοι. καὶ ἄλλοτε· ἄρον σὺ τὰς θυσίας ἰσραὴλ, ἔφαγετε ἱερεῖς· ὁ γὰρ γίνετα λάμω τοῖς παθῆσιν ὑμῶν γινόμεθα, ἠδὲ θεομαχίας μεθ' ἡμῶν αὐτῶν ἀγαγαίνω αὐτῶν ἐκ γῆς αἰγυπτῆς καὶ θυσίαν· ἀλλὰ ἔσθ' ἡμεῖς ταλάμω αὐτοῖς, ἵκασον ποιεῖν δικαιοσύνην πρὸς τὸν πλησίον, αὐτὸ δὲ λέγοντος, ὅτι ἔχ' ἡμεῖς ταλάμω καὶ αὐτὸ λέγοντος τῷ μωσὶ σὺ, ὅτι ἵκασον ἡμῶν ἰσραὴλ ἐκ πρὸς γῆς γῆς θυσίαν ἐκ βαβυλῆος καὶ πρωφῆτα, ἀρσὺν ἡμῶν πρὸς φέρητα, ἔσθ' καὶ πάλιν· ἐὰν τις ἀμαρτῆν καὶ γῆνται γινόμενοι πλημμελεία, πρὸς σαργάγει πρόσβατον. καὶ πάλιν· ἐὰν τις ἀμαρτῆν ὁ λαός, πρὸς γῆνται μοχλὸν ἔσθ' ἡμεῖς πρὸς δεικτῶς αὐτῶν κομίζεσθαι τὰς ὑπερσῶν τιμίας ἔλαδ ποτε κλεθεσίνας θυσίας, ἵκα αὐτῶν ἠδὲ θεομαχίας τῶν ἡμεῶν δὲ λόντος ταῦτα, ἀλλὰ σιωπῆσθαι αὐτῶν τῆ ἀδυναμία, καὶ τῆ ἀνθρώπινης πρὸς λήθει, ἵνα ἀπ' ἡμῶν ποτε λυθείας ὅτι τὸ πρὸς ἐνός θεοῦ γινόμενοι μετ' ἡμῶν τὸν ἀνθρώπων διανοίαν, ἔσθ'.* Pia quidem haec Propheta cum lege conciliatio est. Sed magis genuina Cypriani et aliorum est, qui dicunt, Dominum ad animum sacrificantis, non ad ipsum sacrificium respexisse. Atq; id probant ex sacrificijs ante legem factis, adeoq; ipsius Abelis et Caini. Et aliquanto inferius idem Epiphanius: ἀλλὰ, inquit, ἔλα τὸν αὐτῶν γινόμενοι τῶν ἐπιθεσίνας ἀπ' ἡμῶν σιωπῆσθαι, ὡς μεταλλοσύνην σιωπῆσθαι ἀπ' ἡμῶν σιωπῆσθαι τοιαύτης ἡμῶν πολλῶν εἰς τὸν ἵνα, καὶ ἀπ' ἡμῶν τοῦ γινόμενοι μάθωσιν.

μάθεισιν, ὁ π' ἔπειτα ἐχρησάτω. ἢ λοιπὸν ἀρκέσει
 ἡ δὲ ἡν ἰσχυρὰ πρὸς τὰς ἀρετὰς καὶ τὴν ἡσυχίαν, ἢ τὴν
 τὸ πᾶν ἡν ἰσχυρὰ πρὸς τὰς ἀρετὰς καὶ τὴν ἡσυχίαν, ἢ τὴν
 10 δυνάμειν τελευτῶντας τὰς πρὸς τὰς ἀρετὰς πᾶσι
 σῆμα, ἢ τὴν δὲ δυνάμειν ἡσυχίας ὁ π' τὸ πᾶν ἡν
 μῶν ἐτύθη ἡσυχίας, ἢ τὸ γυμνασίου, ἢ τὴν
 σίας καὶ πᾶν καὶ διδασκαλίας παιδείας
 γῶν ἐγγίνοτο ὁ νόμος, ὁ δὲ ἡν ἡσυχίας τὸν τύ-
 20 που, καὶ ἀποκαθίστω εἰς τὴν ἐπὶ τὸν διδασ-
 σκαλίαν, ἐτύθη, inquit Apostolus, non dūteται
 uel τεθύσεται. Tertullianus quoque aduersus Iu-
 deos disertè bonisq; testimonijs indicat, sacrifici-
 um laudis in antiquorum sacrificiorum locum
 successisse. Sed quaestio nobis non est, quid Iudaei
 sacrificauerint. Sed Laetantij nostri doctrina, ea-
 30 dē est qua Pauli, qui sic ait: ἅ θύει τὰ ἔθνη, δια-
 μοιῖσι θύει, καὶ ὁ θεὸς. securus de Marcione,
 siue ἰσχυρὸν τε illa siue ἰσχυρὸν τε appellet.
 Nam Christianis ex tota antiquitate nullū aliud
 40 est sacrificium reliquum factum, praeter unū hoc
 laudis quod rationabilis cultus est, quod nescio an
 ab aliquo uetustioris Ecclesiae scriptore sit elegā-
 tius expressum, quam ab unō Chrysostomo, ho-
 mine, quam Epiphanius est, multo eloquentiore:
 cuius uerba non propter Cochlaeum, cui Eccle-
 50 stastici scriptores magno scilicet cum iudicio per-
 lecti sunt, sed propter iuuentutem linguarum pari-
 ter, sinceriorisq; Theologiae candidatam, Graecè
 potius quam Latine adscribam. Is sermone undē-
 60 cimo, in sexto ad Hebraeos capite, inter caetera
 sic dicit: ποιῶντας ἀναφορὰν δυνάμειν τὰς ἡν
 ἰσχυρὰ δυνάμειν πρὸς τὸν θεὸν ἡσυχίας καὶ
 70 σιῶν, ἡν ἐπὶ πρὸς τὰ καὶ βόας, ἡν ἐπὶ αἵμα-
 καὶ λείων. πάντες ταῦτα λέλυται, ἢ ἀν-
 τιστομῶν καὶ ἡν τὸν ἡ λογικὴ λατρεία.
 80 τί δὲ ἐστὶ λογικὴ λατρεία; τὰ ἡσυχίας ψυχῆς, τὰ
 ἡσυχίας πνεύματος, πνεύματος, ἡν ὁ θεός, ἢ ὁ
 πρὸς κωμῶντας αὐτῶν, ἢ πνεύματος καὶ ἡν
 90 θείας ἢ πρὸς κωμῶν. ὅσα μὴ εἴη σώματος,
 40 ὅσα μὴ εἴη ὄργων, μὴ τόπων, ἢ αὐτῶν.
 50 τί δὲ ἡν ἰσχυρὰ; οἷα ἡν ἡσυχίας, σωφροσύνη, ἐλε-
 μωσύνη, ἀνεξικακία, μακροθυμία, ταπεινο-
 60 σοφροσύνη. τὰ δὲ ἡσυχίας τὰ ταῦτα ἢ ἢ τὴν πᾶ-
 70 λαίαν ἰσχυρὰ πρὸς τὸν θεὸν πρὸς ἡσυχίας.
 80 δύσκατε, φροσύνη, ἡν πνεύματος σωφροσύ-
 90 μῶν. καὶ τί λέγουσιν ἡν ἡσυχίας πρὸς τὸν θεὸν
 100 τὸ ἡσυχίας αὐτῶν; ὁλοκαυτώματα καὶ πρὸς ἀ-
 110 μαρτίας ἢ ἡν ἡσυχίας. τὸ τὸ εἰπῶν, ἢ ἡν ἡσυχίας

ἢ ποιῆσαι ὁ θεός τὸ θέλημα σου. καὶ πάλιν
 ἴνα π' μοι λίθανον ἐκ σελῆ φέρετε; ἀπίστη-
 σου ἀπ' ἐμὲ ἡν ἡσυχίας ὁδῶν σου, ἢ ἡσυχίας ὄργων
 νου σου ἢ ἀπίστη. ἀλλ' αὐτὴ τὸ ἡν ἡσυχίας
 θέλω, καὶ ὁ θεός. ὄργων ἢ τὰς ἐκκεχωρηκίας.
 τὰς δὲ ἀπὸ πρὸς τὰς ταῦτας, τὰς νῦν πρὸς τὰ
 ἡσυχίας. ἐκείνα μὴ γὰρ πρὸς τὰ καὶ ἡν ἡσυχίας
 εἰσιν. αὐτὰ δὲ ἀπὸ τὸν ἡσυχίας ἐκείνα ἡσυχίας, αὐτὰ
 10 ἡσυχίας. ἐκείνα ἢ ὁ τυχῶν ὄργων αὐτῶν
 τὰ αὐτῶν, ταῦτας δὲ ὄργων. ὅσα γὰρ πρὸς τὰ
 ἡσυχίας ὁ ἀνθρώπου, τὸ ὄργων αὐτῶν ἡσυχίας
 ἢ ἡσυχίας. Quin audiamus ipsum Apostolū Hebr.
 13. δι' αὐτῶν οὐκ ἀναφορὰν δυνάμειν ἀναί-
 20 σιῶς ἡσυχίας παντὸς τῶν θεῶν, τὸ τὸν ἡσυχίας
 λέων, ὁμολογοῦν τὸν τὸν ὄνομα αὐτῶν. Rom. 12.
 πρὸς τὰ καὶ οὐκ ἡσυχίας ἀδελφοί ἡσυχίας ἡν οἰκτι-
 30 μῶν ἢ θεός, πρὸς τὰ τὰ σώματα ἡσυχίας δυν-
 σίας ζῶσαν, ἡσυχίας, ἀναφορὰν ἡσυχίας θεῶν, ἢ ἡσυχίας
 γυμῶν λατρεία ἡσυχίας. ἢ μὴ συγκατατίθετε
 τῶν αἰῶνι τὸ τὸν, ἀλλὰ μεταμορφώσατε τὴν ἡσυχίας
 40 κωνῶσιν ἢ νοῦς ἡσυχίας, εἰς ὁ δὲ ἡσυχίας ἡσυχίας,
 τί τὸ θέλημα ἢ θεός, τὸ ἀγαθὸν ἢ ἀναφορὰν
 ἢ τέλει. Si ex nostris Theologis aliquē cōsule-
 50 re uoles, lege Oecolapadiū in cap. 1. Esaiæ prophe-
 ta, ubi de sacrificijs Deo gratis praclare differit.
 Corpori mancipatū. Cū iuxta Salustij
 dictū ita cōparatū esse debeat, ut animi imperio,
 60 corporis seruitio magis utamur. Plato in 10 de Le-
 gibus huius rei rationē talē reddit: ὁ δὲ ἡσυχίας, inquit,
 ἀδὲ τὸν τὸν ἡσυχίας ψυχῆς ἀρχῆς ἡσυχίας ἀρχῆς
 70 ἡσυχίας ἡσυχίας. Libidinibus trena.) Vi-
 detur alludere ad Socratis fabulā, quae apud Pla-
 tonem in Phaedro est, ubi animā trifariā diuidit.
 80 ἡσυχίας ἡσυχίας duas species facit: tertiam ἡσυχίας
 ἡσυχίας, nēpe rationē, quae regit equos bonos iuxta,
 malosq; hoc est affectus moderatos, ἢ recalci-
 90 trantes. hoc est libidines, quas ratio auriga frenis
 uix in officio retinet. qua de re praclare differit
 Erasmus in Milite Christiano. Addicti &
 100 seruitētes.) Metaphora ex iure Ciuili. Nam Iu-
 reconsulti addicti sunt, homines ob aerati, qui ἡσυχίας
 nexi dicuntur, qui lege XII. Tab. ob aes alienū
 110 creditorib. in temporariā seruitutē addicebantur.
 Bud. Et bene quidem. nam peccatorū seruitus ue-
 rius in diē addictio est, quam seruitus alia ex qua
 ad libertatē per poenitentia ianua respicientibus
 beneficio Christi patet. Nā sicut in 2.) ca. 10.

De falsorum deorum, ἢ ueri Dei cultū: ἢ quod praestantissimum est homines
 ad ueritatē ἢ iusticiam erudire. CAP. II.
 50 **M**Actant igitur opimas & pingues hostias Deo quasi esuriēti, profun-
 dunt uina tanquam sitiēti, accendūt lumina uelut in tenebris agentī.
 E 3 Quod

Quòd si suspicari, aut percipere animo possent, quæ sint bona illa cœlestia, quarum magnitudinem terreno adhuc corpore obuoluti, sensu capere non possumus: iam se cum his officijs inanibus stultissimos esse cognoscant. Vel si cœleste lumen, quod dicimus solem, contemplari uelint, iam sentiât quòd non indigeat lucernis eorum Deus, qui ipse in usum hominis tam clarâ, tam candidam lucem dedit: & tamen cùm in tam paruo circulo, qui propter longinquitatem non amplius quàm humani capitis uidetur habere mensuram, tantum sit fulgoris, ut eum mortalium luminum acies nō queat contueri: & si paulisper intenderis, hebetatos oculos caligo ac tenebræ consequantur: quid tandem luminis, quid claritatis apud ipsam Deum, penes quem nulla nox est, esse arbitremur? qui hanc ipsam lucem sic moderatus est, ut neq; nimio fulgore, neq; calore uehementi noceret animantibus: tantumq; istarum rerum dedit ei, quantum aut mortalia corpora pati possunt, aut frugum maturitas postulare. Num igitur mentis suæ compos putandus est, qui auctori & datori luminis, candelarum aut cereorū lumen offert pro munere? Aliud uerò ille à nobis exigit lumen, & quidem non fumidum, sed (ut ait poeta) liquidum atq; clarum, mentis scilicet, propter quod à poetis φῶς nuncupatur, quod exhibere non potest, nisi qui Deum agnouerit. Illorum autem dij, quia terreni sunt, egent luminibus, ne in tenebris sint: quorum cultores, quia cœlesti nihil sapiunt, etiam religiones quibus deseruiunt ad terram reuocant. In ea enim lumine opus est, quia ratio eius & natura tenebrosa est. Itaq; dijs nō cœlestem sensum, sed humanum potius attribuunt: ideoq; illis necessaria & grata credunt esse, quæ nobis, quib. aut esurientibus opus est cibo, aut sitientibus potu, aut ueste algentibus, aut cùm sol decesserit lumine, ut uidere possimus. Nullis igitur ex rebus tam probari & intelligi potest, deos istos, cùm aliquando uixerint, mortuos esse, q̄ ex ipso ritu qui est totus è terra. Quid enim cœlestis in se boni potest habere pecudum sanguis effusus, quo aras inquinant: nisi fortè deos existimant eo uesci, quod homines aspernantur attingere. Et quisquis illis hanc saginā præstiterit, quamuis ille grassator, adulter, ueneficus, parricida sit, beatus ac felix erit. Hunc diligunt, hunc tuentur, huic omnia quæ optauerit, præstant. Meritò ergo Persius huiuscemodi superstitiones suo more deridet:

— *Qua tu (inquit) mercede deorum*

Emeris auriculas, pulmone & lactibus unctis?

Sentiebat uidelicet, nō carne opus esse ad placandam cœlestē maiestatem, sed mente sancta, & iusto animo, & pectore (ut ipse ait) quod naturali sit honestate generosum. Hæc est religio cœlestis, nō quæ cōstat ex rebus corruptis, sed quæ uirtutibus animi, quæ oritur è cœlo. Hic uerus est cultus in quo mens colentis, seipsam Deo immaculatā uictimā sistit. Id aut ipsam quomodo consequendū, quomodo præstandū sit, docebit huius libri disputatio. Nihil enim tam præclarū, hominib; cōueniēs potest esse, quàm erudire homines ad iusticiā. Apud Ciceronē Catulus in Hortensio philosophiā rebus omnibus præferēs, malle se dicit uel unū paruū de Officio libellū, quàm longā orationē pro seditioso homine Cornelio. Quæ sententiā nō utiq; Catuli qui fortasse illud non dixit, sed Ciceronis est putanda qui scripsit. Credo ut libellos, quos de Officijs erat scripturus, cōmendaret: in quibus ipsis nihil esse testatur in omni philosophiā melius & fructuosius, quàm præcepta uitæ dare. Quòd si hoc illi faciūt quibus nō est ueritas cognita, quanto magis nos facere debemus qui à Deo eruditi & illuminati possumus uera præcipere: nec tamē sic docēbimus, ut quasi prima uirtutis elementa tradamus, quod est infinitū: sed tanquā docēdum susceperimus eum, qui apud illos iam perfectus esse uideatur. Manētibus enim præceptis eorū quæ solent ad probitatem rectè dare, ignota illis

illis superstruemus, ad perficiendam, consummandamq; iusticiam, quam nō tenēt. Ea uerò, quæ possunt cum illis esse communia, prætermittam, ne quid ab ijs uidear mutuari, quorum errores coarguere atq; aperire decreuerim.

COMMENTARIVS.

Docet Deo nec hostias, nec libationes, nec cereos placere: ut qui autor harū rerū, atq; dator sit, ijs indigeat minimè. Argumenta sumuntur ab expositione uocis, et testimonijs. Opimas.) Opimas hostias pingues esse, uel ex Sexto Pompeio notū est. Sed audi Tertullianū, quæ nā opima sunt sacrificia, quæ Deo placeant. Cuius uerba ex ca. 30. Apologia hæc sunt: Hæc ab alio orare nō possum, quā a quo scio me consequitur: quoniam et ipse est qui solus præstat, et ego sum cui impetrare debetur; famulus eius, qui eū solū obseruo, qui ei offero opimā & matorē hostiā, quā ipse mādauit, orationē de carne pudica, de anima innocenti, de Spiritu S. profectā. Nō grana thuris uini uis, nō a radice arboris lachrymas, nec duas meri guttas, nec sanguinē reprobī hominis mori optātus, & post omnia inquinamēta etiā conscientia spurcā; ut mirer, cū hostiæ probētur penes uos a uicissimis sacerdotibus, quorū præcordia potius uictimariū, quā ipsorū sacrificantiū examinantur? Veli coeleste lumē.) Quid Latanti? an tuo tēpore nulli cerei in cœtib. uestris atq; leiturgijs fuere? Nā si more fuisset ab ecclesiæ receptum addere candelas, dixisses fortassis, idolis nō esse addēdas. Sed quia uanū atq; absurdū esse doces, patri luminū lumen accendere, maior hæc in Christianis quā paganis uanitas censenda est; quos solidas suæ religionis rationes habere, & si necessitas hoc flagitet, reddere etiā deest. Scio quid uutiligator aliquis superstitiosus responsurus sit, nēpe ex Hieronymo aduersus Vigilantiū probari posse, cereos ad lectionē Euāgelij accēdi solitos, in Occidētali maximè ecclesia: & hoc ad leticiā testandam pertinuisse. Memini me etiā ex Oecolampadio audiuisse, maiestatis causa fuisse quondam luminaria rebus sacris adhibita. Sunt etiā hodie qui admittūt inter adiphora. Sed cōfiteri cogimur, hanc ceremoniā uel a Iudæis ad Christianos manasse, id quod probabile est: uel ab Ethnicis, id quod partim ex hoc capite colligi potest, partim ex alijs coniecturis, quas purificationis festū præbet, cuius ritus uel ad Saturnaliorū, uel Orgiorū imitationē instituti, uel (ut qbusdā placere uideo) ex Proserpine raptu, imitandi insanā accepisse uideri possūt. Si igitur a Iudæis, quorū quæso mi Hieronymo ad Augustinum in epistola de officioso mēdacio scribis, Iudæorū ceremonias Christianis perniciosas esse, atq; mortife

ras? Sin ex Gentibus fluxit, iam ob hoc ipsum nō explodēda modò, sed damnāda sunt, & ex ecclesia Christi elimināda prorsus. Quod dicimus solē, eo quod solus est. Cum in tam paruo circ.) Meditatio Theologo digna. Quam humani capitis.) Heraclitus solē latitudine pedali esse dixit: Epicurus tantū, quantum adparet, ut Plut. in Placitis refert. Laert. hoc posterius etiā ad Heraclitū refert. Cōtra Epicurū disputat Cleomedes lib. 2. Cæterum de solis magnitudine lege Plin. lib. 2. cap. 11. Macrobi. li. 1. de Somnio Scip. cap. 20. ipsum Ptol. lib. 5. cap. 16. de magna Construct. & ibidē Theonē, atq; eundē rursus in Arato, ibi: ὄσορ δ' ὀφθαλμοῖο, & c. Tantū sit fulgoris.) cum purus nimirū est. Cleomedes lib. 2. Neq; nimio fulgore.) Lege Plin. lib. 2. cap. 23. In eandē meditationem, mentē suā immisit Grynaeus, illud doctrinarū lumen, in eo cōmentario quē scripsit in Aristotelis de Mundo libellū, & Basilus eis τῶν ἐξαιρηγορ. φῶς nuncupatur.) Grammatici dicūt, φῶς quādo uirū significat, grati tono scribi, φῶς τὸ φῶς, τὸ λέγω μόνον γὰρ ὁ ἀνθρώπος λογικὸν ζῶον. quādo uerò lumen, circumflexo, sed uideo differentia cōfundi: Adscribā super huius uocis ratione, uerba Theologi, mirifice huc quadrantia: φῶς τὸ τὸν ἀνθρώπου ὀνομάζουσι, εἰς τὴν τὸν ἡμῶν λόγος διδάμην. Adscribā etiā uerba Plutarchi ex Sermonē, utrum bene dictum sit, λάθε βιώσας οἶμαι δὲ καὶ τὸν ἀνθρώπου αὐτὸν ἔτρωσι φῶτα καλεῖν εὐ παλαιὸς ὅτι τὸ γινώσκον καὶ γινώσκον ἐκείνο εἰς συγκρίσειαν ὅπως ἰχθὺς ἐμπέφυκον. αὐτῶν τε τῶν ψυχῶν γίνονται τῶν φιλοσόφων φῶς εἰς τὴν ὁσίαν νομίζουσι, ἄλλοις τε χρωμένοι τε κηκεῖοις, καὶ ὅτι τὸν τῶν μάλα τῶν ἡγενοῖαν ἢ ψυχὴν δὲ σπανάσει, καὶ πᾶν τὸ ἀφ' ἡγῆς ἰθαρεί, καὶ τὰ ἀφ' ἡγῆς τὰ σκοπινὰ φῶτα, καὶ τῶν φῶτας ὄντα πλήρη πῶς αὐτῶν, ἢ δὲ ἢ αὐτῶν καὶ πεινῶν ἔτρωσι τὸ φῶς ὄσιν, ὡς τε μὴ ἄλλοι τὸ φῶς σφόδρα πῶν ἀνδρῶν φῶτος τῶν σκοπῶν θείων. ἀλλὰ τὸ τὸ πᾶσαν ἡδονῶν καὶ πᾶσαν εἰς εἰβῶν καὶ ἀπόλαυσιν, ὡς ὅτι καὶ τὸν ἡδονῶν καὶ τῶν ἀγαθῶν, ἰλαρὸν ποιεῖ καὶ φιλοφροσύνην, ὅτι εἰς τῶν ἡγενοῖαν αὐτῶν ἐμβαλῶν, καὶ σκοπῶν πῶς ἀφ' ἡγῆς, καὶ ἡγενοῖαν φῶν τὸ βίον, εἰσὶν αὐτῶν βαρύνει δὲ τῶν ἡγενοῖαν, καὶ ἀπαιδῶν πῶς τὸ εἶναι. Apud Macr. lib. Sat. 1. ca. 11. ex

huius uocis homonymia natum legimus, ut pro imaginibus hominum Saturno cerei mergeretur, & in Saturnalibus accenderetur. Ex hac homonymia exponendum censeo hunc Nonni uersum, qui sub initium Paraphraseos est, καὶ λόγος αὐτοφυτοῦ θεοῦ, φῶς ἐκ φῶς & φῶς: ut, φωτός uocabulum altero loco uirum, Christum uidelicet, altero loco lucem significet: quo autor ad Nicæanæ synodi symbolū præterea respexisse uideatur, quod proponente Eusebio receptum est, cuius uerba sic habent: καὶ εἰς γὰρ λέγειον ἰησοῦ χριστοῦ, τὸν ἑὸν λόγον, θεὸν ἐκ θεοῦ, φῶς ἐκ φωτός. De quo lege Theodoritum lib. 1. cap. 12. & Basilium in quadam ad Antiochensem ecclesiam epistola. David Psal. 35. γὰρ ἦν φωτὶ σὺ ὁφόμεθα φῶς. Nazianzen. φωτός ἀκροτάτος φῶς ἀκροῦ. Item alibi, ἀλλ' ὡς δὲ σέλα & σέλας

ἄρχεται. Prudentius contra Sabellianos:

Totus & ex toto Deus est de lumine lumen.

Nam sicut Pater ab Iacobo recte πατὴρ & φῶς ἦν appellatur: sic filius à Paulo ad Heb. ἀπαύγασμα & δόξος τοῦ πατρὸς: & Nazianzeno, ab eodem patre τοῦ πατροφῶς. Conuenit utriq; uerè hoc uocabulum, si φῶς propriè id est, quod in se ipso uim illuminandi habet. Per. f. ius.) Satyra 2. In Hortensio.) Argumentum, libros Officiorum post Hortensium esse scriptos: de quo in præfatione secundi Off. à nobis dictum est. Seditioso hominè Cornelio.) Non Balbo, cuius actionis de ciuitate quaestio est. Actionum pro Cornelio meminit ipse Cicero in lib. de Orat. & de Petitione consulatus. Cæterum hæc Ciceronis uerba puto ex Hortensio esse.

De uis uita, & de uitijs & uirtutibus quæ in litera Pythagorica figurantur: de cœli præmijs, & infernorum pœnis.

CAP. III.

DVæ sunt uia, Constantine Imperator, per quas humanam uitam progredi necesse est. una, quæ in cœlum ferat: altera, quæ ad inferos deprimat: quas & poetæ in carminibus, & philosophi in disputationibus suis induxerunt. Et quidem philosophi alteram uirtutum esse uoluerunt, alteram uitiorum: eamq; quæ sit assignata uirtutibus, primo aditu esse & arduam, & confragosam, in qua si quis difficultate superata, in summum eius euaserit, habere eum decætero planum iter, lucidum amœnumq; campum, & omnes laborum suorum capere fructus uberes atq; iucundos. Quos autem primi aditus difficultas deterruerit, eos in eam uitiorum uiam labi atq; deflectere, quæ primo ingressu sit quasi amœna, multoq; tritior. deinde cum in eam paulò ulterius processerint, amœnitatis eius speciem repente subduci: exoriri aut uiam præcipitem, nunc saxis asperam, nunc obductam sentibus, nunc gurgitibus intercifam, uel torrèntibus rapidã, ut laborare, herere, labi, cadere sit necesse. Quæ omnia eò proferuntur, ut appareat, in uirtutibus capiendis labores esse maximos: in perceptis autè maximos fructus, & solidas atq; incorruptas uoluptates: uitia uerò quibusdam delinimentis naturalibus allidere animos hominum, & inanium iucunditatū specie captos, ad acerbis amaritudines miseriasq; perducere. Sapiens profus disputatio, si uirtutum ipsarū formas atq; terminos scirent. Non enim didicerant uel quæ sint, uel quid eas mercedis à Deo maneat, quod nos his duobus libris docebimus. Hi uerò quia ignorabant, aut dubitabāt, animas hominū immortales esse: & uirtutes & uitia terrenis honoribus aut pœnis aestimauerūt. Omnis ergo hæc de duabus uis disputationis ad frugalitatē ac luxuriã spectat. Dicunt enim humanæ uitæ cursum Y literæ esse similē: q; unusquisq; hominū, cum primū adolescētiæ limē attingit, & in eum locum uenerit, parteis ubi se uia findit in ambas, hæreat nutabundus, ac nesciat in quā se partē potius inclinēt. Si ducem nactus fuerit, qui dirigat ad meliora titubantem: hoc est, si aut philosophiam didicerit, aut eloquentiã, aut aliquid honestæ artis, quò euadat ad bonā frugē, quod fieri sine labore maximo nō potest, honestā ac copiosam uitam disputant peracturū. Si uerò doctorem frugalitatis non inuenerit, in sinistram uiam, quæ uirtutis ac melioris speciem mentiatur, incedere: id est, desidiam, inertiam, luxuriã se tradere,

tradere, quæ suauia quidem uidentur ad tempus, uera bona ignorati, post autem amissa omni dignitate, ac re familiari, in omnibus miseris ignominiaque uicturum. Ad corpus ergo, & ad hanc uitam quam in terra ducimus, fines earum uiarum retulerunt. Poeta fortasse melius, qui hoc biuium apud inferos esse uoluerunt. Sed in eo falluntur, quod eas uias mortuis proposuerunt. Vtrique ergo uerò, sed tamen utriusque non recte: quia oportuit uias ipsas ad uitam, fines earum ad mortem referri. Nos igitur melius & uerius, qui duas istas uias, coeli & inferorum esse dicimus: quia iustis immortalitas, iniustis poena æterna proposita est. Quomodo autem hæc uia uel in cœlum tollant, uel ad inferna præcipitent, explicabo: & aperiam, quæ sint uirtutes quas philosophi nescierunt: tum earum quæ sint præmia, simul & quæ sint uitia, quæ uel eorum supplicia monstrabo. Nam fortasse aliquis expectet, ut separatim de utriusque ac uirtutibus dicam, cum de bono aut malo disserentibus nobis, etiam quod est contrarium possit intelligi. Siue enim uirtutes inferas, uitia sua sponte decedent, siue etiam uitia eximas, uirtutes ultrò subibunt. sic bonorum ac malorum constituta natura est, ut se inuicem semper oppugnent, semper expellant. ita fit, ut neque uitia detrahi sine moribus possint, nec uirtutes inferi sine detractione uitiorum. Has igitur uias longè aliter inducimus, quàm à philosophis induci solent. Primum, quod utriusque propositum esse dicimus duces, utrumque 20 immortalem: sed alterum honoratum, qui uirtutibus ac bonis præsit, alterum damnatum, qui uitis ac malis. Illi autem in dexteriore tantum uia duces pronuntiant, neque unum, neque perpetuum. Si quidem quemlibet doctorem bonæ artis inducunt, qui à delicia reuocet homines, & frugè esse doceat. Sed neque ingredi faciunt in eam uiam, nisi pueros & adolescentes, uidelicet quod artes discantur in his ætatibus. Nos autem, omnis sexus, & generis, & ætatis, in hoc cœleste iter inducimus: quia Deus, qui eius uia dux est, immortalitatem nulli homini nato negat. Forma quoque ipsarum uiarum non ita est, ut illi putauerunt. Quid enim opus est Y litera, in rebus contrariis atque diuersis? Sed altera illa melior, cõuersa est ad solis ortum, altera illa deterior ad occasum. quoniam 30 nam qui ueritatem ac iusticiam sequitur, is accepto immortalitatis præmio perenni luce potietur: qui autem ab illo malo duce illectus prætulerit uitia uirtutibus, mendacium ueritati: necesse est, ad occasum & tenebras deferatur. Describam igitur utrumque, & earum proprietates habitusque monstrabo.

COMMENTARIUS:

Hactenus præfatus est, sequentia erunt ferè exegetica. Et in hoc capite cum sequenti, biuium illud uirtutis enarrat, siue maius similitudinem Euangelicam *πῶς ἐστὶν ἡ πλατείας τῶν ὁδῶν*: Matth. 7. Luc. 13. Quæ abhinc sunt usque 14 capit. capite *ἡ ὁδοὶ τῶν* tertio comprehenduntur.

40 Quas & poetæ. Hesiodus in Ergis: *τὴν μὲν τοὶ λαοὶ ποταμὸν ἰὼν ἰλασθῆν ὄρνιθ' ἐλάσῃ, πρὶν δὲ ὄρνιθ' ἰδῆν, μάλα δ' ἐγγυθὶ ναεῖ.* *τῆς δ' ἀρετῆς ἰσοῦται θεοὶ πεποταροῖσιν ἐθνη* (αὐτῶν, καὶ) *Ἀθῶνασι, μακρὸς τε καὶ ὄρθι' οἰμῶ' ἐπ'* *καὶ πρηνὸς τὸ πρῶτον· ἐπὶ δ' εἰς ἄκρον ἰκνῶται,* *πρὶν δ' ἡπείτα πᾶσι, χαλεπὴν πρὸς ἰδέσθαι.*

50 Quo loco scholiastes refert, Quintum quendam simili figmēto palmam in celfo posuisse colle: quo significaret, res præclaras sine multo & tempo-

re & labore non contingere. Vide Prouerb. Difficilia quæ pulchra. Et philosophi.) Xenophon, uel apud Xenophontem in libro *ἁπομνημονοῦμαι* 2. Socrates, ex Prodicō Herculis narrat insomnium, quo uirtus & uoluptas illi uisæ, quarum utraq; iuuenem ad sui studium pellicere satagit: quo loco citati à nobis Hesiodi uersus referuntur. Quæ de re uide etiam Philostratum in Prodicō, & Ciceronem Officiorum primo, ubi nos Xenophontis uerba adscripsimus, aliisque ad eam rem loca citauimus. & apud Platonem in Protagora ipse Prodicus inducitur, de hoc uirtutis colle uerba faciens. Atque huius rursus meminit idē Plato lib. de Legib. quarto. Nec dissimilia sunt, quæ Cebes nobis in sua depinxit tabula. Vitæ cursum.) Literæ Pythagoricæ meminit ex Ecclesiasticis scriptoribus Hieronymus, in epistola quædam ad Lætiam, item ad Pamachium, de

de obitu Paulinæ: & in cap. 10. Ecclesiasticis, hunc locum liquidò cum elogio citat. Describitur à Marone his uersiculis:

Litera Pythagoræ discrimine secta bicorni,
 Humanæ uitæ speciem præferre uidetur.
 Nam uia uirtutis dextrum petit ardua callem,
 Difficilemque aditum primum spectatibus offert:
 Sed requiem præbet fessis in uertice summo.
 Molle ostentat iter uia lata, sed ultima meta
 Præcipitat captos, uoluitque per ardua saxa.
 Quisquis enim duros casus uirtutis amore
 Vicerit, ille sibi laudemque decusque parabit.
 At qui desidiam, luxumque sequetur inertem,
 Dum fugit oppositos incauta mente labores:
 Turpis, inopsque, simul miserabile transiget æuū.
 Attingit & Palingenius in Sagittario. Pythagorica fortassis dicitur, quia γ & ζ. creditur à Pythagora inuentæ: uel propter σ υ σ ο υ χ ι α ς illas,

quarum Arist. in primo Moralium meminit, cap. 6. atque rursus lib. 2. cap. item 6. quo loco & ipse & eius commentator Eustratius rationem reddunt, quare procliuus sit peccare, quam rectè facere: nempe quòd rectè faciendi modus sit unus, & terminus finitus: peccandi uerò ratios plurimæ, nullus finis propositus: sicut etiam in constitutione et ualitudine corporis, in qua una est *ὁρμή*, *λαχρῆ* & *ἰσχυρὰ* innumeræ & infinitæ. Caterum bini Evangelici meminit idem Eustratius in ipsdem Commentarijs libro 10. cap. 3. Parte is ubi se.) Hemistichium ex sexto Aen. ubi describitur iter ad campum Elysium, de quo in sequenti susus. Apud inferos.) De hoc in sequenti capite dicitur. Ut neque uitia.) Vnius enim ortus, alterius est interitus, inquit in Physicis philosophus. Hæc res pulchrè expressa est in Euangelio Matth. 12. Luc. 11. in parabola de forti armato.

De uis uita, & uoluptatibus: & incommodis Christianorum.

CAP. IIII.

VNa est itaque uirtutis ac bonorum uia, quæ fert non in Elyseos campos (ut poetæ loquuntur) sed ad ipsam mundi arcem.

— At leua malorum

Exercet poenas, & ad impia tartara mittit.

Est enim Criminatoris illius, qui prauis religionibus institutis, auertit homines ab itinere cœlesti, & in uiam perditionis inducit. Cuius uia species & figura sic est composita in aspectu, ut plana, & patens, & omni genere florum atque fructuum delectabilis esse uideatur. in ea enim posuit Deus omnia, quæ pro bonis habentur in terra, opulentiã dico, honorem, quietem, uoluptatē, illecebras omnes: sed cum his pariter iniusticiam, crudelitatem, superbiam, perfidiam, libidinem, cupiditatem, discordiam, ignorantiam, mendaciū, stulticiam, cæteraque uitia. Exitus autem huius uia talis est: Cum uentum fuerit ad extremum, unde iam regredi non licet, cum omni sua pulchritudine tam subito præciditur, ut non antè quis fraudem prospicere possit, quam præcipitatus in altitudinem profundam cadat. Quisquis enim præsentium bonorum specie captus, & in his consequendis ac fruendis occupatus, non præuiderit ea quæ post mortē secutura sunt, seque à Deo auerterit: is uerò ad inferos deiectus, in aternam damnabitur poenã. Via uerò illa cœlestis difficilis & cliuosa proposita est, uel spinis horrentibus aspera, uel saxis extantibus impedita: ut cum summo labore ac pedum tritu, cumque magna cadendi sollicitudine sit cuique gradiendum. In hac posuit iusticiam, temperantiã, patientiam, fidem, castitatem, abstinentiam, concordiam, scientiam, ueritatem, sapientiam, cæterasque uirtutes, sed simul cum his paupertatem, ignominiam, laborem, dolorem, amaritudines omnes. Quisquis enim spem suam porrexerit longius, & meliora maluerit, carebit his terræ bonis, ut expeditus ac leuis difficultatem uia superet. Nec enim potest, qui se apparatu regio circumdederit, aut diuitijs onerauerit, angustias illas uel ingredi, uel tenere. Vnde intelligitur idcirco malis & iniustis facilius prouenire quæ cupiãt, quia prona & decliuis est eorum uia: bonis aut, quæ optet difficile procedere, quia difficili & arduo itinere gradiunt. Iustus ergo, quoniã durum asperumque iter ingressus est, contemptui, derisui, odio sit necesse est. Omnes enim quos cupiditas aut uoluptas præcipites

præcipites trahit, inuident ei qui uirtutem capere potuit: & iniquè serunt id
 habere aliquem quod ipsi non habent. Erit itaq; pauper humilis, ignobilis,
 subiectus iniuriæ, & tamen omnia quæ amara sunt perferens. Et si patientiã
 iugem, ad summum illum gradum finemq; perduxerit, dabitur ei corona uir-
 tutis & à Deo pro laboribus quos in uita propter iusticiam pertulit, amor-
 talitate donabitur. Hæ sunt uia, quas Deus humanæ uitæ assignauit, in qui-
 bus singulis & bona ostendit, & mala: sed ordine præpostero, atq; conuerso.
 In una enim monstrauit temporalia prius mala cum æternis bonis, qui est or-
 do melior: in altera, tēporalia prius bona, cum æternis malis, qui est ordo de-
 terior: ut quicunq; præsentia mala cum iusticia delegerit, maiora & certiora
 consequatur bona, quam fuerunt illa quæ spreuit: quisquis autem præsentia
 bona præposuerit iusticiæ, in maiora & longiora incidet mala, quam fuerunt
 illa quæ fugit. Hæc enim uita tēporalis quia breuis est, idcirco & bona eius
 & mala breuia sint necesse est. Illa uerò spiritalis, quæ huic terrenæ contraria
 est, quoniam sempiterna est, idcirco & bona eius & mala sempiterna sunt. Ita
 fit ut & bonis breuib; mala æterna, & malis breuib; bona æterna succe-
 dant. Itaq; cum simul proposita sint homini bona & mala, cōsiderare unum-
 quenq; secum decet, quanto satius sit perpetuis bonis mala breuia pensare,
 quam pro breuib; & caducis bonis mala perpetua sustinere. Nam sicut in
 hoc seculo, cum est propositum cum hoste certamen, prius laborandum est
 ut sis postmodum in ocio, esuriendum, sitiendum, æstus, frigora perferenda,
 humi quiescendum, uigilandum, periclitandum est, ut saluis pignoribus, &
 20 domo & re familiari, & omnibus pacis ac uictoriæ bonis perfrui possis: sin
 autem præsens ocium malueris quam laborem, malum tibi maximum facias
 necesse est: præoccupabit enim aduersarius non resistentē, uastabuntur agri,
 diripietur domus, in prædam uxor ac liberi uenient, ipse aut interficiere, aut
 30 capiēre: quæ omnia ne accidant, præsens commodum differendū est, ut ma-
 ius longiusq; pariat: Sic in omni hac uita, quia nobis aduersariū Deus re-
 feruauit, ut possemus capere uirtutē, omittenda est præsens uoluptas, ut ho-
 35 stis opprimat: uigilandum, stationes agendæ militares, expeditiones obeun-
 de, fundendus ad ultimum cruor, omnia deniq; amara & graua patienter fe-
 renda, eo quidē promptius, quo nobis imperator noster Deus præmia pro
 laboribus æterna constituit. Et cum in hac terrena militiã tantum homines
 laboris exhauriant, ut ea sibi pariant quæ possunt eodem modo perire quo
 40 parta sunt: certē nobis nullus labor est recusandus, quo id acquiritur quod
 nullo modo possit amitti. Voluit enim Deus, qui homines ad hanc militiam
 genuit, expeditos in acie stare, & intentis acriter animis ad * inuisibilis ho- * unius
 stis insidias, uel apertos impetus uigilare: qui nos, sicut periti & exercitati du-
 ces solent, uarijs artibus captat, pro cuiusq; natura & moribus sæuens. Alijs
 enim cupiditatem insatiabilem immittit, ut opibus suis tanquam cōpedibus
 illigatos, à uia ueritatis excutiat. Alios inflammat iræ stimulis, ut ad nocen-
 dum potius intentos, à Dei contemplatione detorqueat. Alios immodera-
 tis libidinibus immergit, ut uoluptati & corpori seruientes, ad uirtutem re-
 spicere non possint. Alijs uerò inspirat inuidiam, ut suis ipsi tormentis occu-
 pati, nihil cogitent aliud, nisi eorum quos oderint felicitatem. Alios inflam-
 mat ambitionibus. Hi sunt, qui ad gerendos magistratus omnem uitæ suæ
 operam, curamq; conuertunt, ut fastos signent, & annis nomen impe-
 rant. Quorundam cupiditas tendit altius, non ut prouincias temporali
 50 gladio regant, sed ut infinita & perpetua potestate dominos se dici uelint
 uniuersi generis humani. Quos autem pios uiderit, uanis implicat reli-
 gionibus, ut impios faciat. Iis uerò qui sapientiam quærunt, philoso-
 phiam in oculos impingit, uti specie lucis excæcet, ne quis comprehendat
 ac teneat

ac teneat ueritatem. Sic hominibus obstruxit aditus omnes, & obsepfit uias, publicis lætus erroribus, quos ut discutere possemus, ipsūq; autorem malorum uincere, illuminauit nos Deus, & armauit uera cœlestiq; uirtute: de qua nunc mihi differendum est.

C O M M E N T A R I V S.

Meminiſſe oportet, quod ſub ſinem ſecundi capituli præmiſit, ſe manebus gentiliū præceptis ueritatem ſuperſtructurum. Sic bono & candido & ſincero animo, omnia (iuxta Paulum) cooperantur in bonū. Sic Paulus ille Gentium doctor ignoti Dei apud Athenienſes aræ, ueluti fundamento, ueri Dei cognitionē ſuperſtruxit. Sic Lactantius noſter in ſuperiori capite, gentiliū de Biniſo doctrinæ, Euangelici Biniſi doctrinam ſuperſtruxit. Sic arreptam nūc ex campi Elyſij deſcriptione occaſionem proſequitur, docendo quæ uia ad uitam ducat. Habet ſyncriſis mirabilem euidentiam. Expatiatur autem in campum Chriſtiane militiæ, in qua non modò certaminis conditiones, ſed etiam hoſtis ingenium depingit. At læua malorum.) Verba Maronis in 6. citantur ab eodem Hier. in 10. Eccleſiaſtiſ caput. Similis ex eadem re argumētatio eſt apud Chryſoſt. cōtra uituperatores uitæ monaſticae lib. 2. Ceterū non huius loci eſſe arbitrōr. de campo Elyſio dicere, de quo tam diuerſæ ſunt hominum ſententiæ. Nam alij aiūt apud inferos eſſe, alij apud Aegyptum, alij apud Lesbium: alij ruruſ locum mu-

nitum, alij orbem minime uagum. Deſcribitur ab Homero Odyſſ. 4. Dictum aiunt ἀπὸ τοῦ λυσιμνήχου: uel (ut quidam uolunt) ab Elyſio cuiuſdam Eleutheri filio. Criminatoſis.) τὸ ἀλάλδ. Exitus huius uitæ.) Videlendum eſt, ſi ſaluam allegoriam uolumus: ſicut etiā in ſuperiori capite. Quomodo autē uia iſta. Corona uirtutis.) Iacobus & Petrus coronam uitæ uocant, Paulus coronam iuſtitiæ. Nam ſicut.) Elegans ſimilitudo, qua doctorem finem belli eſſe: de quo aliquando apud Ciceronem diximus. Eſt autem, teſte Petro, omnino ſic comparatū, ut paſſiones ſint priores, poſteriores uerò gloriæ. Stationes agenda.) Miſeſis ex fragmento de Rep. Vnde etiam hoc eſt, quod Deum Imperatorem (ὡς τὸν ἀρχηγόν) nominat. De quo ſuprà lib. 3. cap. 18. dictum eſt uerboſius. Niſi mauiſ totum hunc locum eſſe coſcriptum ad imitationem Apoſtoli, qui in 2. ad Timotheum epiſt. cap. 2. Chriſtianum inſtituit militem, ne ſe mundi negocijs implicet, ut τὸς ἄλλοις τοῖς ἄνθρωποις placere poſſit: neq; enim quænam coronam mereri, niſi legitime certauerit.

De falſa uirtute, & eadem uera: & ſcientia. CAP. V.

Spſa uirtus: quam non rectè philoſophi definierūt, quid eſſet, aut in quibus rebus, quid operis, quid habeat officij. Nomen itaq; ſolum retinuerunt, uim uerò & rationem & effectum perdiderunt. Quæcunq; autem in definitionē uirtutis ſolent dicere, paucis uerſibus colligit & enarrat Lucilius. quas malo equidem ponere, ne dum multorum ſententias refello, ſim longior, quam neceſſe eſt:

*Virtus Albine eſt, precium perſoluere uerum,
 Quis inuerſamur, quis uiuimus rebus poteſſe.
 Virtus eſt homini, ſcire id quod quæque habeat res.
 Virtus, ſcire homini, rectum, utile, quid ſit honeſtum:
 Quæ bona, quæ mala item, quid inutile, turpe, inhoneſtum.
 Virtus, quærenda finem rei ſcire, modumq;
 Virtus, diuitijs precium perſoluere poſſe.
 Virtus, id dare quod re ipſa debetur honori:
 Hoſtem eſſe, atq; inimicum hominum, horumq; malorum.
 Contra defenſorem hominum, morumq; bonorum:
 Hoſ magnificere, his bene uelle, his uiuere amicū.
 Comoda præterea patriæ ſibi prima putare:
 Deinde parentum, tertiā iam poſtremaq; noſtra.*

Ab iſs definitionibus, quas Poeta breuiter comprehendit, M. Tullius traxit officia uiuendi, Panætium Stoicū ſecutus: eaq; tribus uoluminibus incluſit. Hac

Hæc autem quàm falsa sint, mox uidebimus: ut appareat, quantum in nos dignatio diuina contulerit, quæ nobis aperuit ueritatem. Virtutem esse dixit, scire quid sit bonum: & malum, quid turpe, quid honestum, quid utile, quid minus. Breuius facere potuerat, si tantum bonum ac malum diceret: quia nihil potest esse utile ac honestum, quod non idem bonum sit: nihil inutile ac turpe, quod non idem malum. Quod & philosophis uidetur, & idem Cicero in tertio supradicti operis libro ostendit. Verùm scientia non potest esse uirtus, quia non est intus in nobis, sed ad nos extrinsecus uenit. Quod autem transire ab altero ad alterum potest, uirtus non est: quia uirtus sua cuique est. Scientia igitur alieni beneficij est, quia posita est in audiendo. Virtus tota nostra est, quia posita est in uoluntate faciendi bona. Sicut ergo in itinere celebrando nihil prodest uiam nosse, nisi conatus ac uires suppeditent ambulandi: ita uerò scientia nihil prodest, si uirtus propria deficiat. Nam ferè etiam ij qui peccant, etsi non perfecte, tamen quid sit bonum & malum sentiunt: & quoties aliquid improbè faciunt, peccare se sciunt, & ideo celare nituntur. Sed cum eos boni & mali natura nõ fallat, cupiditate mala uincuntur ut peccent: quia deest illis uirtus, id est cupiditas recta & honesta faciendi. Ex hoc igitur apparet, aliud esse scientiam boni maliq̃, aliud uirtutem: quia potest esse scientia sine uirtute, sicut in plurimis philosophorū fuit. In quo, quoniam rectè ad culpam pertinet, non fecisse quæ scieris, rectè uoluntas praua & uiciosus animus, quem excusare ignoratio non potest, punietur. Ergo sicut uirtus nõ est, bonum ac malum scire: ita uirtus est, bonum facere, malum non facere. Et tamen scientia sic cum uirtute coniuncta est, ut scientia præcedat uirtutem, uirtus sequatur scientiam: quia nihil prodest cognitio, nisi & actio subsequatur. Horatius igitur paulo melius definiuit:

*Virtus est, uitium fugere: & sapientia prima,
Stulticia caruisse.*—

Sed ineptè, quòd eam contrario terminauit. ut si diceret: Bonum est, quod malum nõ est. Cum enim quid sit uirtus nescio, ne uitium quidem quid sit scio. Vtrumq̃ igitur indiget definitione: quia natura rei talis est, ut utrumque aut intelligi aut non intelligi sit necesse. Verùm nos faciamus, quod ille debuit. Virtus est, iram cohibere, cupiditatem compescere, libidinem refrenare: id est enim, uitium fugere. Nam ferè omnia quæ fiunt iniuste atq̃ improbè, ab his oriuntur affectibus. Si enim commotionis huius quæ ira dicitur, impetus retundatur, omnes hominū contentiones malæ sopientur, nemo insidiabitur, nemo prosiliet ad nocendū. Item si cupiditas temperetur, nemo terra mariq̃ grassabitur, nemo exercitum ducet ut rapiat & uastet aliena. Item, si ardor libidinum cõprimatur, omnis ætas & sexus retinebit suam sanctitatem, nemo quicquam pudendum aut patietur aut faciet. Ergo uniuersa scelera & flagitia his cõmotionibus uirtute sedatis, ex hominū uita moribusq̃ tollentur. Quæ sedatio commotionum & affectuum hanc habet rationem, ut omnia recta faciamus. Omne igitur uirtutis officium est, non peccare: quo profectò fungí non potest, qui Deum nescit: quoniam ignoratio eius à quo bona oriuntur, imprudentem impingat in uitia necesse est. Itaq̃ ut breuius & significantius utriusq̃ rei summa officia determinemus, scientia est, Deum nosse: uirtus, colere: in illo sapientia, in hoc iusticia continetur.

C O M M E N T A R I V S.

Reprehendit philosophorū definitiones, quibus quid uirtus sit describunt. Primum Lucilij & Ciceronis, qui scire, hoc est uirtus, & prudentiam inter uirtutes ponunt: deinde Horatij à contrario definitionē: postremò quid uirtus, quid scientia sit, paucis aperit. Status finitionis est. Quid esset.) Definitione. In quibus.) differentia, & causa materiali. Quid operis.) causa effectrice. Quid officij.) effectus, uel proprio. Vim.) Respondet operi. Rationem.)

tionem.) λόγος, quod definitionem apud Aristotelem interpretantur doctiores, ubi ποδὶ τῆς δμονυμίας loquitur. **Traxit officia.)** 1. Honestū an turpe. 2. Honestū honesto honestius. 3. Utile an inutile. 4. Utile utili utilius. 5. Comparatio utilium & honestorum. Sed de his suo loco dictum est. **Dignatio.)** ἀξίωσις, alioqui magis significat τὸ ἀξίωμα, hoc est dignitatis aestimationem, Plinij maximè tempore. **Scire quid sit.)** Disputat Plutarchus, utrū uirtus doceri possit. & Musonius, ut Ioannes Stobæus eum citat, uirtutis genus facit scientiam: ἢ ἀρετὴν, inquit, ἡδίστην δὲν, ἢ δεωγρατικὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀρετῆς. Quibus astipulatur proverbium, Annus producit, non ager. Cæterum reliqui philosophi magno consensu dicunt uirtutem habitum esse uoluntatis, cum sciētia habitus sit intellectus. Verūm quod apud Lucilium uerbum Scire toties repetitur, uirtuti ueluti genus attributum, contentionis componendæ causa, dicam nō ut Socrates, uirtutes omnes esse prudētiās, sed ut Aristoteles, uirtutes omnes cū prudentia esse coniunctas: sub finem 6. Moralium. **Cicero in tertio.)** Capite primo, quo contra Panætij diuisionē disputat. Nam, inquit, siue honestum solum bonū est, ut Stoicis placet: siue quod honestū est, id ita summum bonum est, quemadmodum peripateticis nostris placet, ut omnia ex altera parte collocata uix minimi momenti instar habeant: dubitandum non est, quin nunquā possit utilitas cum honestate contendere. **Verūm scientia.)** Argumentum hoc non tam uerum est, quā uero simile. & si rationem, mi Lactanti, rectè inibis, animaduertes tibi accidere, quod in superiori libro in Lælio reprehendisti. Nam quod probandæ propositionis causa assumpisti, uerum non est. Non (opinor) inficiaberis, fidem esse uirtutem, cum etiam Plato Dei cognitionē uirtutē uerā in Theæteto fecerit. Atqui fides, ut Paulus ad Rom. scripsit, ex auditu est. Quare diligentius expendendum est, quatenus in nobis sit, uel non sit. Quod si philosophis illis credimus, nostrū discere nihil aliud esse quā reminisci: facillè intelligemus quiddam in nobis esse, quod per doctrinam excitatur, quod dialectici φρονητικὴ δυνάμις appellat, Ethici φρονητικὴ ἀρετὴ. Nam sicut uirtus uidendi in oculo, non in lumine est: ita in mente humana facultas quædam est: quæ si excitatur, exerit sese. Tu in una Eusebia sapientiam ueram, & uerum Dei cultum superius posuisti. Sapientia uirtus est, & sapientia, quia eius facultas insita est per naturam humanæ menti. Quare ratio isthæc tua uacillat,

qua dicis, quicquid forinsecus accedat, uirtutem non esse. Fœcūditas uirtus quædam naturalis est: ea nō tum demum ad sceminam forinsecus uenit, quando uir cum ea congregitur. Atque rursus in arbore prius est fertilitas, quā solis calor humori mixtus eam elicit. Possē huius generis sexcenta exempla proferre, ubi simili ratione uis aliqua naturalis rebus, sicuti uis intelligendi menti humanæ inest, & ab ipso creatore ab initio infusa. Taceo iam, quod ne forinsecus quidem docētē doctore, & mentis lumen per suam doctrinā accendente, doctrina cœlestis accedit, nisi cœlestis unā doctor in pectora nostra latente quadam uel penetraverit: non magis quā uera uirtus ipsa, quā nemo in pectoribus humanis quā solus sanctificator formare potest. usque adeo nō in nobis est uirtus, ut quicquid illud sit quod in nobis est, nil nisi peccatum sit, nisi id fuerit à numine diuino per regenerationem emendatum, reformatum. **Virtus tota nostra est.)** Rem alioqui uerā docet ex fundamentis parum solidis. Nam Paulus uolebat quidem rectè facere, dictante hoc spiritu: sed præstandi facultatem in se non inueniebat, hoc est, in ea hominis parte, quæ moles terrena est. sicut etiam Petro caro & sanguis uerā sapientiam non reuelarant. Quare ita statuendū est, uirtutem & scientiam iuxta in homine uel esse, uel non esse. Est enim in homine scientiæ lumen, si cœlestis fuerit accensum: ita uirtus in nobis est nulla, nisi diuino numine in nobis fuerit excitata: quæ tamen dum in hac carne uiuimus, ita imbecillis est, ut in conflictu sæpe succubat: neque quicquam roboris habet, nisi fuerit diuinitus suppeditatum. id quod tu, mi Lactanti, concedere uideris, in quo te pugnanti dicere parū animaduertis. **Nisi conatus.)** Quid Lactanti, quod Epictetus ille Stoicus nō ὁρῶν modo, νεοὶ ὁρῶν in nobis esse dicit, sed etiam ὁρῶν? Si opinio in nobis est, multo certè magis sapientia, uel scientia: nisi hominis proprium esse dicas errorem, errorem autem cum opinione esse coniunctissimum. Sed eodem reuoluimur. **Et ideo celare.)** Ex consequentibus. **Cupiditate mala.)** Vbi ergo Lactanti est tua illa propria uirtus? Id est, cupiditas recti. **Sed Deus dat & uelle & perficere.** Si ex Deo, ergo in nobis non sunt, nisi quatenus Deus seminaria quædam nobis utriusque facultatis insentit: quæ copiosiore in nobis nascerentur prouentur, nisi naturæ humanæ fundus originali malo esset uitiat. **Horatius.)** Epistola prima lib. 1. **Contrario.)** Citant quidem hoc exemplum in loca

loco *ἡ ἀρετὴ ἢ ἀφαιρέσις*. sed quantum
momenti ea definiendi ratio habeat, obscurū uel
mediocriter exercitatis esse non potest. Vir-
tus est, iram.) Ab effectu. Exemplo sint Adā
& Eux perisomata. Irā.) Hæc in nobis sunt,

hæc sunt lex carnis nostræ: quæ non uirtus ani-
mi, quæ hebetata est, & enervata, sed uirtus di-
uini spiritus uincit & subigit. Argumenta sumpta
sunt ex causis ad effectus. Deū nosse.) Sed
neutrū ex nobis est, utrumq; diuinitus cōtingit.

De summo bono, & uirtute, scientiâ & iusticia.

CAPVT VI.

10 **D**ixi quod erat primum, scientiam boni nō esse uirtutem: deinde quid sit
uirtus, & in quo sit. Sequitur, ut id quoq; ipsum, quid sit bonum & ma-
lum, nescisse philosophos breuiter ostendam: quod penē declaratum est li-
bro tertio, cum de summo bono disputarem. Qui autem, quid esset summum
bonum nescierunt, & in cæteris bonis malis ue, quæ summa non sunt, erra-
uerint necesse est: quod non potest uero iudicio examinare, qui fontem ip-
sum non tenet, unde illa descendunt. Fons autem honorum Deus est, malo-
rum uerò ille scilicet, diuini nominis semper inimicus, de quo sæpe diximus.
Ab his duobus principijs bona malaq; oriuntur. Quæ ueniunt à Deo, hanc
habent rationem, ut immortalitatem parent, quod est summum bonum: quæ
autem ab illo altero, id habent officium, ut cœlestibus auocatum, terrenisq;
20 demersum, ad pœnam interficiant sempiternam, quod est summum malum.
Non igitur dubium est, quin illi omnes quid esset bonum & malum ignora-
uerint, qui nec Deum nec aduersarium Dei scierint. Itaque finem honorum
ad corpus, & hanc ad breuem uitam retulerūt, quod scilicet solui & occidere
necesse est, non sunt progressi ulterius: sed omnia eorum præcepta, & om-
nia quæ inducunt bona, terræ inhaerent, & humi iacent: quoniam simul cum
corpore, quod est terra, moriuntur: pertinent enim nō ad uitam homini com-
parandam, sed ad quærendas uel augendas opes, honores, gloriam, poten-
tiam, quæ sunt uniuersa mortalia, tam scilicet quam ille, qui ut ea sibi contin-
gerent laborauit. Hinc est illud:

Virtus, querende finem rei scire, modumq;.

30 Præcipiunt enim, quibus modis & quibus artibus res familiaris quærenda
sit, quia uident malè quæri solere. Sed huiusmodi uirtus non est proposita fa-
pienti. Nec enim uirtus est, opes quærere, quarum neq; inuentio neq; pos-
sessio in nostra potestate est. Itaque & quæstu & obtentu faciliores sunt ma-
lis quam bonis. Non potest ergo uirtus esse in ijs rebus quærendis, in qua-
rum contemptu uis ac ratio uirtutis apparet: nec ad ea ipsa transfugiet, quæ
magno ac excelso animo calcare ac proterere gestit: neque fas est, animam
cœlestibus intentam bonis, ut hæc fragilia sibi compareret, ab immortalibus
suis operibus auocari. Sed potissimum in ijs rebus comparandis uirtutis ra-
tio consistit, quas nobis nec homo ullus, nec mors ipsa possit auferre. Cum
40 hæc ita se habeant, illud quod sequitur uerum est:

Virtus, diuitijs precium persoluere posse.

Qui uersus idem ferè significat, quod primi duo: sed neque ipse, neque quis-
quam philosophorum scire potuit precium ipsum uel quale, uel quod sit. Id
enim poeta, & illi omnes quos sequutus est putauerunt, rectè opibus uti, hoc
est, frugi esse: non instruere conuiuia sumptuosè, nec largiri temerè, non ef-
fundere in res superuacuas aut turpes rem familiarem. Dicit aliquis fortasse,
Quid tur? negas ne hanc esse uirtutem? Non equidem nego: contraria enim
uidear probare, si negem. Sed ueram nego, quia non sit illa cœlestis, sed to-
50 ta terrena: quando quidem nihil efficiat, nisi quod remaneat in terra. Quid
sit autem rectè opibus uti, & quis sit ex diuitijs fructus petendus, declarabo
apertius, quum de pietatis officio loqui cœpero. lam cætera quæ sequuntur,
nullo

nullo modo uera sunt. Nam improbis inimicitias indicere, aut bonorum defensionem suscipere, potest cum malis esse commune. Quidam enim probitate ficta uiam sibi ad potentiam muniunt, faciuntque multa quae boni solent, eo quidem promptius, quod fallendi gratia faciunt. Utinamque tam facile esset praestare, quam facile est simulare bonitatem. Sed si cum esse coeperint propositi ac uoti sui compotes, & summum potentiae gradum caperint, tum uero simulatione deposita, mores suos detegunt, rapiunt omnia, & uiolant & uerunt: eosque ipsos bonos, quorum causam susceperant, insequuntur, & gradus per quos ascenderunt amputant, ne quis illos contra ipsos possit imitari. Veruntamen putemus hoc officium non nisi boni esse, ut bonos defendat. At id suscipere facile est, implere difficile: quia quum te certamini congressionisque commiseris, in arbitrio Dei, non tuo, posita uictoria est. Et plerumque improbi & numero & conspiratione sunt potentiores quam boni: ut ad eos superandos non tam uirtus sit quam felicitas necessaria. An aliquis ignorat, quod aliquoties melior iustiorque pars uicta sit? Hinc semper dominationes acerbae in ciues extiterunt. Plena est exemplis omnis historia, sed nos contenti erimus uno. Cn. Pompeius bonorum uoluit esse defensor, siquidem pro republica, pro Senatu, pro libertate arma suscepit. Idem tamen uictus, cum ipsa libertate occidit, & a spadonibus Aegyptiis detruncatus, insepultus abiectus est. Non est igitur uirtus, aut hostem malorum esse, aut defensorem bonorum: quia uirtus incertis casibus non potest esse subiecta.

Commoda praeterea patriae sibi prima putare.

Sublata enim hominum concordia, uirtus nihil est omnino. Quae sunt enim patriae commoda, nisi alterius ciuitatis aut gentis incommoda? Id est fines pro-
pagare, alios uiolenter eiectionis, augere imperia, uectigalia facere minora. Quae omnia non utique uirtutes, sed uirtutum sunt euerisiones. In primis enim tollitur humanae societatis coniunctio, tollitur innocentia, tollitur alieni abstinentia, tollitur denique ipsa iusticia, quae dissidium generis humani ferre non potest: & ubicunque arma fulserint, hinc eam fugari & exterminari necesse est. Verum est enim Ciceronis illud: Qui autem ciuium rationem dicunt habendam, externorum negant, dirimunt hi communem generis humani societatem: qua sublata, beneficentia, liberalitas, bonitas, iusticia funditus tollitur. Nam quomodo potest iustus esse qui nocet, qui odit, qui spoliat, qui occidit? Quae omnia faciunt, qui patriae prodesse nituntur. Id enim ipsum prodesse quid sit ignorant. Nihil putant utile, nihil commodum, nisi quod teneri manu potest: quod solum teneri non potest, quia eripi potest. Haec itaque (ut ipsi appellant) bona quisquis patriae acquisierit, hoc est, qui eueris ciuitatibus, gentibusque deletis, avarium pecunia refererit, agros caperit, ciues suos locupletiores fecerit: hic laudibus fertur in caelum, in hoc putatur summa & perfecta esse uirtus. Qui error non modo populi & imperitorum, sed etiam philosophorum est, qui praecipua quoque dant ad iusticiam, ne stulticiae ac maliciae disciplinae quoque autoritas desit. Itaque quum de officiis ad rem militarem pertinentibus disputant, neque ad iusticiam neque ad ueram uirtutem accommodatur illa omnis oratio: sed ad hanc uitam, moremque ciuilem, quem non esse iusticiam & res indicat, & ipse Cicero testatus est. Sed nos, inquit, ueri iuris germanaque iusticiae solidam & expressam effigiem nullam tenemus. Umbra & imaginibus utimur: easque ipsas utinam sequeremur. feruntur enim ab optimis naturae ac ueritatis exemplis. Umbra est igitur & imago iusticiae, quam illi iusticiam putauerunt. Quid sapientiam? nonne idem confitetur, in philosophis esse nullam? At quum Fabricius (inquit) fortis, aut Aristides iustus nominatur: aut ab illo fortitudinis, aut ab hoc iusticiae petitur tanquam a sapiente exemplum. Nemo enim horum sic sapiens, ut sapientem uolumus

uolumus intelligi. Nec ij qui sapientes habiti & nominati, M. Cato, & C. Laelius, sapientes fuerunt: nec illi quidem septem: sed ex mediolorum officiorum frequentia similitudinem quandam gerebant, speciem que sapientum. Si ergo & philosophis, ipsorum confessione, adempta sapientia est: & ijs qui iusti habiti sunt, adempta iusticia est. omnes igitur illae uirtutis descriptiones falsae sint necesse est: quia quae sit uirtus uera scire non potest, nisi iustus ac sapiens. Iustus autem ac sapiens nemo est, nisi quem Deus praecipis coelestibus erudiuit.

COMMENTARIUS.

10 Eiusdem status huius capituli quaestio est, in quo superior uersabatur. Nam dum edocet, philosophos, eo quod fontem omnis boni nesciuerunt, constituere non potuisse, quid sit bonum illud, quod summum ab ipsis appellatur: obiter singulos aliquot ex Lucilianis uersibus superiori capite adductis confutat. Possessio.) quia ne corpus quidem. nam secundum Stoicos, neque corpus in nobis esse crediderunt, neque eorum rerum quicquam quae ad corpus pertinent. *ὅτι ἐφ' ἡμῶν, ἢ κτῆσις, ὀφέλαι, ἀρχαί, ἢ γὰρ λόγος ὅσα ἔχ' ἡμετέρας ὀφθαλμοί.* Hoc est frugi esse.) Interpretatio, quid frugalitas sit, per enumerationem partium. *ὠτάρκειαν* Graeci uocant, ἢ ἀντέλειαν, quam Sophocles *διδρασκάλου τῷ σοφῶν* facit. Hanc sic definiunt: *ὠτάρκειαν τελείους ἡλίσσεως ἀγαθῶν, ἔξῃς λαδ' ἢ οἱ ἔχοντες αὐτοὶ αὐτῶν ἀρχουσι.* Quid tu.) Occupatio, obiectionem soluit per interpretationem. Cum de pietate.) capite 12. Probitate ficta.) Quam hypocrisis in Euangelicae litterae una uoce uocat. & exemplum manifestissima sunt sacerdotes Hierosolymitani, quibus Romani nihil cedunt. Eadem ratione Machumetes quoque sibi uiam ad potentiam muniuit. De simulata religione caput est in primo Valerij Maximi libro. Bonos defendat.) Vnde etiam ne orator quidem, nisi uir bonus, esse potest. In arbitrio Dei.) Licet subinde liberum arbitrium statuere uideri queat: eam tamen sententiam, quoties opus est, ita declarat, ut hoc totum in rebus bonis uelle, ad arbitrium & nutum cunctipotentis referat. Cn. Pompeius bonorum.) De quo Plutarchus, Appianus, & praesertim Cicero in Epist. passim. Spadonibus.) Pothnium eunuchum regium intelligit, qui loco Ptolemaei iuuenis regnum administrabat. Quae sunt enim patriae comoda.) Naturae siue humanitatis ius, constringit & copulat uniuersum genus humanum. 50 Quod qui uiolat, naturam uiolauit. Contra quod peccant singulae respub. uel gentes, quae alijs pro-

pagandorum finium causa arma inferunt. quum detrahare alteri sui commodi causa, iuxta Ciceronem, magis contra naturam sit, quam mors, quam dolor, &c. Hinc praeterea colligere licet, ius humanum prorsus aliud esse, quam ius gentium. Nam ex iure gentium bella sunt orta, bella uero cum iure humanitatis pugnant. In 3. Officiorum sequitur Zafium: sed iam muto suffragium, afferens, ius humanum non esse ius gentium, quod consociatione generis humani dirimit: cum huius proprium sit, homines uno coniunctionis uinculo sociare, non dirimere. Deinde colligendum hinc est, iura ciuilia naturali siue humano non praedictare, contra oratorum & iureconsultorum sententiam. Nulla siquidem lex aequa censenda est, quae uel in fraudem naturae constituitur, uel non ex aeterna lege fluit. Vnde etiam priuilegia omnia contra aequabilitatem consociationis humanae inuenta, cum aequitate coniuncta non sunt. Hinc etiam monopola iniqua sunt omnia, quibus communi mortalium utilitati compedes iniunguntur. Ciceronis.) Libro Offic. tertio: unde haec omnia desumpta sunt. Qua sublata.) Sublata enim causa, tollitur effectus. Nam quomodo.) A contrarijs. Quod solum.) Ab instantia. Aerarium.) Sic hodie episcopi creduntur frugi esse, si episcopis fiscum ex pauperum sudore atque sanguine locupletiores relinquunt: cum Sixtus & Laurentius loge diuersum exemplum Ecclesiae praesidibus reliquerint. Ipse Cicero.) Offic. 3. Vnde infra capite 12. umbraticum & imaginarium praepceptorem Ciceronem uocat. M. Cato, & C. Laelius.) De hoc apud ipsum Ciceronem in Laelio atque Catone: supra quoque lib. 5. cap. 18. satis opinor dictum est. Ex mediolorum officiorum.) Quae *λαθῆνοντα* uocant: de quibus tres Ciceronis libri, qui iuuentutis hodie manibus teruntur, scripti sunt. Nam ad perfecta, quae Stoici *τοῦ βίου ἀρετῆς* uocant, nemo gentiliu aspirare potuit: quia uera a ipsis, ut ex sequentibus patebit, defuit religio.

Quòd uia erroris est species sapientiae & uirtutis: & quòd uia ueritatis & sapientiae est simplex, & angusta & ardua, & Deum habet duce[m]. CAPVT VII.

IAm illi omnes, qui per aliorum confessam stulticiam sapientes existimantur, specie uirtutis inducti, umbras & imagines apprehendunt, nihil uerū quod ea sit ratione: quoniam uia illa mēdax, quæ fert ad occasum, multos tramites habet, propter studiorum & discipulorum uarietatem, quæ sunt in uita hominis dissimiles atq; diuersæ. Nam sicut uia illa sapientiae habet aliquid simile stulticiae, quod libro præcedente monstrauimus: ita hæc quum sit tota¹⁰ stulticiae, habet aliquid simile sapientiae, quod arripiunt n̄ qui stulticiam publicam intelligūt: & ut habet uitia manifesta, sic habet aliquid quod simile esse uideatur uirtuti: ut habet apertum scelus, sic imaginem quandam speciemq; iusticiae. Quomodo enim præcursor eius uia, cuius uis, & potestas omnis in fallendo est, uniuersos in fraudem posset inducere, nisi uerisimilia hominibus ostentaret? Deus enim ut immortale illud arcanum eius in operto esset, posuit in uia sua quæ homines pro malis & turpibus aspernarentur: ut auerli a sapientia & ueritate, quam sine ullo duce requirebant, in idipsum inciderent, quod uitare ac fugere cupiebant. Itaque illam perditionis ac mortis uiam multiplicem ostēdit, uel quòd multa sunt genera uitæ, uel quòd dii multi qui²⁰ coluntur. Huius dux præuaricator ac subdolos, ut uideatur esse discrimen aliquod falsi ac ueri, mali ac boni. Alia ducit luxuriosos, alia eos qui frugī appellātur, alia imperitos, alia doctos, alia inertes, alia strenuos, alia stultos, alia philosophos, & eos quidem non uno tramite. Illos enim qui aut uoluptates aut diuitias non refugiunt, ab hac publica & celebri uia modicè segregat: eos autem qui aut uirtutem sequi uolunt, aut contemptum rerum, proficētur, per confragosa quædam præcipitia trahit. Sed tamen illa omnia itinera quæ speciem bonorum ostendunt, non sunt alia uia, sed diuerticula & semitæ: quæ uidentur quidem ab illa communi dextro uersum separari, ad eandem tamen & ad unum omnes exitum sub ipso fine referuntur. Ibi enim dux ille coniun-³⁰ git omnes, ubi opus fuerat bonos a malis, fortes ab inertibus, sapientes a stultis separari: in deorum scilicet cultu, in quo ille uniuersos (quia sine ullo discrimine stulti fuerunt) uno mucrone iugulat, & præcipitat in mortem. Hæc autem uia, quæ est ueritatis, & sapientiae, & uirtutis, & iusticiae, quorū omnium fons unus est, una uis, una sedes, & simplex est, quòd paribus animis summaq; concordia unum sequamur & colamus Deum: & angusta, quoniam paucioribus uirtus data est: & ardua, quoniam ad bonum, quod summum atq; sub-⁴⁰lime est, nisi cum summa difficultate ac labore non potest perueniri.

C O M M E N T A R I V S.

Differit porro de duabus uijs, idq; in genere exegetico & ephrastico: ostendens unam esse ueritatis uiam, erroris uerò plura esse diuerticula, plures semitas, quæ beatitudinem pollicentur. Quæ nos de uarijs monasticæ uitæ professionibus non minus intelligere possumus, quam ipse de factionibus philosophicis. Vna & simplex ratio boni est, mali uariæ & multiplices. Quod ea sit.) Lege, fit. Discipulorum.) Miror cur Gryphius expeditam lectionem intrica- uerit. Nam (disciplinarum) rectè legitur. Studia

dicit, quibus auditores se magistris addicebant: ut Pythagoræi Pythagoræ. Disciplinas dicit ipsas factiones, quas aigætes Græci uocant, quibus professiones inter se differebant. Per-⁴⁰cursor.) Neque hæc mutatio, quam superior, minus temeritatis habet. Præcursor enim, quam percursor, multo significantius legitur: meta- phora à præcursore theatri sumpta. Intel-⁵⁰ligit enim demonem meridianum, qui se transformare solet in angelum lucis. De

Hæc est uia quam philosophi quærunt: sed ideo non inueniunt, quia in terra potius, ubi apparere non potest, quærunt. Erunt ergo uelut in mari magno, nec quò ferantur intelligunt: quia nec uis cernunt, nec ducẽ sequuntur ullum. Eadẽ namq; ratione hanc uitæ uiam quæri oportet, qua in alto iter nauibus quæritur: quæ nisi aliquod cœli lumen obseruent, incertis cursibus uagantur. Quisquis autem rectũ iter uitæ tenere nititur, non terram debet aspicere, sed cœlum: & (ut apertius loquat) non hominem sequi debet, sed Deũ: non his terrestribus simulachris, sed Deo seruire cœlesti: nõ ad corpus referre omnia, sed ad mentem: non huic uitæ dare operam, sed æternæ. Itaque si oculos in cœlum semper intendas, & solem quã oritur obserues, eum que habeas uitæ quasi nauigij ducem, sua sponte in uiam pedes dirigentur: & illud cœleste lumen, quod sanis mentibus multo clarius sole est, quã hic quẽ carne mortali uidemus, sic reget, sic gubernabit, ut ad summum sapientiæ uirtutisq; portum sine ullo errore perducatur. Suscipienda igitur Dei lex est, quæ nos ad hoc iter dirigat, illa sancta, illa cœlestis, quam M. Tullius in lib. de Republica tertio penẽ diuina uoce depinxit, cuius ego, ne plura dicerem, uerba subiici: Est quidem uera lex, recta ratio, naturæ congruens, diffusa in omnes, constans, sempiterna, quæ uocet ad officium iubendo, uetando à fraude deterreat: quæ tamen necq; probos frustra iubet aut uetat, necq; improbos iubendo aut uetando mouet. Huic legi nec obrogari fas est, necq; derogari ex hac aliquid licet, necq; tota abrogari potest. Nec uerò aut per senatum, aut per populum solui hac lege possumus. Necq; est quærendus explanator aut interpret eius alius. Nec erit alia lex Romæ, alia Athenis, alia nunc, alia posthac: sed & omnes gentes & omni tempore una lex, & sempiterna & immutabilis continebit: unusq; erit communis quasi magister & imperator omnium Deus, ille legis huius inuentor, disceptator, lator: cui qui non parebit, ipse se fugiet, ac naturam hominis aspernatus, hoc ipso luet maximas pœnas: etiãsi cætera supplicia quæ putantur, effugerit. Quis sacramentum Dei sciens, tam significanter enarrare legem Dei possit, quã illam homo longè à ueritatis noticia remotus expressit: Ego uerò eos qui uera imprudenter loquuntur, sic habendos puto, tanquam diuinent spiritu aliquo instincti. Quòd si ut legis sanctæ uim rationemq; peruidit, ita illud quoq; scisset aut explicasset, in quibus preceptis lex ipsa consisteret: non philosophi functus fuisset officio, sed propheta. Quòd quia facere ille nõ poterat, nobis faciendum est, quibus ipsa lex tradita est ab illo uno magistro & imperatore omnium Deo.

COMMENTARIUS:

Cum itaq; uia sit aliqua, quæ rectè ambulantes ad ueram felicitatem ferat, eam tamen pauci apprehendant: indicat autor noster causas, quoniam hoc fiat, elegantissima quadam allegoria, à qua ne Euangelicæ quidem historiæ abhorrent, huius mundi errores pelagi erroribus conferens, in quo incerti iactamur, si uera cynosura careamus. Cynosuram uerò Lactantius noster facit legem æternam, quã alij legem naturæ uocant, alij diuinam. In hac consistit cultus Dei, & amor proximi. Illam partem hoc capite, hanc 9. 10. 11 et 13 explicabit. In reliquis docebit causas, cur mortales legem hanc suis conatibus explere nequicquã

conentur. In mari magno.) Optimũ docendi genus, accepta ex rebus humanis atq; terrenis occasione, mentes hominũ ad cœlestiũ cogitationes euehere. In quibusdã historijs Euangelicis, ex mari mundum interpretantur, ex nauicula Ecclesiam. Cœli lumen.) interdu solare, nõ etu cynosurã, uel arctos. Nolo ut quisquã Lactantio litem intendat, quòd legem faciat lucem: quum lex umbra lucis sit, non enim illam intelligit quæ à Mose lata est, sed eam quæ ab æterno mens & uoluntas cõstans & immutabilis & fuit, & erit in infinita tẽpora. Eam humanis mentib. insequit. Ea Ciceroni recta ratio est, quæ tamen primi partentis

renis culpa in homine uitata est. Quod Christus notat, ubi ait: Si lumen quod in uobis est, tenebræ sunt, quanto magis ipsæ tenebræ? Nec certe aliter lumen hoc nostrum ullum de se splendorem præbere potest, quam reliqua sidera, quæ lumen suum à sole scenerantur. Tum demum enim mentes nostræ illuminantur, quando illis oritur sol iusticiæ. Hæc est illa lux quæ in tenebris lucet, & illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, &c. **Pedes.**) Quos affectus ferè allegoricòs interpretantur. **Dei lex.**) Quam ob id ipsum diuinã, iura etiam Pontificia Isidorum sequuta uocant: qui eam natura constare dicunt, sicut humanas moribus. Errat ergo Pomponius, qui religionem erga Deum, & reuerentiam quæ parentibus & patriæ debetur, iuri gentium assignat. l. 2. ff. de iusticia & iure. Errat ipse Cicero, qui in tertio Officiorũ ius gentium natura cõstare ait. **Ad hoc iter.**) Vnde David: Lucerna pedibus meis uerbũ tuũ, &c. **Recta ratio.**) Cicero alicubi in Officij ait, inter quos ratio cõmunis sit, inter eosdem etiam rectam rationem esse communem. Ex ratione τὰ κατὰ φύσιν τὰ fluunt, ex recta ratione τὰ κατὰ νόμον τὰ. Sed Cicero quia cœlesti lumine illuminatus non fuit, quæ recta ratio sit ignorauit: & ob id etiam κατὰ φύσιν τὰ. Idem in Legibus libro primo sic definit: Lex est ratio summa, insita in natura, quæ iubet ea quæ facienda sunt. **Naturæ congruens.**) Quare Cicero in primo de Legibus eam Naturæ uim appellat. **Diffusa in omnes.**) Aristoteles libro Moralium quinto, capite septimo, ciuile ius in naturale diuidens, & legitimum: naturale dicit, cuius uis apud omnes ualet. **Constans, sempiterna.**) Cicero in secundo de Legibus: Hanc igitur uideo sapientissimorum fuisse sententiam, legem neque hominum ingenijs excogitatam, nec scitum aliquod esse populorum: sed æternum quiddã, quod uniuersum mundum regeret, imperandi prohibendiq; sapientia. Huic legi nec abrogari.) Nomodecalogus, quæ Mosi Dominus dedit, nihil ab hac æterna lege differt, nisi quod scripta est, & certo quodam tempore lata, per Mosen quidem: sed huius legis uindicta ab initio satanam per duellionis ac maiestatis reum ad tartara damnauit. Hæc lex Adamum & consortem paradiso expulsos, hanc dolore partus, illum laboribus cum sudore exhauriendis, utrumque morte multauit. Hæc lex Cainum fratricidam ab Ecclesia exulem, confusione mentis & odio recti plexit.

Hæc mundi sordes diluuiò purgauit: hæc scelera Sodomitica igne & sulphure extinxit. Hanc cõ Dominus Mosi scriptam daret, cauit ne quid illi uel adiciatur, uel adimatur, uel immutetur quicquam. Hoc nomine Tertullianus capite quarto Apologetici, Romanorum leges sugillat, quod contra hanc nostrã rogatæ sunt, & crebris mutationibus nouæ ueteribus commutari solent. **Nec uerò & per senatum.**) Aliud rursum argumentum: hoc ius aliud esse à iure communi, siue naturali, siue Gentium: aut certe Vlpianum non uera dicere in l. ius ciuile. ff. de iusticia & iure, ibi enim definit ius ciuile esse, quod neque in totum à naturali uel Gentium recedit, neque per omnia ei seruit. Aequè fallit & illud, quod in eadem lege ait, ius ciuile effici, quum iuri communi aliquid uel additur, uel detrahatur. **Neque erit alia lex Romæ.**) Notatio est, iuris nimirum ciuilis, non unius, sed alterius etiam reipublicæ, de quo uide §. Sed ius. Institut. de iure naturali, gent. & ciuili, & in Decretis pontific. cap. 2. distinctione 1. Ego Theophili uerba subiiciam: ἀλλὰ τὸ πολιτικὸν νόμιμον ἐκ μίαις ἐκείνης πόλεως πρῶτον, γὰρ ἢ καὶ λεγεται, δεχεται τὸ ὀνομαστικὸν οἶον τῶν ἀθλωαίων ἢ λακεδαίμωνίων. εἰ γὰρ τις ἐθέλει τὸ Σόλωνος τὸ τῶν ἀθλωαίων νομοθέτου, ἢ τὸ Δρακόντος τὸ τῶν Ἰωλακεδαίμωνίων, ius ciuile Atheniensium uel Lacedæmoniorum, τούτῃσι πολιτικὸν νόμιμον τῶν ἀθλωαίων ἢ λακεδαίμωνίων ἀπὸ καλέσαι, οὐκ αὐτὸ σημαρῆται, οὐδὲ σφραγῆται ἀληθείας. ὡσαύτως καὶ τὸ νόμιμον, ὡς τὸ ἢ ἑωμαικὴν λέχεται πολιτεία, ius Quiritium, τούτῃσι, ὡς λέχεται οἱ λεχέεται. οἱ γὰρ ἑωμαιοὶ ἀπὸ λεχέου, τούτῃσι ἑωμύου, τὸ δὲ ἀφῆως τῶν γήρσιμῶν ἔχειν ἀρχαῖον, ἰουσιεῖται πρῶτον γινόντα, ἡνίκα δὲ τις ἀπὸ διορίσως ἐποιεῖ ius ciuile, ὃ πρῶτον θεμελίον τὸ τῆ δ᾽ αἶνα πόλεως, τὸ ἑωμαικὸν ἑωμαικῶν, ὡς πρὸς ἡνίκα ποιητῶν εἰπόντες, καὶ μὴ πρῶτον γινόντες τὸ κείνου ὄνομα, παρ᾽ ἑλληνισμῶν δὲ ἡνίκα μὲν τὸν ὄνομα, παρὰ δὲ ἑωμαικῶν τὸν Βεγγίλιου. Hæc uerba eo libentius adscripsimus, quod textum Iustini nō modò explanare, sed etiam restituere uidentur. **Sed & omnes gentes.**) Sic Socrates apud Xenophontem libro ἑρμηνευόμενα τῶν, interrogatus num Deus aithor esset huius æternæ legis? respondit: ἐγὼ μὲν θεοῦ εἶμαι τοὺς νόμους τοὺς τοὺς πᾶσι ἀνθρώποις θεῖναι. καὶ γὰρ παρὰ πᾶσι ἀνθρώποις τοὺς πᾶσι τῶν νομίζονται θεοῦ εἶναι, &c.

Et Aristoteles loco superius citato, differentiã inter ius naturale & legitimum constituens: φασί τὸ πᾶν τὰ κατὰ φύσιν ἔχει δὲ νόμον, ἢ δὲ τὸ δὲ νόμον ἢ μὴ νόμον δὲ, ὅ δὲ ἀφ' ἧς μὲν ἀφ' ἧς φέρει, ὅπως ἢ ἄλλως. Huius respectu ius civile τὸ πᾶν, teste Theophilo, cognominatur, quod in certis finibus se contineret. Inuentor.) Ergo Demosthenes de civili lege faciens uerba, cum ait, τὰ κατὰ τὴν φύσιν εὐφραίνει τὸν δῶρον θεῶν εἶναι: significat, eas ex naturali fluere, & ob id ueras esse, nulloq; tēpore abolendas. Cæteræ, quæ ex naturali origine non habēt, sine piaculo uel negligi uel abrogari possunt. Facile uerò ex hoc lib. intelligitur, quæ leges ex hac æterna non manarint: nempe quæ cum uera religione, & cū charitate proximi pugnant. & illæ quia uipotissimum constant, legis nomen nõ me-

rentur, nec apud Græcos, nec apud Latinos. His enim delectum significat, à legendo nimirum dicta: illis, ἀφ' ἧς τὸν νόμον, eo quod suum cuique tribuat. Nemini autem cuiquam quicquam debemus, inquit Apostolus, præter charitatem. Nam præcepti finis est charitas. i. ad Timotheum capite primo. Disceptator.) iudex, arbiter. & hæc disceptationes liberæ sunt nullæ, legitimæ omnes. Neque melior legis interpret quiscquam, quàm ipse lator, neque disceptator dexterior. De lege æterna, præ cæteris ecclesiasticis scriptoribus scribit præclare Augustinus libro primo de Libero arbitrio. Ipse se sugiet.) Id facit conscientia, crudelissima torrix: ut Cain, & quicumq; confusione mentis, hoc est, furis tartareis aguntur.

De lege, & præcepto Dei, & misericordia: & errore philosophorum.

CAPVT IX.

Huius legis caput primum est, ipsum Deum nosse, soli obtemperare, solū colere. Non potest enim rationem hominis obtinere, qui parentem animæ suæ Deum nescit, quod est summū nefas. Quæ ignoratio facit, ut dijs alienis seruiat: quo nihil sceleratius committi potest. Hinc iam procliuus est ad maliciam gradus, per ignorantiam ueri ac singularis boni: quia Deus, quē nosse refugit, fons est ipse bonitatis ac ueritatis. Vel si iusticiam sequi uolet Dei, diuini tamen iuris ignarus, gentis suæ leges tanquam uerum ius amplectitur: quas non utiq; iusticia, sed utilitas reperit. Cur enim per omnes populos diuersa & uaria iura sunt condita, nisi quod unaquæq; gens id sibi sanxit, quod putauit rebus suis utile? Quantum autem à iusticia recedat utilitas, populus ipse Romanus docet: qui per feciales bella indicendo, & legitime iniurias inferendo, semperq; aliena cupiendo atque rapiendo, possessionem sibi totius orbis comparauit. Verum hi se iustos putant, si cōtra leges suas nihil faciant, quod etiam timori ascribi potest, si præsentium pœnarū metu sceleribus abstinere. Sed concedamus sanè, ut id natura, uel (ut ait Philosophus) sua sponte faciant, quod legibus facere coguntur. Num idcirco iusti erunt, quia parent institutis hominum, qui & ipsi aut errare aut iniusti esse potuerunt? Sicut illi duodecim Tabularū conditores, qui publicæ utilitati pro conditione temporum seruerunt. Aliud est igitur ciuile ius, quod pro moribus ubique uariatur. Aliud est uera iusticia, quam uniformem ac simplicem proposuit omnibus Deus: quam qui ignorat, & ipsum Deum ignoret necesse est. Sed putemus fieri posse, ut aliquis naturali & ingenito bono ueras uirtutes capiat: qualem fuisse Cimonem Athenis accepimus, qui & egentibus stipem dedit, & pauperes inuitauit, & nudos induit. Tamen cum illud unum, quod est maximum, deest, agnitio Dei: iam illa bona omnia superuacua sunt & inania, ut frustra in his assequendis laborauerit. Omnis enim iusticia eius similis est humano corpori, caput non habenti: in quo tametsi membra omnia & locis suis consent, & figura & habitudine: tamen quoniam deest id quod est omnium principale, & uita & omni sensu caret. Itaque membra illa formam tantummodo membrorum habent, usum non habent: tam scilicet, quàm caput sine corpore. Cui similis est qui, quum Deum ignoret, uiuit iniuste. Id enim solum habet, quod est summum, sed frustra: quoniam uirtutibus tanquam

tanquam membris eget. Itaq; ut sit uiuum ac sensibile corpus, & agnitio Dei necessaria est quasi caput, & omnes uirtutes quasi corpus: ita fiet homo perfectus ac uiuus. Sed tamen summa omnis in capite est: quod quamuis consistere non potest sine omnibus, sine quibusdam tamen potest. Et erit quidem animal uitiosum ac debile, sed tamen uiuet: sicut & is qui & Deum nouit, & in aliqua re peccat. Dat enim ueniam peccatis Deus. Itaq; sine membris aliquibus uiui potest, sine capite nullo modo. Hæc res efficit, ut philosophi etiã si natura sint boni, tamen nihil sciant, nihil sapiant. Omnis doctrina & uirtus eorũ sine capite est, quia Deum nesciunt, qui est uirtutis ac doctrinæ caput: quem qui nõ agnoscit, licet uideat, cæcus est: licet audiat, surdus: licet loquat, elinguis est. Cum uerò conditorem rerum parentemq; cognouerit, tunc & uidebit, & audiet, & loquetur. Habere enim caput cœpit, in quo sunt sensus omnes collocati, hoc est oculi, aures & lingua. Nam profectò is uidet, qui ueritatem in qua Deus est, uel Deum in quo ueritas est, oculis cordis aspexerit: is audit, qui diuinas uoces ac præcepta uitalia pectori suo affigit: is loquitur, qui cœlestia differens, uirtutem ac maiestatem Dei singularis enarrat. Quare non est dubium quin impius sit, quisquis Deum non agnouerit, omnesq; uirtutes eius, quas habere aut tenere se putat, in illa mortifera uia reperiuntur, quæ est tota tenebrarum. Quapropter nihil est quod aliquis sibi gratuletur, si has inanes uirtutes adeptus est: quia nõ tantum miser, qui bonis præsentibus careat, sed etiã stultus sit necesse est, qui labores in uita sua maximos suscipiat incassum. Nam dempta spe immortalitatis, quam Deus pollicetur in sua religione uersantibus, cuius assequendæ gratia uirtus appetenda est, & quicquid malorum acciderit, perferendum: maxima erit profectò uanitas, obsequi uelle uirtutibus, quæ frustra homini calamitates afferunt, & labores. Nam si uirtus est, egestatem, exilium, dolorem mortemq;, quæ timentur à cæteris, pati fortiter, ac subire: quid tandem in se boni habet, cur eam propter seipsum philosophi dicant expetendam? Nimirũ superuacuis & inanibus pœnis delectantur, quibus licet agere tranquille. Si enim mortales sunt animæ, si uirtus dissoluto corpore nihil futura est: quid fugimus attributa nobis bona quasi aut ingrati, aut indigni qui diuinis muneribus perfruamur? Quæ bona ut habeamus, sceleratè impièq; uiuendum est: quia uirtutem, id est iusticiam, paupertas sequitur. Sane igitur nõ est, qui nulla spe maiore proposita, ijs bonis quibus cæteri utuntur in uita, labores & cruciatus & miserias anteponat. Si autè uirtus (ut ab his rectissime dicitur) capessenda est, quia constat ad eam nasci hominè: subesse debet spes aliqua maior, quæ malorũ & laborum, quos perferre uirtutis est, magnum afferat præclarumq; solatium. Nec aliter uirtus, cum per se dura sit, haberi pro bono potest, quàm si acerbitatè suã maximo bono penset. Aequè non aliter his bonis præsentibus abstinendũ est, q̃ si sint aliqua maiora, propter quæ tãti sit & uoluptates omittere, & mala omnia sustinere. Ea uerò nulla sunt bona alia (ut in tertio docui) nisi perpetuæ uitæ. Hanc autem præstare quis potest, nisi Deus, qui uirtutem ipsam proposuit? Ergo in Dei agnitione & cultu, rerum summa uersatur, in hoc est spes omnis ac salus hominis: hic est sapientiæ gradus primus, ut sciamus quis sit nobis uerus pater, eumq; solum pietate debita prosequamur: huic pareamus, huic deuotissimè seruiamus: in eo promerendo actus omnis, & cura, & opera collocetur.

C O M M E N T A R I V S.

Aeternæ legis duo sunt capita. Vnum est cultus Dei, alterum amor proximi. Quæ Moses Hebræorum legislator duabus fuit complexus tabulis. Christus apud Matthæum capite uigesimo secundo, quum Pharisæorum quidam tentan-

di causa ex ipso sciscitaretur, quod nam magnum esset in Lege mandatum? respondit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Deinde subdit, Hoc primum & magnum esse mandatum:

datum: alterum autem esse simile huic, nempe, Diliges proximum tuum perinde atque teipsum. Deinde subdit, in his duobus mandatis totam legem atque Prophetas pedere. De priori itaque præcepto hoc capite disputat: de altero, sequentibus aliquot. Sensus autem huius capitis est, neglectum huius prioris mandati, maximam et summam esse impietatem. Quod conuenit cum illo Pauli, qui τὸ πρῶτον εἰς τὴν ἴστωρ summum et grauissimum peccatum facit.

Docet hoc similitudine humani corporis. Nam si cultus et cognitio Dei, hoc est, si fides desit, deesse corpori caput. Obiter discimus, opera quantumuis splendideant, si non sint ex fide, peccatum esse. Sed utilitas.) Vnde ius civile γεραιὼδες appellatur, teste in paraphrasi Theophilo. Sanxit.) Vnde leges sanctæ. Bud. Qui per feciales.) De quibus in primo Officiorum abunde dictum est. Sua sponte.) τὸ ἐκῶστος intelligit: de quo, præter cæteros, legendus est Nemesius de Natura hominis, capite 31.

XII Tab. conditores.) Decemviri. Imò iniusti fuerunt, eo quòd in unum annum condendarum legum causa creati, rempub. in quadam oligarchica occupantes, neque magistratum neque exercitiū deponere uoluerunt: præsertim Appius Claudius, qui tyrannide plus quam Sicula, Virginiam contra ius et fas in seruitutem uindicare nitebatur. De quo Pomp. in l. 2. ff. de orig. iuris. Lege ex historicis Luitium lib. 5. Urbis cond. Dionys. Halicarnass. lib. 10 et 11. Val. Max. lib. 6. cap. 1. Florū lib. 1. cap. 24. Eutrop. lib. 1. cap. 12. Oros. lib. 2. capite 13. Plin. de Viris illust. cap. 21. Bocat. de Clar. mulieribus. Ex philologis A. Gellium lib. 11. cap. ult. et lib. 20. cap. 1. Taceo recentiores, Feneftellam, Lætium, Blondum, Alexandrum Neapolitanum, Rutilium, Eumarum, Riualium, Budæū, Zafsum. et si qui alij sunt, qui de his aliquid memoriæ prodentes, sua ex illis pro suo quisque modo transcripserunt. Plutarchus in lib. cui titulus est, De serapnuminis uindicatione, leues aliquot et inutiles le-

gēs Atheniensium, Lacedæmoniorū et Romanorū enarrat, sicut etiam Phauorinus apud Gell. Decemvires eodem notauit nomine, Theophilus in sua paraphrasi memorat aliquot leges, in una re-pub. utilissimas quidem illas, in altera nullius momenti futuras. Qualem fuisse Cim-nem.) Præter Plutarchum et Aemiliū Probū celebrat Cimonis hospitalitatē Athenæus lib. 12. Cicero lib. Off. 3. Sed quid oberit, si propter Græcæ linguæ candidatos, Græca Plutarchi uerba subijciam? ἡδὴ δὲ ὑπορωρὸν ὁ λιμῶν ἐφόσσε τὴν στρατιᾶς ἀκαλῶς ὑπὸ τῶν πολεμίων ἐδεδεγνὼ φελείδω, καλλιῶν ἀνήλισκον ἐς αὐτὸν πολίτας. τῶντε γὰρ ἀρχῶν αὐτὸν φραγμὸς ἀφείλετο, ἵνα καὶ τοῖς ξυνοῖς καὶ τῶν πολιτῶν τοῖς δεομνίοις ἀδεῶς ὑπορχη λαμβάνειν τὸ πῶρος. καὶ δ' εἰ πνοὴ οἰκοῦ τῶν αὐτῶν λιτῶν ἢ ἀρκῶν δὲ πολλοῖς ἐποίητο καθημερῶν, ἐφ' ᾧ τῶν πρηνήτων ὁ βυλόμενος ἐσίγη, καὶ εἰς τροφῶν εἶχεν ἀπερῶ γμονα, μόνους τοῖς δημοσίοις χολεῶν, &c.

Sed ad quæstionē. Quid ergo? Nunquid Cornelij, hominis gentilis eleemosynæ, quæ ἀπὸ τῆς ἐλεῶς nomen acceperunt, in memoria apud Dominū fuerunt? An non Samaritani in uulneratū officii, ab ipso Christo cōmendatur? Respōdemus: Illis hominibus fidei quendam igniculum causam efficientē fuisse, finalem uerò ipsam pietatē: in Cimone solū gloriæ studiū, humanitate quadam tinctum.

Licet uideat.) Iuxta illud Propheticum atque Euangelicū, Ut uidentes non uideant, &c. Hoc modo exponunt miracula Christi allegoricōs: ut magis ad cæcitatē, surditatē, &c. animi quam corporis respiciamus. Habere enim caput.) Christiani atque regenerati homines, et exteriores corporis et interiores animi sensus cōmunes habent cum hominibus ethnicis: sed ea hominis pars quæ spiritus appellatur, amplius et acutius et uidet et audit, et pro portione reliquis sensibus utitur longè copiosius atque potentius. In qua Deus est.) ἀντιμεταβολή.

De religione erga Deum, et misericordia erga homines: deq; mundi principio. CAPVT X.

Dixi quid debeat Deo, dicam nunc quid homini tribuendū sit: quantum id ipsum quod homini tribueris, Deo tribuitur, quia homo Dei simulacrum est. Sed tamen primū officii iusticiæ est, cōiungi cū Deo: secundū, cum homine. Sed illud primū religio dicitur, hoc secundū misericordia uel humanitas nominatur. Quæ uirtus propria est iustorū & cultorū Dei: quòd ea sola uitæ cōmunis in se continet rationem. Deus enim, qui cæteris animalibus sapientiam non dedit, naturalibus ea munimentis ob incursus & pericula tutiora generauit. Hominem uerò quia nudum fragilem que formauit, ut eum sapientia potius instrueret, dedit ei præter cætera hunc pietatis affectum, ut homo

ut homo hominē tueatur, diligat, foueat, contraq; omnia pericula & accipiat & præstet auxiliū. Summū igitur inter se hominū uinculū est humanitas: quæ qui disruperit, nefarius & parricida existimandus est. Nam si ab uno homine, quem Deus finxit, omnes orimur, certè cōsanguinei sumus: & ideo maximū scelus putandum est, odisse hominem uel nocentem. Propterea Deus præcepit inimicitias per nos nunquam faciendas, semper esse tollendas: scilicet ut eos qui sint nobis inimici, necessitudinis admonitos mitigemus. Itē si ab uno Deo inspirati omnes & animati sumus, quid aliud quàm fratres sumus? Et equidem coniunctiores qui animis, quàm qui corporibus. Itaq; nō errat Lucretius, quum dicit:

Deniq; cœlesti sumus omnes semine oriundi:

Omnibus ille idem pater est.—

Ergo pro beluis immanibus sunt habendī, qui hominibus nocent, qui cōtra ius humanitatis & fas omne spoliant, cruciant, occidunt, exterminant. Ob hanc necessitudinem germanitatis docet nos Deus, malum nunquā facere, semper bonū. Id autem ipsum benefacere quid sit, idem ipse præscribit: præstare auxiliū depreßis & laborantibus, impertiri uictum non habentibus. Deus enim quoniam pius est, animal nos uoluit esse sociale. Itaq; in alijs hominibus nos ipsos cogitare debemus: nō meremur in periculo liberari, si nō succurrimus: non meremur auxiliū, si negamus. Ad hanc partem philosophorum nulla præcepta sunt, quippe qui falsæ uirtutis specie capti, misericordiam de homine sustulerunt: & dum uolunt sanare uitia, auxerunt. Et quum ijdem plerumq; fateantur, societatis humanæ communionem esse retinendā, ab ea planè se ipsos inhumanè suæ uirtutis rigore dissociant. Conuincendus ergo etiam hic error illorum est, qui nihil cuiquam impertiendum putant. Verbis condendæ originem atq; causam non unam attulerunt, sed alijs eos homines qui sint ex terra primitus nati, cum per syluas & campos erraticam degerent uitā, nec ullo inter se sermonis aut iuris uinculo cohererent, sed frondes & herbam pro cubilibus, speluncas & antra pro domibus haberēt: bestijs & fortioribus animalibus prædæ fuisse commemorant. Tum eos qui aut laniati effugerāt, aut laniari proximos uiderant, admonitos periculi sui, ad alios homines decurrisse, præsidium implorasse, & primò nutibus uoluntatē suam significasse: deinde sermonis initia tentasse, ac singulis quibusq; rebus nomina imponendo, paulatim loquendi perfecisse rationem. Cum autem nec multitudinem ipsam uiderent cōtra bestiās esse tutam, oppida etiam cœpisse munire, uel ut quietem noctis tutam sibi facerent, uel ut incursiōes atq; impetus bestiarum non pugnando, sed obiectis aggeribus arcerent. O ingenia hominibus indigna, quæ has ineptias protulerūt: miseros atq; miserabiles, qui stulticiam suam literis memoriaq; mandauerunt. Qui cum uiderent mutis quoque animalibus ingenitam esse rationem uel conueniendī, uel inuicem appetendi, uel periculi fugiendi, uel mali cauendi, uel cubicula sibi & latibula parandi, homines autem ipsos existimauerint non nisi exemplo admoneri ac discere potuisse, quid metuere sibi, quid cauere, quid facere deberent: aut nunquam conuenturos inter se fuisse, nec loquendi usum reperturos, nisi eos bestia comedissent. Hæc alijs delira uisa sunt (ut fuerunt) dixeruntq; non ferarum laniatus causam fuisse coeundi, sed ipsam potius humanitatem: itaq; inter se congregatos, quod natura hominum solitudinis fugiens, & cōmunionis ac societatis appetens esset. Non magna inter eos disceptatio est: siquidē causæ dispares sunt, res eadem est. Potuit igitur utrumq; quia non repugnat: sed tamen utrumq; nullo modo uerum est: quia non per omnem terram nati sunt homines è terra, tanquam ex draconis alicuius dentibus profeminati (ut poetæ ferunt) sed unus homo à Deo factus est, ab eoq; uno omnis terra hu-

mano genere completa est: eadem scilicet ratione, qua rursus post diluuium: quod certè negare non possunt. Nulla igitur in principio facta est eiusmodi congregatio, nec unquam fuisse homines in terra, qui propter infantiam non loquerentur, intelliget cui ratio non deest. Fingamus tamen illa uera esse, quæ ociosi & inepti senes fabulantur, ut eos potissimum sensibus & suis rationibus refellamus. Si hæc de causa sunt homines congregati, ut mutuis auxilijs imbecillitatem suam tuerentur: succurrendum est igitur homini qui egeat auxilio. Cum enim præsidij causa homines societatem cum hominibus inierint & sanxerint, foedus illud inter homines à principio ortus sui initium aut uiolare, aut non conseruare, summum nefas putandum est. Nam qui se à præstado auxilio remouet, etiam ab accipiendo se remoueat, necesse est: quia nullius ope indigere se putat, qui alteri suam denegat. Huic uerò, qui se ipse dissociat ac secernit à corpore, non ritu hominis, sed ferarum more uiuendū est. Quod fieri si non potest, retinendum est igitur omni modo uinculum societatis humanae: quia homo sine homine nullo modo potest uiuere. Retentio autem societatis est communitas, id est auxilium præstare, ut possimus accipere. Sin uerò (ut alij disputant) humanitatis ipsius causa facta est hominū congregatio, homo certè hominem debet agnoscere. Quod si fecerunt illi rudes & adhuc ferè homines, & fecerunt nondum constituta loquendi ratione: quid putemus hominibus expolitjs & sermone, rerumq; omnium commercio inter se copulatis, esse faciendum qui assueti hominibus, solitudinem ferre non possunt.

C O M M E N T A R I V S.

Accingitur ad alterum legis æternæ capitulum, quod est *Ἐλευθερωπία*, quæ am Sacrae literæ charitatem & *ἀγάπη*, & amorem studiumq; proximi appellant. Docet hanc quammaximè secundū naturam esse, ex humani generis consociatione, & necessitudine coniunctionis. Commendat obiter misericordiam affectum, qui cum humanitate coniunctissimus est, aduersus Stoicos. Reprehendit etiam obiter eorum errorem, qui crediderunt homines ab initio agrestem duxisse uitam, & passim gloriam aut murium instar ex putrefactione terræ esse natos. Dei simul.) Vnde etiam Musonius *ἠὲ ἀνθρώπου μίμνα τὸ θεῶν* facit. Religio.) *ἠὲ θεῶν*. Misericordia. *ἠὲ θεῶν*, pietatem Latine quidam uocant. Humanitas.) *Ἐλευθερωπία*, hæc posterior superiorè illam in se complectitur. Cultorum Dei.) iuxta illud Euangelicum: Estote misericordes, sicut pater uester, &c. Naturalibus.) De hoc in lib. de Opificio hominis. Pietatis affectu.) Quem *σοφίαν* Græci uocant: eoque affectos, *Ἐλεσθένους*: carentes autè *ἠσθένους* Paulus nominat in epistola ad Rom. Homo hominem.) iuxta prouerb. Homo homini Deus. Nefarius.) Quia contra ius diuinum. Parricida.) Non posset dilucidior esse expositio præcepti, NON OCCIDES. *ὅτι πᾶς ὁ μισῶν τὸν ἀδελφόν αὐτοῦ, ἠὲ θεῶν πατρὸς* & *ἠὲ*, 1. Ioan. 3. Ab uno homi-

ne.) Adamo, non Pandoræ simulachro. Lucretius.) li. 2. Cui simile Paulus in Actis cap. 17. Athenis citat ex Arati Phænomenis.

τὸ γὰρ ἡμεῖς γυνῶσι σὺ δὲ οὐκ.

Quod etiam Ouidius expressit:

Sanctius his animal, mentisq; capaxius altæ,
Deer at adhuc, et quod dominari in cætera posset,
Natus homo est, siue hunc diuino semine fecit
Ille opifex rerum, mundi melioris origo.

Sed quæ post sequuntur, cum eo errore sunt implicita, quem paulo post arguit:

Siue recens tellus, seductaq; nuper ab alto
Aethere, cognati retinebat semina cæli, &c.

Citatur hi uersus etiã de Opificio Dei cap. 19.

Germanitatis.) *ἀδελφότης* & *ἠὲ Ἐλευθερωπίας*: de quo alibi. Animal sociale.)

Aristoteles inter *πολιτικὰ* enumerat. Præcepta philosophorum nulla sunt.) præsertim Stoicorū. Nam Peripatetici, qui iram laudant, misericordiam non improbant. & Cicero in Cæsare misericordiam commendat. Stoici autem inter doloris species *τὸ ἔλεος* numerant.

Cicero pro Muræna, Stoicorum paradoxa enumerans: Fuit, inquit, quidam summio ingenio uir Zeno, cuius inuentorum æmuli Stoici nominantur. huius sententiæ sunt, atque præcepta huiusmodi: sapientem gratia nunquam moueri, nunquam cuiusquam delicto ignoscere, neminem misericordem esse, nisi stultum, & leuem: uiri non esse, ne-

que exorari, neq; placari: solos sapientes esse, si distortissimi sint formosos: si mendicissimi, diuites: si seruitutem seruiant, reges. Misericordiam autem Zeno, sic referente Laertio, definiuit: ἔλεος δὲ λύπης ὡς ἐπ' ἀναξίως κενὸν παθεῖν. Cic. in 4. Tusc. quæst. sic reddidit: Misericordia est ægritudo ex miseria alterius iniuria laborantis. Aristoteles secundo Rhetoricorum ad Theodecten, hoc modo: ἔστι δὲ εἰλεὸς λύπης, ἡδὲ τῶν φαινομένων κακῶν, φθαρτικῶν καὶ λυπηρῶν τῶν ἀναξίως τυγχάνειν. Basilus in Psalmo 114, hoc modo: ἔλεος δὲ πάθος ἡδὲ οὐδὲ ὡς ἀξίαν τε ταπεινομένης, ὡς ἀξίως συμπαθεῖν ἐσθλὸν μεμνῶν γυρόμενος. Non probatur mi Augustini deriuatio, siue compositio, qui eam dictam arbitratur, quasi miseria sui mentis. Verius et melius erit iuxta Ciceronis definitionem dicere, animi motum, uel cordis affectionem esse ex alterius miseria. Hinc ἐλεεμοσύνη deducitur, ipse τὸ ἐλεῖν effectus. Est præterea etiam alia uox Sacris literis usitata, quæ Latinam melius exprimit. ὁσπλάγγυος enim Paulus ad Ephesios 4. et Pet. cap. tertio prioris, appellant misericordes. ὁσπλάγγυον enim cor Græcis significat. Vnde in sacris scriptis τὴν ὁσπλάγγυαν, pro pietatis affectu frequentissime usurpantur. et ad Colossenses tertio, hanc uirtutem Apostolus appellat ὁσπλάγγυαν τὴν οἰκτιρῶσαν: et in Cantico Zachariæ apud Lucā, ὁσπλάγγυα ἐλεῖν δεῖ. Hinc uerbum ὁσπλάγγυον, quod Euangelistis usitatissimum est. Sed redeamus ad quæstionem. Seneca in 2. de Clementia libro, Zenonis sui dogma defendens, inter clementiam et misericordiam hanc ponit differentiam, quod hæc non causam, sed fortunam spectet, illa uerò ad rationem accedat. Sed Christianus delectum non facit, ut iam inferius capite proximo uidebimus. Contra Stoicos differit Augustinus libro de Moribus Ecclesiæ primo, capite uigesimo septimo. Non autem improbo eos, qui generaliori uoce pietatem appellant eam uirtutem. Inhumanæ uirtutis.) ἀνθρώπις elegans. Urbis condendæ originem.) De hac uanitate lege Euseb. libro primo, de Præpar. Euang. cap. quarto, pluri- ma ex Diodoro recitat. Lege deinde Polydorū

Urbinitatem, libro de Inuentoribus rerum i. cap. tertio. Et licet potior nobis Diodori pars perierit, extant tamen pauca in Latino à principio lib. quarti. Cum per syluas.) Macrobi. de Somnio Scip. 2. cap. 10. ex huiusmodi incrementis probat, mundum non esse æternum. Rem ueram, inquam, ex re dubia probat. Nam, inquit, quis facile mundum semper fuisse cōsentiat, cum et ipsa historiarum fides multarum rerum cultum emendationemq; uel ipsam inuentionem recentem esse fateatur? Cumq; rudes primi homines, et incuria syluestri non multum à ferarū asperitate distantes, meminerit uel fabuletur antiquitas, tradatq; nec hunc eis, quo nunc utimur, uicē fuisse: sed glande prius, et baccis alitos, serò sperare de sulcis alimoniam: amplexi fortassis philosophi pro uero sunt, quod Protagoras Platonius in fabula Promethei atq; Epimethei recensuit. Apud Plutarch. Euripides deorum opinionem refelles, homines olim belluinam uitam egisse his testatur uerbis: ἡ γὰρ χροῖος, ὅταν ἀτακτος ἡ ἀνθρώπων βίος, καὶ θηριώδης, ἰχθυόσδε τῆς, &c. De glandium cibo mentionem facit etiam Plin. in præfatione lib. 16. et libro septimo, capite 56. ubi de Inuentoribus rerum scribit. Strabo ex Platone tria hominum genera post diluuiū fuisse refert, libro decimotertio: primum quod in montibus uitam degerit: alterum, quod in radicibus montium: tertium, quod in campis. Ab hac syluestri uita Orpheum homines traxisse fabulantur, cum exponunt quid nam illud sit, quod saxa et arbores sua lyra traxisse creditus est. Tanquam ex draconis alicuius.) Notat Cadmeam uictoriam. Fabula est apud Ouidium in tertio Metamorphoseon. Vide Boccardium libro secundo, de Genealogia deorum, capite sexagesimo secundo: lege etiam in Chiliadibus Erasmicis prouerb. Cadmea uictoria, infra libro septimo, capite quarto, dicit homines non passim per terras fungorum instar fuisse natos. Diluuium.) Quo tamen tempore, simili uanitate, mortalium genus restitutum fingunt in fabula Deucalionis et Pyrrhæ, apud eundem Ouidium. Cum enim.) Ab in-

stantia,

De

De personis in quas beneficium sit conferendum.

CAPVT XI.

Conseruanda est igitur humanitas, si homines rectè dici uelimus. Id autem ipsum, conseruare humanitatem, quid aliud est, quàm diligere hominem, quia homo sit, & idem quod nos sumus? Discordia igitur atq; dissensio non est secundum hominis rationem. Verumq; est illud Ciceronis, quod ait, hominem naturæ obediens, homini nocere non posse. Ergo si nocere homini, cōtra naturam est: prodesse igitur homini, secundum naturam sit necesse est. Quod qui non facit, hominis se appellatione despoliat: quia humanitatis officium est, necessitati hominis ac periculo subuenire. Quaro igitur ab ijs qui flecti ac misereri non putant esse sapientis, si homo ab aliqua beneficia comprehensus, auxilium sibi armati hominis imploret, utrū ne succurrendum putent, an minime? Non sunt tam impudētes, ut negent fieri oportere quod flagitat, quod exposcit humanitas. Item si aliquis circumueniatur igni, ruina opprimatur, mergatur mari, flumine rapiatur, non putent hominis esse, non auxiliari: non sunt ipsi homines, si putent. Nemo enim potest eiusmodi periculis non esse subiectus. Imò uerò & hominis & fortis uiri esse dicent, seruire periturum. Si ergo in eiusmodi casibus, qui periculum uitæ homini afferunt, succurrere, humanitatis esse concedunt: quid causæ est, quor, si homo esuriat, sitiatur, algeat, succurrendum esse non putent? Quæ cum sint paria natura cum illis casibus fortuitis, & unam eandemq; humanitatem deserent: tamen illa discernunt, quia non re ipsa uera, sed utilitate præsentis omnia metiuntur. Illos enim quos periculo surripiunt, sperant sibi gratiam relaturus. Egentes autem, quia non sperant, perire arbitrantur qui quid hominibus illis impertiant. Hinc est illa Plauti detestanda sententiâ:

Malè meretur, qui mendico dat quod edat.

Nam & illud quod dat, perit:

Et illi producit uitam ad miseriam.

At enim poeta fortasse pro persona locutus est. Quid Marcus Tullius in suis Officialibus libris? nonne hoc idem suadet, non esse omnino largiendum? Sic enim dixit: Largitio quæ fit ex re familiari, fontem ipsum benignitatis exhaurit: ita benignitate benignitas tollitur: qua quo in plures usus sis, eo minus in multos uti possis. Et idem paulo post: Quid autem est stultius, quàm quod libèter facias curare, ut id diutius facere nō possis? Videlicet professor sapiētiae refrenat homines ab humanitate, monetq; ut rem familiarem diligēter custodiant, malintq; arcam quàm iusticiam conseruare. Quod quū intelligeret inhumanum esse ac nefarium, mox ex alio capite, quasi actus poenitentia, sic ait: Nonnunquam tamen est largiendum: nec hoc benignitatis genus omnino repudiandum: & sæpe idoneis hominibus egentibus de re familiari impertiendum. Quid est idoneis? nempe ijs qui restituere ac referre gratiam possint. Si nunc Cicero uiueret, exclamarem profectò: Hic, hic M. Tullii aberrasti à uera iusticia, eamq; uno uerbo substulisti, cum pietatis & humanitatis officia utilitate metitus es. Non enim idoneis hominibus largiendū est, sed quantū potest, non idoneis. Id enim iuste, id piè, id humanè fit, quod sine spe recipiendi feceris. Hæc est uera illa & germana iusticia, cuius solidam & expressam effigiem nullam tenere nos dicitis. Ipse pluribus locis clamas, mercenariam non esse uirtutem: faterisq; in libris Legum tuarum, liberalitatem gratuitam esse, his uerbis: Nec est dubium, quin is qui liberalis benignusq; dicitur, officium, non fructum sequatur. Quor ergo idoneis potius largiris, nisi ut postea mercedem recipias? Te igitur authore ac præceptore iusticia, quisquis idoneus non erit, nuditate, siti, fame cōficietur: nec homines copiosi,

& usq; ad delicias abundantes subuenirent ultimę necessitati. Si uirtus mercedem non exigit, si propter se (ut dicitis) expetenda est: ergo iusticia matrem principemq; uirtutum suo precio, non tuo commodo aestima: eiq; potissimū tribue, a quo nihil speres. Quid personas eligis? quid membra inspicias? Pro homine tibi habendus est, quisquis ideo precatur, quia te hominem putet. Abijce umbras illas imaginesq; iusticiae, atq; ipsam ueram & expressam tene: largire cæcis, debilibus, claudis, destitutis, quibus nisi largiari moriendū est. Inutiles sunt hominibus, sed utiles Deo, qui eos retinet in uita, qui spiritu donat, qui luce dignatur. Foue quantum in te est, & animas hominum ne extinguantur, humanitate sustenta. Qui succurrere perituro potest, si non succurrerit, occidit. Verū istī quia neq; naturam retinent, neque primum in eo quod sit sciunt, dum perdere timent, perdunt, & in id quod maximē cauent, incidunt: ut quicquid largiuntur pereat omnino, aut ad tempus breuissimū proficiat. Nam qui exiguam stipem miseris negant, qui conseruare humanitatē damno suo uolunt, patrimonia sua effundunt, ut aut peritura & fragilia sibi comparent, aut certe maximis suis damnis nihil consequantur. Quid enim dicendum est de ijs qui populari leuitate ducti, uel magnis urbibus succēturas opes exhibendis muneribus impendunt: nisi eos dementes ac furiosos, qui praestent populo quod & ipsi perdant, & nemo eorum quibus praestatur accipiat. Itaque ut est omnis uoluptas caduca & breuis, oculorū maximē & aurium, aut obliuiscuntur homines, & alterius damna pro ingratīs habent: aut etiam offenduntur, si non est libidini uulgi satisfactū: ut etiam homines stultissimi malum sibi malo comparauerint: aut si adeo placuerūt, nihil amplius quā inane fauorem, paucorumq; dierum fabulas assequuntur. Sic quotidie leuissimorum hominum patrimonia in res superuacuas prodiguntur. Num ergo illi sapientius, qui utiliora & diuturniora ciuibus suis exhibēt munerā? ij scilicet, qui publicis operibus extructis, memoriam nomini suo quaerunt? Ne isti quidem rectē bona sua in terram sepeliunt: quia nec memoria quicquam mortuis confert, nec opera eorum sempiterna sunt: siquidem aut uno tremore terrae dissipantur & corruunt, aut fortuito consumuntur incendio, aut hostili aliquo impetu diruuntur, aut certē uetustate ipsa dissoluta labuntur. Nihil est enim (ut ait orator) opere & manu factum, quod non conficiat & consumat uetustas. Adhac iusticia & lenitas florescit quotidie magis. Illi ergo melius, qui tribulibus suis aut cliētibus largiuntur: aliquid enim praestant hominibus, & profunt. sed non est illa uera & iusta largitio. Beneficentia enim nulla est, ubicunque necessitas non est. Perit ergo quicquid gratiae causa tribuitur non indigentibus, aut cum fœnore redit, & beneficentia non erit. Quod etsi gratum est ijs quibus datur, iustum tamen non est: quia si non fiat, nihil mali sequitur. Vnum igitur certum & uerum liberalitatis officium est, egentes atq; inutiles alere.

C O M M E N T A R I V S.

Docet ueram esse benignitatem quae in pauperes, sine delectu, sine spe retaliationis confertur. Confutaturq; obiter aliquot Ciceronis errores, ostendens eum pugnantia docere. Si homines, A' coniugatis. Id autem ipsum, Definitio Ἡ δὲ ἀποδοτικὴ. Regnant autem in hac disputatione finitiones. Discordia, A' pugnantibus. Verumq; est illud Ciceronis, Libro nimirum Officiorum tertio: ubi in hanc sententiam praecclare disserit. Vide ipsum autorem, Locus enim est prolixior, quā qui hic

commodē possit inseri. Hominis se.) Ab etymologia. Quaero igitur.) Inductio Socratica. Non sunt.) Subiectio. Cum sint paria.) A' coniunctis. Sed utilitate.) A' causa finali, de qua in sequenti capite scribitur. Plauti.) Non extat, fortassis ex Bero. Hunc totum Laetantij locum Iohannes Oecolampadius, homo (ne quid aliud dicam) uerum pius atq; doctus, Bernardum Adelmannū Canonicum Augustanum de Delectu pauperum scripsit,

scripsit, in quo hanc questionem multis & rationibus et Scripturae testimonijs ita explicat, ut pio Lectori nulla dubitatio relinquatur. Quid M. Tullius.) Officiorum secundo. Bonitate benignitas.) Miror quur Gryphius Benignitatem in Bonitatem mutarit, quum priori lectioni ipsa etiam Ciceroniana lectio respondeat. Expressam effigiem.) lib. 3. Vide supra ca. 6. Mercenariã.) Locus hic integer ex primo de Legibus libro sic habet: Quid liberalitas? gratuita ne est, an mercenaria? Si sine premio benigna est, gratuita: si cum mercede, con ducta. Nec est dubium, &c. Qui eos reti-

net.) Qui solem suum finit exoriri super bonos ac malos. Matth. 5. Quid enim dicendum.) De sumptib. scenicis multa collegit Budæus de Asse 2. ubi etiam hunc Lactantij locum citat, & nos in 2. Off. nonnihil cum locis posceret, annotauimus. Ut ait Orator.) Cicero pro M. Marcello, quo loco Caesaris clementiam immortalẽ esse docet, si cum alijs rebus fluxis & caducis conferatur. Beneficentia enim nulla.) Lege omnino Senecam in libris de beneficijs, in quibus tam præclare de ea disserit, quàm homo ethnicus & à Christo alienus potest.

De generibus beneficentia, & operibus misericordie.

CAP. XII.

HAec est illa perfecta iusticia, quæ custodit humanam de qua philosophi loquuntur, societatem. Hic diuitiarum maximus ac uerissimus fructus est, non uti opibus ad propriam unius uoluptatem, sed ad multorum salutem: non ad præsentem suum fructum, sed ad iusticiã, quæ sola non interit. Tenendum est igitur omni modo, ut ab officio misericordiaæ spes recipiendi ablit omnino. Huius enim operis & officij merces à Deo est expectanda solo: nam si ab homine expectes, iam non humanitas erit illa, sed beneficij fœneratio: nec potest uideri bene meruisse, qui quod fecit, non alteri, sed sibi præstat: & tamen eò redit, ut quod alteri quisq; præstiterit, nihil ab eo commodi sperans, uerè sibi præstet, quia mercedem capiet à Deo. Idem Deus præcepit ut si quando cœnam parauerimus, eos in conuictum adhibeamus, qui reuocare non possint & uicem reddere, ut omnis actus uitæ nostræ non careat misericordiaæ munere. Nec tamẽ quisquam interdictam sibi putet aut communionem cum amicis, aut charitatem cum proximis, sed notũ nobis Deus fecit, quod sit uerum & iustum opus: ita nos oportet cum proximis uiuere, dummodo sciamus, illud ad hominem, hoc ad Deum pertinere. Præcipua igitur uirtus est hospitalitas, quod philosophi quoq; aiunt, sed eã detorquent à uera iusticia, & ad cõmodũ rapiunt. Rectè, inquit Cicero, à Theophrasto est laudata hospitalitas. Est enim (ut mihi quidem uidetur) ualde decorum, patere domos hominum illustrium hospitibus illustribus. Eodem modo rursus errauit, quo tum, cùm idoneis esse diceret largiendum. Non enim iusti & sapientis uiri domus illustribus debet patere, sed humilibus & abiectis. Nã illustres illi ac potentes nulla re possunt indigere, quos opulentia sua & munus, & honorat. Nihil autem à uiro iusto faciendum est, nisi quod sit beneficium. Beneficium autem si refertur, interit atq; finitur: nec enim possumus id habere integrum, cuius precium nobis persolutum est. In his itaq; beneficijs iusticia ratio uersatur, quæ salua & incorrupta permanserint. permanent autem non aliter, quàm si præstentur hominibus ijs, qui prodesse nullo modo possunt. At ille in recipiendis illustribus nihil spectauit aliud nisi utilitatem, nec dissimulauit homo ingeniosus, quid ex eo commodi speraret. Ait enim quid faciat potentem apud externos futurum per gratiam principum, quos sibi hospitij & amicitiaæ iure constrinxerit. O quam multis argumentis Ciceronis inconstantia, si id agerem, redargui posset: nec tã nostris quàm suis uerbis refelleretur. Idem quippe ait, ut quisque maximè ad suum commodum referat quæcunque agit, ita minimè esse uirum bonum. Idem etiam negat simplicis & aperti hominis esse, ambire, simulare aliquid &

prætere, aliud agere uideri, cum aliud agat, prætere se alteri fingere,
 quod sibi prætet: sed malitiosi potius, & astuti, & fallacis, & subdoli.
 Quomodo ergo defenderet, quo minus ambitiosa illa hospitalitas, malicia
 esset: Tu mihi per omnes portas circumcurfes, ut aduenientes populorum
 atque urbium principes domum tuam inuites, ut per eos apud ciues eorum
 potentiam consequare, uelise te iustum, & humanum, & hospitalem uideri,
 cum studeas utilitati tuæ. Verum hoc ille non potius incaute (quid enim mi-
 nus in Ciceronem conuenit) sed ignorantia ueri, prudens ac sciens in hos se
 laqueos induxit. Quod ut ei possit ignosci, testificatus est, non ad ueram iu-
 sticiam quam non teneat, præcepta se dare, sed ad umbram imaginemque iu-
 sticiæ. Ignoscendum est igitur umbratice & imaginario præceptoris, nec ab
 eo ueritas exigenda est, qui se nescire fateatur. Captiuorum redemptio ma-
 gnum atque præclarum iusticiæ munus est, quod idem ipse Tullius approba-
 uit. Itaque hæc benignitas, inquit, etiam Reipublicæ est utilis, redimi e seruitu-
 te captos, locupletari tenuiores. Hanc ego consuetudinem benignitatis, lar-
 gitioni munerum longè antepono. Hæc est grauium hominum atque magno-
 rum. Proprium igitur iustorum opus est, alere pauperes, ac redimere capti-
 uos: cum apud iniustos, si qui hæc faciant, graues & magni appellentur. His
 enim maximè laudi est benefacere, quos nemo sperauit esse facturos. Nam
 qui bonum facit uel consanguineo, uel proximo, uel amico, aut nullam, aut
 certè non magnam laudem meretur, quia facere debet: sicque impius ac
 detestabilis nisi fecerit id quod ab eo & natura ipsa, & necessitudo exigat:
 & si facit, non tam gloriæ assequendæ, quam reprehensionis uitandæ gra-
 tia facit. Qui autem facit alieno & ignoto, is uerè dignus est laude: quoniam
 ut faceret, sola ductus est humanitate. Ibi ergo iusticia est, ubi ad bene fa-
 ciendum, necessitatis uinculum nullum est. Hoc igitur officium benigni-
 tatis ne antepone quidem largitioni munerum debuit, quod est com-
 parantis, & e duobus bonis id quod sit melius, eligentis. Illa enim largitio
 hominum patrimonia sua in mare abijcientium inanis, & leuis, & ab om-
 ni iusticia remotissima est. Itaque ne dici quidem munera oportet, in quibus
 nemo accipit, nisi qui accipere non meretur. Non minus magnum iusticiæ
 opus est, pupillos & uiduas destitutos, & auxilio indigentes tueri atque defen-
 dere. quod adeo uniuersis diuina lex illa præscribit, quando quidem boni
 quique iudices ad officium suum iudicant pertinere, ut his naturali humanita-
 te faueant, ac ipsè prodesse nitantur. Verum hæc opera propriè nostra sunt,
 qui legem, qui uerba ipsius Dei præcipientis accepimus. Nam illi sentiunt
 quidem naturà esse iustum, tueri eos qui tutela carent: sed cur ita sit, non per-
 spiciunt. Deus enim, cuius perpetua clementia est, idcirco uiduas pupillosque
 defendi ac foueri iubet, ne quis respectu ac miseratione pignorum suorum
 retardetur, quo minus mortem pro iusticia fideque suscipiat, sed incunctanter
 ac fortiter subeat, cum sciat se charos suos Deo relinquere, nec his unquam
 præsidium defuturum. Aegros quoque quibus defuerit, qui assistat, curandos
 fouendosque suscipere, summæ humanitatis & magnæ operationis est:
 quod qui fecerit, hic uiuam hostiam Deo acquirat, & quod alteri dederit ad
 tempus, sic à Deo accipiet in æternum. Vltimum illud & maximum pietatis
 officium est, peregrinorum & pauperum sepultura: quod illi uirtutis, iusticiæque
 doctores prorsus non attigerunt. Nec enim poterant id uidere, qui
 utilitate omnia officia metiebantur. In cæteris enim, quæ supra dicta sunt,
 quamuis uerum lîmitem non tenuerint, tamen quoniam commodi aliquid
 in his deprehenderunt, quasi odore quodam ueritatis retenti, propius aber-
 rauerunt: hoc autem, quia nihil uidere in eo comodi poterant, reliquerunt. Quin
 etiã non defuerunt qui superuacaneã facerent sepulturã, nihilque esse dicerent
 mali,

mali, iacere inhumatū atq; abiectū: quorum impiam sapientiam cum omne
 humanū genus respuit, tum diuinæ uoces quæ id fieri iubent. Verum illi nō
 audent dicere, id nō esse faciendū: sed, si forte non fiat, nihil esse incōmodi. Ita
 q; in ea re non tam præcipientiū, quàm consolantiū funguntur officio: ut
 si forte id sapienti euenerit, ne se ob hoc miserum putet. Nos autem nō quid
 sapienti ferēdū sit, dicim⁹ sed quid facere ipse debeat. Ita q; nō querimus nūc
 utrum ne tota sepeliēdi ratio sit utilis, nec ne: sed hæc, etiā si sit inanis (ut illi
 existimāt) tamen facienda est, uel ob hoc solū, quod apud homines bene &
 humanē fieri uideatur. Animus enim quaritur, & propositū ponderatur. Non
 enim patiemur figurā, & figmentū Dei feris ac uolucris in prædā iacere,
 sed reddemus id terræ unde ortū est: & quamuis in homine ignoto necessa-
 riorum sepulturam nulli negandam impendemus: in quorum locum, quia
 defunt, succedat humanitas, & ubicūq; homo desiderabitur, ibi exigi officiū
 nostrum putabimus. In quo autem magis iusticiæ ratio consistit, quàm in eo
 ut quod præstamus nostris per affectum, præstemus alienis per humanitatē,
 quæ est multo certior iustiorq;: cum iam non homini præstatur, qui nihil sen-
 tit, sed Deo soli: cui charissimum sacrificium est, opus iustū. Dicit aliquis for-
 tasse: Si hæc omnia fecero, nihil habebō. Quid enim si magnus hominū nu-
 merus egebit, algebit, capietur, morietur: ut hæc facientē uel uno die patri-
 monio exui, sit necesse? perdam⁹ ne rem familiarem, meo aut maiorum la-
 bore quæsitā: ut iam ipsi mihi aliena misericordia uiuendū sit? Quid tu tam
 pusillo animo paupertatem times? quam etiā uestri philosophi laudant,
 nihil hac tutius, nihilq; tranquillius esse testantur. Hoc quod times, sollicitu-
 dinum portus est. An ignoras, quot periculis, quot casibus cum his malis o-
 pibus subiaceas? Quæ tecum bene agent, si sine tuo cruore transferint. Tu
 uerò præda onustus incedis, & spolia geris, quæ irritent animos etiā tuorū.
 Quid ergo dubitas bene collocare id quod tibi forsitan eripiet aut unum
 latrocinium, aut existens repente proscripitiō, aut hostilis aliqua direptio?
 Quid uerē fluxum & fragile bonum facere sempiternum? aut thesauros
 tuos custodi Deo credere, ubi non furem prædonemq; timeas, non rubigi-
 nē, non tyrannū? Qui apud Deū diues est, pauper esse nunq; potest. Si iusti-
 ciā tantū putas, sequere abiectis oneribus quæ te premunt, libera te ipsum
 compedibus & catenis, ut expeditus ad Deum curras. Magni & excelsi ani-
 mi est, despiciere & calcare mortalia. Sed si hanc uirtutem non capis, ut diui-
 tias tuas in arcā Dei conferas, ut fragilibus tibi compares firmiora, liberabo
 te metu. Omnia ista præcepta nō tibi soli dantur, sed omni populo, qui men-
 te coniunctus est, & cohæret sicut homo unus. Si solus magnis operibus nō
 sufficis, pro uirili parte operare iusticiam, sic tamen, ut quantū diuitijs inter
 ceteros, tantū opere præcellas. Neq; nunc suaderi tibi putes, ut rem famili-
 arem tuam minuas, uel exhaurias, sed quæ in superuacua fueras impēsurus,
 ad meliora conuertas. Vnde bestias emis, hinc captos redime: unde feras pa-
 scis, hinc pauperes ale: unde homines ad gladium comparas, hinc innocen-
 tes mortuos sepeli. Quid prodest, perditæ nequitia bestiaros facere locuple-
 tes, & instruere ad flagitia? Transfer ad magnum sacrificium malē peritura,
 ut pro his ueris muneribus habeas à Deo munus æternū. Magna est miseri-
 cordiæ merces, cui Deus pollicetur, peccata se omnia remissurum. Si audie-
 ris, inquit, preces supplicis tui, & ego audiam tuas: si misertus laborantium
 fueris, & ego in tuo labore miserebor. Si autem non respexe-
 ris, nec adiuueris, & ego animum contra te ge-
 ram, tuisq; te legibus iudicabo,

Hoc caput est omnino eiusdem cum superiori argumenti. Exiit gentes benignitate uera, per partium enumerationem, à quibus eos aut aberrasse aliquantū, aut eas nunquam attigisse docet. **A Deo est expetenda.**) Atqui sic quoque sceneratio erit, si spe etiam diuinitus recipiendi proximo bene fecerimus. Nam sic propter nos, non propter Deum, eleemosynam erogabimus. Vitium igitur sic quoque in causa finali erit. Taceo quod sic fierent opera meritoria, quæ sine fraude meritorum Christi statui non possunt, nisi quatenus Scripturæ phrasibus se humano accomodat captui. **Idem Deus.**) **Lucæ. 14.**
Cicero.) 2. **Officiorum:** ubi nos nonnihil contra eam legem diximus, quam nostri proceres rectius obliterarunt, quam sancierat. **Theophrasto.**) De diuitijs. **Aut enim quid faciat.**) **Lege cum Parisiensi editione, Qui id faciat.** **Quisq; maximè.**) **Hac doctrina cum reliqui Ciceronis de Philosophia libri, tum maximè tertius de Off. tinctus est.** Sed hæc uerba sunt ex primo de Legib. libro. **Idem etiã negant.**) **Desideratur hodie.** Itaq; **Benignitas.**) **lib. Off. 3.** **Non magnam laudem.**) **Videtur alludere ad illud Matth. 5.** Si dilexeritis eos qui diligunt uos, &c. **Patrimonia sua.**) **Notat Cratetem, de quo supra lib. 3. ca. 23.** **Diuina lex.**) **Exo. 20.** **Comendantur pupilli & uiduæ in multis à Dauide psalmis.** **Esaias cap. 10.** numine diuino afflatus inuehitur in leges, siue **νομοφύλακας**, quorū negligentia, siue iniquitate atq; auaricia fiebat, ut pupilli atq; uiduæ ipsis quasi præda exponerentur. Duo sunt apud Ciceronem iniusticiæ genera: unum, eorum qui inferunt: alterum, eorum qui ab ijs quibus inferuntur, si possint, non propulsant iniuriam. Iniqui autem iudices non modo non propulsant à pupillis & uiduis iniuriã, sed etiã ipsis quos defendere debebãt, ueluti prædæ inhiãt. **Boni quiq; iudices.**) **Non hic parentum, non patronorum, non fiduciarum tutelam intelligit, nec eam quæ lege Hebræorum diuina, commissæ iudicibus & magistratui fuit: sed eam quæ iure Romanorum civili lege Attilia (unde etiam Attiliani tutores dicebãtur, quos prætor urbanus dare cõsueuerat) lege item Iulia & Titia dabantur, de quo lege cap. 20. libri primi in Institutionibus Imperialibus.** **Iustinianus igitur hoc nomine mihi reprehendendus uidetur, quod pupillo ea conditione tutorem dari publicè iussit, si facultates eius ad quingentos solidos ualeãt. Quasi**

uerò pupillus nõ grauius periclitetur, qui de unius solidi summa in periculum ueniat, quàm qui de centum. Itaq; uerum esse apparet, quod **Lact.** ait, illos non perspexisse, cur tutores pupillis dari debeant. **Vituperandi propterea etiam nostri municipales mores sunt, quibus habentibus duntaxat tutores dantur, & non potius inopia oppressis: quasi uerò eos qui semel miseri esse cõeperunt, ad extremum usq; miseros esse oporteat.** **Scriberem de his plura, si instituissem quidq; τὸν νόμον inferere.** **Sepultura.**) **Achab tanto infelicitior habitus fuit, quod sepultura caruit, & Ioakim, quod Asini sepulchrum sortitus fuit.** **Quid quod Esaias cap. 14. regi Babylonis ominatur, ipsum de sepulchro suo abijciendum esse? An Christianorū corporibus officiat, si inhumata abijciantur, disputat Augustinus lib. de Ciuit. Dei. 1. cap. 12. & 13. Lege ibid. Ludouicū Viuem.** **Quasi odore.**) **Metaphora à canū sagacitate.** **Qui superuacaneam.**) **Diogenes Cynicus, Menippus, Theodorus, Cyrenæus, Seneca, de quibus Viues apud Augustinum copiosè annotauit: quare nos hoc loco sumus breuiores.** **Figuram.**) **non εἰκὼν, sed μορφὴν, quam creator creaturæ imdidit.** **Per affectum.**) **σοφίαν, quam à λαοφροσύνῃ in sese atq; sui natura complectitur.** **Charissimū sacrificiū.**) **Misericordiã enim à nobis, nõ sacrificiū exigit.** **Dicet aliquis.**) **Occupatio, qua docet quousq; sit erogandum.** **Thesauros tuos custodi Deo credere.**) **hoc est, apud Deū deponere.** **nã Tertullianus in Apolog. cap. 39. ubi de Christianorū disciplina uerba facit, in hunc modū scribit: Modicã unusquisq; stipẽ menstrua die, uel cum uelit, & si modo possit, apponit. Nam nemo compellitur, sed sponte confert. Hæc quasi deposita pietatis sunt, nam inde nõ epulis, nec poculis, nec ingratis uoracis dispensatur, sed egenis alendis, humanisq; & pueris ac pupillis, re à parentibus destitutis, ætateq; domitis senibus, item naufragis, & si qui in metallis, & si qui in insulis, uel in custodijs duntaxat ex causa Dei sectæ, alumni cõfessionis suæ sunt, &c.** **Apostolus 1. Cor. 16. ἀγίας uocat, illas pecuniarū collectiones: quo loco ipse etiã Apostolus utitur uerbo δέωται.** **Est aut talis uerbi mitigandi ratio, qualis apud Quintil. Themistoclis, cum Atheniensibus suadet, Urbem apud deos deponere: cum durius uideretur dicere, relinquentã esse.** **Ubi non furem.**) **Matth. 6. Luc. 12.** **Quid prodest.**) **Vide Budæū loco superiori, capite citato.**

De pœnitentia, misericordia, & peccatorum ueniã.

CAPVT XIII.

Quoties igitur rogaris, tētari te à Deo crede, an sis dignus exaudiri. Cū
 cumspice conscientiam tuam, & quantum potes, medere uulneribus:
 nec tamen quia peccata largitione tollūtur, dari tibi licentiã peccandi putes.
 abolerentur enim, si Deo largiãre, quia peccaueras: nam si fiducia largiendi pec-
 ces, non abolerentur. Deus enim purgari homines à peccatis maximè cupit,
 ideoq; agere pœnitentiam iubet. Agere autem pœnitentiam nihil aliud est,
 quàm profiteri & affirmare, se ulterius non peccaturum. Ignoscitur itaq; ijs
 10 qui ad peccatum ignoranter, imprudenter, incauteq; labuntur: ueniã non
 habet, qui sciens peccat. Nec tamen si aliquis fuerit purificatus ab omni labe
 peccati, temperandum sibi ab opere largitionis existimet, quia nō habeat pec-
 cata quæ debeat. Imò uerò tum magis iusticiã debet operari, cum factus est
 iustus: ut quod antè in medelam uulnerum fecerat, postmodum faciat in lau-
 dem gloriãq; uirtutis. Eò accedit, quòd nemo esse sine delicto potest, quàm
 diu indumento carnis oneratus est. Cuius infirmitas triplici modo subiacet
 dominio peccati: factis, dictis, cogitationibus. Per hos gradus ad summum
 culmen iusticiã procedit. Primus est uirtutis gradus, malis operibus abstine-
 re: secundus, etiam malis uerbis: tertius, etiam cogitatione rerum malarum.
 20 Qui primum gradum ascendit, satis iustus est: qui secundū, iam perfectæ uir-
 tutis, siquidem neq; factis neq; sermone delinquat: qui tertium, is uerò simi-
 litudinem Dei affectus uidetur. Est enim penè supra humanum modum, ne
 in cogitationem quidem admittere, quod sit uel factu malum, uel improbum
 dictu. Itaque etiam iusti homines, qui frenare se possunt ab omni opere iniu-
 sto, nonnunquam tamen ipsa fragilitate uincunt, ut uel in ira malum dicant,
 uel in aspectu rerum delectabilium, cogitatione tacita concupiscant. Quòd
 si mortalis conditio non patitur, esse hominem ab omni macula purum: de-
 bent ergo largitione perpetua peccata carnis aboleri. Vnum est enim sapien-
 tis, & iusti, & uiralis uiri opus, diuitias suas in sola iusticiã collocare, qua profe-
 30 ctò qui eget, licet ille Crœsum aut Crassum diuitijs superet, hic pauper, hic nu-
 dus, hic mendicus putandus est. Danda igitur opera, ut indumento iusticiã
 pietatisq; uelemur, quo nos exuat nemo, quod nobis sempiternum prabeat
 ornatum. Nam si deorum cultores simulachra insensibilia excolunt, & quic-
 quid preciosi habent, in ea cōferunt, quibus nec uti possunt, nec gratias age-
 re qui acceperint: quanto iustius est & uerius, uiuentia Dei simulacra excole-
 re, ut promerere inuenire uiuentem: Quæ sicut usui habent quicquid acce-
 perint, & gratias agunt: ita Deus, in cuius conspectu bonum feceris, & pro-
 babit, & mercedem pietatis exoluet.

C O M M E N T A R I V S.

40 Ex supradictis relinquebatur, opus misericor-
 diæ delendis peccatis sufficere. cui obiectioni ob-
 ueniã uenit. Sicut etiam Augustinus lib. de Ciuit.
 Dei 21. cap. 27. ad illud Iacobi respōdet, quod est
 cap. 2. Siquidem iudicium absq; misericordia erit
 ei, qui misericordiam non præstiterit. Et gloria-
 tur misericordia aduersus iudicium. Dirigit ergo
 Lactantius ab illa operaria fiducia ad pœniten-
 tiam, ostendens tres esse ad consummatam iusti-
 ciam gradus. Deus enim.) Nō nult mor-
 50 tem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat.
 Pœnitentiam.) Quia ubi emendatio nulla,
 ibi (inquit Tertullianus) pœnitentia necessario

uana est. Hoc ipsa Latina uox satis clarè docet.
 Ignorantem.) Quæ peccata errores dicuntur.
 Labuntur.) *πρὸς τὴν μάραντα*. Nam septies in
 die cadit iustus. Qui sciens peccat.) Io-
 hannes in priori Canonica discernit inter pecca-
 ta quæ sunt ad mortem, & quæ non sunt ad mor-
 tem. Quàm diu indumento carnis
 oneratus est.) ad Romanos sexto. In
 cogitationem.) Primus satanæ impulsus, si-
 ue primus tentationis impetus peccatum non est,
 sed *ἐλατὸς γισμὸς*, qui quasi colloquium quod-
 dam est cum hoste, & assensus, uel deliberatio
 saltem de peccato perpetrando.

In ira

In ira malum.) *Racha*: Matth. 5. Vel in aspectu.) Nam Christo cōfore adulter est, qui uel impudicis oculis alienam coniugem conuictetur. Concupiscant.) Nesciebat Paulus concupiscentiam esse peccatum, nisi lex dice-

ret, NON CONCVPISCES: Rom. 7. Cræsum aut Crassum.) Hyperbole pro uerbialis. Vide *Chiliad*. Eras. Simulacra.) Eiusdem uanitatis est, uel *Marice* uel alterius alicuius sancti simulacrum uelle uestire.

De affectibus, deq; ijs Stoicorum sententia: & de uirtute, uitijs, & misericordia. CAPVT XIII.

SI ergo in homine præclarum & excellens bonum est misericordia, idq; diuinis testimonijs, & bonorum malorumq; consensu optimum iudicatur: apparet, philosophos longè abfuisse ab humano bono, qui neq; præceperunt eiusmodi quicquam, neque fecerunt: sed hanc uirtutem, quæ in homine propemodum singularis est, pro uitio semper habuerunt. Libet hic interponere unum de philosophia locum, ut illorum plenius coarguamus errores, qui misericordiam, cupiditatem, metum, morbos animi appellant. Conantur illi quidem uirtutes à uitijs distinguere: quod est sanè facillimum. Quis enim non posset liberalem à prodigo separare (ut illi faciunt) aut parcum à sordido, aut quietum ab inertè, aut cautum à timido? quòd hæc quæ sunt bona, fines suos habeant: quos si excesserint, in uitia labuntur: ita ut constantia, nisi pro ueritate suscepta sit, sit impudentia. Item fortitudo, si nulla necessitate cogente, aut non pro causa honesta certum periculum subierit, in temeritate conuertitur. Libertas quoque, si alios insectetur potius, quàm insectantibus resistat, contumacia est. Seueritas etiam, nisi se intra congruentes nocentium pœnas coerceat, sit saua crudelitas. Itaque dicunt eos qui mali uideantur, non sua sponte peccare, nec mala potius eligere: sed bonorum specielapsos incidere in mala, dum bonorum ac malorum discrimen ignorant. Hæc quidem falsa non sunt, sed ad corpus cuncta referuntur. Nam parcum esse, aut constantem, aut cautum, aut quietum, aut fortem, aut seuerum, uirtutes sunt quidem, sed huius temporariae uitæ. Nos autem qui hanc uitam contemnimus, alias nobis uirtutes propositas habemus, de quibus philosophi ne suspicari quidem ulla ratione potuerunt. Itaque & uirtutes quasdam pro uitijs, & uitia quædam pro uirtutibus habuerunt. Nam Stoici affectus, omnes, quorum impulsu animus commouetur, ex homine tollunt, cupiditatem, læticiam, metum, mœsticiam: quorum duo priora ex bonis sunt aut futuris, aut presentibus, posteriora ex malis. Eodem modo hæc quatuor morbos (ut dixi) uocant, non tam natura insitos, quàm praua opinione susceptos. Et idcirco eos censent extirpari posse radicibus, si bonorum malorumq; opinio falsa tollatur. Si enim nihil censeat sapiens bonum, nihil malum: nec cupiditate ardescet, nec læticia gestiet, nec metu terretur, nec egritudine contrahetur. Mox uidebimus an efficiant quod uelint, aut quid efficiant: interim propositum arrogans, aut penè furiosum, qui se putet mederi & eniti posse contra uim rationemq; naturæ.

COMMENTARIUS.

Orditur nouam disputationem, uel (ut uerius dicam) prosequitur eam, quam supra capite decimo ceptam in medio reliquit, aduersus Stoicos, qua ipsos erroris coarguit, quòd quosdã affectus in homine pro morbis animi habuerint, & hominem quasi sensu exuere uoluerint: misericordiam nimirum, cupiditatem, læticiam, metum, mœsticiam in hominis natura suffocare conantes.

Conantur quidem.) Virtutem μεσότητα facientes, collatis utrinque terminis, quos ultra atque citra transilientes, in uitia degenerant: hinc in ἐλαίωτος, illinc in ὑπερβολὴς. Quod Plato aliquoties, Aristoteles uerò diligentissime in suis Moralibus facere solet. Vnde ista duntaxat quæ Lactantius hoc loco attingit, ὑπερβολὴς quædam conspectui subiiciemus.

Liberalem

Liberalem à prodigo.) Liberalitatis inquam rationem Philosophus in 4. Moralium suis extremis hoc modo circumscribit:

in Novo testamento saepe fiduciam transfert: cuius exempla clarissima sunt in ipso Domino Christo, in Petro, in Paulo, qui pharisaeis & sacerdotibus sibi infestis fortiter restiterunt. Ergo fortitudinis species est, eadem fortassis quam Cicero fidenciam, Graeci λεαρτρίαυ appellat. Plutarchus in eo libro cui titulum fecit De discrimine adulatoris & amici, docet τλω παρρησιαυ ami ci esse propriam: & quomodo ea, ne acerbior of fendat, sit condienda. Severitas.) Quia summū ius, summa est iniuria. Nō sua spon te.) ποδι τω εκουσις και ακουσις disputat Ari stoteles in 3. Moralium, ubi τω λι αγνοιαυ ueniā mereri ait, his uerbis: τω δε λι αγνοιαυ, δεχ' εκό σιοι μηδ' απαι δεσμ' ακουσιου η τω επιλυτοι και εν μεταμελεια δεσμ'. Sed ille idem inter τω ακουσιου & εκουσιου ponit differentiam aliquan tulam. Electionem quidem concedit uoluntariā esse, sed nō idem prorsus esse, quod uoluntarium. Hoc enim sese latius extendere, pueros namq; belluasq; sponte aliquid facere, qui tamen neque consilij, neque electionis quicquam habent. Ape rit se hic amplius de libero arbitrio disputandi campus, sed quid de hoc παρρησιαυ. Nam Stoici.) Contra Stoicorum απειθαυ, praeter alios, lege Melanchthonem in Epitome Moralis philosophiae. Operae precium autem mihi face re uideor, si totum hoc negociū ex quarto Tusc. Ciceronis, & ex Laertio, qui haec in Zenonis ui ta prodidit, αποδ' εφεδ' quadam representē: praesertim cum huius usus in sequenti capite maxi mus futurus sit.

υπ' ορβο λη, μισετις, ελλειψις, ατωρια, εναντιριδιτις, αυελουθωρια. Prodigalitas. liberalitas. sordes, auaricia. Parsimonia igitur, quae Ciceroni, ubi Stoicam tuetur personam, ingens uectigal esse dicitur. φειδωλος, γλιχρος, και κίμ, binas, hoc est parcus, tenaces, aridos, pro uiciosis habet, eo quod dando deficiunt. Sed Laetantius uidetur parci nomine frugalem, id est αυταρκη intelligere. Quietum) Quietus meson est: deficiens, iners: exuperās, succensens. Puto enim prorsus id esse quod Arist. li. 5. Mortal. ca. 4. tradidit: Exuperantia, Medietas, Defectus. χαλεποτης, μεσότης, αωρησια. Medium. πεσος, ηλιθιος, 20 Succensens, mansuetus, stolidus.

Videtur inquam pro mansueto quietum dixisse, pro stolido inertem. Cautum à timido.) Arist. timiditatem defectum fortitudinis facit, sicut audaciam exuperantiam. Cicero in 4. Tusc. Stoicorum δυλαβδωα interpretatur cautionem, eam à metu hoc nomine separans: quod hic contra rationem, illa cum ratione pericula uitat. Constantia.) Sic enim definiunt Graeci: λεαρτρία δεσ' απομονη λυπησ, ενεκα τω ηελδ. Item fortitudo.) Ipse etiam Arist. φροβηδωα in quibusdam rebus forti uiro permit tit. Libertas.) παρρησια, quam Erasmus

40 Apud Stoicos sunt παθη, perturbationes quatuor, quae nascuntur ex opinatis

Bonis
Futuris: libido, επιθυμία, quam noster cupiditatem uocat: hoc est, ut Cic. inquit, cupiditas effrenata, ορεξις αλογος.
Praesentibus: latitudo, ηδονη, cum animus (ut inquit Cic.) inaniter & effuse exultat, αλογος επαισις.
Malis
Futuris: metus, φοβος, quem Cic. definit cautionē rationi contra riam, προσδοκία και κω
Praesentibus: aegritudo, λυπη: noster maestitia uocat, quae (definiente Cic.) est animi aduersante ratione contractio, αλογος σνολη. Huic nulla constantia opponitur.

Voluntas, βελησις, quae cum ratione desiderat, βυλογος ορεξις.
His tribus opponuntur tres aliae, rationi obtemperantes, constantiae, δυπαθηαι:
Gaudium, χαρην, cum animus mouetur placide & constanter, βυλογος παρησις.
Cautio, δυλαβδωα, declinatio mali cum ratione, βυλογος εκκλισις.
De

HAec enim naturalia esse, non uoluntaria, omnium uiuentium ratio de-
 monstrat, quæ ipsidem omnibus quatur affectibus. Peripatetici ergo
 rectius, qui hæc omnia detrahi negant posse: quia nobiscum simul nata sint,
 & conantur ostendere, quam prouidenter & quam necessariò Deus, siue na-
 tura (sic enim dicunt) his nos armarit affectibus: quos tamen, quia uiciosi
 plerunq; sunt, si nimij sint, posse ab homine adhibito modo salubriter tem-
 perari, ut tantum homini quantum naturæ satis est, relinquatur. Non insipies
 disputatio, si (ut dixi) non ad hanc uitam omnia referretur. Stoici ergo furiosi
 qui ea non temperant, sed abscindunt, rebusq; à natura insitis castrare homi-
 nem quodammodo uolunt. Quod tale est, quale si uelint aut metum detrahe-
 re ceruis, aut uenenum anguibus, aut iram feris, aut placiditatem pecudibus.
 Nã quæ singula mutis animalibus data sunt, ea uerò uniuersa homini simul.
 Quòd si, ut medici dicunt, læticiæ affectus in splene est, iræ in felle, libidinis
 in iecore, timoris in corde: facilius est interficere animal ipsum, quam ex cor-
 pore aliquid euellere, quod est animantis naturã uelle mutare. Sed homines
 prudentes nõ intelligunt cum uitia ex homine tollunt, etiã se uirtutẽ tolle-
 re, cui soli locũ faciunt. Nam si uirtus est, in medio iræ impetu seipsum cohi-
 bere ac reprímere, quod negare nõ possunt: caret ergo uirtute, quisquis irã ca-
 ret. Si uirtus est, libidinem corporis continere: uirtute careat necesse est, qui
 libidinem quam temperet, non habet. Si uirtus est, cupiditatem ab alieni ap-
 petitione frenare: nullam certè uirtutem potest habere, qui caret eo ad quod
 cohibendum, uirtutis usus adhibetur. Vbi ergo uitia non sunt, nec uirtuti lo-
 cus est quidem: sicut nec uictoriæ quidem ubi aduersarius nullus est. Ita fit ut
 bonum sine malo esse in hac uita non possit. Affectus igitur, quasi ubertas
 est naturalis animorum. Nam sicut in sentes ager, qui est natura fœcundus,
 exuberat: sic animus incultus uitij sua spõte inualescentibus, uelut spinis ob-
 ducitur. Sed cum uerus cultor accesserit, statim cedentibus uitij, fruges uir-
 tutis oriuntur. Deus itaq; cum hominem primùm fingeret, mirabili prouidẽ
 tia in generauit ei prius istas animi commotiones, ut posset capere uirtutem,
 sicut terra culturam: posuitq; materiam uitiorum in affectibus, uirtutis in ui-
 tij. Quæ profectò aut nulla erit, aut in usu esse nõ poterit, si desint ea per que
 uis eius aut apparet, aut constat. Videamus nunc, ijdem illi qui uitia penitus
 excidunt, quid effecerint. Quatuor illos affectus, quos ex opinione honorũ
 malorumq; nasci putant, quibus euulsis, sanandum esse animum sapientis e-
 xistimant, quoniã intelligunt & natura insitos esse, & sine his nihil moueri,
 nihil agi posse, alia quædam in eorum locũ uicemq; supponunt. Pro cupidi-
 tate substituunt uoluntatem: quasi uerò non multo sit præstabilius, bonum
 cupere, quam uelle. Item pro læticiã gaudium, pro metu cautionem. At in il-
 lo quarto immutandi nominis, eos ratio deficit. Itaque ægritudinem pe-
 nitus, id est, mœsticiã, doloremque animi sustulerunt, quod fieri nequa-
 quam potest. Quis enim possit non dolere, si patriam aut pestilentia ex-
 hauserit, aut hostis euerterit, aut tyrannus oppresserit? Potest aliquis
 non dolere, si sublatam uiderit libertatem, si proximos, si amicos, si
 bonos uiros aut exterminatos aut trucidatos? nisi cuius mens ita ob-
 stupuerit, ut sit ei sensus omnis ereptus. Quare aut omnia tollere de-
 buerunt, aut implenda fuerat curta hæc & debilis disputatio, id est e-
 tiam pro ægritudine aliquid reponendum, quoniã superioribus ita ordi-
 natis, hoc consequens erat. Ut enim præsentibus lætamur bonis, sic ma-
 lis angimur ac dolemus. Si ergo læticiã, quoniã uitiosam putabant; no-
 men aliud indiderunt: sic ægritudini, quoniã & ipsam uitiosam putabant,
 aliud

aliud uocabulum tribui congruebat. Vnde apparet, non illis rem defuisse, sed uerbum, cuius indigentia eum totum affectum, qui est uel maximus, contra quam natura pateretur, auferre uoluerunt. Nam illas nominum commutationes poteram coarguere pluribus, & ostendere aut sermonis ornandi, augendaque copiae gratia, multa nomina iisdem rebus imposita, aut nihil, aut certe non multum inter se illa distare. Nam & cupiditas a uoluntate incipit, & cautio a metu oritur, & laetitia nihil aliud est, quam profusum gaudium. Sed putemus, ut ipsi uolunt, esse diuersa. Nempe igitur cupiditatem esse dicent, perseverantem ac perpetuam uoluntate: laeticiam uero, insolenter se efferens gaudium: metum autem, nimiam & excedentem modum cautionem. Ita fit, ut ea quae tollenda esse censent, non tollant, sed temperent, siquidem nomina tantummodo immutat, res ipsae manent. Eo igitur imprudentes reuoluuntur, quo Peripatetici ratione perueniunt, ut uitia quoniam tolli non possunt, moderanda sint. Errant ergo, quia non efficiunt quod uolunt, & longo asperoque circuitu in eandem uiam redeunt.

COMMENTARIUS.

Disputat pro Peripateticis aduersus Stoicos, qui hominem affectibus exuere, & naturam humanam extinguere satagerunt. Quod argumentum tractauit etiam Augustinus lib. 14. Ciuit. Dei, cap. 8. & 9. ostendens plurimis Scripturae phrasibus illas uocum differentias nimium esse coactas atque angustas. Lege contra hoc idem Stoicorum dogma eundem August. lib. 9. cap. 4. Ciuit. & li. 1. quaest. in Genesim, cap. 30. lege item Gell. lib. 1. cap. 2. & lib. 19. cap. 1. Posset hoc negotium ab ociofo, et his studijs uacante copiosissime peragi. Salubriter temperari. Facere non possum quin Theagmisi probabilia de his uerba adscribam:
 30 *επειδὴ ἡ ἀρετὴ καὶ τὸ ἦθος ἀρετὰ πρὸς τὰ πάθη τῶν δειπνῶν ἡδονῶν καὶ λυπῶν ἀρετὰ πρὸς τὰ πάθη τῶν ψυχῆς, ἡδονῶν καὶ λυπῶν, ἀρετὰ πρὸς τὰ πάθη τῶν κινήσεων, ἀλλ' ἢ τὸ ταῦτα σωαρμοσίαν, ἡ δὲ γὰρ ὑγίεια, ἀνεκαστία τις ἐστὶ τῶν τῶ σώματος δυνάμεων, ἢ τῶν ἀρετῶν τῶν ψυχῆς ἢ τῶν ὀρέξεων, καὶ τὸ ὑγρὸν καὶ τὸ ξηρὸν πρὸς τὰ πάθη τῶν κινήσεων, ἀλλ' ἢ τὸ ταῦτα συγκοραδῶσαι, ἢ τὴν γὰρ οἶον συμμετρίαν τις τῶν δειπνῶν, ἡ δὲ γὰρ τῶν μὲν σικῶν, ἢ τῶν ἀρετῶν τῶν ὀρέξεων, ἢ τῶν βαρῶν, τὸ σύμφωνον πρὸς τὰ πάθη, ἀλλ' ἢ τὸ ταῦτα πρὸς τὴν σωαρμοσίαν, ἢ τὴν σωαρμοσίαν τῶν ὀρέξεων, καὶ τῶν βαρῶν, τὸ μὲν σύμφωνον ἵνα ποταμὸν ἀνέται, τὸ δὲ διάφωνον ἐκρέεται. συναρμοσμένων δὲ καὶ τῶν ὀρέξεων καὶ τῶν ψυχῆς, ἢ τῶν ὀρέξεων καὶ ξηρῶν ἀλλ' ἢ ὑγίεια γίνεται, ἢ δὲ νόσος ἀπόλυται. & reliqua, quae inuenies apud Stobaeum πρὸς τὴν φρονήσεως λόγῳ α.*
 Aut metum ceruis.) Poetae ceruos ferè timidos fingunt. Ouid. 5. Trist.
 50 *Utiq; tamen timidae nactum uestigia ceruae. & Achilles apud Homer. Iliad. α. Agamemnoni*

λεπδὲ τὸν ἐλάφοιο tribuit, homini nimirum imbelli. Vide Prouerb. Ceruinus uir. De cerui natura lege Plin. lib. 8. cap. 32. Arist. lib. 9. De serpentinibus constat. In splene.) Sunt qui putent, admirisum simul homini intemperantiamque ioci constare lienis magnitudine. Plin. lib. 11. cap. 37. Causa est, quod melancholicum ad se trahit humorem, quo sanguis purus ad cerebrum ac ceteras partes permeet. Ira in felle.) Plin. eodem: Sed in felle (inquit) nigro insaniae causa homini, morsque toto reddito. Hinc et in mores crimen, Bilis nomine. Adeo magnus est in hac parte uirus, cum se fundit in animum. Hinc fel irae symbolum est. Nam qui Iunoni nuptiali rem diuinam faciebant, ut apud Plut. in praecipis connubialibus legitur, fel ideo abiiciebant, quod bilis siue ira a connubijs longissime abesse debeat. Hinc bilem pro ira, id est causam pro effectu, per metonymiam dicimus. Sic Pers. bilem masculam iram appellauit, Sat. 5. Libidinis in iecore.) Tityus apud Poetas propterea iecinore poenam luere fingitur, quod eo libidine accensus, Latonam ad stuprum sollicitare ausus fuit: autore Heraclide Pontico. Alexander Aphrodisseus in Problem. ait, sues ob id uoluptati tam deditos esse, quod iecinore sunt grandiore. Affectuum sedes Ouidius in Tristibus disticho complexus est:
 Cor sapit, & pulmo loquitur, fel commouet iras,
 Splen ridere facit, cogit amare iecur.
 Timoris in corde.) Plin. loco iam sapius citato: Bruta, inquit, existimantur animalium, quibus durum riget: audacia, quibus paruum est: pauida, quibus praegrande. Vnde Vlyss. Odyss. u. (teste eodem Heraclide) procis iratus, cor pulsat, ceu domicilium quoddam τὸ μῦστον κελῶς, inquiens:

σὴν ἢ πλῆθος καρδίας ἠπίπτεται μύθος
τίτλαθι δ' ἢ καρδία, ἢ κενότορον ἄλλο ποτ'
ἔτλης.

ἀφ' ἧς inquit Heraclides αἰ θυμῷ καὶ φρονίῳ
γαί, πρὸς ταύτην ὁ λόγος ἀεὶ κλίνω. Unde e-
tiam Achilles, cum Agamemnoni ceruinum cor
tribueret, magnum intellexit, & per metalypsim
pavidū. Verba Pliniana sunt ex Aristotele trans-
lata, de partibus Animalium li. 3. ca. 4. αἰ, inquit,
ἐξ ἀφορᾶς καρδίας καὶ μέγθος τε καὶ μα-
κροτήτα, καὶ σκληρότητα, καὶ μαλακώπι-
τα, τένονσι πῆ καὶ πρὸς τὰ ἕβη. τὰ μὲν γὰρ
ἀναιδῆτα, σκληρὰ ἔχει τὴν καρδίαν, καὶ
πῆ μὲν μέγας ἔχοντα τὴν καρδίαν, δ' εἰ δὲ
τὰ δὲ ἐλάσσος καὶ μίσηος, θαρραλέωτορας.
Deinde causam subdit: τὸ γὰρ συμβαίνουσι πᾶ-
σι τὸ φοβέσθαι προσπαθεῖ τῶτοις,
ἐξ τὸ μὴ ἀλόγου εἶναι τὸ θερμὸν τῆς καρδίας.
μικρὸν δ' ὄν, γὰρ μέγασιν ἀμαυροῦσθαι, καὶ τὸ
αἶμα ψυχρότορον εἶναι. Sed si rem rectius consi-
derabimus, cor principale est organon omnium
affectuum. De his lege cap. 14. de officio Dei.
Homines prudentes.) Ironice. Nam
si uirtus.) A' causa materiali. Nam si-
cut.) Similitudo probabilis. Materie uir-
tiorum.) Foritem peccati uocat. Hæc est lex

carnis, pugnans legi mentis. Ex opinione
bonorum.) ὁμοιωτὰ Græci, Cicero opi-
nata uocat. Verum sapiens non opinionibus duci-
tur. Quare cupit ea quæ oportet: lætatur in rebus
honestis, timet uerè mala: dolet etiã, & ægro ani-
mo fert, quicquid dolendū acciderit. Quare mul-
to rectius Ludouicus Viues, qui in lib. 3. de Philo-
sophia præclare de his rebus differit. Pro cu-
piditate.) Ab enumeratione partium non suffi-
ciente. Sed uerbum.) Cum interim Stoi-
cipræ cæteris λογμάχοι fuerint. Illa sta-
re.) Distare priores editiones: meo sanè iudicio,
multo rectius. Sed putemus.) Concessio.
Nempe igitur.) Cicero ex Stoicorum dor-
ctrina definit, opinionem uerturi boni. Vbi autem
opinio est, ibi nulla est constantia. Læticia
uerò.) Cicero: Cum autem inaniter & effuse
animus exultat, tum illa læticia gesties, uel nimia
dici potest. Adducere etiã Græcas, nisi Ioachi-
mus Camerarius, uir absolutè doctus, Græcas cū
Latinis conuulisset. Cautio fit.) Cum cau-
tio Stoicis apud Cic. sit declinatio mali, quæ fit
cum ratione. In his ergo τὴν μεσότητα posue-
runt, in illis τὴν ἐπιβολῶν. Moderan-
da sint.) Gryphius non sine ratione lectionem
mutauit, nescio an exemplari uetusto
aliquo fretus.

De affectibus, & de ijs Peripateticorum illa sententia euerfa: & qui sit uerus usus
affectuum, quique malus. CAP. XVI.

AT ego ne Peripateticos quidem accessisse ad ueritatem puto, qui uitia
esse concedunt, sed ea mediocriter temperant. Carendum est enim ui-
tijs etiam mediocribus, quin potius efficiendum fuit primū, ne uitia essent
(nec enim quicquam uitiosum nasci potest, sed uitia fieri, si malè utamur affe-
ctibus: si bene uirtutes.) deinde monstrandum est, non ipsos affectus, sed
eorum causas esse moderandas. Non est, inquiunt, læticia nimia gestiendum,
sed modicè ac temperatè. Hoc uerò tale est, quale, si dicerent, non esse curren-
dum concitatè, sed gradiendū quietè. At potest & qui graditur errare: & qui
currit, rectam uiam tenere. Quid si ostendo, esse aliquid ubi non tantum mo-
dicum sed uel punctum gaudere uitiosum sit: & aliud cōtrā, in quo uel exul-
tare læticia minimè sit criminofum? Quid tandem nobis ista mediocritas
proderit? Quæro utrum ne sapienti lætandum putent, si quid inimico suo
mali uideant accidere, aut utrum ne læticiam frænare debeant, si uictis hosti-
bus, aut oppresso tyranno libertas & salus ciuibus parta sit? Nemo dubi-
tat, quin & in illo exiguum lætari, & in hoc parum lætari sit maximū crimen.
Eadem de cæteris affectibus dicere licet. Sed (ut dixi) non in his moderan-
dis sapientiæ ratio uersatur, sed in causis eorum, quoniam extrinsecus cōmo-
uentur. Nec ipsis potissimū frenos imponi oportuit, quoniam & exigui
possunt esse in maximo crimine, & maximi possunt esse sine crimine: sed alsī
gnandi fuerunt certis temporibus, & rebus, & locis, ne uitia sint, quibus uti
rectè licet. Sicut enim rectè ambulare bonum est, errare autem malū: sic mo-
ueri affectibus in rectum, bonum est: in prauum, malum. Nam si libido extra
legitimum

legitimum thorum non euagetur, licet sit uehemens, tamē culpa caret. Si uerō appetit alienum, licet sit mediocris, uitium tamen maximum est. Non est itaq; morbus irasci, nec cupere, nec libidine commoueri: sed iracundum esse, morbus est, cupidum, libidinosum. Qui enim iracundus est, etiam cui nō debet, aut cum non oportet irascitur: qui cupidus, etiā quod non opus est, concupiscit: qui libidinosus, etiam quod legibus uetatur affectat. Omnis igitur ratio in eo uersari debuit, ut quoniam earum rerum impetus inhiberi non potest, nec debet, quia necessariō est insitus ad tuenda officia uitæ, dirigeretur potius in uiam rectam, ubi etiam cursus offensione ac periculo careat.

C O M M E N T A R I V S.

10 Superius docuit, quibus semitis Stoici à ueritatis uia illac aberrarint: nunc docet, quomodo Peripatetici hac deflexerint. Illi funditus tollendos arbitrabantur affectus, hi moderandos non sine errore censuerunt. Nec enim quicquam uitiosum.) Cautè sunt hæc legenda. Nam David confitetur, se in iniquitatibus conceptum. Interim tamē uerum est, affectus ex sui natura peccata nō esse. Nam sicut in rebus bellicis, 20 uitiosa euocatio non est, nisi ad primam euocationem dedito sequatur, sed cum hoste colloquiū culpa uacat: ita primus affectuum impetus innocentie proximus est, nisi paulatim de statu mentis cedere cogites. Argumenta ex similitudinibus

ducta probabilia quidem sunt, sed plus roboris habent, quod sacre Scripturæ autoritate confirmari possunt. Verum remitto te ad Augustinum. Sed iracundum esse.) Habitus ergo uitiosus est: subitus animi motus, præsertim ex iusta causa, uitio caret. iuxta illud: irascimini, et nolite peccare, &c. Animaduertis ergo, circumstantias ad causæ defensionem plurimum facere. Racha fratri imprecari, peccatum est: sed uidemus Apostolos præceptoris sui exemplo sine crimine non semel in iras exarsisse. de hoc infra cap. 19. plura. Ad tuenda officia uitæ.) edendi, bibendi, pellendi frigoris, taceo studium prolis.

De affectibus, & usu eorum: & patientia, & summo bono Christianorum.

C A P. XVII.

30 Sed euectus sum coarguendi studio longius, cum sit mihi propositum, ea quæ uitia philosophi putauerunt, ostendere non tantum uitia non esse, uerum etiam magnas esse uirtutes. Et alia docendi gratia sumam, quæ pertinere ad rem maximè puto. Metum seu timorē in maximo uitio ponunt, summamq; imbecillitatem esse animi putant, cui sit contraria fortitudo, quæ si sit in homine, locum timori esse nullū. Credit ergo ne aliquis fieri posse, ut idē metus summa sit fortitudo: Minimè. Neq; enim uidetur capere natura, ut aliquid in contrariū recidat. Quin ego non arguta aliqua conclusione, ut apud Platonem Socrates facit, qui eos quos contra disputat, cogit ea quæ negauerant, confiteri: sed simpliciter ostendam, summū metum summam esse uirtutem. Nemo dubitat quin timidi & imbecilli sit animi, aut dolorem metueret, aut egestatem, aut exilium, aut carcerē, aut mortem: quæ omnia quisquis 40 non exhorruerit, fortissimus iudicatur. Qui autem Deum metuit, illa uniuersa minimè metuit. Ad quod probandum argumentis opus non est. Spectate sunt enim, spectanturq; adhuc per orbem poenæ cultorum Dei, in quibus excruciantis noua & inusitata tormenta excogitata sunt. Nam de mortis generibus horret animus recordari, cum immanium bestiarum ultra ipsam mortē carnificina saeuierit. Has tamen excruciables corporū lacerationes felix atq; inuicta patientia sine ullo gemitu pertulit. Hæc uirtus omnibus populis atq; 50 prouincijs, & ipsis tortoribus miraculum maximum præbuit, cum patientia crudelitas uinceretur. Atqui hanc uirtutem nihil aliud quam metus Dei fecit. Itaq; (ut dicebam) non euellendus, ut Stoici, neq; temperandus timor, ut Peripatetici uolunt, sed in ueram uiam dirigendus est: auferendiq; sunt metus, sed ita ut is solus relinquatur, qui quoniā legitimus ac uerus est, solus efficit, ut possint cætera omnia nō timeri. Cupiditas quoq; inter uitia numeratur.

tur. sed si hæc quæ terrena sunt concupiscat, uitiū est: uirtus autem, si cœlestia. Qui enim iusticiam, qui Deum, qui uitam perpetuam, qui lucem sempiternam, eaq; omnia quæ Deus homini pollicetur consequi cupit, opes istas, & honores, & potentatus, & regna ipsa cōtemnet. Dicit fortasse Stoicus, uoluntate opus esse ad hæc consequenda, non cupiditate: imò uerò parum est uelle. Multi enim uolunt, sed cum dolor uisceribus accesserit, uoluntas cedit, cupiditas perseverat, quæ si efficit ut cōtemptui sint omnia quæ à cæteris appetuntur, summa uirtus est, si quidem continentia mater est. Ideoq; illud potius efficere debemus ut affectus quibus prauè uti uitiū est, dirigamus in rectum. Nam istæ concitationes animorum iuncto curru similes sunt, in quo rectè moderando summum rectoris officium est, ut uiam nouerit: quam si tenebit, licet quamlibet cōcitatè ierit, non offendet. Si autè aberrauerit, licet placidè ac leniter eat, aut per confragosa uexabitur, aut per præcipitia labetur, aut certè quò non est opus deferetur. Sic currus ille uitæ, qui affectibus uelut equis perniciousibus ducitur, si uiam rectam teneat, fungetur officio. Metus igitur & cupiditas si proijciantur in terram, uitia fient: uirtutes autem, si ad diuina referantur. Parsimoniam contra uirtutis loco habent, quæ si studium est habendi, non potest esse uirtus, quia in augendis, uel tuendis terrestribus bonis tota uersatur. Nos autem summum bonum non referimus ad corpus, sed omne officium solius animæ conseruatione metimur. Quòd si (ut supra do-²⁰ cui) patrimonio minimè parcendum est, ut humanitatem, iusticiamq; teneamus, nō est uirtus, frugi esse: quod nomen uirtutis specie fallit ac decipit. Est enim frugalitas abstinentia quidem uoluptatum, sed eò uitiū, quia ex habendi amore descendit: cum sit & uoluptatibus abstinentum, & pecuniæ minimè temperandum. Nam parcè, id est mediocriter uti pecunia, quasi quedā pusillitas animi est aut pertimentis, ne sibi desit, aut desperantis, posse se illā reparare, aut contemptū terrestrium non capientis. Sed illi profus eum, qui rei familiari suæ non parcat, prodigum uocant. Nam ita liberalem distinguunt à prodigo, quòd is liberalis sit, qui & benemeritis, & cum oportet, & quantum satis est largiatur: prodigus uerò qui & non meritis, & cum opus non est, & sine respectu rei familiaris effundat. Quid ergo? Prodigum ne dicemus eū, qui misericordiæ causa tribuat egentibus uictū? Atqui multū refert, utrum ne scortis propter libidinem largiāre, an miseris propter humanitatē: utrum pecuniam tuam productores, aleatores, lenonesq; diripiant, an illam pietati ac Deo præstes: utrum ne illam uentri ac gulæ ingeras, an in thesauro iusticiæ reponas. Ut ergo uitiū est, effundere in malam partem, sic in bonā uirtus. Si uirtus est, non parcere opibus quæ possunt reparari, ut hominis uitam sustentent, quæ reparari nō potest: uitiū igitur parsimonia est. Quare nihil aliud dixerim, quam insanos, qui hominē mite ac sociale animal orbant suo nomine, qui euulsis affectibus, quibus omnis constat humanitas, ad immobilē stuporem mentis perducere uolunt, dum student animū à perturbationibus liberare, & (ut ipsi dicunt) quietum tranquillūq; reddere. Quod fieri non tantum non potest, quia uis & ratio eius in motu est, sed ne oportet quidem: quia sicut aqua semper iacēs & quieta, insalubris & magis turbida est: sic animus immotus ac torpēs, inutilis est etiam sibi, nec uitam ipsam tueri poterit: quia nec faciet quicquam, nec cogitabit cum cogitatio ipsa nihil aliud sit q̄ mentis agitatio. Deniq; qui hanc immobilitatem animi asserunt, priuare animum uita uolunt: quia uita actiuosa est, mors quieta. Quædā etiam rectè pro uirtutibus habent, sed earum modum non tenent. Virtus est constantia, non ut inferentibus iniuriā resistamus (his enim cedendum est: quòd cur fieri³⁰ debeat, mox docebo) sed ut iubentibus facere nos contra Dei legem, contraq; iusticiā nullis minis aut supplicijs terreamur, quo minus Dei iussione hominis

hominis iussioni præferamus. Item uirtus est, mortē contemnere, non ut appetamus, eamq; ultrò nobis inferamus, sicut philosophorū plurimi, & maximi sæpe fecerunt, quod est sceleratum ac nefarium: sed ut coacti Deum relinquere, ac fidem prodere, mortē suscipere malimus, libertatemq; defendamus aduersus impotentium stultā uecordemq; uiolentiam, ut omnes seculi minas atq; terrores fortitudine animi prouocemus. Sic ea quæ alij timēt excelsa & insuperabili mente, dolorē mortemq; calcamus. Hæc est uirtus, hæc uera est constantia, in hoc tuenda & cōseruanda solo, ut nullus nos terror, nulla uis à Deo possit auertere. Vera igitur Ciceronis illa sentētia est: Nemo, inquit, iustus potest esse, qui mortē, qui dolorē, qui exiliū, qui egestatē timet. Item Senecæ in libris Moralis philosophiæ dicentis: Hic est ille homo honestus, non apice purpura ue, nō lictorū insignis ministerio, sed nulla re minor: qui cum mortē in uiciā uidet, non sic perturbatur, tanquā rem nouā uiderit, qui siue toto corpore tormēta patiēda sunt, siue flamma ore recipienda est, siue extendendā per patibulum manus, non quærit quid patiat, sed quā bene. Qui autem Deum colit, hæc patitur, nec timet. Ergo iustus. His rebus efficitur, ut neq; uirtutes, neq; uirtutū exactissimos limites nosse aut tenere possit omnino, quisquis est à religione Dei singularis alienus.

COMMENTARIUS.

20 In hoc capite tria sunt *τῶν ἀδελφῶν*. Metum & cupiditatem non modò non esse morbos, sed etiā uirtutes præclaras: deinde frugalitatem uitiosam esse docet. Ex quibus colligit, motus animorū bonos esse. Ex alijs. Ex his, siue ex illis, priores editiones melius habent. Alias etiam, Et alia. Metum seu timorem. Eadē ipse etiā Aristoteles tradit, in 3. Moralium ad Nicomachū, nisi quòd in exemplis nōnihil à Lactatio uariat. Vide ibidē etiā Eustratiū. Arguta aliqua conclusio. Inductione Socratica. Qui Deum metuit. Non uelut tyrannum, qui timor seruilis à Theologis nominatur: sed timor quo timēdus est Deus, aliud est nihil quā amor is, quo filij boni parētes prosequi solent, is quia est cum timore aliquo permixtus, reuerētia Latinis, siue etiā ueneratio dicitur. Iuncto curui. Videtur hac similitudine alludere ad fabulā Platonis de equis bonis ac malis. Est enim frugalitas. Sunt qui *σωφροσύνη* Græcè dictā 40 putat: quā tamen Cicero tū temperantiā, tum moderatiōnē solet appellare, nonnunquā etiā modestiam. Certè frugalitatis apud Lactantiū definitio congruit cum ea quæ Græci *τὴν σωφροσύνην* definiūt. Sic enim in Speusippi definitionibus definitur: *σωφροσύνην μετρίους ἐν ἡυχῆς πρὸς τὰς ἐπιθυμίας καὶ φροσύνην γυγνομίαν ἀδιδυμίαν*

τῆ ἡδονῆς. Eius, inquit Cicero, uidetur esse propriū, motus animi appetētis regere & sedare, semperq; aduersantē libidini moderatā in omni re seruare constantiā. Huic subiicit fortitudinē, iusticiam, prudentiā. Huic obijcit nequitia, uitium contrariū. Nam ita liberalem. De hac differentia superius ex Aristot. diximus. Sicut aqua semper. Similitudines satis probabiles. Plin. lib. 31. cap. 3. Queritur inter medicos, cuius generis aquæ sint utilissimæ. Stagnantes pigrasq; meritò damnant, utiliores quæ profluunt existimātes. Varro de Re rustica aquā uiuam cæteris præfert, lib. 1. cap. 1. Quam mentis agitatio. Id quod ipsum *ἡ ἀσθενεία* uocabulum ostendit. Hinc anima Thaleti est *φύσις ἀκίνητος, ἢ αὐτοκίνητος*, sicut etiā Platoni *ἡ ἐκείνη ἡ ψυχή*, Orpheo *ἀκίνητος ἡ ψυχή* *ἡ ἀκίνητος*. Hanc immobilitatem. *ἀκίνητος*, quem stuporem uertunt. Eamq; ultrò. De hoc supra dictū est, de falsa Sapia. Ciceronis. ab autoritate. Eodem modo idem Cicero in 3. Off. ait, detrachere alteri sui commodi causa magis esse contra naturam, quā mortem, quā dolorem, quā cætera. Senecæ nullus liber hoc titulo extat.

Religione. Dei non incuria arbitror omissum.

De Dei quibusdam mandatis, & patientia. CAP. XVIII.

50 Sed omittamus philosophos, qui aut omnino nihil sciunt, idq; ipsum pro summa scientia præ se ferunt: aut qui non perspiciunt etiā quæ sciunt: aut qui quoniā se putāt scire quæ nesciunt, ineptè arroganterq; desipiūt. Nos ergo (ut ad propositū reuertamur) quibus solis à Deo ueritas reuelata, & cœ-

litus missa sapientia est, faciamus quæ iubet illuminator noster Deus, sustineamus inuicem, & labores huius uitæ mutuis adiuuentis perferamus, nec tamē si quid boni operis fecerimus, gloriam captemus ex eo: monet enim Deus, operatorem iusticiæ non oportere esse iactantem, ne non tam mandatis celestibus obsequendi, quàm studio placendi, humanitatis officio functus esse uideatur, habeatque iam precium gloriæ quod captauit, nec præmium cœlestis illius ac diuinæ mercedis accipiat. Cætera quæ obseruare cultor Dei debet, facilia sunt, illis uirtutibus comprehensis, ut non mentiatur unquam decipiendi aut nocendi causa. Est enim nefas, eum qui ueritati studeat, in aliqua re esse fallacem, atque ab ipsa quam sequitur, ueritate discedere. In hac iusticiæ uirtutumque omnium uia, nullus mendacio locus est. Itaque uiator ille uerus ac iustus non dicet illud Lucilianum:

Homini amico ac familiari non est mentiri meum:

sed etiam inimico atque ignoto existimabit non esse mentiri suum, nec aliquando committeret, ut lingua interpret animi, à sensu & cogitatione discordet. Pecuniæ, si quam crediderit, non accipiat usuram: ut & beneficium sit incolume, quod succurrit necessitati, & abstineat se prorsus alieno. In hoc enim genere officij debet suo esse contentus, quem oporteat aliàs ne proprio quidem parere, ut bonum faciat: plus autem accipere quàm dederit, iniustum est. Quod qui facit, insidiatur quodammodo, ut ex alterius necessitate prædetur. At iustus nunquam prætermittet, quo minus aliquid misericorditer faciat, nec inquinabit se huiusmodi quæstu: sed efficiet, ut sine ullo suo damno id ipsum quod commodat, inter bona nomina nominetur. Munus non accipiet à paupe, ut si quid ipse præstiterit, eò bonum sit, quo fuerit gratuitum. Maledicenti benedicto respondeat: nunquam ipse maledicat, nec uerbum malum procedat ex ore hominis qui colit uerbum bonum. Quin etiam caueat diligenter, ne quando inimicum sua culpa faciat: & si quis extiterit tam proteruus, qui bono & iusto faciat iniuriam, clementer ac moderatè ferat, & ultionem suam non sibi assumat, sed iudicio Dei reseruet. Innocentiam semper & ubique custodiat. Quod præceptum non ad hoc tantum ualeat, ut ipse iniuriam non inferat, sed ut illatam sibi non uindictet. Sedet enim maximus & æquissimus iudex, speculator ac testis omnium. Hunc homini præferat, hunc malit de causa sua pronunciare, cuius sententiã nemo effugere potest nec defensione cuiusquam, nec gratia. Ita fit, ut homo iustus contemptui sit omnibus: & quia putabitur, semetipsum defendere non posse, habebitur pro segni & inertis. Qui autem fuerit ultus inimicum, hic fortis, hic strenuus iudicatur: hunc colunt, hunc omnes uerent. Bonus uerò ille tametsi prodesse omnibus uel pluribus possit, illum tamen suspiciunt qui nocere, quàm qui prodesse possit: sed iustum prauitas hominum deprauare non poterit, quo minus Deo studeat obtemperare, malitque contemni, dummodo semper boni fungatur officio, malit nunquam. Cicero in iisdem illis Officialibus libris: At uerò si quis uoluerit, inquit, animi sui complicatam notionem euoluere, iam se ipse doceat, eum uirum bonum esse, qui prosit quibus possit, noceat nemini: nisi lacepsitus iniuria. O quàm simplicem ueramque sententiã duorum uerborum adiectione corruptit. Quid enim opus fuerat adiungere, nisi lacepsitus iniuria: ut uitium bono uiro quasi caudam turpissimam apponeret, patientiaque quæ omnium uirtutum maxima est, faceret expertem? Nociturum esse dixit bonum uirum, si fuerit lacepsitus: iam ex hoc ipso boni uiri nomē amittat necesse est, si nocerit. Non minus enim mali est, referre iniuriam, quàm inferre. Nam unde certamina inter homines, unde pugnae, contentionesque nascuntur, nisi quòd improbitati opposita impatientia, magnas sepe concitat tempestates? Quòd si patientiã, qua uirtute nihil uerius, nihil homine dignius inueniri potest, improbitati

probitati opposueris, extinguet protinus, tanquā si igni aquā superfuderis. Sin autē prouocatrix illa improbitas impatientiā sibi cōparem nacta est, tanquam perfusa oleo, tantū excitabit incendiū, ut id nō flumē aliquod, sed effusio cruoris extinguat. Magna itaq; patiētia ratio est, quā sapiens homo ademit bono uiro. Ut enim nihil malorū fiat, hęc sola efficit: quæ si detur omnibus, nullū scelus, nulla fraus in rebus humanis erit. Quid ergo bono uiro potest esse tam calamitosum, tamq; contrariū, quā ira frena permittere, quæ illū nō modò boni, sed etiā hominis appellatione despoliet? Siquidē nocere alteri, ut ipse uerissimè ait, nō est secundū hominis naturā. Nam & pecudes, si laceffas, aut calce, aut cornu repugnāt: & serpentes ac feræ, nisi persequaris ut occidas, negociū nō exhibēt: & (ut ad hominū exempla redeamus) imperiti quoq; & insipientes si quando accipiūt iniuriā, cæco & irrationabili furore ducuntur, & ijs qui sibi nocēt uicē retribuere conātur. In quo igitur sapiens ac bonus uir à malis & insipientibus differt, nisi quòd habet inuictā patientiā, qua stulti carent: nisi quòd regere se, ac mitigare iram suā nouit, quā illi, quia uirtute indigēt, refrenare nō possunt. Sed uidelicet hęc illū res fefellit quia cum de uirtute quæreretur, in quacunq; contentione uinceret, putauit esse uirtutis: nec uidere ullo modo potuit, hominē dolori & iræ succumbentē, & ijs affectib; indulgentē, quibus debet potius reluctari, & ruentē quamcunq; in partē improbitas prouocari, uirtutis officium nō tenere. Qui enim referre iniuriā nititur, eum ipsum à quo læsus est, gestit imitari. Ita qui malū imitatur, bonus esse nullo pacto potest. Duobus igitur uerbis duas uirtutes maximas bono & sapienti uiro, innocentiam patientiamq; detraxit. Sed quia ipse caninam illam facundiam (sicut Salustius ab Appio dictū refert) exercuit, uoluit quoq; hominem canino modo uiuere, ut remordeat laceffitus. Quæ retributio cōtumulæ quā perniciofa sit, & quas edere soleat strages, unde opportunius petetur exemplū, quā ex ipsius præceptoris tristissimō casu, qui dū his philosophorū præceptis obtemperare gestit, ipse se perdidit. Quòd si laceffitus iniuriā patientiā tenuisset, si dissimulare, si ferre cōtumeliā boni uiri esse didicisset, nec illas nobiles orationes alieno titulo inscriptas, impatientia, & leuitate, & insania profudisset: nunq; capite suo Rostra, in quibus antè floruerat, cruentasset, nec Rempublicā funditus proscriptio illa delesset. Sapiens ergo ac boni uiri non est uelle certare, ac se periculo cōmittere: quoniā & uincere nō est in nostra potestate, & est anceps omne certamē. sed est sapientis atq; optimi uiri, nō aduersariū uelle tollere, quod fieri sine scelere ac periculo nō potest: sed certamē ipsum, quod fieri & utiliter, & iuste potest. Summa igitur uirtus habenda patientia est, qua ut nō careret homo iustus, uoluit illum Deus (ut supra dictū est) pro inerte cōtemni. Nisi enim cōtumelijs fuerit affectus, quantū habeat fortitudinis in seipso cohibendo, ignorabitur. Si autē laceffitus iniuriā lædentē persequi cœperit, uictus est. Si uerò motū illū ratione cōpresserit, hic planè imperauit sibi, hic regere se potest. Quæ sustentatio sui, rectè patientia nominatur: quæ una uirtus omnibus est opposita uitijs & affectib;. Hęc perturbatū ac fluctuantē animū, ad tranquillitatē suā reuocat: hęc mitigat, hęc hominē sibi reddit. Ergo quoniā naturæ repugnare impossibile est & inutile, ut nō cōmoueamur omnino, prius tamen q̄ cōmotio illa profiliat ad nocendū, quoad fieri potest, maturius sopiatur. Præcepit Deus non occidere solem super iram nostrā, ne furoris nostri testis abscedat. Deniq; idem M. Tullius cōtra suū præceptū, de quo paulo antè dixi, obliuiscinem iniuriarū in magnis laudibus posuit: Spero, inquit, Cæsar qui obliuiscinonihil soles, nisi iniurias. Quòd si hoc ille faciebat, homo non à cœlesti tantum sed à publica quoq; ciuiliq; iusticia remotissimus: quanto magis id nos facere debemus, qui immortalitatis uelut candidati sumus?

Simulat quidem per occupationē, philosophos se missos facturum: sed enumeratis aliquot Christi de officijs Christianorū legibus & præceptis, ad ingenium redit. Ciceronem uerò dignis modis exagitat, eo quòd duob. uerbis sententiā de iusticia egregiam corruperit. Vbi prorsus diluit illud, **VIM VI.** & dū legē *ἡ ἀμυσία*, quæ nō tā Atheniensīū quā Christianorū civilis est, statuit, legē talionis tollit. Tractat obiter locū communem patientiæ. Aut omnino nihil sciunt.) Taxat Academicos. Cœlitūs.) quia soli Christiani Theodidacti. Illuminator noster Deus.) Subinde Christum Deū appellat, qui ut est lux mundi, sic illuminat omnē hominē uenientē in hunc mundū. Sustinea mus inuicem.) Charitatis mutua præceptū cūm alibi est in Euangelicis literis, tum uerò apud Ioan. cap. 13. præcipiē: sed de mutuis Christianorum officijs est apud Paulū ad Gal. 6. *ἀλλήλων τὰ βάρη βαστάετε.* et ad Eph. 4. *γίνετε δεῖς ἑκ ἀλλήλων ἕξοι.* Nec tamen si quid.) Etiam qui officium fecerunt, debent dicere: Serui inutiles sumus. Studio placendī.) De quo Matth. 6. Decipiendī aut nocendī cautū.) Exceptio mendacij officiosi, de quo extat Augustini aduersus Hieronymū epistola, & nos olim, antequā illā legimus, aduersus Theologastrū quendā iuuenili calore nō satis maturam epistolam effudimus. Est enim nefas.) A contrarijs. Non est mentiri.) Multo ergo minus rectē Plautus, ubi ait: Mihi scelus uidetur, me parēti proloqui mēdaciū. Quasi uerò parēti duntaxat mendacium dicere

fit nefas, atq; non item reliquis mortalibus. Syrus seruus apud Terent. in Heaut. inter ipsam mendacij meditationē dicit, Mentiri nō esse suū. Plato in 3. de Rep. disputat, quibus liceat mentiri. Pecuniæ.) Alius de usura locus cōmunis, ex cap. 6. Luca. Contra usurā scripsit Martinus Lutherus grauissimē. Lege tu Philippū Melancthonē in Epitomes philosophiæ Moralis lib. 2. Male dicenti.) Matth. 5. Luca 6. Rom. 12. VI¹⁰ tionem suam sibi.) Deut. 32. Ezech. 9. Ro. 12. Heb. 10. Officialibus.) lib. 3. Sed heus Lactanti, quā inuecturus eras in Aristotē, qui lacepsitos incuria, uindictam negligentes, seruales homines, in libris Moralium appellat? Quòd si patientiam.) *ὁμοιωσις.* Tanquam perfusa oleo.) Vide Prouerb. Oleo incendū restinguere item, Oleum camino addere. Caninam facundiā.) Eras. in Chiliad, hoc idem ex Nomo Marcello, eodē Salustio autore, refert: 20 à rabiosa Cynicorū disputādī ratione. Ipsius doctoris.) Ciceronis scilicet interitu, de quo etiā in superiorib. alicubi est dictū. Alieno titulo.) Philippicarū, quas ad imitationē Demosthenis hoc modo inscripsit. Historiā lege apud Plut. in uita Cic. et Antonij: apud Appianū lib. 4. bellorū Ciuiū. Sed certamen.) Errant ergo Plato, Polybius & alij, qui uictoriā belli finē cōstituerūt. Hæc per turbatum.) Prior lectio rectius habet perturbatū. Non occidere solē.) Eph. 4. *ὁ ἄλιος μὴ ἰδιδύστω ὡς ἔστι πρὸς ἑαυτὸν ἡμῶν.* Obserua q̄ liquido testimonio iā sapius Paulinas epistolas ad Deū autore refert. M. Tullius.) Pro M. Marcello.

De affectibus, eorumq; usu: de tribus Furijs, usq; earum.

CAP. XIX.

SToicis, cūm affectus ex homine tanquā morbos conantur euellere, Peripatetici se opponūt: eosq; nō modò retinēt, sed etiā defendūt: nihilq; in homine esse dicūt, quod nō magna ratione ac prouidētia sit innatum. Rectē 40 id quidē, si singularū rerū ueros terminos scierēt. Itaq; hanc ipsam iram, fomitem dicunt esse uirtutis, tanq; nemo possit aduersus hostes fortiter dimicare, nisi fuerit ira cōcītatus. Quo planē ostendunt, nec quid sit uirtus scire se, nec cur homini tribuerit iram Deus. Quæ si nobis ideo data est, ut ea utamur ad occidendos homines: quid immanius homine, quid similius feris belluis existimandū est, quā id animal, quod ad cōmunionē atq; innocentia Deus fecit? Tres sunt igitur affectus, qui homines in omnia facinora præcīpites agunt, ira, cupiditas, libido. Propterea poetæ tres Furijs esse dixerunt, quæ mentes hominū exagitant: ira ultionē desiderat, cupiditas opes, libido uoluptates. Sed his omnib. Deus certos limites statuit: quos si transcenderint, maioresq; esse cœperint, necesse est naturā suā deprauent, & in morbos, ac uitia uertant. Qui autē sint istī limites, nō est magni laboris ostēdere. Cupiditas ad 50
ea

ea comparanda nobis data est, quæ sunt ad uitam necessaria: libido ad sobriam propagandam, iræ affectus ad coercenda peccata eorum, qui sunt in nostra potestate, id est, ut arctiore disciplina, minor ætas ad probitatem, iusticiamq; formetur: quæ nisi metu cohibeatur, licentia pariet audaciam, quæ ad omne flagitium, atq; facinus euadet. Itaq; ut ira uti aduersum minores, & iustum est, & necessarium: sic & aduersum pares, & perniciosum est, & impiũ. Impium, quòd uiolatur humanitas: perniciosum, quòd illis repugnantibus aut perdere necesse est, aut perire. Hanc autem, quam dixi esse rationem, cur homini sit iræ affectus datus, ex ipsius Dei præceptis intelligi potest, qui iubet, uti maledicis & lædentibus non irascamur: manus autem nostras supra minores semper habeamus, hoc est, ut peccantes eos assiduís uerberibus corrigamus: ne amore inutili & indulgētia nimia educentur ad malum, & ad uitiã nutriantur. Sed rerum imperiti, & rationis ignari, eos affectus qui sunt homini ad usus bonos dati exterminauerunt, & latius quàm ratio postulat, euagantur. Inde iniuste atq; impie uiuitur. Utuntur ira contra pares: hinc dissidia, hinc expulsiones, hinc bella cõtra iusticiam nata sunt. Utuntur cupiditate ad congregandas opes: hinc fraudes, hinc latrocinia, hinc omnia scelerũ genera orta sunt. Utuntur libidine ad capiendas tantum uoluptates: hinc stupra, hinc adulteria, hinc corruptelæ omnes extiterunt. Quicumq; igitur illos affectus intra fines suos redegerit, quod ignorantes Deum facere non possunt, hic patiens, hic fortis, hic iustus est.

COMMENTARIVS.

Hoc capite improbat Peripateticorũ dogma, qui affectus in homine tanquam necessarios esse contendebant: & præsertim iram, quam generosum affectum esse dicunt. Concedit illis Lactantius, nihil non in homine sine singulari Dei prouidentia esse factum: sed affectibus modũ esse præscribendum docet. quod est longè uerissimum. Nã Philippus Melanchihon (cuius uiri autoritas apud doctissimos summa est) demonstrat, anorem erga coniugem & liberos, misericordiam erga calamitosos, iram aduersus improbos, Zelum aduersus impietatem à Spiritu sancto incuari: quas quidem animi motiones non præter, sed secundum appellat. Quæ uocum differentia si constabit, tunc præter, quia cum ratione & contra legem Dei pugnant, uerè morbi sunt appellandi: quanquam ipsi etiam Ciceroni perturbationes eas appellari magis placet, quàm morbos. Constabit autem hæc differentia, quia Paulum assertorem habet, qui τὰ πρῶτα, φρόνημα & σαφὲς appellat, τὰς δὲ σοφίας φρόνημα τῶν δόματος, Rom. 8. Si singularum rerum ueros terminos.) Exigua hæc Lactantij aduersus Peripateticos causa est. Statuunt enim Peripatetici τὸν μετρωπῆσαι ex professo: & id (ut ex Aristotele Peripateticorũ principe supra cap. 14. Iræ exemplo demonstrauimus.) Atq; rursus li. 4. Moralium ca. 5. immutatis pauculis eandẽ rem depinxit. Nam illic exuperantiam τὸν χελεπὸν τὴν τε fecit: hic in eius locum τὸν ὀργηλοῦτα,

quæ irascendi modũ nescit, substituit. τὸν πρῶτον in medio locat, quem alij clementẽ, alij mansuetũ interpretantur. Sed Taurus Philosophus apud Gell. li. 1. ca. 26. αὐτὴν ἡ ἀοργησίας τὸν ἀνάλγητον ponit: αὐτὴν, aliud esse nõ iracundũ animũ, aliud ἀνάλγητον καὶ ἀνάλγητον. Sed redeamus ad πρῶτον τὰ δὲ μὲν οὐκ (inquit Arist.) ἐφ' οἷς δ' εἶ, καὶ οἷς δ' εἶ ὀργηλοῦτα, ἔτι δὲ καὶ ὡς δ' εἶ, καὶ ὅ τε, καὶ ὅσον χρόνον ἐπαινεῖται, πρῶτον δὲ ἔτι ἂν εἴη, εἴ ποτ' ἢ πρῶτον ἐπαινεῖται. Βῆλεται γὰρ ὁ πρῶτον ἀπὸ τῆς εἰρήνης, καὶ μὴ ἀγῶναι ὑπὸ τῷ πάθει, ἀλλ' ὡς αὐτὸς ὁ λόγος τὰ ξη. Quæ si nobis ideo.) Reprehendit causam finalem, quæ nouam gignit questionem, utrum Christiano bella gerere liceat: quam suspensam in medio breuitatis causa relinquimus, præsertim cum eam Melanchihon in Moralis philosophiæ Epitome disputauerit. Nos impræsentiariū proponemus hominem animal esse paci natum. Videtur autem Lactantius hic ea reprehendere, quæ sunt apud Aristotelem in 3. Moralium, cap. 7. uerba subiiciam: καὶ τὸν θυμὸν ἔστι τὸν ἀνδρείων ἔστι φρόνησι. ἀνδρείων γὰρ εἶναι δοκῶσι καὶ οἱ ἄλλοι θυμῶν, ὡς ὅτι τὰ θεῖα ἔστι ἅνθρωποι φρόνητοι, ὅτι καὶ οἱ ἀνδρείων θυμοειδῆς τὸ ὀργηλοῦτα τὸν θυμὸν γὰρ ὁ θυμὸς πρὸς τὸν λυσιτελεῖ. Deinde quædam exẽpla ex Homero producit, quæ breuitatis studio omittimus. Ob eandẽ fortassis causam Plato in 4. de Rep. lib. socios canibus similes facit,

facit principes atq; duces pastoribus à quibus canum impetus ueluti à ratione cohibetur. Sicut etiam Achilles ferrum in Agamemnonem stringens, à Pallade ceuratione retrahi ab Homero fingitur. Tres furias.) De quibus nemo copiosius Boccatio, libro de Genealogia deorū 3.

Ex ipsius Dei præceptis.) Plurcula sunt in Proverbijs Solomonis, in hanc sententiam testimonia. Exterminauerunt.) Hoc est, ultra *ἢ μετροπαθείας* terminos euagari siverunt. Utuntur.) Ab effectibus ad causas, per distributionem.

De sensibus, & eorum uoluptatibus brutorum & hominis: deq; oculorum uoluptate, & spectacula. CAP. XX.

Restat ut contra quinque sensuum uoluptates dicā breuiter: nam & ipsius libri mēsurā iam modum flagitat, quæ omnes quoniam uitiosæ ac mortiferae sunt, uirtute superari atq; opprimi debent: uel (quod paulo antè dicebam de affectibus) ad rationem suam reuocari. Cæteræ animantes præter unam uoluptatem, quæ ad generandum pertinet, nullam sentiunt. Utuntur ergo sensibus ad naturæ suæ necessitatē. Vident ut appetant ea, quibus opus est ad uitam tuendam. Audiunt inuicem, seq; dignoscunt ut possint congregari. Quæ utilia sunt ad uictum, aut ex odore inueniunt, aut ex sapore percipiunt: inutilia respuunt, aut recusant. Edendī ac bibendī officium uentris plenitudine metiuntur. Homini uerò solertissimī artificis prouidentia dedit uoluptatem infinitam, & in uitam cadentem: quia proposuit ei uirtutem quæ cum uoluptate semper, tanquam cum domestico hoste, pugnaret. Cicero in Catone maiore: Supra uerò, inquit, & adulteria, & omne flagitium nullis excitari alijs illecebris, nisi uoluptatis. Cūq; homini siue natura, siue quis Deus nihil mente præstabilius dedisset, huic diuino muneri ac dono nihil tam inimicum, quàm uoluptatē. Nec enim libidine dominante, temperantiæ locum esse, neq; in uoluptatis regno uirtutē posse consistere: sed e contrariō Deus idcirco uirtutē dedit, ut expugnaret ac uinceret uoluptatē: eamq; egredientem fines sibi datos, infra præscriptū coerceret, ne hominē suauitatibus delinitum atq; captum, ditioni suæ subijceret, ac sempiterna morte multaret. Uoluptas oculorū uaria & multiplex est, quæ capitur ex aspectu rerū, quæ sunt in usu hominum uel natura uel opere delectabiles. Hanc philosophi rectissimè sustulerūt. Aiunt enim multo esse præclarior & homine dignior, cælum potius quàm cœlata intueri, & hoc pulcherrimū opus intermicatibus astrorum luminibus, tanquam floribus adornatū, quàm picta & ficta & gemmis distincta mirari. Sed cū disertè ad contemptū terrestriū nos exhortati sint, & ad cœli spectaculū excitauerūt: tamen spectacula hæc publica nō contemnant. Itaq; his & delectantur, & libenter intersunt. Quæ quoniam maxima sunt irritamenta uitiorum, & ad corrupendos animos potentissimè ualēt, tollenda sunt nobis: quia non modò ad beatam uitam nihil cōferunt, sed etiā nocent plurimū. Nam qui hominē, quamuis ob merita damnatū, in conspectu suo iugulari pro uoluptate computat, conscientia suā polluit, tam scilicet, quàm si homicidij, quod fit occultè, spectator & particeps fiat. Hos tamen ludos uocāt, in quibus humanus sanguis effunditur. Ad eò longè ab hominibus secessit humanitas, ut cum animas hominū interficiāt, ludere se opinentur, nocentiores ijs omnibus quorū sanguinē uoluptati habent. Quaro nunc, an possint pii & iusti homines esse, qui cōstitutos sub ictu mortis, ac misericordiam deprecantes, nō tantū patiuntur occidī, sed & flagitāt, feruntq; ad mortē crudelia, & inhumana suffragia, nec uulneribus satiati, nec cruore contenti, quin etiā percussos iacentesq; repeti iubent, & cadauera ictibus dissipari, ne quis illos simulata morte deludat. Irascuntur etiā pugnātibus, nisi ce- leriter e duobus alter occisus est, & tanquā humanū sanguinē sitiant, oderūt moras. Alios illis cōpares dari poscunt recētiore, ut quāprimū oculos suos satiant,

faciant. Hac consuetudine imbuti, humanitatem perdidērunt. Itaque non par-
 cunt etiā innocentibus, sed exercent in omnes, quod in malorū trucidatione
 didicerūt. Huius igitur publicis homicidij socios & participes esse nō cōue-
 nit eos, qui iusticię uia tenere nitunt. Non enim cū occidere Deus uerat, la-
 trocinari nos tantū prohibet, quod ne per leges quidē publicas licet: sed ea
 quoque ne fiant, monet, quæ apud homines pro licitis habent. Ita neque milita-
 re iusto licebit, cuius militia est ipsa iusticia: neque uerò accusare quenquā cri-
 mine capitali, quia nihil distat, utrum ne ferro, an uerbo potius occidas, quo-
 niā occisio ipsa prohibet. Itaque in hoc Dei præcepto nullā prorsus exceptio-
 nem fieri oportet, quin occidere hominē sit semper nefas, quē Deus sanctū
 animal esse uoluit. Ergo ne illud quidē cōcedi aliquis existimet, ut recens na-
 tos liceat oblidere, quæ uel maxima est impietas: ad uitā enim Deus inspirat
 animas, non ad mortē. Verūm homines, ne quod sit facinus quo manus suas
 nō polluāt, rudibus adhuc & simplicibus animis abnegāt lucē non à se datā.
 Expectet uerò aliquis, ut alieno sanguini parcant, qui non parcūt suo. sed hi
 sine ulla cōtrouersia scelerati & iniusti. Quid illi quos falsa pietas cogit expo-
 nere? Num possunt innocētes existimari qui uiscera sua in prædam canibus
 obijciūt, & quantū in ipsis est, crudelius necāt, quā si strangulassent? Quis
 dubitet, quin impius sit qui alienæ misericordiæ locū non tribuit? qui etiā si
 cōtingat ei quod uoluit, ut alatur, addixit certē sanguinem suū uel ad seruitu-
 tem, uel ad lupanar. Quæ autē possint uel soleant accidere in utroque sexu, uel
 per errorē, quis nō intelligit? quis ignorat? Quod uel unius Oedipodis de-
 clarat exemplū, duplici scelere cōsulum. Tam igitur nefariū est exponere, quā
 necare. At enim parricidę facultatū angustias cōqueruntur, nec se pluribus li-
 beris educādis sufficere posse prætendūt: quasi uerò aut facultates in potestā-
 te sint possidentū, aut nō quotidie Deus ex diuitib. pauperes, & ex pauperi-
 bus diuites faciat. Quare si quis liberos ob paupertatē nō poterit educare, sa-
 tius est, ut se ab uxoris cōgressione cōtineat, quā sceleratis manibus Dei o-
 pera corrūpat. Ergo si homicidiū facere nullo modo licet, nec interesse om-
 nino cōceditur, ne cōscientiā perfundat ullus cruor. si quidē populo sanguis
 ille præstatur. In scenis quoque nescio an sit corruptela deterior an uitiosior.
 Nam & comicæ fabulæ de stupris uirginū loquūtur, aut amoribus meretri-
 cum: & quo magis sunt eloquētes, qui flagitia illa sinxerūt, eo magis senten-
 tiarū elegātia persuadēt, & facilius inhæret audientū memorię uersus nume-
 rosi & ornatī. In tragicæ historiæ subiiciūt oculis parricidia, & incesta regū
 malorū, & cothurnata scelera demonstrāt. Histrionum quoque impudicissimi
 motus, quid aliud nisi libidines docēt & instigāt? quorū eneruata corpora,
 & in muliebri incessum habitumque mollita, impudicas foeminas inhonestis
 gestibus mentiunt. Quid de Mimis loquar corruptelarū præferētib. disci-
 plinā? qui docēt adulteria, dum fingūt, & simulatis erudiūt ad uera? Quid iu-
 uenes aut uirgines faciāt, cū fieri sine pudore, & spectari libenter ab om-
 nibus cernūt? Admonētur utique quid facere possint, & inflammātur libidine,
 quæ aspectu maximē cōcitur: ac se quisque pro sexu in illis imaginibus præfi-
 gurat: probatque illa dum ridēt, & adhærentib. uitijs corruptiores ad cubicu-
 la reuertūtur: nec pueri modò, quos præmaturis uitijs imbui nō oportet, sed
 etiā senes, quos peccare iā nō decet. Circensiu quoque ludorū ratio quid aliud
 habet nisi leuitatē, uanitatē, insaniam? Tanto nanque impetu cōcitantur ani-
 mi in furorem, quanto illic impetu curritur: ut iam plus spectaculi exhibeāt,
 qui spectandi gratia ueniunt, cū exclamare, & efferri, & exilire cœperint.
 Vitanda ergo spectacula omnia, non solum ne quid uitiorum pectoribus
 insideat, quæ sedata & pacifica esse debent, sed ne cuius nos uoluptatis con-
 suetudo delineet, & à Deo, atque à bonis operibus auertat. Nam ludorum
 celebrationes,

celebrationes, deorum festa sunt: siquidem ob natales eorum, uel templorum nouorum dedicationes sunt constituti. Et primitus quidem uenationes, quae uocantur munera, Saturno attributae sunt, ludii autem scenici Libero, circenses Neptuno. Paulatim uero & caeteris dijs idem honos tribui coepit, singulique ludii numinibus eorum consecrati sunt, sicut Sigisinnius Capito in libris Spectaculorum docet. Si quis igitur spectaculis interest, ad quae religionis gratia conuenitur, discessit a Dei cultu, & ad deos se contulit, quorum natales & festa celebrauit.

COMMENTARIUS.

Haecenus, quantum philosophi in affectuum theoremate a ueritatis uia, & a uero cultu aberrarint: & quis genuinus sit affectuum usus. Dein ceptis ordine uidebimus, quis uerus sensuum sit usus, & quam longe a uero cultu absint, qui sensibus ad necessitate uitae diuinitus datis turpiter & scelerate abutuntur. Prior huius capituli pars continet sequentium quasi *περὶ αἰσθητικῶν*: altera uisus ab usum redarguit, & in hoc spectaculorum uanitatem perstringit. Confer cap. 5. Epit. Ceterae animantes.) Hallucinatur Lactantius nonnihil in rei naturalis cognitione. Nam in Officijs, atque etiam in Catone maiore, ex Aristotele atque Gellio euidenti demonstratione indicauimus, quod uisus, auditus & olfactus hominis proprii sint, tactus et gustus cum belluis communes: quanquam interim exemplis euidentijs ostendere possem, animantium multorum quaedam etiam ex olfactu uoluptatem capere: atque adeo etiam, si necesse sit, ex auditu & uisu. Domesticus hostis.) Lex carnis quae etiam lex mortis & peccati dicitur, hostis domesticus est, atque intestinus: qui tam ex affectibus quam sensibus oritur. Mundus atque Satan hostes sunt, foris nos oppugnantes. Cic. in Catone.) In tertia confutatione, qua tuetur senectutem a calumnia, quod uoluptate non careat. Dicit autem Cato haec ex autoritate Archiae Tarentini. Neque in uoluptatis regno.) Nec, apud Cic. legitur. Sed e contra.) Haecenus Cic. Nam sequentia Lactantiana sunt. Suauitatibus.) *ἡδοναῖς*. Voluptas enim esca malorum, iuxta Platonem: & iuxta Paulum, *τὸ πρὸς σαρκὸς φρόνημα σαύατος*. Voluptates oculorum.) Haecenus praefatus est. Natura.) ut uenustas corporis. Vel opere.) ornatu forinsecus adhibito. Philosophi.) Architas, Cato, Cicero. Coelum quam caelata.) Prosonomasia. Alludit autem dubio procul ad eam caeli etymologiam, quam Varro & Plinius asserunt, quod nimirum a caelando sit dictum. Spectacula haec pub.) Contra ludos scenicos grauer scribit Aur. Augustinus cum alibi saepe, tum uero maxi-

me in 2. de Ciuit. Dei, cap. 8. cum aliquot ordine sequentibus. Ab hominibus.) A conuulgatis. Nec cruore.) Adde his quae Plinius scribit, lib. 28. cap. 1. quod gladiatorum sanguinem spectatores bibere soliti sunt. Quamuis ob merita damnatum.) Intelligit paria gladiatoria. Piget chartam hisce delineare, quae ab alijs uerbosè scripta sunt. De spectaculis theatricalis in uniuersum lege Alexandrum Neapolitanum lib. Genialium dierum 6. cap. 19. Ita neque militare.) *ἡδοναῖς*, in locum communem crudelitatis. Executur etiam haec quaestio a Philippo, in Moralis philosophiae Epitome. Neque enim libet hic disputare, cum res paucis expediti nequeat. Crimine capitali.) Aliud est, si priuatus actione uindicta urgeat: aliud rursum, si in quorundam publice interest, capitales agant causas. Nam omnino magistratui gladius ad tuendam tranquillitatem, ad arcedendam licentiam datus est. Vtrum ne ferro.) Alia prosonomasia. Nullam profus exceptionem.) Exceptio Iureconsultorum uox est, significans actionis exclusionem. Est ergo lex diuina omni exceptione maior: sed *τὸ λεγόμενον* te Lactantius fallit. Quem Deus sanctum animal.) Sed quid? si se ipse scelere aliquo prophanauit? Est quidem uerum, quod Ouidius ait: Sanctius his animal, sed latro, uel latrone aliquis immanior: quia se ipse humanitate, hoc est sanctitate exiit, ex rebus ipsum humanis iusticia excludit, & e medio hominum tollit, humanitatis turbatorem, sanctitatisque illum nepharium proditorem. Nec potes Lactanti haec ad Constantinum scribere, penes quem summa rerum fuit, qui te consultore, nec in infideles expeditione, nec in nefarios animaduersionem instituturus fuisset unquam. Vtre cens nato.) Lege Tertul. Apologeti. cap. 2. & 9. Non improbo eorum lectionem, qui Recens legunt. Oedipodis.) Historia Tragica est, celebrata ab ipso Sophocle, in ea fabula qua Oedipi suae Tyranni nomine inscripta est, a Seneca in Thebaide & Oedipo, a Statio in 11. & 12. Thebaidos. Scribitur etiam ab Hygino fabul. 67. a Boccacio

Boccatio lib. de Genealogia deorum 2. cap. 70. De casibus illustrium uirorum, cap. 7. De claris mulieribus, ca. 7. Is enim à Lao Thebanorum rege patre suo, fuit expositus, oraculo nimirum admonito, fore ut à prole interficeretur: οὐδὲ πῶς διέτῳ, & πῶς οὐδὲν εὖ εὖ πῶς αὖ, à timore pedū. Pater enim, siue (ut quidam uolunt) serui, siue patres, quibus exponendi negotium mandatum fuerat, perforatis pedibus transmissisq; uimine, arbori puerum suspenderant. Duplici scelere confusum.) Imò quadruplici, nam patris intersector fuit, matris maritus, filiorum frater, suus uiricus, Oros. lib. 1. cap. 12. Sed posteriora tria unum sunt, cuius etiam Plato meminit lib. de ll. 8. Vtriusq; meminit Plut. de Curiositate. De Sphinge nihil est quod hic dicamus. At em̄.) Occupatio, qua causam finalem multo turpissimā retundit. In scenis quoq;.) Redit ad institutum. Cothurnata.) hoc est, Tragica, per metonymiam prouerbialem. Impudicissimi motus.) ἄνοχεῖσσις. Sic enim apud Arist. ut paulo inferius uidebimus, magno consensu transferunt. De mimis.) Licentia his maxima, nullis parcebant turpitudinibus. Vide Tertul. in Apolog. cap. 15. Quæ aspectu.) Atq; nescio qui fiat, quod ne in nostris quidē dramatis quicquā saluum atq; sacrum satis sit. Multo siquidem maiori applausu excipitur, cum senes Susannam se lauaturam, & iam crura sandalibus induentem specularunt, quàm quando ad supplicium accessura pignoribus ualedicit: cum Iudith Holophermi libidinosi gestibus blanditur, quàm cum cilicio induta preces ad Dominum fundit: cum Sara suam marito ancillam permittit, quàm cum de filij sacrificio sollicitus pater ad Deū orat: cum Potiphari coniunx Iosephum de stupro sollicitat, quàm cum Iacob annonæ penuria premitur. Usq; adeo sunt oculi rebus uanis, quàm serijs spectandis promptiores. Circensium.) Tarquinius Priscus Circum Romæ, qui Maximus dicitur, primus instituit, in quo ludos opulentijs instructusq; quàm cæteri reges fecit, autor Liius

lib. 1. Fuit autem Circus (ἵππικὰ δέατρα Plutarchus uocat) inter Palatinum & Auentinum montem: de quo uide Pomp. Latum de Antiquitatibus Romæ. Varro de lingua Lat. 4. Armilustrum, inquit, ab ambitu iustri, locus idem Circus Max. dictus, quod circumspectaculis ædificatus, ibi ludi fiunt, & quod ibi circum metas fertur pompa, & equi currunt. Fuerunt autem metæ 7. Propertius:

Aut prius infecto deposcit præmia cursu,
Septima quam metam triuerit ante rota.

In ludis Circensibus nobilissimi iuuenes, ut ex Tranquillo manifestum est, quadrigas, bigas & equos desultorios agitabant. Hunc tamen morem nō uetustissimum fuisse, uel ex Liiuo patet. Nam in quarto loco lib. 5. Decadis, scribens gesta anni D. LXXXIII. Mos erat tū (inquit) nondum hac effusione inducta, bestijs omnium gentium circum complendi, uaria spectaculorum conquerere genera: nec semel quadrigis, semel desultore misso uix unius horæ tempus utrunq; curriculum complebat. Circenses ludi à scriptoribus aliquoties Magni, nonnunquam etiam Romani appellantur: dicti aut Circenses, si Seruio credimus, uel à circuitu, uel ab ensibus circa quos circumibant.

Et primitus quidem.) Nō memini me hæc alibi legere, quàm apud Alexandrum, qui hæc sua proculdubio ex Laetatio transscopit: nisi quod Comœdias atq; Tragœdias Libero patri sacras fuisse, Donatus in Terentij prolegomenis testatur etiam. Sed in Andriæ commentario, Comœdiam Apollini, Tragœdiam Baccho constitui solitas testatur. Seruius in 8. Aeneid. Circenses ait Conso, hoc est Neptuno equestri sacros fuisse. Consum aut dictum, quod consultiuorum sit Deus. Tertullianus quoq; sub finē libri de Muliebri habitu, testatur se de secularibus spectaculis uolumentum edidisse. Sifinius capite.) Quid si sit Asinius, cuius Gell. meminit libro 5. cap. 20.

Nisi fortè Sifinnium Nabatimorum episcopum intelligere uelis, uel aliquem alium.

De aurium uoluptatibus, & sacris literis. CAP. XXI.

AVrium uoluptas ex uocum & cantuum suauitate percipitur: quæ scilicet tam uitiosa est, quàm oblectatio illa, de qua diximus, oculorum. Quis enim non luxuriosum ac nequam putet, eum qui scenicas artes domi habeat? Atqui nihil refert, utrum ne luxuriā solus domi, an cum populo exerceas in theatro. Sed iam de spectaculis dictum est: restat unum, quod est nobis expugnandum, nec capiamur ijs, quæ ad sensum intimum penetrant. Nam illa omnia quæ uerbis carent, id est aeris & neruorum suaves soni, possunt facile contemni, quia non adhærent, nec scribi possunt. Carmen autem

I compositum,

compositum, & oratio cum suauitate decipiens, capit mentes, & quò uoluerit impellit. Inde homines literati cum ad Dei religionem accesserint, ab aliquo imperito doctore fundati minus credunt. Assueti enim dulcibus & politis siue orationibus, siue carminibus, diuinarum literarum simplicem communemque sermonem pro sordido aspernantur. Id enim quaerunt, quod sensum demulceat. Persuadet autem quicquid suaue est, & animo penitus, dum delectat, insidet. Num igitur Deus & mentis, & uocis, & linguae artifex disertè loqui non potest? Imò uerò summa prouidentia carere furo uoluit ea quae diuina sunt, ut omnes intelligerent, quae ipse omnibus loquebatur. Ergo qui ueritati studet, qui non uult se ipse decipere, abijciat inimicas ac noxias uoluptates quae animam sibi uinciunt, ut corpus tibi dulces, praefertantur uera falsis, aeterna breuius, utilia iucundis. Nihil aspectu gratum sit, nisi quod pie, quod iuste fieri uideas: nihil auditu suaue, nisi quod alit animam, melioremque te reddit. Maximeque hic sensus non est ad uitium detorquendus: qui nobis ideo datus est, ut doctrinam Dei percipere possemus. Itaque si uoluptas est, audire catus & carmina, Dei laudes canere & audire, iucundum sit. Haec est uoluptas uera, quae comes & socia uirtutis est. Haec est non caduca & breuis, ut illae quas appetunt, qui corpori ut pecudes seruiunt, sed perpetua, & sine ulla intermissione delectans. Cuius terminos si quis excesserit, nihil que aliud ex uoluptate petierit, nisi ipsam uoluptatem, hic mortem meditatur: quia sicut uita perpetua in uirtute est, ita mors in uoluptate. Qui enim temporalia maluerit, carebit aeternis: qui terrena praetulerit, caelestia non habebit.

COMMENTARIUS.

Improbat inanem delectationem, quae auribus capitur. AERIS.) tibiae, & aliorum instrumentorum, quae instantur uel ore, uel folli. Inde homines literati.) Quare in proemio tertij, Tullianam sibi optauit eloquentiam: non quod ueritas, cuius sermo simplex est, lenocinio uerborum indigeat: sed propter, qui omnem orationem, nisi dulcem quiddam tinnientem, fastidiunt. Verum illic de hoc satis est dictum. Mentis & uocis.) Neque uox sine mente est. Dicitur

abusiuè uox de inanibus quoque ac mutis, strepitus atque sonitus Latinis: Graecis uero ἄφωνος uox ἄφωπος rectius dicuntur. Vox autem, quae inde φωνή Graecis dicitur, ὅς φωνήσασα τὸ νόον μῦθος, articulata est, & (ut Galeno placet) fit impetu quodam τὸ ἤνεμονον. Quanquam Aristoteles mutis etiam uocem tribuit. Vera siuior. Ut doctrinam Dei.) Quia fides ex auditu est.

De saporis & odoris uoluptatibus. CAP. XXII.

AD uoluptates autem saporis & odoris, qui duo sensus ad solum corpus pertinent, nihil est aliud, quod a nobis disputetur: nisi forte quis exigit, ut dicamus, turpe esse sapienti ac bono, si uentri & gulae seruiat, si unguentis oblitus ac floribus coronatus incedat: quod qui facit, utique insipiens, ineptus & nihil est, & quem ne odor quidem uirtutis attigerit. fortasse quispiam dixerit: Cur ergo illa facta sunt, nisi ut his fruamur? At enim iam saepe dictum est, uirtutem nullam fuisse futuram, nisi haberet quae opprimeret. Itaque fecit omnia Deus ad instruendum certamen rerum duarum. Ergo illecebrae istae uoluptatum arma sunt illius, cuius opus unum est, expugnare uirtutem, iustitiamque ab alijs excludere. His blandimentis & suauitatibus titillat animas: scit enim, quia mortis est fabricatrix uoluptas. Nam sicut Deus hominem ad uitam non nisi per uirtutem ac laborem uocat, ita ille ad mortem per delicias ac uoluptates: & sicut ad uerum bonum per fallacia mala, sic ad uerum malum per fallacia bona peruenitur. Cauenda sunt igitur oblectamenta ista, tanquam laquei & plagae, ne suauitudinum mollitie capti, sub ditionem mortis cum ipso corpore redigamur, cui nos mancipauimus.

COMMENTARIUS.

Improbat uoluptatem quæ ex sapore & odore capitur. Saporis & odoris.) ὁσμήν ἰγ χυμὸς hi duo sensus dicuntur. de quib. uide Arist. in 2. de Animo, atq; iterum ποδὶ φιλῶδιῶσεως.

Ventri ac gulæ.) Quorum Deus uenter est. Phil. 3. Vide Prou. Venter. Si unguentis oblitus.) Unguentum olere, & satyris & scenis explosum est, tanquam molle, & uirili decoro aduersum. Arist. in 3. Moral. capite 10. ubi ποδὶ φιλῶδιῶσεως differit, pulchrè (non tamen citra Lactantij reprehensionem) interstinguit, quorum sensuum uoluptates hominibus cum brutis communes sunt. De odore sic scribit: ὁσμήν δὲ ἰγ γνῶσις ποδὶ φιλῶδιῶσεως χεῖροντας μίλισσι, ἢ ἔσπονεί σῆι, ἢ δ' εἰς ἀπολάσεως λέγει, ἢ δὲ αὐτὸς ὡς δ' εἰ, σῶ φρονας ἢ δὲ αὐτὸς ποδὶ φιλῶδιῶσεως, πλὴν κριτικῶν συμβεβηκὸς. αὐτὸς γὰρ χεῖροντας μίλων ἢ ῥόδων, ἢ θυμιαμῶν ὁσμήν, ἢ λέγοντες ἀπολάσεως, ἀλλὰ μάλλον αὐτὸς μύρω ἰγ ὄψων, χεῖροντας τῶ τοῖς οἰ ἀπολάσεως. Hæc prolixius recitauimus, quia superioribus quoq; lumen aliquod afferunt. Verum Aristoteles reprehensione dignissimus est, quod temperantiam corpori, atq; nõ item animo assignat. Quid quod scriptores Ecclesiastici florum odore, fertarumq; usum damnant? Nam Tertullianus in eo libro quem de Corona

militis inscripsit, florum in coronis usum execrat. & in Apolog. cap. 46. probat, Christianos nihilominus portionem suam ad uitæ consociationem adferre, etiamsi flores naribus non admoueant, si spectacula nulla spectent, &c. Sed profecto ego fateor me non intelligere, quur' nam hoc tantum piaculum esse debeat. Nam constat, quicquid à Deo creatum est, in hominis usum esse creatum. & quur' nã benignissimus Deus, rebus in usum hominis nascituris, flores tanta iucunditate præditos, quasi fructuum nuncios præmisit? Diuina uirtus herbulis & floribus sicut uirtutem salubritati seruientem, sic uenustatem quoq; atq; fragrantiam odoriferam indidit, profecto minime sterilem. Deinde ex Pauli doctrina scimus, quod Christiano libera sint omnia, si cum gratiarum actione ipsis utatur. Si hoc in sapore uerum est, quur' non in odore quoque? Sed ne iniquior sim, & quàm par est contentiosior, fatebor Tertullianum, nec odoris nec uenustatis usum in floribus damnare, sed usum fertorum, qui gentilium fuit. Quia mortis est fabricatrix uoluptas.) Iuxta illud Platonis, Voluptas esca malorum. Tanquam laquei.) Socrates dixit, uoluptatem ueluti Sirenes prætereundas esse ei, qui ad uirtutem ceu patriam aspirat. •

De tactus uoluptate, & libidine, & matrimonio, & continentia;

CAP. XXIII.

Venio nunc ad eam quæ percipitur ex tactu, uoluptatem: quæ sensus est quidem totius corporis. Sed ego non de ornamentis aut uestibus, sed de sola libidine dicendum mihi puto, quæ maximè coarctanda est, quia maximè nocet. Cum excogitasset Deus duorum sexuū rationem, attribuit ihs, ut se inuicem appeterent, & coniunctione gauderent. Itaq; ardentissimam cupiditatem cunctorum animantium corporibus admiscuit, ut in hos affectus auidissimè ruerent, eaq; ratione propagari & multiplicari genera possent. Quæ cupiditas & appetentia in homine uehementior & acrior inuenitur: uel quia hominum multitudinem uoluit esse maiorem, uel quoniam uirtutem soli homini dedit, ut esset laus & gloria in coercendis uoluptatibus & abstinentia sui. Scit ergo aduersarius ille noster, quanta sit uis huius cupiditatis, quã quidã necessitatẽ dicere maluerunt, eamq; à recto & bono ad malum & prauum transfulerunt. Illicita enim desideria immittit, ut aliena contaminent, quibus habere propria sine delicto licet. Obijcit quippe oculis irritabiles formas, suggeritq; fomenta, ut ihs pabulum subministrat: tum intimis uisceribus stimulos omnes conturbat & commouet, & naturalẽ illum incitat atq; inflammat ardorem, donec irretitum hominem, implicatumq; decipiat. At ne quis esset, qui pœnarum metu abstineret alieno, lupanaria quoq; constituit, & pudorẽ infelicium mulierum publicauit, ut ludibrio haberet tam eos qui faciunt, quàm quas pati necesse est. His obscœnitatibus, animas ad sanctitatẽ genitas, uelut in cœni gurgite demersit, pudorem extinxit, pudicitiam profligauit.

uit. Idem etiā mares maribus admiscuit, & nefandos coitus contra naturam, contraq; institutum Dei machinatus est. sic imbuit homines, & armauit ad nefas omne. Quid enim potest esse sanctum ijs, qui ætatem imbecillam, & præsidio indigentē, libidini suæ depopulandā fœdandamq; substrauerint? Nō potest hæc res pro magnitudine sceleris enarrari. Nihil amplius istos appellare possum, quā impios & parricidas: quibus non sufficit sexus à Deo datus, nisi & suū profanè ac petulanter illudant. Hæc tamen apud illos leuia, & quasi honesta sunt. Quid dicam de ijs qui abominandam non libidinem, sed insaniam potius exercent? Piget dicere: sed quid his fore credamus quos non piget facere? & tamen dicendum est, quia fit. De istis loquor, quorum teterrima libido, & execrabilis furor ne capiti quidē parcit. Quibus hoc uerbis, aut qua indignatione tantum nefas prosequar? uincit officium linguæ, sceleris magnitudo. Cū igitur libido hæc edat opera, & hæc facinora designet, armandi aduersus eam uirtute maxima sumus. Quisquis affectus illos frenare non potest, cohibeat eos intra præscriptum legitimi tori: ut & illud quod auide expetit, assequatur, & tamen in peccatū non incidat. Nam quid sibi homines perditū uolūt? Nēpe honesta opera uoluptas sequitur. Si ipsam per se appetūt, iusta & legitima frui licet. Quod si aliqua necessitas prohibebit, tum uerò maxima adhibenda uirtus erit, ut cupiditati continentia reluctetur. Nec tantum alienis toris, quæ attingere non licet, uerum etiam publicis, uulgatisq; corporibus abstinentū Deus præcepit: docetq; nos, cum duo inter se corpora fuerint copulata, unum corpus efficere. Ita qui se cœno immerferit, cœno sit oblitus necesse est: & corpus quidem citò ablui potest: mens autem contagione impudici corporis inquinata non potest, nisi & longo tempore, & multis bonis operibus, ab ea quæ inhæserit colluione purgari. Oportet ergo sibi quæquæ præponere, duorum sexuū coniunctionē generandi causa datam esse uiuentibus, eamq; legem his affectibus positam, ut successionem parent. Sicut autem dedit nobis oculos Deus, nō ut spectemus, uoluptatemq; capiamus, sed ut uideamus propter eos actus qui pertinent ad uitæ necessitatem: ita genitalē corporis partē, quod nomē ipsum docet, nulla alia causa, nisi effigiandæ sobolis accepimus. Huic diuinæ legis summa deuotione parendū est. Sint omnes, qui se discipulos Dei profitebūtur, ita morati & instituti, ut imperare sibi possint. Nam qui uoluptatibus indulgent, qui libidini obsequuntur, ij animam suam corpori mancipant, ad mortemq; cōdemnant: quia se corpori addixerunt, in quod habet mors potestatem. Vnusquisq; igitur quātum potest formet se ad uerecundiā, pudoremq; colat, castitatem conscientia & mente tueatur: nec tantum legibus publicis pareat, sed sit supra omnes leges qui legem Dei sequitur. Quibus bonis si assueuerit, iam pudebit eum in deteriora descendere: modò placeant recta & honesta, quæ melioribus iucundiora sunt, quā praua & inhonesta peioribus. Nondum omnia castitatis officia executus sum, quam non modo Deus intra priuatos parietes sed etiam præscripto lectuli terminat: ut cū quis habeat uxorem, neque seruum, neq; liberam habere insuper uelit, sed matrimonio fidem seruet. Non enim, sicut iuris publici ratio est, sola mulier adultera est quæ habet alium: maritus autem, etiā si plures habeat, à crimine adulteri solutus est. Sed diuina lex ita duos in matrimonium, quod est in corpus unū, pari iure coniungit, ut adulter habeatur, quisquis cōpagem corporis in diuersa distraherit. Nec ob aliam causam Deus, cū cæteras animantes suscepto fœtu, maribus repugnare uoluisset, solam omnium mulierē patientem uiri fecit: scilicet ne fœminis repugnantibus, libido cogeret uiros aliud appetere, eoq; facto castitatis gloriam non tenerent. Sed nec mulier uirtutem pudicitia caperet, si peccare non posset. Nam quis mutum animal

pudicum

pudicum esse dixerit, quod suscepto foetu mari repugnat? Quod ideo facit, quia necesse est, in dolorem atq; in periculum ueniat, si admiserit. Nulla igitur laus est, non facere, quod facere non possis. Ideo autē pudicitia in homine laudatur, quia non naturalis est, sed uoluntaria. Seruanda igitur fides ab utroq; alteri est: imò exemplo continentiae, docenda uxor, ut se castè gerat. Iniquum est, enim, ut id exigas, quod praestare ipse non possis. Quae iniquitas effecit profectò, ut essent adulteria, foeminis agrè ferentibus praestare se fidem non exhibentibus mutuam charitatem. Deniq; nulla est tam perditū pudoris adultera, quae hanc causam nō uitij suis praetendat, iniuriam se peccando nō facere, sed referre. Quod optimè Quintil. expressit: Homo, inquit, neque alieni matrimonij abstinens, neq; sui custos: quae inter se natura connexa sunt. Nam neque maritus circa corrumpendas aliorum coniuges occupatus, potest uacare domesticae sanctitati: & uxor cum in tale incidit matrimonium, exemplo ipso incitata, aut imitari se putat, aut uindicare. Cauendū igitur, ne occasionem uitij nostra intemperantia demus: sed assuescant inuicem mores duorum, & iugū paribus animis ferant. Nos ipsos in altero cogitemus. Nam ferè in hoc iusticiae summa consistit, ut nō facias alteri, quicquid ipse ab altero pati nolis. Haec sunt, quae ad continentiam praecipuntur à Deo. Sed tamē ne quis diuina praepcepta circumscribere se putet posse, addatur illa, ut omnis calūnia & occasio fraudis uel mortis remoueatur: adulterū esse qui marito dimissam duxerit, & eū q; praeter crimē adulterij uxore dimiserit ut alterā ducat. Dissociari enim corpus & distrahi Deus noluit. Praeterea nō tantum adulteriū esse uitandū, sed etiā cogitationē, ne quis aspiciat alienā, & animo concupiscat: adulteram enim fieri mētem, si uel imaginem uoluptatis sibi ipsa depinxerit. Mens est enim profectò quae peccat, quae immoderatae libidinis fructum cogitatione complectitur: in hac crimen est, in hac omne delictum. Nam & si corpus nulla sit labe maculatum, non constat tamē pudicitiae ratio, si animus incestus est: nec illibata castitas uideri potest, ubi conscientiam cupiditas inquinauit. Nec uerò aliquis existimet, difficile esse frenos imponere uoluptati, eamq; uagam & errantem, castitatis pudicitiaeq; limitibus includere, cum propositū sit omnibus hominibus, eam uincere: ac plurimi beatam atq; incorruptam corporis integritatem retinuerint, multiq; sint qui hoc coelesti genere uitae felicissimè perfruantur. Quod quidem Deus nō ita fieri praepcepit, tanquam astringat, quia generari homines oportet, sed tanquam sinat. Scit enim quantam his affectibus imposuerit necessitatē. Si quis hoc, inquit, facere potuerit, habebit eximiam incomparabilemq; mercedē. Quod continentiae genus quasi fastigium est, omniumq; consummatio uirtutum. Ad quam si quis eniti atq; eluctari potuerit, hunc seruum dominus, hunc discipulum magister agnoscat: hic terram triumphabit, hic erit consimilis Deo, quia uirtutem Dei cepit. Haec quidem difficilia uidentur, sed de eo loquimur cui calcatis omnibus terrenis, iter in caelum paratur. Nam quia uirtus in Dei agnitione consistit, omnia grauiora sunt, dum ignores: ubi cognoueris, facilia: per ipsas difficultates nobis exeundum est, qui ad summum bonum tendimus.

COMMENTARIUS.

De tactus sensu dicturus, in libidinem inuehitur: quod ea in hoc sensu maximè ualet. Haec eadem ferè, alio tamē quodam modo, sicut de caeteris quoq; sensibus dicit in lib. de Officio hominis. Status est legitimus. loci: natura, lex diuina, αὐθιμομία. Vide cap. 8. Epitomes. Ex tactu uoluptatem.) Tactus (αἴψη) totius corpo-

ris organo uititur, cum reliqui sensus singuli singula sua instrumenta habeant. Atq; sic pro portione libido omnium maxima est, & suauitate quae ex coitu capitur (nam caetera totus hic sensus initio caret) totū corpus hiat. Causam in Problematis τμηματι δ. Arist. inquit his uerbis: ἔστι τὸ τὸ ἀφροδισιάσειν ἄριστον: καὶ πῶς τοῦ

ἢ ἀνάγκης, ἢ γυναικῶν τινῶν ἰσχυρῶν τοῖς
 ζώοις; ἢ ἡδὺ μὲν δεῖ, ἢ τοῖς ἄλλοις τὸ ἄρ' ἑαυτὸς
 τὸ σώματος ἀπιγῆαι τὸ σπέρμα, ὡσπερ τι-
 νες φασιν ἢ καὶ ἄρ' πάντος μὲν μὴ ἀπιγῆαι,
 ἄρ' δὲ τότε, εἰς ὃν πάντες συμβαίνουσιν οἱ
 πόροι τῶν φλεβῶν. De quo uide eundem Arist.
 lib. de Generat. animal. primo, cap. 18. Deus
 duorum sexuum.) Alludit ad illud Scriptu-
 ra: Is qui fecit ab initio, masculum & foeminam
 fecit eos. Quæ cupiditas, &c.) Cæteris
 enim satietas in coitu, homini uerò nulla. Plin. li.
 10. cap. 63. Lupanaria constituit.) per
 suos nimirum satellites. Nam in historijs de Caligu-
 la & Heliogabalo legimus, quod lupanaria con-
 stituerint. Cæterum de lupanarib. lib. 1. dictum
 est, cap. 20. Tertul. in Pallio: Aspice lypas popu-
 larium libidinum nundinas. Inuenti hodie quoq;
 sunt, qui lupanaria in rep. Christiana defen-
 denda susceperunt. Pudicitiam flagitauit.)
 Profligauit rectius legitur. Mares mari-
 bus.) Rom. 1. Cum duo inter se cor-
 pora.) Gen. 1. & 2. Matt. 19. 1. Cor. 6. Eph. 5.
 Et erunt duo in carnem unam. Duorum
 sexuum.) Aristot. lib. 1. de Generat. animal.
 cap. 2. Genitalē.) Ab etymo. Sunt qui nat-
 uralia uocant, quæ Græcis sunt τὰ αἰσθητὰ: de
 quibus in Opificio Dei cap. 13. Discipulos
 Dei.) In actis Apostolicis ferè semper, & in
 Paulinis epistolis sæpe Christiani μαθητὰς ap-
 pellantur. Animam corpori mancipant.)
 Cum animi imperium, corporis seruitium
 magis esse debeat, ut Salust. ex Platone uerissimè
 dixit. Sed sit supra omnes leges.) Lex
 siquidem iusto posita non est: alia nimirum quàm
 æterna illa, cui humana nulla præiudicat. Ne-
 que seruam, neq; liberam.) Quare re-
 prehendenda est in iure Ciuili Romanorum lex
 Iulia, quæ inter liberas tantum personas, adulte-
 rium stuprum uel passas, locum habet: cæterum
 iniuriarum, uel serui corrupti actionem relinquat
 actori aduersus eum, qui cum serua consuetudinè
 habeat. l. inter liberas. ff. ad l. Iul. de adul. Non le-
 uior error est eorundem Iureconsultorū, qui adul-
 terium & stuprum eum fecisse dicunt, qui uel cū

coniuge tua consuetudinem habuit, uel filiam ui-
 tiauit: & tu, licet fidem uxori fefelleris, adulter
 non eris, nisi te altera pars reum fecerit: atq; ita
 adulterium ex passis, non ex inferentibus metuan-
 tur. Adulter ipsis est, qui cum alterius uxore con-
 suetudinem habet, etiam si maritus nō sit: Stuprum
 intulisse dicitur, licet maritus, si rem cum uirgine
 uidua ue habuerit. Sed sacrae literæ eum adulterij
 teneri dicunt, qui fidem coniugalem fefellit. So-
 la mulier adultera est.) Hoc nō ita est ac-
 10
 cipiendum, quasi uel contra coniugis tuæ adu-
 lterium, uel quasi filia stupratorē (si modò hæc Mo-
 destini differentia admittenda est, quam Vlpianus
 κατὰ γυναικῶν τὸ ποῦν confundi fatetur) actio da-
 ta non sit: sed quod mulieri lex Iulia non permit-
 tat in publico iudicio adulterij accusationem, ut
 Imp. Seuerus & Antoninus Cassia re scripse-
 runt. l. prima, Cod. ad leg. Iuliam de adult. So-
 lam omnium mulierem.) Plin. lib. 7. cap.
 11. Præter mulierem pauca animalia coitum nouè
 20
 re grauida. Item lib. 10. cap. 63. Cæteris animalib.
 statu per tempora anni concubitus: homini (ut di-
 ctum est) omnibus horis dierum noctiumq;. Arist.
 lib. 7. de Hist. animal. cap. 4. λέγει τὰ δὲ ὄχλου
 λέγοντα, μάλιστα τῶν ζώων γυνὴ καὶ ἄρ' ἄρ'
 τὰ δὲ ἄλλα ὅταν πληρωθῆναι, φέρει τὸν ἀπὸ
 νῆας, ὅσα μὴ πέρυκον ἰδὲν ἴσκει δὲ, λέγει
 πρὸς δ' αὐτὸς. Meminit idem Arist. lib. 4. de
 Generat. cap. 5. Iniquum est enim.)
 Vlpian. in l. si uxor. §. iudex. ff. ad leg. Iul. de
 30
 adult. Iudex, inquit, ante oculos habere debet, &
 inquirere, an maritus pudicè uiuens mulieri quoq;
 bonos mores colendi auctor fuerit. Periniquum
 enim uidetur esse, ut pudicitiam uir ab uxore exi-
 gat, quam ipse non exhibeat. Quæ res potest &
 uirum damnare, non rem ob compensationem mu-
 tui criminis inter utrosq; communicare. Do-
 mesticæ sanctitati.) Quia, inquit aduersus
 Marcionem Tertul. si nuptiæ nō erunt, sanctitas
 nulla est. A' marito dimissam.) Matth. 40
 19. Mar. 10. Luc. 16. Aspiciat alienam.)
 Matth. 5. Si quis hoc, inquit.) Videtur
 respicere ad illud Matth. 19. Qui potest capere,
 capiat.

De pœnitentia, uenia: & præceptis Dei.

CAP. XXIII.

NEC tamē deficiat aliquis, aut de se ipso desperet, si aut cupiditate uictus,
 aut libidine impulsus, aut errore deceptus, aut uī coactus à iusticiæ uia
 lapsus est. Potest enim reduci ac liberari, si eū pœniteat actorū, & ad meliora
 cōuersus, satisfaciat Deo. quod fieri posse Cicero nō putauit, cuius hæc in Aca-
 demico tertio uerba sunt: Quod si liceret ijs qui in itinere deerrauissent, sic
 uitam

uitā deuiā secutos corrigere errorē pœnitēdo, felicior esset emēdatio temeritatis. Licet planē. Nam si liberos nostros cū delictorū suorū cernimus pœnitere, correctos esse arbitramur, & abdicatos abiectosq; rursus tamē sustēramus, suscipimus, fouemus, amplectimur: cur desperemus, clementiā Dei patris pœnitēdo posse placari? Ergo idem Dominus ac parēs indulgētissimus remissurum se pœnitentibus peccata promittit, & obliteraturum omnes iniquitates eius, qui iusticiam denuō cœperit operari. Sicut enim nihil prodest malē uiuenti antea cta uite probitas, quia superueniens nequitia iusticie opera deleuit: ita nihil officium peccata uetera correcto, quia superueniens iusticia labem uitæ prioris aboleuit. Is enim quem facti sui pœnitet, errorem suū pristinū intelligit. ideoq; Græci melius & significantius *μετανοια* dicunt, quam nos Latine possumus relipiscētiā dicere: relipiscit enim, ac mentem suam quasi ab infania recipit, quem errati piget, castigatq; seipsum demētiā, & confirmat animum suum ad rectius uiuendum: tum illud ipsum maxime cauet, ne rursus in eosdem laqueos inducatur. Denique muta quoque animalia cum fraude capiuntur, si aliquo se modo in fugam excitauerint, fiunt postmodum cautiore, uitantq; semper ea omnia, in quibus dolos insidiasq; senserunt. Sic hominem pœnitentia cautum ac diligentem facit ad euitanda peccata, in quæ semel fraude deciderit. Nemo enim potest esse tam prudens, tam circumspectus, ut non aliquando labatur. Et idcirco Deus imbecillitatem nostram sciens, pro sua pietate aperuit homini portum salutis, ut huic necessitati, cui fragilitas nostra subiecta est, medicina pœnitentiæ subueniret. Ergo quicumque aberrauerit, referat pedem, seq; quamprimū recipiat ac reformet:

Sed reuocare gradum, superasq; euadere ad auras,

Hoc opus, hic labor est.

Degustatis enim malē iucundis uoluptatibus, uix diuelli ab his possunt. facilius recta sequerentur, si earum suauitates non attigissent. Sed si eripiant se malæ seruituti, condonabitur his omnis error, si errorem suum uita meliore correxerint. Nec lucrari se quisquam putet, si delicti consciū non habebit. scit enim ille omnia, in cuius conspectu uiuimus: nec si uniuersos homines celare possumus, Deum possumus, cui nihil absconditum, nihil potest esse secretum. Exhortationes suas Seneca mirabili sententia terminauit: Magnum, inquit, nescio quid, maiusq; quam cogitari potest, numen est, cui uiuēdo operā damus. Huic nos approbemus. Nihil prodest, inclusam esse cōscientiā, patemur Deo. Quid uerius dici potest ab eo qui Deū nossit, quam dictū est ab homine ueræ religionis ignaro: nā & maiestātē Dei expressit, maiorē esse dicendo, quam ut eam cogitatio mentis humanæ capere posset: & ipsum ueritatis attigit fontem, sentiēdo, uitam hominum superuacua non esse, ut Epicurei uolunt: sed Deo ab his operam uiuendo dari, siquidem iuste ac pie uixerint. Potuit esse uerus Dei cultor, si quis illi mōstrasset: ac cōtēpsisset profectō Zenonē, & magistrū suū Socionem, si ueræ sapientiæ ducem nactus esset. Huic nos, inquit, approbemus. Cœlestis prorsus oratio, nisi antecederet ignoratiæ confessio. Nihil prodest inclusam habere cōscientiā, patemur Deo. Nullus ergo mendacio, nullus dissimulationi locus est, quia parietibus oculi hominum submouētur: Dei autem diuinitas nec uisceribus submoueri potest, quo minus totum hominem perspiciat & norit. Idem in eiusdem Operis primo: Quid agis? inquit: quid machinaris? quid abscondis? Custos te tuus sequitur. Alium tibi peregrinatio subduxit, alium mors, alium ualeatudo: haret hic, quo carere nunquam potest. Quid locum abditum legis, & arbitros remoues? Putas tibi cōtigiſſe, ut oculos omnīū effugas demēs? Quid tibi prodest nō habere cōsciū, habētī cōscientiā? Non minus mirabiliter

de cōscientiā & Deo Tullius: Meminerit, inquit, Deum se habere testem, id est (ut ego arbitror) mentē suam, qua nihil homini dedit Deus ipse diuinius. Item cū de bono & iusto uiro loqueretur: Itaq; talis uir, inquit, non modo facere, sed ne cogitare quidē quicquā audebit, quod non audeat prædicare. Purgemus igitur cōscientiā, quæ oculis Dei peruia est: & ut ait idem, semper ita uiuamus, ut rationē reddendā nobis arbitremur: putemusq; nos momentis omnibus non in aliquo (ut ille dixit) orbis terræ theatro ab hominibus, sed desuper spectari ab eo, qui & iudex & testis idem futurus est, cui rationē uitæ repositi, actus suos inficiari nō licebit. Ergo fatius est aut effugere cōscientiā, aut nos ipsos ultrò aperire animū, & perniciē rescissis uulneribus effundere: quibus nemo alius mederi potest, nisi solus ille qui gressum claudis, uisum cæcis reddidit, maculata membra purgauit, mortuos excitauit. Ille ardorem cupiditatis extinguet, extirpabit libidines, inuidiā detrahet, iram mitigabit. Ille reddet ueram & perpetuā sanitatē. Appetenda est hæc omnibus medicina, quoniam maiori periculo uexatur anima quàm corpus, & quam primū latentibus morbis adhibēda curatio est. Neq; enim si utatur aliquis oculorū acie clara mēbris omnib. integris, firmissima totius corporis ualitudine: tamen eum non dixerim sanum, si efferatur ira, superbia tumidus infletur, libidini seruiat, cupiditatibus inardescat: sed eum potius qui ad alienam felicitatē nō attollat oculos, opes nō admiretur, alienā mulierē sanctē uideat, nihil omnino appetat, nihil cōcupiscat alienum, nō inuideat ulli, nō fastidiat quenq; sit humilis, misericors, beneficus, mitis, humanus, pax in animo eius perpetua uersetur: ille homo sanus, ille iustus, ille perfectus est. Quisquis igitur his omnib. præceptis cœlestibus obtemperauerit, hic cultor est ueri Dei, cuius sacrificia sunt mansuetudo animi, & uita innocens, & actus boni. Quæ omnia qui exhibet, toties sacrificat, quoties bonum aliquid ac pium fecerit. Deus enim non desiderat uictimam neq; muti animalis, neq; mortis ac sanguinis, sed hominis & uitæ. Ad quod sacrificiū neq; uerbenis opus est, neq; fibris, neq; cespitibus, quæ sunt utiq; uanissima: sed ijs quæ de intimo corde proferuntur. Itaq; in aram Dei, quæ uerē maxima est, & quæ in corde hominis collocata coinquinari nō potest sanguine, iusticia imponitur, patientia, fides, innocentia, castitas, abstinentia. Hic est uerissimus ritus, hæc illa lex Dei (ut à Cicerone dictū est) præclara & diuina, semperq; recta & honesta iudicet, uetat praua & turpia: cui parentem sanctissimæ ac certissimæ legi, iuste ac legitimè necesse est uiuere. Cuius legis pauca equidem capita posui, quòd sum pollicitus ea me tantummodo esse dicturum, quæ summū fastigium uirtutis & iusticiæ imponerent. Si quis uolet cætera omnia comprehendere, ex fonte ipso petat, unde ad nos riuus iste manauit.

C O M M E N T A R I V S.

Boni medici exemplum noster Lactantius in suis *proelæis* sequitur. Nam quemadmodum ipsi curationē à purgando ordiuntur, & purgato iam à sordibus & humoribus perniciosis corpori, ea præbent quæ ad instaurationem & salutem pertinere uidentur: ita inquam Lactantius, purificatis defecatisq; tam sensibus quàm affectibus, saluberrimū poenitudinis pharmacū adhibet. Obiter aut tractat locū cōscientiæ, citatis ad hoc Senecæ et Ciceronis testimonijs. Academico tertio.) Licet ad Atticū suū Cicero, quatuor de Academicis quæstionib. libros ad duos cōtraxisse scribat: citatur tamē quartus à Nonio Marcello,

qui alter ex duobus est qui extant, sicut tertius hoc loco à nostro Lactantio: quæ tamen & ipsa cum alijs plerisq; interierunt. Quod si licet.) Licet planè, id quod etiā post Platōnem Terentius in *Adelph.* cōfessus est: qui tessararū ludo uitam humanā similit̃ fecerūt, ubi si quid erratum est, arte ut corrigas liceat. Ars ergo ipsa est poenitentia. Nam si liberos.) Quæ res elegantissimè nobis efficta est in filio prodigo, Lucæ 15. Sicut enim.) Dissimile per anastrophē. Obliteraturū.) Videtur respicere ad chirographū peccati, de quo paulo superius. Quamquā antiqua lectio habet obliturū: sed hæc, meo quidē iudicio,

indicio, comptior est. Sicut enim.) Sicut Saulo in prophetiae donum nihil unctio regalis profuit: ita Paulo penitenti obfuit Christiani nominis persecutio. *μετάνοια*.) Supra in fine lib. quarti promissimus, nos hic de penitentia plura dicturos esse, non tanquam locum communem plena manu pertractaturi, sed conciliaturi locos Lactantianus. Interea tamen dissimulandum non est, Tertullianum lib. adversus Marcionem 2. τὴν *μετάνοια* Deo impertinenter tribuisse, cum ea stultorum tantum sit: iuxta illud Hesiodi, Damno accepto stultus sapit: unde etiam Epimethei nomen fluxit. Neq; etiam ἡ *μετάνοια*, ut ille inquit, simplex sententiae prioris conversio est, quae etiam sine reprehensione uel in homine possit admitti, nedum in Deo, quasi ullus in Deo respiciendi locus esse possit, cum nemo nisi stultus respiciat. Quid quod in Genesin non uerbum *μετάνοια*, sed τὸ *ᾠθυσμῆσθαι* legitur: quod indignationem, non penitentiam significat, sic enim in cap. 6. ubi Dei de humano genere delendo consilium scriptum sic legitur: καὶ ἐβουλήθη ὁ θεός, ὅτι ἐποίησε τὸν ἀνθρώπου ἰδί. *Ἡ γῆς*. et postea subdit: καὶ διενοήθη, καὶ εἶπεν ἅπασι τὸν ἀνθρώπου, ὅτι ἐποίησε τὸν πλοῦτον. *Ἡ γῆς*. Sed uerbum *ἄνοια* consultationem in se continet, non penitentiam. Verbum igitur penitendi nec culpa caret (utar enim ipsius uerbis) nec Graeco sono penitentiae nomen ex animi demutatione, sed ex delicti confessione compositum est. Vnde Laur. Valla in posteriore ad Corinth. cap. 7. Lactantij nostri interpretationem probat: et Eras. in suis in eundem locum, atq; item in 3. Matthaei cap. Vallae astipulatur. Quare Graeci eam pulchre definiunt, *συνάδυσιν ἄνοιας*, ἐφ' ἧς ἐπεσφύατο τὸ ποῦς, ἢ πῶς λεγέσθω ἰδίσσοφλῶ. nisi fortassis ad uerbum *μεταμελῆσαι* respexerit, quod paulo post sequitur: ὅτι *μεταμελῆσαι* ὅτι ἐποίησε αὐτῶν.

40 Ceterum de Penitentia eiusdem Tertulliani egregius extat liber. post quem uide Locos communes Philippi. Ut non aliquando.) Septies enim in die cadit iustus. Sed reuocare.) li. 6. Aen. uerba Sibyllae ad Aeneam, ad inferos descensurū: quae noster pulchre ad suum detorquet sensum. Deum possumus.) cui nomen ὁ *καρδονόμος*, contra Momi reprehensionem: quia humana corda sibi fenestrata fecit. Sene-

ca.) *ἡεῖα*. Quid uerius.) *ἐγκώμιον τῷ φροσεντος*. Ab homine uerae religionis.) Hieronymus tamen eum in Catalogo scriptorum Ecclesiasticorum recenset, argumento sumpto ab epistolis ab ipso atq; Paulo mutuo scriptis. Augustin. lib. 10. Ciuit. cap. 6. ipsum inter Christianos non numerat, quia hoc coluit, quod reprehendere fuit ausus. Zenonem.) Stoicæ factionis Hæresiarchæ. Socionem.) Stoicum Hier. hunc, *σώζοντα* Sophronius nominat. Conscientiam.) quæ, iuxta prouerb. est loco mille testium: ad quod aperte alludit. Tullius.) lib. Off. 3. Orbis terræ teatro.) Verrina septima. Ultrò aperire.) In statu assumptiuo, si nec purgationi, nec translationi locus est (locus aut̄ his non est apud tribunal Christi) patet peccatorib. accessus ad thronum gratiæ, primum per cōfessionem, deinde per deprecationem. Cuius rei plurima in psalmis Dauidicis exempla habemus. Ad alienam felicitatem.) Notatio inuidiæ. Semper enim alienū peccus grandius uber habet. Cuius sacrificia.) De quibus in sequenti capite. Deus enim nō desiderat.) De quo abunde in Prophetis. Neq; uerbenis.) Verbenam Donatus in Andria dictam ait, quasi herbenam: uerbenasq; esse omnes herbas atq; frondes festas, ad aras coronandas: uel omnes herbas frondesq; ex aliquo loco puro decerptas. Liu. lib. 1. sagmina uocat. Plin. ait, utroq; nomine idem significari: nempe gramē ex ara cum sua terra euulsam. Sunt qui uerbenā eam dicunt, quæ nostra lingua nominatur Eysenkrant: qua nulla herba plus nobilitatis Romæ habet, teste Plin. lib. 25. ca. 9. Hæc, inquit, Iouis mensa ueritur, domus purgatur, lustraturq;. Hinc Dioscorides li. 4. *ἰδρὸβοτάνη*, id est sacrā herbā dictā ait. Hoc semper et legati, cū ad hostes clarigatūq; mitterētur, usi id est, res raptas clarè repetitum. unus utiq; uerbenarius uocabatur. Apud Terent. in And. apud Plaut. in Truculento, huius usus in puerperio etiā fuit: item in excantationib. ut ex Vergilij Pharmaceutria patet: Effer aquar, et molli cinge hæc altaria uitta, Verbenasq; adole pingues, et mascula thura, Coniugis ut magicis sanos auertere sacris Experiar sensus.— Fibris.) Pro intestinis, pars pro toto. A' Ci cerone.) In 1. de Legibus.

De sacrificio, deq; dono Deo digno: de forma laudandi Deum, et orationis forma et fructu. CAP. XXV.

50 Nunc de sacrificio ipso pauca dicemus. Ebur, inquit Plato, non castū donum Deo. Quid ergo? Picta scilicet & texta preciosa? imò uerò non castum

castum donum Deo, quicquid corrumpi, quicquid furripi potest. Sed sicut hoc uidit, non oportere uiuenti offerre aliquid, quod sit ex mortuo corpore: cur illud nō uidit, nō debere incorporali corporale munus offerri: Quanto melius Seneca, & uerius? Vultis ne uos, inquit, Deū cogitare magnū & placidū, & maiestate leni uerendū amicū, & semper in proximo? Nō immolationibus, & sanguine multo colendū (quæ em̄ ex trucidatione immerentiū, uoluptas est?) sed mente pura, bono honestoq; proposito. Non templa illi congestis in altitudinē faxis extruenda sunt: in suo cuiq; cōsecrandus est pectore. Vestes igitur, gemmas, & cætera quæ habentur in precio, si quis putet Deo chara, is planē quid sit Deus nescit, cui putat uoluptati esse eas res, ¹⁰ quas etiam homo, si quis contempserit, iurē laudabitur. Quid ergo castum, quid Deo dignum, nisi quod ipse in illa diuina lege sua poposcit? Duo sunt quæ offerri debeant, donū & sacrificiū: donum, in perpetuū: sacrificiū, ad tempus. Verūm apud istos qui nullo modo rationē diuinitatis intelligūt, donū est, quicquid auro argentoq; fabricatur, item quicquid purpura & serico textitur. Sacrificiū est uictima, & quæcunq; in ara cremantur. Sed utroque non utitur Deus: quia & ipse incorruptus est, & illud totum corruptibile. Itaq; Deo utrunq; incorporale offerendū est, quo utitur. Donū est integritas animi, sacrificiū, laus & hymnus. Si enim Deus nō uidet, ergo his rebus colidebet, quæ nō uidentur. Nulla igitur alia religio est uera, nisi quæ uirtute ac iusticia constat. Quomodo autē Deus iusticia hominis utatur, intellectu facile est. Si em̄ iustus fuerit homo, accepta immortalitate in æternū Deo seruiet. Homines autē nō nisi ad iusticiam nasci, cum philosophi ueteres, tū etiā Cicero suspicatur. differēs enim de legibus: Sed omniū, inquit quæ in hominū doctorum disputatione uersant, nihil est profectō præstabilius, quàm planē intelligi nos ad iusticiā esse natos. Id ergo solū Deo exhibere atq; offerre debemus, ad quod capiendū nos ipse generauit. Hoc autē duplex sacrificij genus q; sit uerissimum, Trismegistus Hermes idoneus testis est. qui nobiscū, id est cū Prophetis, quos sequimur, tā uerbis quàm re congruit, sicq; de iusticia locutus est: Hoc uerbū, ô fili, adora & cole. Cultus autē Dei unus est, ²⁰ malū nō esse. Itē in illo sermone profectō: Cū exaudisset Asclepiū querētē à filio suo, utrū placeret patri eius, proferri thus, & alios odores ad sacrificiū Dei, exclamauit: Bene, bene, ô mi nate Asclepi. Est enim maxima impietas, tale quid de uno illo ac singulari bono in animū inducere. Hęc, & his similia huic nō cōueniunt. Omniū enim quæcunq; sunt plenus est, & omniū minime indigens. Nos uerò gratias agētes, adoremus. Huius enim sacrificiū sola benedictio. Et rectē. Verbo enim sacrificari oportet Deo, siquidē Deus Verbum est, ut ipse confessus est. Summus igitur colendi Dei ritus est ex ore iusti hominis ad Deū directa laudatio: quæ tamē ipsa ut Deo sit accepta, & humilitate, & timore, & deuotione maxima opus est, ne quis fortē integritatis & ³⁰ innocentie fiduciā gerens, tumoris & arrogantia crimē incurrat: eoq; factio gratiā uirtutis amittat, sed ut sit Deo charus, omniq; macula careat, misericordia Dei semp̄ imploret: nihilq; aliud precet, nisi peccatis suis ueniā, licet nulla sint. Si quid aliud desiderauerit, nō est opus dicto, scienti quid uelimus. Si quid ei boni euenerit, gratias agat: si quid malī, satisfaciat, & illud sibi ob peccata sua fateat euenisse, & nihilominus etiā in malis gratias agat, & in bonis satisfaciat: ut idē sit semper, & stabilis, & immutabilis, & incōcussus. nec tantum hoc in templo putet sibi esse faciendū, sed & domi, & in ipso etiā cubili suo. Secū deniq; habeat Deū in corde suo cōsecratū, quoniā ipsum est Dei templum. Quod si Deo patri ac domino hac assiduitate, hoc obsequio, hac deuotione seruierit, cōsummata & perfecta iusticia est: quā qui tenuerit, hic (ut ⁴⁰ antē testati sumus) Deo paruit, hic religioni atq; suo officio satisfecit.

COMMENTARIUS.

Vela iam colligēs, Platonis, Senecæ, Cicero-
nis & Hermetis testimonijs, quis nam uerus sit
ueri Dei cultus, quæ sacrificia Deo placeant, o-
stendit: quæ magis sunt cum uera et catholica do-
ctrina coniuncta, quàm quæ Romana de his tra-
ditio docuit. Ebur, inquit Plato.) Vide-
ri Plato posset ex hac citatione, quia sententia
non integra adducitur, non pessimè de religione
sentire. nos igitur nihil ἀποποιούμεθα, si totū
locum huc reposuerimus. Sic est in 12. de Legib.
10 scriptū: θεοῖσι δὲ ἀναθήματα χροῖων ἐμμεύσα,
τὸ μίτριον αὐθρα ἀνατιθέντα δωρεῖσθαι. γὰρ
ἡ οὐκ ἐστὶν αὐτῶν οἰκιστῶν, ἰδρὰ τῶσσι πάντων
θεῶν. μηδ' εἰς αὐτῶν δ' οὐτόπως ἰδρὰ κεραιδῶν τῶ
θεοῖσι. χρυσός δὲ καὶ ἀργύρος γὰρ ἄλλαις πόλε-
σι ἰδρὰται, καὶ γὰρ τοῖς ἰδρῶσι δὲ ἐπιφθονοῦ
κτῆμα. ἐλεφάνθας δὲ ἀρλελοιπότητος ψυχῶν σώ-
ματος ἀκ' οὐχ ὄρεσ ἀνάθημα. σίδηρος δὲ καὶ
20 χαλκός πολεμῶν ὄργανα. φύλας ἢ μονόξυλον
δ' αὐθρα τῆς ἀνατιθέτω, καὶ λίθος ὡς αὐ-
τῶν πῶς τὰ κοινὰ ἰδρὰ. ὑφ' ἧς ἢ μὴ πλείον ἐρ-
γογυακῶς μίαν ἐμμεύου χροῖατα ἢ λου-
κὰ πρὸς ποτ' αὐθρα εἶναι, καὶ ἄλλοι, καὶ γὰρ
ὑφ' ἧς. Βάμματα ἢ μὴ πρὸς φέρει, ἀλλ' ἢ πῶς
τὰ πολεμῶν κομμάτια. θεοῖσι τὰ δὲ δωρεῖσθαι,
ὄρνιθες τε καὶ ἀγάλατα, ὅσα πρὸς γὰρ μίαν ζω-
30 ρῶν φέρει ἡμῶν τις ἀρτελῆ καὶ τὰ λῆα ἐστὶ
ἢ τὰ τοιαῦτα ἀνάθημα μεμνημένα.

Plin. lib. 8. cap. 10. indicat eboris maximum in sa-
cris usum fuisse: Dentibus, inquit, ingēs precium,
et deorum simulacris laudatissima ex ijs materia.
Inuenit luxuria commendationem & aliam, ex-
petit in collo manus uim saporis: haud alia de cau-
sa credo, quàm quia ipsum ebur sibi mandere ui-
detur. Magnitudo dentium uidetur quidē in tem-
plis præcipua, &c. Idem Plin. lib. 12. cap. 1. Arbo-
re sulcamus maria, terrasq; admouemus: arbore
40 edificamus tecla. Ex arbore & simulacra numi
num fuere, nondum precio excogitato belluarū
cadaueri, antequam ut à dijs nato iure luxurie
eodem ebore numinum ora spectaretur, & men-
sarum pedes. Hæc eo libentius adscripti, quia non
minus lucis ipsi Platoni inferre uidebatur, quàm
Lactantio. De hoc simulacrorum luxu supra lib.
5. non nihil dictū est, cap. 21. Incorporali.)
θεοῖς ἀσώματος. Cic. de Nat. deorum. lib. 1.
Seneca.) De superstitionibus, opinor, qui liber
ab Augustino & Tertulliano citatur. Non
50 templa.) Quid ergo tantus Romanæ religio-
nis luxus sibi uult? uel cum qua pietate est comun-
ctus? Deus, qui fecit mundum (concionatur apud

Athenienses Paulus) & omnia quæ in eo sunt,
hic coeli & terræ cum sit Dominus, non in ma-
nufactis templis habitat, nec manib. humanis co-
litur, indigens aliquo: cum ipse det omnibus uitā,
et halitū per omnia, &c. Quid sit Deus.)
Spiritus enim est, colendus in spiritu & ueritate.
In diuina sua lege poposcit.) De sacrifi-
cijs cum alibi, tum in Leuitico præcipue. De do-
narijs in Exodo cap. 25. & seq. Meminit utriusq;
Paul. Heb. 5. τῶς γὰρ, inquit, ἀρχιερεὺς ἐξ ἀν-
θρώπων λαμβανόμενος, τῶς ἀνθρώπων
καθίσταται τὰ πρὸς τὸν θεόν, ἵνα προσφέρει
δῶρα τε καὶ θυσίας τῶν ἁμαρτιῶν, &c. Sed
hic locus est status legitimi, qui uocatur ῥήτορ
καὶ διάνοια. Neglecto enim scripto, urget sen-
tentiam legis. Habet autem suæ expositionis au-
tores, ipsos prophetas. Esaiā 1. Ad quid mihi mul-
titudine sacrificiorum uestrorum, &c. Micheā 5.
Nunquid offeram illi holocausta, &c. Psal.
50. Si uoluisses sacrificium, dedissem utiq; &c.
Habet ipsum æternum atq; cœlestem legatum et
legis consummatorem Christum, Matth. 9. Misere-
cordiam uolo, non sacrificium. Donum
est integritas.) Sed scriptura hoc quoq; sacri-
ficiū appellat, Rom. 12. Obsecro, inquit Paulus,
uos fratres, per miserationes Dei, ut præbeatis
corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam, acce-
ptam Deo, rationalem cultum uestrum, &c. Sac-
rificij uerò laudis expressa mentio est Psal. 49.
& 115. Rationem diuinitatis.) Videāt
ergo Romanæ religionis assertores, quale Ratio-
nale diuinorū habeant. Minatensis cuiusdā præ-
sulis opus meris superstitionib. refertū. Laus
& hymnus.) Differunt hæc apud Rhetoras,
quod ἐγκώμιον sit hominū, hymnus deorū. Sed
isthæc differentia hic negligitur: neq; in Psalmo
θυσίας τῶν ἐγκώμιον, sed ἀνείσεως mentio
fit. Cicero.) lib. de Legib. primo. Similia sunt
apud eundem Ciceronem de Off. 1. Vide Bud. in
Annot. priorib. de Iusticia & Iure. Trifine-
gustus.) Prius Hermetis testimonium ex fine
duodecimi dialogi est, illius operis quod Pæman-
der inscribitur. In illo perfecto sermo-
ne.) γὰρ λόγῳ τελείῳ, qui etiam supra libro
quarto, capite sexto citatus est. Est autem hoc
testimonium in fine Asclepij. Vnde ego Apuleij
translationem, quia Græca nobis desunt, ad-
scribam, uerbis paulo altius repetitis. De ady-
to uerò egressi, cum Deum orare cœpissent,
in Austrum respicientes erant. Sole enim oc-
cidente, cum quis Deum orare uoluerit, illic
debet

debet respicere: sicut & sole oriente, in eum qui subsolanus dicitur. Iam ergo dicentibus precationem, Asclepius ait: Submissa uoce, oranti suggeramus patri, quod iusserit, ut thure addito, & pigmentis, precem dicamus Deo. Quem Trismegistus audiens, atq; commotus ait: Melius, melius ominare ô Asclepi. Hoc enim sacrilegijs simile est, cum Deum roges, thus atq; cætera incêdere: nihil enim deest ei, qui ipse est omnia. Sed nos agentes gratias, adoremus. Hæ enim sunt summæ incensiones Dei, cum aguntur grates à mortali-

bus. Deinde sequitur gratiarum actio. Verbo enim sacrificari.) A' coniugatis. Videtur autem alludere ad λογικὴ λατρεία. Nam si ὁ θεὸς ὁ λόγος, ut est Ioan. primo, conuenit ei λογικὴ λατρεία: sicut illud Ioan. 4. πνεῦμα ὁ θεός, καὶ τὸ πνεῦμα οὐκ ἔχει σῶμα καὶ θέλημα. Licet nulla sint.) Etiam si omnia fecerimus, fateri tamē debemus nos seruos esse inutiles. Scienti quid.) Matth. 6. Quoniam ipse est Dei templum.) 1. Cor. 3. & 6. 2. Cor. 6.

L> COELII LACTANTII FIRMIANI DIVINARVM INSTITVTIONVM ADVERSUS GENTES, Liber Septimus, & ultimus: de Vita beata.

De mundo, & qui sint credituri, & qui non, & quare: ac reprehensio perfidorum. CAP. I.



Ene habet, iacta sunt fundamenta, ut ait eximius Orator. Verum nos non fundamenta solū iecimus, quæ firma & idonea essent operi perferendo, sed magnis, robustisq; mollibus ædificium totum penē usq; ad summa perduximus. Restat, id quod est multo facilius, uel tegere, uel ornare, sine quo tamen priora opera inutilia sunt, & ingrata. Nam quid prodest, aut falsis religionibus liberari, aut intelligere ueram? quid aut unitatem falsæ sapiētiae peruidere, aut quæ sit uera, cognoscere? Quid inquam prodest cœlestem illam iusticiā defendere? quid cum magnis difficultatibus cultum Dei tenere, quæ est summa uirtus, nisi eum diuinum præmiū beatitudinis perpetuæ subsequatur? de qua nobis est in hoc libro differendum, ne priora omnia irrita & infructuosa uideantur, si hoc, cuius causa illa suscepta sunt, in incertum relinquamus: ne quis forte arbitretur tantos labores incassum suscipi, dum eorū cœlesti mercede diffidit: quam Deus statuit ei, qui hæc suauia terræ bona pro sola nudaq; uirtute contempserit. Satis & huic parti faciamus, cum testimonijs diuinarum literarum, tum etiam probabilibus argumentis, ut a quæ clarum sit, & futura præsentibus, & diuina terrenis, & perpetua breuibus esse anteponenda: quoniam temporalia sunt præmia uitiorum, sempiterna uirtutum. Exponam igitur rationem mundi, ut facile possit intelligi & quando, & quare sit effectus à Deo: quod Plato, qui de mundi fabricatione disseruit, nec scire potuit, nec explicare: quippe qui cœleste mysterium, quod nō nisi prophetis ac Deo docente discitur, ignorabat: ideoq; in perpetuum dixit esse fabricatum. quod longè secus est: quoniam quicquid est solido ac graui corpore, ut initium capit aliquando, ita finem capiat necesse est. Nam Aristoteles cum non uideret quemadmodum posset tanta rerum magnitudo interire, & hæc præscriptionem uellet effugere, semper ait fuisse mundum, ac semper futurum. Prorsus nihil uidit: quia quicquid est, necesse est aliquando haberit principium: nec omnino quicquam potest esse, nisi cœperit. Nam cum terram, & aquam, & ignem disperire, consumi, extinguicq; uideamus, quæ sunt utiq; mundi partes: intelligitur, id totū esse mortale, cuius membra sunt mortalitatis. Ita fit, ut natum sit quicquid potest interire. Sed & omne quod sub uisum oculorū uenit, & corporale (ut ait Plato) & solubile sit, necesse est. Vnus igitur

igitur Epicurus autore Democrito, ueridicus in hac re fuit, qui ait, & ortū alī
 quando & aliquando esse periturū. Nec tamē rationē ullā reddere potuit, sci
 licet aut quibus de causis tantū hoc opus, aut quo tempore resoluat. Quod
 quoniā nobis Deus reuelauit, nec cōiecturis id assequimur sed traditiōe cōe
 lecti, docebimus sedulo, ut tandē studiosis ueritatis appareat, nec uidisse, nec
 cōprehendisse philosophos ueritatē, sed ita leuiter odoratos, ut tamen unde
 eos odor ille sapientiā tam suauis, tā iucundus afflarit, nullo modo senserint.
 Interim necessariū puto admonere lectores, quōd hęc nostra quę tradimus,
 prauæ uitiosæq; mētes aut omnino nō intelligēt (hebetatur enim acies eorū
 10 terrenis cupiditatibus, quæ sensus omnes grauāt, imbecillesq; reddunt) aut
 etiā si intelligēt, dissimulabūt tamē, & hęc uera esse nolēt: quia trahūtur à ui
 tijs, & sciētēs malis suis fauēt, quorū suauitate capiūtur, & uirtutis uiam dese
 runt, cuius acerbitate offendūtur. Nā qui auaricia & opū inexplebili quadā
 siti flagrāt, quia nō possunt uenditis aut dilargitis quæ amāt, tenui cultu uitā
 degere, sine dubio malūt id esse fictū, quo desiderijs suis renunciare cogunt.
 Item qui libidinū stimulis incitati (ut ait Poeta) in furias ignemq; ruūt, utiq;
 incredibilia nos afferre dicūt: quia uulnerāt aures eorū præcepta cōtinentiē,
 quæ illos à uoluptatibus suis prohibēt, quibus animā suā cum corpore adiu
 dicauerūt. Qui uerō ambitione inflati, aut amore potētiae inflammati, omne
 20 studiū suū ad honores acquirēdos cōtulerūt, nec si solem quidē ipsum geste
 mus in manibus, fidē cōmodabūt ei doctrinę, quæ illos iubet, omni potētia
 & honore cōtempto, mites uiuere, atq; ita humiles, ut & accipere iniuriā pos
 sint, & referre nolint si acceperint. Ii sunt homines, qui cōtra ueritatē clausis
 oculis quoquomodo latrāt. Qui autē sani erūt, id est non ita uitijs immersi, ut
 insanabiles nō sint & credent his, & libenter accedēt, & quæcunq; dicimus,
 aperta, & plana, & simplicia, & quod maxime opus est, uera & inexpugnabi
 lia illis uidebunt. Nemo uirtuti fauet, nisi qui sequi potest: sequi autē, nō facile
 est omnibus: ij possūt, quos paupertas & rerū indigētia exercuit, & capaces
 uirtutis effecit. Nā si uirtus est tolerantia malorū, nō capiūt ergo uirtutē, qui
 30 semper in bonis fuerūt: quia mala neq; experti sunt, neq; ferre possunt, assue
 tudine ac desiderio honorū, quæ sola nouerūt. Eo fit, ut pauperes & humiles
 Deo credāt facilius, qui sunt expediti: q; diuites, qui sunt impedimētis plu
 rimis implicati, imō cathenati & cōpediti seruiūt ad nutū dominæ cupidita
 tis quæ illos inextricabilib. uinculis irretiuūt: nec possunt in cœlum aspiciere,
 quoniā mēs eorū in terrā prona, humiq; defixa est. Virtutis autē uia nō capit
 magna onera portātes. Angustus admodū trames est, per quē iusticia homi
 nē deducit in cœlū. Hūc tenere nō potest, nisi qui fuerit expeditus & nudus.
 Nā isti locupletes multis & ingētib. sarcinis onerati, per uia mortis incedūt,
 quæ latissima est, quoniā late perditio domina. His acerba sunt, his uenena,
 40 quæ Deus ad iusticiā præcepit, quæq; nos Dei magisterio de uirtute ac ueri
 tate differimus. Quibus si repugnare audebūt, necesse est, hostes se esse uirtu
 tis, iusticiæq; fateātur. Aggrediar nūc, quod superest, ut finis operi possit im
 poni. Id autē superest, ut de iudicio Dei differamus, quod tū cōstituet, cū Do
 minus noster redierit in terrā, ut unicuiq; pro merito aut præmiū persoluat,
 aut pœnā. Itaq; ut in quarto libro de primo aduētū eius diximus, sic in hoc se
 cundū referamus aduētū, quē ludæi quoq; & cōstitētur, & sperāt, sed frustra:
 quoniā necesse est, ad eos cōsolādos reuertat, ad quos cōuocandos prius ue
 nerat. nā qui uiolauerūt impiē humilē, sentiēt in potestate uictorē: eaq; om
 50 niā, quæ legūt, & nō intelligūt, Deo repēstante patiētur: quippe qui peccatis
 omnib. inquinati, & insuper sancto cruore perfusi, ab illo ipso cui nefandas
 manus intulerunt, sint ad æterna supplicia destinati. Sed erit nobis cōtra lu
 dæos separata materia, in qua illos erroris & sceleris conuincemus.

Mirum fortassis alicui uideri posset, quod
 cū hic VII Liber de diuino praemio in-
 scriptus sit, de mundi creatione, deq; providentia
 Dei disputationē aduersus philosophos instituat.
 Dicerem huius causam, nisi autor in cap. 9. Epito-
 mes se ipse clarissima perspicuitate exponeret.
 Refellit autem hoc cap. philosophorum quorundā
 dogmata, qui de mundi creatione non recte sensē
 runt: & hoc fit priore capituli parte. altera inue-
 hitur in eos, qui sua sponte cæci, à ueritatis studio
 abhorrent. **Eximius orator.**) Cicero ni-
 mirum, in oratione pro Muræna. item de Nat.
 deorum: Quod igitur fundamentum huius quæ-
 stionis est, id præclare iactum uidetis. Item in
 Anton. Hodie fundamenta sunt iacta reliquarum
 actionum. Verum nos non fundamen-
 ta.) Transitio continet exordium, ex ipsa causa
 petitum: cui perpetua metaphora mirabilem con-
 ciliat gratiam. **Falsis religionibus.**) ἀλλὰ
 κεφαλαιώσις totius Operis. Nam de falsis reli-
 gionibus in primo dictum est libro, sicut in 2. de
 Orig. erroris. **Intelligere ueram.**) de qua
 in 6. **Falsæ sapientiæ.**) de qua lib. 3.
Quæ sit uera.) de qua lib. 4. **Cœlestē
 Iusticiā.**) de qua lib. 5. **Cultum Dei.**)
 lib. 6. **Diuinum præmium.**) lib. 7.
Exponam.) Propositio. **Quod Plato.**)
 in Timæo: cuius disputatio, quia quàm hic locus
 capere possit, prolixior est, lectorem ad ipsum au-
 torem remittimus. nos Philonem breuius narra-
 tem audiemus, idq; Budæi beneficio Latine: **Opi-
 nio est,** à Platone in Timæo mundum esse genitū
 planè significari. Sūt rursus qui captiose disputēt,
 mundum Platonis ita esse genitum, non ut ortus il-
 le quidem auspiciatum acceperit: quatenus uerò
 ita est coagmentatus, ut non aliam utiq; compagē
 accepturus fuerit, si contigisset eum nasci, genitū
 esse dictum: aut quia in ortu & cōmutatione par-
 tes eius uideantur. Cæterum satius & uerius est,
 priori sententiæ assentiri, idq; non ideo tantum,
 quod in toto illo opere parentem, fabrum, opificē
 diuinum illum fictorem (παιτὸρα μὲν καὶ ποιη-
 τὴν καὶ δημιουργὸν τὴν θεοπλασίω ἐκείνου)
 hunc autem mundum affabrefactum & oriundū
 uocat, ab exemplari primigenio intelligibili sensi-
 bilem effigiem, omnia quæ in illo sunt, intellectu
 percepta, in seipso sensu comprehensa continentē,
 absolutissimum ad mentis perfectionem, simula-
 crum expressum ad sensum, id est καλλίστην καὶ
 ἔχοντα τὰ πᾶσι τοῦ κόσμου ἀπ' ἀρχῆς τῶν
 νοητῶν παραδείγματα μίμημα αἰδητόν,

καὶ ὅσα ἐκείνῳ νοητὰ ποδεύοντα αἰδητὰ
 γὰρ αὐτῶν, τελειώτατον πῶς νῦν τελειώτατα,
 ἐκμαγείου πῶς αἰδοῦσι, & cætera quæ se-
 quuntur. Nam Aristoteles.) De hoc rur-
 sus Philo: ἀριστέλης ἡ ἀρχὴν τοῦ καὶ φθαρ-
 τοῦ ἐφ' ἡμῶν κόσμου εἶναι, αἰνῶν δὲ ἀθεόπιτα
 κατεγίνωσκε τῶν τῶν αἰώνων διεξίοντων, οἱ τῶν
 χειροκινήτων ἔδωκεν ὠνήσασιν ἀσφαδρῆν τοῦ ποσῶ
 τοῦ ὄργου θεῶν. Nefaria, inquit, impietatis infimū
 landi sunt, quæ tantum opus Dei nihilo præstare
 censuerūt operibus manufactis. Apud Arist. hæc
 disputationis est lib. 1. de Cælo, cap. 10. cum sequen-
 tibus. **Vnus igitur Epicurus.**) Philo:
 Et Democritus quidem, Epicurusq; ac pleriq;
 Stoicorum multitudo, genituram mundi, inter-
 tumq; prodiderunt, tamen non similiter. Eorum
 enim partim complures mundos declinātes, ipso-
 rum ortum attribuunt corpusculis indiuiduis inui-
 cem offensantibus, in occursumq; implicitis: inter-
 tum autem tum statuunt, eum mundi concreti, &
 sic enati, collisi inter se fuerint occursum, & consi-
 etati. At Stoici mundum unum ponentes, ortus e-
 ius autorem faciunt Deum atq; causam, nō item
 interitus. Cæterum uim quandā in rebus existen-
 tem interitus causam esse uolunt, ab ijs rebus o-
 riundam, quæ labori non cedunt, longinquis tem-
 porum circuitibus omnia ad se colligentem: ex
 qua rursus instauraticium mundi natalem cōstite-
 re artificis prouidētia. Hactenus Philo. Cæterum
 de Philosophorum circa hanc quæstionem senten-
 tia, uide ex catholicis Euseb. lib. 1. cap. 4. Præpa-
 rat. Euangel. ex Gentilibus Plutarcho lib. 2. de
 Placitis. Sed redeamus ad Platonem. Miror
 quid Epiph. in mentem uenerit, quod Platoni
 dogma tribuat, mundum factum & corruptibile
 esse. Sic enim Tomo secundo libri tertij scribit:
 πλάτῳ ἀβλυαῖοι, θεὸν ἔλεγε καὶ ἕλκω καὶ
 εἶδ' ὅτι. τὸν κόσμον δὲ γέννητον καὶ φθαρτόν
 ὑπαρχεῖν τῷ ψυχῶν δὲ ἀγέννητον καὶ ἀθά-
 νατον, ἢ θεῶν λέγει. Sed ille idem Epiph. in lib.
 1. demonstrat, eundem Platonē sibi cōtraria scri-
 bere. sic enim refert: ἄλλοι γὰρ ἔπος ἀκούσας
 αἶμα χόρῳ γεγνήσθαι, οὐδὲ γὰρ λυθίσσας.
 πρὸς τὰ ἐαυτῶν τὰ ποδὶ ἕλκω ἀασπείσας.
 εἶπε γὰρ ποτε καὶ σύγγρονον εἶναι τῶν θεῶν τῶν
 ἕλκω. **Quod quoniam nobis.**) Stultie
 ergo Plato facit, quod hanc arduam disputationē
 instituens, omnes deos deasq; potius quàm unum
 atq; uerum Deum opem poscit. **Interim ne-
 cessarium.**) Altera huius capituli pars. **Disi-
 mulabunt tamē.**) Nec alia est hodie munda
 causā

caussa, quod puram Euangelij doctrinam tantope
re auersatur. Ne si solem.) Redolet prouer
biale quiddam. In uernacula nostra similem habe
mus diffidentia parcemiam, **Vnd wann du
vnsern Hergott auff den henden
trügest / so glaubte ich dir's nitt.**
Dominæ cupiditati.) Sicut apud Horat.
Regina pecunia. Adiectiua mesa sunt. Augu

stus.) Redit rursus ad biuium Pythagoricū, siue
angustam Euangelij portam: & alludit tacite ad
adolefcentem Euangelicum prædiuitem. Dei
magisterio.) Christi doctrina. Ad eos
consolandos.) Hunc aduentum fides catho
lica ignorat. Expectamus enim non consolatorem
(paracletū enim in die Pentecostes accepimus)
sed iudicem, iudicaturum uiuentes & mortuos.

De errore Philosophorum, & diuina sapientia: & quando futurum sit
aureum seculum. CAP. II.

Nunc ignaros ueritatis instruamus. Dispositione summi Dei sic ordina
tū, ut iniustū hoc seculum, decurso temporū spacio, terminum sumat,
extincta q̄ protinus omni malicia, & piorum animis ab beatam uitam reuo
catis, quietum, tranquillum, pacificum, aureum deniq; (ut Poetæ uocant)
seculum Deo ipso regnante floreat. In primis causa errorum omniū philo
sophis hæc fuit, quod rationem mundi, quæ totam sapientiam continet, non
comprehenderunt. Ea uerò sensu proprio, & interna intelligentia nō potest
comprehendi: quod illi sine doctore per seipsos facere uoluerunt. itaq; in ua
rias, libiq; sæpe contrarias inciderunt, ex quibus exitum nō haberent, & eo
dem luto (sicut Comicus ait) hæsitauerunt: scilicet assumptionibus eorum
non respondente ratione, cum assumpsissent quidem uera, sed quæ affirma
ri, probariq; non possent sine scientia ueritatis rerumq; celestium, quæ (ut
sæpe iam dixi) nō potest esse in homine, nisi Deo docete percepta. Nā si po
test homo intelligere diuina, potest & facere. nam intelligere, est quasi eue
stigiō subsequi. Nō potest autem facere, quæ Deus, quia mortali corpore in
dutus est: ergo nec intelligere quidem potest, quæ fecit Deus. Quod autem
fieri non possit, ex imminuitate rerum atq; operum diuinorum facile est uni
cuiq; metiri. Nam si mundum cum omnibus quæ sunt in eo, contemplari ue
lis, intelliges profectō, quantum Dei opus humanis operibus antestet. Ita
quantum inter opera diuina & humana interest, tantum distare inter Dei
hominisq; sapientiam necesse est. Nam quia Deus incorruptus atq; immor
talis est, & ideo perfectus, quia sempiternus est: sapientia quoq; eius perin
de ut ipse, perfecta est: nec ob stare illi quicquam potest, quia nulli rei Deus
ipse subiectus est. Homo autem, quia subiectus est passioni, subiecta est & sa
pientia eius errori: & sicut hominis uitam multæ res impediunt, quominus
possit esse perpetua: ita sapientiam quoq; eius multis rebus impediiri necesse
est, quominus in perspiciēda penitus ueritate, perfecta sit. Ergo nulla est hu
mana sapientia, si per se ad notionem ueri, scientiamq; nitatur: quoniā mens
hominis cum fragili corpore illigata, & in tenebroso domicilio inclusa, neq;
liberius euagari, neq; clarius perspicere ueritatem potest, cuius notio diuine
conditionis est. Deo enim soli opera sua nota sunt. Homo autem non cogi
tando aut disputando asseq; eam potest, sed discendo & audiendo ab eo qui
scire solus potest, & docere. Ideo M. Tullius sententiam Socratis de Platone
trāsferēs dicentis, uenisse tempus ut ipse migraret e uita, illos aut apud quos
causam suam perorabat, agere uitam: Vtrum melius sit, inquit, Dñi immorta
les sciunt, hominem autem arbitror scire neminē. Quare necesse est, omnes
philosophiæ sectas, alienas esse à ueritate, quia homines errant, qui eas con
stituerunt: nec ullum fundamentum aut firmitatem possunt ha
bere, quæ nullis diuinarum uocum fulcun
tur oraculis,

Quaestione millenaria suspensa, ostēdit, quibus ex causis gentes necessario à uero aberrauerint: nempe quod homines in uniuersum omnes, qui ultra hominem nihil sapiunt, hoc est qui theodidacti non sunt, hallucinari oportet. Decurso temporum spacio.) Suprà lib. 4. ca. 16. decursam uitam dixit. Cic. in Catone: Et si quis mihi Deus largiatur, ut ex hac aetate repuerascā, & in cunis uagiam, ualde recusem. Nec uero uelim, quasi decurso spacio ad carceres à calce reuocari. Siue annum magnū intelligit, de cuius re-

uolutione Censorinus, uel tres Elia *ἑβδομάδων*, uel Danielis hebdomadae, siue omnino tempus illud, quod Deus in sua ipsius scientia posuit. In eodem luto.) in Phorm. Vfus est etiam suprà lib. 2. cap. 9. Nam si mundum.) Ex analogia. Ideo M. Tullius.) in 1. Tusc. quaest. ex Apologia Socratis. Cuius uerba sunt: *ἀλλὰ ἢ ἦ οὐκ ὦρα ἀπὸ γῆρας ἐμοὶ μὲν ἀπελευθερωθῆναι, ὑμῖν δὲ βιωσομῆδους. ὁπότε τοῖσι ἢ ἡμῶν ὄψοντα ὑπὲρ ἀμεινον πρὸς ἄγρια, ἀδύνατον ἔσται, πλὴν ἢ τοῦ θεῶν.*

De natura, de mundo: reprehensi praeterea Stoici & Epicurei.
CAP. III.

ET quoniam de philosophorum erroribus loquimur, Stoici naturam in duas partes diuidunt: unam quae efficiat, alteram quae se ad faciendū tractabilem praebet. In illa prima esse uim sentiendi, in hac materiam: nec alterum sine altero esse posse. Quomodo potest idem esse quod tractat, & quod tractatur? Si quis dicat, idem esse figulum quod lutum, aut lutum idem esse quod figulum: non ne aperte insanire uidetur? At isti, uno naturae nomine duas res diuersissimas comprehendunt, Deum & mundum, artificem & opus: dicuntque, alterum sine altero nihil posse, tanquam natura sit Deus mundo permistus. Nam interdum ut sit Deus ipse mens mundi, & mundus sit corpus Dei: quasi uero simul esse coeperint mundus & Deus, ac non ipse mundum fecerit, quod & ipsi fatentur aliās, cum hominum causa praedicant esse fabricatum, & sine mundo esse si uelit, possit. siquidem Deus est diuina & aeterna mens, corpore soluta & libera. cuius uim, maiestatemque quoniam intelligere non poterant, miscuerunt eum mundo, id est operi suo: unde est illud Virgilianum:

— Totamque infusa per artus

Mens agit at molem, & magno se corpore miscet.

Vbi est ergo illud, quod iidem ipsi aiunt, & factum esse diuina prouidentia, & regit: Si enim fecit mundum, fuit ergo sine mundo. Si regit, non utique sicut mens corpus regit, sed tanquam dominus domum, nauimque gubernator, auriga currum. Nec tamen multi sunt ijs rebus quas regunt. Nam si haec omnia quae uidemus, Dei membra sunt, iam insensibilis ab his constituitur Deus: quoniam membra sensu carent, & mortalis est, quoniam uidemus membra esse mortalia. Possum enumerare, quoties repentinis quassatae motibus uel hauerint terrae, uel descenderint in abruptum, quoties demersae fluctibus & urbes & insulae abierint in profundum, frugiferos campos paludes inundauerint, flumina & stagna siccauerint, montes etiam uel deciderint abrupti, uel planis fuerint adaequati, plurimas regiones, & multorum fundamēta montium, latens & internus ignis absumit. Et hoc parū est, si membris suis parcat Deus, nisi etiam homini liceat aliquid in Dei corpus, maria extruunt, montes excidunt, & ad eruendas opes, interiora terrae uiscera effodiunt. Quid quod ne arari quidem sine laceratione diuini corporis potest: ut iam scelerati & impij simus, qui Dei membra uiolentur. Patitur ne ergo uexari corpus suum Deus, & debile se uel ipse facere, uel ab homine fieri sinat: nisi forte diuinus ille sensus, qui mundo & omnibus mundi partibus permistus est, primam terrae faciem reliquit, ac se in ima demersit, ne quid doloris de assidua laceratione sentiret. Quod si hoc uanum & absurdum est, tam igitur ipsi egerunt, quam haec indigere sensu,

sensu, qui non perspexerunt, diuinum quidem spiritum esse ubiq; diffusum, eoq; omnia contineri, non tamen ita, ut Deus ipse qui est incorruptus, grauibus & corruptibilibus elementis misceatur. Illud ergo rectius, quod à Platone sumplerunt, Deo factum esse mundum, & eiusdem prouidentia gubernari. Oportebat igitur & Platonem &, eos qui idem senserunt, docere atq; explicare, quæ causa, quæ ratio fuerit tanti operis fabricandî, quare hoc, aut cuius gratia fecerit. At iidem Stoici, Hominum, inquiunt, causa mundus effectus est. Audio. Sed Epicurus ignorat, ipsos homines quare aut quis effectus est. Nam Lucretius, cum diceret mundum non esse à dijs constitutum, sic ait:

10 *Dicere porrò hominum causa uoluisse parare*

Præclaram mundi naturam, — Deinde intulit:

Desipere est, quid enim immortalibus, atque beatis

Gratia nostra queat largiri emolumentum,

Vt nostra quicquam causa gerere aggrediantur?

Et meritò. Illi enim nullam rationem afferebant, cur humanū genus uel creatum, uel constitutum esset à Deo. Nostrum hoc officium est, sacramentum mundi & hominis exponere, cuius illi expertes, sacrarium ueritatis nec attingere, nec uidere potuerunt. Ergo (& paulo antè dicebā) cū assumpsissent id quod erat uerum, id est mundum à Deo factum, & hominum causa esse factum: tamen quoniam eos in consequentibus ratio defecit, non potuerunt defendere id quod assumpsissent. Deniq; Plato ne Dei opus imbecillum & ruinosum faceret, in æternum dixit esse mansurum. Si hominum causa factus est, & ita factus est, ut esset æternus: cur ergo ipsi quorum causa factus est, non sunt sempiterni? Si mortales propter quos factus est, ergo & ipse mortalis atq; solubilis. Neq; enim plurius est ipse, quàm ij quorum gratia factus est. Quod si ei ratio quadraret, intelligeret periturum esse, quia factus est: nec posse in æternum manere, nisi quod tangi non potest. Qui autem negat hominum causa factum, hic nullam rationem tenet. Si enim dicit, ipsum fabricatorem sua causa tantum hæc opera esse molitum, cur ergo nos nati sumus? Cur mundo ipso fruimur? Quid sibi uult humani generis, cæterorūq; animantium fictio? Cur aliena commoda intercipimus? Cur deniq; augemur, minuimur, interimus? Quid habet rationis ipsa generatio? quid perpetua successio? Nimirū uidere Deus uoluit, & suis uarijs imaginibus tanquam sigilla confugere, quibus se oblectaret, & nihilominus tamen, si ita esset, curæ habere animantes, præcipueq; hominem, cuius imperio cuncta subiecit. Qui autem dicunt semper fuisse mundum, omitto illud quod esse ipsum sine aliquo principio non potest, unde se extricare nequeunt: sed hoc dico, si mūdus semper fuit, nullam potest habere rationem. Quis enim potuit in eo ratio moliri, quod nunquam sumpsit exordium? Nam prius quàm fiat aliquid aut struatur, opus est consilio, ut disponi possit quemadmodum fiat: nec incipi quicquam potest, sine prouisione rationis. Itaq; omne opus ratio præcedit. Non habet ergo rationem, quod factum non est. Atqui mundus rationem habet, qua & constat & regitur: ergo & factus est. si factus est, & resoluetur. Reddant ergo isti rationem, si possunt, aut cur factus in principio sit, aut postea resoluetur. Quod quia docere non poterat Epicurus, siue Democritus, sua sponte natum esse dixit, seminibus inter se pascim coeuntibus: quibus iterum resolutis, dissidium atque interitum secuturum. Corripit ergo quod rectò uiderat, & totam rationem penitus ignorantia rationis evertit: redigitq; mundum, & omnia quæ in eo geruntur, ad similitudinē cuiusdam uanissimi somnii, si quidem rebus humanis ratio nulla subsistat. Cum uerò mundum omnesq; partes eius, ut uideamus, mirabilis ratio gubernet; cum cœli temperatio & equalis in ipsa ueritate cursus astrorum, luminumq; cœlestium

coelestium, temporum constans ac mira descriptio, terrarum varia fecunditas, plana camporum munimenta, & aggeres montium, uiriditas ubertasque sylvarum, fontium saluberrima eruptio, fluminum opportuna inundatio, maris opulenta & copiosa interfusio, uentorum diuersa & utilis aspiratio. caeteraque omnia ratione summa consent: quis tam caecus est, ut existimet sine causa esse facta, in quibus mira dispositio prouidentissimae rationis elucet. Si ergo sine causa nec est, nec fit omnino quicquam: si & prudentia summi Dei, ex dispositione rerum & uirtus ex magnitudine, & potestas, ex gubernatione manifesta est: hebetes ergo & insani, qui prouidentiam non esse dixerunt: non improbam rem, si Deos idcirco non esse dicerent, ut unum dicerent: cum autem ideo, ut nullum, qui eos delirasse non putat, ipse delirat.

COMMENTARIUS.

Summa huius capituli est, Philosophos ignorasse causas creationis mundi: orditurque a causa efficiente, ubi Stoici redarguuntur. Stoici naturam.) Apud Ciceronem in primo Academ. quaest. hanc Naturae diuisionem non Stoicis, sed ueteri Academiae assignat. Verba Ciceronis sunt: De natura autem ita dicebant, ut eam diuiderent in res duas, ut altera esset efficiens, altera autem quasi huic se praebens, eaque qua efficere- tur aliquid. In eo quod efficeret, uim esse cense- bant: in eo autem quod efficeretur, materia quam- dam: in utroque tamen utrumque. Neque enim materia ipsam cohaerere potuisse, si nulla uel contineretur; neque uim sine materia, &c. Adde his, quod Arist. lib. 2. Phys. naturam duplicem facit, materiam scilicet & formam. Formam autem esse causam finalem. Macrobius in Somnium Scip. lib. 1. cap. 11. Alij, in- quit, mundum in duo diuiserunt: quorum alterum facit, alterum patitur, &c. Anaxagoras etiam φύσιν σύγκρισιν ἢ διάκρισιν nominauit: hoc est, ut Plut. exponit γένεσιν καὶ φθοράν, sicut Em- pedocles μίξιμ ἢ σπικαίωμ, καὶ διάσπασιν, et c. Recepta communis loquendi ratio, ut quod insitum quibusque rebus est, naturam appellemus: nec etymi ratio repugnat. Quid enim prohibet, quo minus a posteriore supino naturam formemus, quam crea- turam? Nec obstreperet ἢ φύσεως deflexio. Quid quod Augustinus quoque lib. de Anima & eius Orig. ad Petrum presbyterum 2. cap. 3. duas etiam naturas agnoscit: creatorem alteram, Deum: alte- ram, creaturam ex Deo. De quo menium me etiam alibi annotasse. Permissus.) Antiquiores editiones habebant, terminatus: sed citra sensum. Sequentia facile docent, hanc lectionem esse ge- nuinam. Nam secundum Arist. opinionem ὁ θεὸς εἶδος χωριστὸν ἀθετικὸς τῆ σφαιρα τῶ παυ- τὸς. Ut sit Deus.) De hoc dictum est lib. 1. cap. 5. Epiphanius hoc dogma inter Zenonis er- rores recenset, lib. 3. Tomo 2. Ζῶωμ ὁ ἑκτικὸς ὁ σοφικὸς ἔφυ, μὴ δέμ θεοῖς οἰκωδμεῖν ἰδρα,

ἀλλ' ἔχει τὸ θεῖον γὰ μόνω τῷ νῶ, μάλλον δὲ θεὸν ἡγεῖσθαι τὸν νοῦν. ἐστὶ γὰρ ἀθανάτω. Memini me alibi ex Hermete retulisse, Deum nec mentem, nec spiritum, nec lumen esse, sed causam ut illa sint. Et mundus sit corpus Dei.) Plato in Timaeo, τὸν κόσμον αὐτὸν ζῶον ἐμψυ- χον καὶ γίνωμ. Mundum autem Plato corpus Dei facit, non primi illius Creatoris, sed futuri cuiusdam, de quo ipsius auctoris uerba ex eodem Timaeo adscribam: ὅτι, ὡς ὄντως ἐστὶ λογισμὸς θεῶν, ποτὶ τὸν ποτὲ ἐσομῶν θεῶν λο- γισμὸς, λείωμ καὶ ὀμαλὸμ παυταχύτε ἐκ μέ- σης ἰσομ καὶ ὀλομ ἢ τέλειωμ ἐκ τέλειωμ σφαι- ρῆ σῶμα ἐποίησε. ψυχῆ δὲ εἰς τὸ μέσομ αὐ- τῷ ἢ διακρίντος τε ἔτανε, ἢ ἐπὶ ἔσω τὸ σῶ- μα αὐτῷ ποδὲ κέλυψε, καὶ κέκλωε ἢ κέκλωε σφαιρομῶν, ἕρπυλομ γὰ μόνωμ ὀρμῶμ ἑαυτῶν. δι' ἀρετῆμ αὐτὸν αὐτῷ διωάμῶν ἑαυτῶν γινώσκου, καὶ ἕδωκὸς ἐπὶ τὸν ποδὸν ἐσομῶν, γινώσκου δὲ καὶ Ζέλωμ ἡγεῖσθαι αὐτὸν αὐτῷ παυτα πάντα δὴ ταῦτα διδασκαλίωμ θεῶν αὐτῶν ἐ- γγνήστε το. Hinc fortassis Plinius quoque mundum, numen credi par esse censuit. Platonis autem locum eo libentius adscripsi, quod sequentibus quoque lu- men aliquod afferre uidetur. Hominum causa.) Catholicum hoc est, de quo etiam alibi diximus. Plinius in Procemio 36. putat omnia hominis causa creata esse. Obserua obiter cau- sam finalem, de qua piget hic Philosophorum nu- gas recensere. Siquidem Deus est.) Similis Dei definitio ex Socratis atque Platonis do-ctrina est apud Plut. in Placitis lib. 1. cap. 1. νῶσ οὐδὲ θεὸς χωριστὸν εἶδος, τὸ τέστι τὸ ἀμύγες πάσης ὕλης, μὴ δὲ γινὸς παυτα τῶ συμπεπλεγ- μένωμ. Caeterum Stoicorum hoc dogma Laerti ad Chrysippum & Posidonium auctores refert ἢ δὴ κόσμωμ οἰκείσθαι ἑστὶ νοῦν ἢ πρῶνομ, καὶ βῶ φυσικὸν σπικαίωμ γὰ τοῖς ποδὲ πρῶνομ, καὶ πρῶνομ δὲ γὰ τρισκαίδεκάτω ποδὲ θεῶμ, εἰς ἅπαν αὐτῶ μέρησ δίκωντος τὸ μὴ καὶ βῶπορ

ἄλλοτε ἄλλοτε ἐπὶ τῆς γῆς ἔκειτο. Vergilia-
 nū.) Aen. 6. Est hic locus à Lactātio etiā li. 1. ta-
 xatus, ca. 5. et de Ira Dei, cap. 11. Vbi est.) A
 cōfessis. Nō utiq; sicut mēs corpus re-
 git.) Macrob. lib. 2. ca. 12. de Somnio Scipionis:
 Anima, inquit, qui uerus homo est, ab omni cōdi-
 tione mortalitatis aliena est: adeo ut ad imitatio-
 nē Dei mundū regentis, regat & ipse corpus, dū
 à se animatur. Ideo phisici mundum magnum ho-
 10 minem, & hominem breuem mundum esse dixe-
 runt, &c. Membra esse mortalia.) Ma-
 crob. eodem loco, tam ex antiquorum philosopho-
 rum, quā ex Ciceronis doctrina monet, mundū
 quadam parte mortalem uideri, ut animal exani-
 matum, uel ignis extinctus, uel siccatu humor.
 Deinde ipse suam subungit sententiam: Sed con-
 stat, inquit, secundum uerā rationis assertionem,
 quā & ipse non nescit, nec Verg. ignorat dicen-
 do: Nec morti esse locum. Constat, inquam, nihil
 20 intra uiuum mundum perire, sed eorū quæ interi-
 re uidentur, solam mutari speciem, & illud in ori-
 gine suā, atq; in ipsa elemēta remeare, quod tale
 quāle fuit, esse desierit, &c. Vel hīauerint.)
 Plin. lib. 2. cap. 80. illos motus ἁεσμενίας appel-
 lari, Aristoteles de Mundo testatur. Vel de-
 scenderint.) Melius, desederint. cap. 91. in eo-
 dem Plin. libro. Vrbes.) cap. sequēti. Fru-
 giferos campos.) Exemplum est mare mor-
 tum. Ouid. lib. 1. 5.

30 Vide ego quod fuerat quondam solidissima terra,
 Esse fretum: uidi factas ex æquore terras,
 Et procul à pelago conchæ iacere marinæ,

Quod omnis res in aliquem usum facta sit, etiam illa quæ omnino
 uidentur mala: & quare homo creatus sit corpore fragili,
 & capax rationis. CAP. IIII.

Sed de prouidentia fati in primo libro diximus: quæ si est, ut apparet, ex
 1 mirabilitate operum suorum, necesse est, etiam hominem cæterasq; ani-
 mantes eadem prouidentia creauerit. Videamus ergo, quæ ratio fuerit fin-
 gendi generis humani, quoniam cōstat, id quod Stoici aiunt, hominum cau-
 40 sa mundum esse fabricatum: quanquam in hoc ipso non mediocriter peccēt,
 quod non hominis causa dicunt, sed hominum. Vnius enim singularis appel-
 latio totum comprehendit humanum genus. Sed hoc ideo quia ignorant
 unum hominem à Deo esse formatum, putantq; homines in omnibus terris
 & agris, tanquam fungos esse generatos. At Hermes non ignorauit homi-
 nem & à Deo, & ad Dei similitudinem fictum, sed redeo ad propositum. Ni-
 hil est (ut opinor) quod sit propter seipsum factum: sed quicquid omnino
 fit, ad usum aliquem fieri necesse est. Quis est enim uel tam ineptus, uel tam
 ociosus, ut aggrediatur aliquid facere frustra, ex quo nullam utilitatem, nullū
 commodum speret? Qui domum ædificat, non ideo ædificat, ut tantum-
 50 modo domus sit, sed ut in ea possit habitari. Qui nauem fabricat, non ideo
 infumit operā, ut tātū nauis appareat, sed ut in ea nauigēt. Itē qui uas aliquod
 instituit ac format, non propterea id facit ut tantū fecisse uideatur, sed ut uas

illud effectum capiat aliquid necessarium. Similiter cætera quæcunq; sunt, non utique in superuacuum, sed ad usus aliquos utileis laborantur. Mundus igitur à Deo factus est, non utique propter ipsum mundum: neque enim aut calore Solis, aut Lunæ lumine, aut aspiratione uentorum, aut humore imbrium, aut alimonia frugum, cum sensu careat, indiget. Sed ne illud quidem dici potest, quòd Deus propter seipsum fecerit mundum, quoniã potest esse sine mundo, sicut fuit antea, & ijs omnibus quæ in eo sunt, quæq; generantur, Deus ipse non utitur. Apparet ergo, animantium causa mundũ esse constructum, quoniam rebus ijs quibus constat, animantes fruuntur: quæ ut uiuere, ut constare possent, omnia his necessaria temporibus certis subministrantur. Rursum cæteras animantes hominis causa esse fictas, ex eo clarum est, quòd homini seruiunt, & tutelæ eius atq; usibus data sunt: quoniam siue terrenæ sunt, siue aquatiles, non sentiunt mundi rationem, sicut homo. Respondendum est hoc loco philosophis, maximeq; Ciceroni, qui ait: Cur Deus omnia nostri causa cum faceret, tantam uim natricum, uiperarumq; fecerit? cur tam multa pestifera terra mariq; disperferit? Ingens ad disputandum locus, sed ut in transcurso breuiter stringendus est. Quoniam homo ex rebus diuersis ac repugnantibus configuratus est animo & corpore, id est cælo atq; terra, tenui & comprehensibili, æterno, ac temporali sensibili atq; bruto, luce prædito atq; tenebroso: ipsa ratio ac necessitas exigebat & bona homini propo-²⁰ ni & mala: bona quibus utatur: mala, quæ uitet & caueat. Idcirco enim data est illi sapientia, ut cognita bonorum malorumq; natura & in appetendis bonis & malis declinandis, uim suæ rationis exerceat. Nam cæteris animalibus quia sapientia non data est & munita indumentis naturalibus & armata sunt: homini autem pro his omnibus, quod erat præcipuum, rationem solam dedit. Itaq; nudum formauit & inermem, ut eum sapientia & muniret & re-³⁰ geret. Munimenta & ornatum eius non foris, sed intus non in corpore, sed in corde constituit. Nisi ergo essent mala quæ caueret, quæ à bonis utilibusq; distingueret, non esset ei sapientia necessaria. Sciat ergo M. Tullius, aut ideo datam homini esse rationem, ut & pisces caperet usus sui gratia, & natricesq; uiperasq; uitaret salutis suæ causa: aut idcirco ei bona malaq; proposita, quia sapiẽtiam acceperat, cuius uis omnis in discernendis bonis malisq; uersatur. Magna igitur & recta & admirabilis est uis, & ratio, & potestas hominis, propter quem mundum ipsum & uniuersa quæcunq; sunt, Deus fecit, tantumq; illi honoris habuit, ut eum præficeret uniuersis: quoniam solus poterat Dei opera mirari. Optimè igitur Asclepiades noster de prouidentia summi Dei differens, in eo libro quem scripsit ad me: Atque ideo, inquit, merito quis arbitretur, proximum sibi locum diuinam prouidentiam dedisse ei, qui potuerit intelligere ordinationem suam. Nam sol iste est, quis eum uiderit, ita ut intelligat quia sol est, & quantum gratiæ afferat cæteris institutis: hoc cœ-⁴⁰ lum est, quis id suspicit? terra hæc, quis eam colit? hoc pelagus, quis nauigat? hic ignis est, quis eo utitur? Instituit ergo summus Deus non propter se, quia nihilo eget: sed propter hominem, qui his congruenter uteretur.

C O M M E N T A R I V S.

Hoc caput eiusdẽ argumenti est cum superiore. Quòd non hominis causa.) Singularem dicit, nõ pluralem, religione Dialectica, apud quos singulares propositiones indiuiduis constant. Indefinitè autem hominis nomine uniuersos mortales intelligit. Vnum hominem.) Ad amum, unde totum mortalium genus est propagatum. Tanquã fungos.) Suprà lib. 6. cap.

10. negauit homines sparsim natos esse, tanq; ex draconis Cadmæi dentibus. Non est aut huius loci admonere, stupidos homines prouerbialiter fungos appellari. At Hermes.) In Pœmandro, nõ longè à principio. Adscribã Marsilij translatione: At pater omnium intellectus, uita et fulgor exi-⁵⁰ stens, hominẽ sibi simile creauit, atq; ei tanquã filio suo cõgratulus est. Pulcher enim erat, patrisq; sui

sui ferebat imaginem. Deus enim reuera propria forma nimirum delectatus, opera eius omnia usui cōcessit humano. Maximeq; Ciceroni.) lib. Acad. quæst. 4. Augustinus respondet Mar- nichæis ad eandem obiectionem lib. de Genesi 1. cap. 16. Lege præterea Basil. Homilia 8. in Hexa- meron. Lactantius in Epitome hanc obiectionem Theodoro Atheo tribuit. Quo consilio Deus dra- cones, pulices, &c. creauerit, docet Augustinus in cap. 1. Euang. Ioannis & in Psal. 148. Na- tricum.) ὄφεις non Græcis modò, sed etiam Plinio nominatur. In orbe terrarum, inquit Plin. pulcherrimum anguium genus est, quod in aqua uiuit: hydri uocantur, nulli serpentium inferiores ueneno. ἀμύδιον est & Aristoteli & Epipha- nio. Vnde Nicædro χόρδουδός. Nam ut Scho- liastes ipsius refert, ὄφεις primium uocatur, de- inde χόρδουδός: propterea quòd in aqua & in

terra uitam degit. Viperarumq;.) Nemo ignorat uiperas dictas esse, quòd ui pariat. Epiph. Gnosticos huic animali conferens, ἀπὸ τοῦ ὄφιδος appellari ait, ὅτι ὁ ὄφιδος ἔχει πᾶν τὸν πόνο, eo quòd non labore è doloribus. ἔχισ ἢ ἐχίστα dicitur Suidæ, ἀπὸ τῆς λέξεως διότι μόνον τῷ ὄφιδος ἐκ ὄστρον, ἀλλὰ ζωτρον. Præter Nicandru Plin. etiã de hac lib. 10. cap. 62. Salutis suæ causa.) Non sola hæc causa est: nullū enim ani- mal tam perniciosum est, quod nō sua etiam reme- dia habeat. Honoris.) Iuxta illud Psal. Glo- ria & honore coronasti eum, constituisti eum su- per opera manuum tuarum. Sed cum in honore esset, nō intellexit. Asclepiades noster.) Lactātij tempore Asclepiades quidam Antiochen- sis episcopus floruit, & martyrio (inquit Euse- bius) coronatus est. Quod uerò hic ille sit, asse- rere sine autore non audeo.

De hominis creatione, & dispositione mundi: deq;
summo bono. CAP. V.

REddamus nunc rationem, quare hominem ipsum fecerit, quod si philo-
sophi scissent, aut defendissent illa quæ uera inuenerāt, aut in maximos
errores non incidissent. Hæc enim summa, hic cardo rerum est: quem qui nō
tenuerit, ueritas illi omnis elabitur. Hoc est denique, quod efficiat illis non
quadrare rationem, quæ illis si affulsisset, si sacramentum hominis omne co-
gnouissent: nunquã disputationes eorum, & omnē philosophiam de trans-
uerso Academia iugulasset. Sicut ergo mundum non propter se Deus fecit,
quia commodis eius non indiget, sed propter hominem qui eo utitur: ita ip-
sum hominem propter se. Quæ utilitas Deo in homine, inquit Epicurus, ut
eum propter se faceret? Scilicet ut esset qui opera eius intelligeret, qui pro-
uidentiã disponendi, rationem faciendi, uirtutem consummandi & sensu
admirari, & uoce proloqui posset. Quorum omnium summa hæc est, ut Deum
colat. Is enim colit, qui hæc intelligit: is artificem omnium rerum, is uerum
patrem suum debita ueneratione prosequitur, qui uirtutem maiestatis eius
de suorum operū inuentione, inceptione, perfectione metitur. Quod pluri-
us argumentū profertur potest, & mūdū homines, & hominē sua causa Deū fe-
cisse, q̄ quòd ex omnib. animalib. solus ita formatus est, ut oculi eius ad cælū
directi, facies ad Deum spectans, uultus cum suo parente communis sit, ut ui-
deaturq; hominem Deus, quasi porrecta manu alleuatum ex humo, ad con-
templationem sui excitasse. Quid ergo, inquit, Deo cultus hominis confert,
beato & nulla re indigentē uel si tantum honoris hominī habuit, ut ipsius
causa mundum fabricaret, ut instrueret eum sapientiã, ut dominum uiuen-
tium faceret, eumq; diligeret tanquam filium: cur mortalem fragilemq;
constituit? cur omnibus malis, quem diligebat, obiecit? cum oporteret
& beatum esse hominem tanquam coniunctum, & proximum Deo, &
perpetuum, sicut est ipse, ad quem colendum & contemplandum figu-
ratus est. Quanquam hæc ferē in prioribus libris sparsim docuimus: ta-
men quoniam propriē id materia nunc exigit, quia de uita beata dis-
serere propositum est, explicanda sunt ista diligentius & plenius, ut di-
spositio Dei, & opus uoluntasq; noscatur. Cum posset semper spiritib. suis
immortalibus innummerabiles animas procreare, sicut angelos genuit, qui-
bus

bus immortalitas sine ullo malorum periculo ac metu constat: excogitavit
 tamen inenarrabile opus, quemadmodum infinitam multitudinem crearet
 animarū, quas primò fragilibus & imbecilib. corporibus illigatas, consti-
 tueret inter bonū malumq; medias: ut constantibus ex utrisq; naturis uirtutē
 proponeret, ne immortalitatē delicatē assequerentur, ac molliter, sed ad il-
 lud aeternae uitae ineloquibile praemiū summa cū difficultate ac magnis labo-
 ribus peruenirent. Ergo ut eas grauibus & nexibilibus membris indueret,
 quoniam consistere in medio inani non poterant, ponderibus & gravitate
 corporis deorsum premente, sedē illis ac domiciliū primò cōdendū esse de-
 creuit. Itaq; ineffabili uirtute ac potentia praecleara mundi opera molitus est:
 suspensis in altitudinem leuibus elementis, & grauibus in ima depressis, &
 coelestia firmavit, & terrena constituit. Non est necesse nunc exequi singula,
 quoniā in libro uniuersa executi sumus. Lumina igitur posuit in caelo, quorū
 moderationes, & claritates, & motus aptissimē ad utilitates uiuentium tem-
 perauit. Terrae autem, quam sedem uoluit esse, foecunditatem uaria gignen-
 di ac proferendi dedit, ut ubertate frugum & herbarū, uiuentiū pro natura
 & usu, cuiq; generi alimoniā administraret. Tū perfectis omnibus, quae ad cō-
 ditionē mundi pertinebant, hominē finxit ex ipsa terra, quā illi à principio in
 habitaculum praeparauit: id est spiritū suum terreno corpore induit & inuol-
 caperet: & sicut terra ipsa foecunda est ad fruges pariendas, ita corpus homi-
 nis, quod assumptum ē terra, generandi copiam facultatemq; procreandae
 sobolis accepit: ut quoniā fragili materia formatus, in aeternum manere non
 poterat, peracto temporalis uitae spacio cederet, & illud quod fragile atque
 imbecillū gerebat, perpetua successione renouaret. Cur igitur eum mortale
 finxit & fragilem, cum illius causa mundum aedificasset? Primū, ut infinita
 uis animarū gigneretur, omnēq; terrā multitudine oppleret: deinde, ut pro-
 poneret hominī uirtutem, id est tolerantiam malorum ac laborum, per quā
 posset praemium immortalitatis adipisci. Nam quia homo ex duabus rebus
 constat, corpore atq; anima: quorum alterum terrenum est, alterum coeleste,
 duae uitae hominī attributae sunt: una temporalis, quae corpori assignatur: alte-
 ra sempiterna, quae animae subiacet. Illam nascendo accepimus, hanc asse-
 quimur laborando: ne immortalitas hominī (ut antē diximus) sine ulla diffi-
 cultate constaret. Illa terrena est, sicut corpus, & ideo finitur: haec uerò coe-
 lestis, sicut anima, & ideo terminū non habet. Illam primam nescientes acce-
 pimus: hanc secundā scientes. uirtuti enim, non naturae datur, quia uoluit nos
 Deus uitam nobis in uita comparare. Idcirco hanc praesentem dedit, ut illam
 ueram & perpetuam aut uitis amittamus, aut uirtute mereamur. In hac cor-
 porali non est summū bonum: quoniā sicut necessitate diuina nobis data est,
 ita rursus diuina necessitate soluitur. Ita quod finē habet, summū bonū non
 habet. In illa uerò spiritali, quā per nos ipsi acquirimus, summū bonum con-
 tinetur: quia nec malū potest habere, nec finē, cuius rei argumentū natura &
 ratio corporis praebet. Caetera nanque animalia in humum uergunt, quia ter-
 rena sunt, nec capiunt immortalitatē quae de caelo est. Homo autē rectus in
 caelū spectat, quia proposita illi est immortalitas: nec tamē uenit, nisi tribua-
 tur hominī à Deo. Nam nihil interesset inter iustum & iniustum, si quidem
 omnis homo natus immortalis. fieret ergo immortalitas nō sequela naturae,
 sed merces praemiumq; uirtutis est. Denique homo non statim quā natus
 est, rectus ingreditur, sed quadrupes primò, quia ratio corporis, & huius
 praesentis uitae communis est nobis cum mutis animalibus: post deinde con-
 firmatis uiribus erigitur, & lingua eius in eloquium soluitur, & mutum ani-
 mal esse desinit. Quae ratio docet, mortalem nasci hominem, postea uerò im-
 mortalem

mortalem fieri, cum ceperit ex Deo uiuere, id est iusticiam sequi, quæ con-
 tinetur in Dei cultu, cum excitauerit hominem Deus ad aspectum cœli ac
 sui. Quod tum fit, cum homo cœlesti lauacro purificatus, exponit infantiam
 cum omni labe uitæ prioris, & incremento diuini uigoris accepto fit homo
 perfectus ac plenus. Ergo quia uirtutem proposuit homini Deus, licet ani-
 ma & corpus consociata sint, tamen contraria sunt, & impugnant inuicem.
 Animi bona, mala sunt corporis: id est opum fuga, uoluptatum interdictio,
 doloris mortisq; contemptus. Item corporis bona, mala sunt animi: hoc est
 cupiditas, & libido, quibus & opes appetuntur, & suauitates uariarum uo-
 10 luptatum, quibus eneruatus animus extinguitur. Ideo necesse est, iustum &
 sapiẽtem in omnibus malis esse, quoniam malorum uictrix est fortitudo: in-
 iustos autem in diuitijs, in honore, in potestate. Hæc enim bona corporalia
 & terrena sunt. Illi autẽ terrenam uitam agunt, nec assequi immortalitatem
 queunt, quia se uoluptatibus dederunt: quæ sunt uirtutis inimicæ. Itaque
 uita hæc temporalis illi æternæ debet esse subiecta, sicut corpus animæ. Quis-
 quis ergo animæ uitam maluerit, uitam corporis contemnat necesse est: nec
 aliter eniti ad summum bonum poterit, nisi quæ sunt ima despexerit. Qui
 autem corporis uitam fuerit amplexus, & cupiditates suas in terrã deiecerit,
 20 illam superiorem uitam consequi non potest. Sed qui mauult bene uiuere in
 æternum, malè uiuet ad tempus, & afficietur omnibus molestijs & labori-
 bus, quandiu fuerit in terra, ut habeat diuinum & cœleste solatiũ. Et qui ma-
 luerit bene uiuere ad tempus, malè uiuet in æternum: damnabitur enim sen-
 tentia Dei ad æternam pœnam, quia cœlestibus bonis terrena præposuit.
 Propterea igitur colit se Deus expetit & honorari ab homine rãquam pater,
 ut uirtutem ac sapientiam teneat, quæ sola immortalitatem parit. Nam quia
 nullus alius præter ipsum donare eam potest, quia solus possidet pietatem
 hominis, qui Deum honorauerit, hoc afficietur præmio, ut sit in æternũ bea-
 tus, sitq; apud Deum & cum Deo semper. * Neq; nunc aliquis eò confugiat,
 ut dicat ad ipsius culpam pertinere, qui & bonum instituit & malum. Cur e-
 30 nim malum uoluit esse, id odio habet? Cur non bonum tantum fecit, ut ne-
 mo peccaret, nemo faceret malũ? Quanquam hoc in omnibus ferè priori-
 bus libris docuerim, & id iã superius quamuis leuiter attigerim: tamẽ subin-
 de admonendum est, quia omnis ratio in eo posita est. Nulla enim uirtus esse
 poterat, nisi diuersa fecisset: nec omnino apparere uis boni potest, nisi ex ma-
 li comparatione. Adeò malum nihil aliud est, quàm boni interpretatio. Sub-
 lato igitur malo etiam bonum tolli necesse est. Si lauam manum aut pedem
 amputaueris, nec corpus erit integrum, nec uita ipsa cõstabit. Adeò ad com-
 pagem corporis temperandã, aptissimè cum dextris sinistra iunguntur: item
 si pareis calculos feceris, nemo ludet. Si unũ colorẽ circo dederis, nemo spe-
 40 ctadum putabit, sublata omni Circensiũ uoluptate. Quos profectò qui pri-
 us instituit, amator unius coloris fuit, sed alterum ei, quasi æmulum posuit, ut
 posset esse certamen, & aliqua in spectaculo gratia. Sic Deus quum bonum
 constitueret, quum uirtutem daret, statuit etiam diuersa, cum quibus illa con-
 fligerent. Si desit hostis & pugna, nulla uictoria est. Tolle certamen, ne uir-
 tus quidem quicquam est. Quàm multa sunt hominum inter se, & quàm
 varijs artibus constituta certamina? Nemo tamen fortior, uelocior, præ-
 stantior haberetur, si aduersarium cum quo contenderet non haberet. Vn-
 de autem abest uictoria, abesse hinc & gloriam simul & præmium necesse
 est. Vt igitur uirtutem ipsam exercitatione assidua roboraret, eamq; fa-
 50 ceret de malorũ conflictatione perfectam, utrunq; simul dedit: quia utrun-
 que sine altero retinere uim suam non potest. Ergo diuersitas est, cui omnis
 ratio ueritatis innitur. Non me præterit, quid hoc loco à peritioribus pos-
 sit

sit opponi. Si bonum sine malo, esse non potest, quomodo primum hominē
 dicis ante offensum Deum in solo bono fuisse, aut postea in solo bono futu-
 rum? Discutienda nobis hæc quæstio est: quod in prioribus libris prætermi-
 si, ut hîc implerē. Diximus superius, ex elementis repugnantibus hominis
 constare naturam. Corpus enim, quæ terra est, comprehensibile est, tempo-
 rale, brutum atque tenebrosum est: anima uerò quia de cælo est, tenuis, æ-
 terna, sensibilis, illustris est. Quæ quia inter se contraria sunt, necesse est ho-
 minem bono & malo esse subiectum. Animæ adscribitur bonum, quia indif-
 solubilis est: corpori malum, quia fragile est. Quoniam igitur sociata & con-
 iuncta sunt corpus & anima: æque bonum & malum cohæreat necesse est: 10
 nec separari ab alterutro possunt, nisi quum illa separata sunt. Denique boni
 malique noticiæ simul homini primo data est. Qua percepta, statim de loco san-
 cto pulsus est, in quo malum non est. Vbi cum esset in bono tantum, id ipsum
 bonum esse ignorabat. Postquam uerò accepit boni malique intelligentiam,
 iam nefas erat, eum in beatitudinis loco morari: relegatusque est in hunc com-
 munem orbem, ut ea utraque simul experiretur, quorum naturam pariter agno-
 uerat. Apparet ergo idcirco datam esse homini sapientiam, ut bonum discernat
 à malo: ut ab incommodis commoda, ab inutilibus utilia distinguat: ut habeat
 iudicium & considerantiam, quid cauere, quid appetere, quid fugere, quid se-
 qui debeat. Sapientia igitur constare sine malo non potest, uixitque ille prin- 20
 ceptus generis humani, quandiu in solo bono fuit, uelut infans, boni ac mali
 nescius. At enim postea hominem necesse est & sapientem esse, & sine ullo
 malo beatum. Sed id fieri non potest, quandiu anima domicilio corporis in-
 duta est. Quum uerò factum fuerit corporis animæque dissidium tunc malum à
 bono separabitur. Et sicut corpus interit, anima manet, ita malum interibit: &
 bonum permanebit. Tunc homo accepto immortalitatis indumento, erit sapiens,
 expers mali, sicut Deus. Qui ergo uult nos in bono esse tantum, id potissimum
 desiderat, ut sine corpore uiuamus, in quo est malum. Quod si tollatur, aut sapi-
 entia homini, ut dixi, aut corpus adimetur: sapientia, ut ignoret malum: corpus,
 ut non sentiat. Nunc autem quum homo & sapientia sit instructus, ut sciat: & corpo- 30
 re, ut sentiat: utrumque pariter in hac uita Deus esse uoluit, ut ratio uirtutis,
 sapientiæque constaret. Posuit itaque hominem inter utrumque medium, ut ha-
 beret licentiam uel mali uel boni sequendi. Sed malo admiscuit apparentia
 quædam bona id est, uarias & delectabiles suauitates, ut earum illecebris in-
 duceret hominem ad latens malum. Bono autem admiscuit apparentia que-
 dam mala, id est, erumnas, & miseras, & labores, quorum asperitate ac mole
 lestia offensus animus refugeret à bono latenti. Hic ergo sapientiæ officium
 desideratur, ut plus mente uideamus quam corpore: quod pauci admodum
 facere possunt: quia & uirtus difficilis, ac rara est, & uoluptas communis ac
 publica. Itaque necesse est, sapientem pro stulto haberi, qui dum appetit bona 40
 quæ non cernuntur, dimittit e manibus quæ uidentur: & dum uitat mala quæ
 non aspiciuntur, incurrit in mala quæ ante oculos sunt. Quod accidit nobis,
 cum neque cruciatum neque mortem pro fide recusamus, quando ad summum
 nefas compellimur, ut prodita fide, atque abnegato Deo uero, dijs mortuis mor-
 tiferisque libemur. Hæc ratio est, cur hominem Deus & mortalem fecerit, &
 malis subiecerit: licet ipsius causa mundum edificasset, scilicet ut uirtutem ca-
 peret, & ei uirtus sua immortalitatem daret. Virtus autem, sicut
 ostendimus, ueri Dei cultus est.*

Edocet quo consilio Deus hominē, cuius gratia omnia creauerat, condiderit: nempe, ut cultores haberet. Est autem sermo hic exegeticus totus, sacramentum creati hominis exponens: nisi quod obiter obiectiones Epicuri retundit, atque Democriti. **Cardo rerum.**) Prouerb. Res est in cardine. *Supra Lact. lib. 2. cap. 9.* Hic est ergo cardo rerum, hic uertuntur omnia. **Om-nem Philosophiam.**) Omnes philosophorum hæreses sua dogmata, quantumuis falsa, defendere uoluerūt. Academici nihil certi affirmantes, reliquis omnibus repugnarunt: id quod in hoc saltem negotio, fit in 4. *Academ. quæst. apud Ciceronem, eo loco quem ipse Lact. paulo superius citauit.* Epicurus.) qui prouidentiam Dei negat. **Ad Deum spectans.**) Argumentatur rursus à situ corporis τὸ ἀνθρώπου.

Quid ergo.) Alia Epicureorum obiectio. **In medio inani.**) Leucippus & Democritus prima corpora in uacuo agitari crediderunt, ut Arist. refert lib. de Cælo 2. Cum tamen nihil inane siue uacuum sit infra æthera. Vacui quæstio est apud Aristotelem in 4. *Phys. cap. 6.* & sequentibus. **Leges philosophorum placita apud Plut. lib. 1. cap. 18.** **Suspensis in altitudinem.**) Omne siquidem leue sursum, omne graue deorsum. Hanc dispositionem eleganter descripsit Ouid. **Dissociata locis concordia pace ligauit,** **Igneæ conuexi uis, & sine pondere cæli,** **Emicuit, summâq; locum sibi legit in arce.** **Proximus est aer illi leuitate, locoq;** **Densior his tellus, elementaq; grandia traxit,** **Et pressa est grauitate sui, circumfluit humor** **Vltima possedit, solidumq; coercuit orbem.** **Lumina egit.**) De his lege Basilium, Ambrosium, & si qui alij sunt, qui de sex dierum opere scripserunt. **Ex ipsa terra.**) Valentinus negat hominem ex hac arida terra esse factum, de quo lege Epiphanium libri primi tom. 2. **Cur igitur.**) Alia Epicureorum obiectio. **In finita uis.**) Notatus est hic locus, tanquã à fide catholica alienus. **Quod cur factum sit, non uideo.** **Illam nascendo.**) Sicut etiam Tertul. aduersus Marcionem dicit, uiuere homini Deus præsti-

terat, factio in animam uiuam. Recte uerò uiuere demandarat, admonito in legis obsequium. **Di uina necessitate.**) Vnde Deo in Orphicis, atq; à Stoicis uaria sunt indita nomina: Ἄστυκνος, τὸ μοίρω τὸ εὐαγυδὸς, &c. Neq; aliter τὸν ἀστυκνὸν interpretantur, quàm ἀκινυτοῦ ὄσια. **Sed quadrupes.**) iuxta sphynxis anigma. **Cum mutis animalibus.**) Hic locus, quàm superior, censura dignior erat: si modo muti animalis nomine brutum, more Lactantiano, intelligere uolumus. Multa siquidē inde sequutura erant inconuenientia. Primum tolleretur nõ modo puerorum infantium baptisma, sed etiam cõmunicatio uitæ cœlestis. Nam rationalis anima, non bruta, homini ab initio infusa est. Statueretur τὸ σὸ πολὺν. Memineris Lactanti te asseruisse, summum bonũ id esse, cuius uniuersi participes esse possunt. Eiusdem erroris est illa Barachia cuiusdam sententia, qui (ut est apud Hieron. cap. 4. in Ecclesiasten) anum pubertatis regenerationi assignat. Rectius Augustinus, qui in lib. de Salutaribus documentis, ca. 43. perfectionem in animis, nõ in annis esse docet. Lege ad hæc Irenæum, lib. 2. ca. 10. aduersus Valent. De puerilibus incremētis. Præter ceteros legendus est Cyprianus lib. 3. epist. 8. ad Fidum presbyterum, quæ est de baptismo paruulorum. **Cœlesti laua cro.**) Videtur adultorũ duntaxat baptisma agnoscere. **Neq; nunc.**) Quicquid illud est, quod hoc cap. sequitur, debemus Gryphio. Continet autem rationem, quare Deus, cum posset omnia bona fecisse, malum esse uoluerit. Argumenta sunt à priuantibus aduersis, à causa materiali, &c. non quòd Deus autor mali extiterit, id quod ipse Lactant. lib. 2. cap. 9. abundè testatus est. **Si pares calculos.**) Vide Prouerb. Calculum reducere. **Si unum colorem circo.**) De circo dictum est supra lib. 6. cap. 20. **Non me præterit.**) Alia obiectio satis arguta. **In quo malum non est.**) Cur ergo in paradiso malum perpetravit? si in paradiso malum nullũ erat? unde serpens in paradisum irrepsit? **Vt earum illecebris.**) iuxta Platonē, Voluptas esca malorum.

Quare mundus creatus sit, quare homo: & quàm inanis sit cultus

Deorum. CAP. VI.

Nunc totam rationem breuè circumscriptione signemus. idcirco mundus factus est, ut nascamur: ideo nascimur, ut agnoscamus factorē mundi, ac nostri Deum: ideo agnoscamus, ut colamus: ideo colimus, ut immortalitatem pro laborum mercede capiamus, quia maximis laboribus cultus Dei constat: ideo præmio immortalitatis afficimur, ut similes angelis effecti, sum

L mo

mo patri ac Domino in perpetuum seruiamus, & simus æternū Deo regnū. Hæc summa rerum est, hoc arcanum Dei, hoc mysterium mundi: à quo sunt alieni, qui sequentes præsentem uoluptatem terrestribus & fragilibus se bonis addixerunt, & animas ad cœlestia genitas, suauitatibus mortiferis, tanquam luto coeno ue demerserunt. Queramus nunc uicissim, an in cultu Deorum ratio ulla subsistat. qui si multi sunt, si ideo tantum ab hominibus coluntur, ut præstent illis opes, uictorias, honores, & quæ alia non nisi ad presens ualent: si sine causa gignimur, si in hominibus procreandis prouidentia nulla uersatur, si casu nobismet ipsis, ac uoluptatis nostræ gratia nascimur, si nihil post mortem sumus: quid potest esse tam superuacuum, tam inane, tam uanū, quàm humanæ res, & quàm mundus ipse? qui, cum sit incredibili magnitudine, tam mirabili ratione constructus, tamen rebus ineptis uacet. Cur enim uentorum spiritus citent nubes? cur emicent fulgura? tonitrua mugiant? imbres cadant? ut fruges terra producat? ut uarios foetus alat? Cur denique omnis natura rerum laboret, ne quid desit earum rerum, quibus uita hominis sustinetur, si est inanitas? si ad nihilum interimus? si nihil est in nobis maioris emolumenti Deorum? Quod si est dictum nefas, nec putandum est geri posse, ut non ob aliquam maximam rationem fuerit constitutum, quod uideas maxima ratione consistere: quæ potest esse ratio in his erroribus, prauarum religionum, & in hac persuasione philosophorum, qui putant animas interire? Profecto nulla. Quid enim habent dicere, cur dii hominibus tam diligenter suis quæque temporibus exhibeant? An ut illis far & merum demus, & odorem thuris, & sanguinem pecudum? quæ neque immortalibus grata esse possunt, quia sunt fragilia: neque usui esse expertibus corporum, quia hæc ad usum corporalium data sunt. Et tamen si ea desiderarent, sibi ipsi posset exhibere, cum uellent. Siue igitur intereunt animæ, siue in æternum manent: quam rationem continet cultus Deorum, aut à quo mundus constitutus est? cur aut quando aut quousque, quatenus homines, aut quamobrem procreantur? cur nascuntur, intereunt, succedunt, renouantur? Quid dii ex cultibus eorum assequuntur, qui post mortem nihil futuri sunt? quid præstant? quid pollicentur? quid minantur aut hominibus, aut diis dignum? Vel, si operantur animæ post mortem, quid de his faciunt, facturi ue sunt? quid illis opus est thesauro animarum? ipsi illi ex quo fonte oriuntur? quomodo, aut quare, aut unde multi sunt? Ita fit ut si ab illa rerum summa, quæ superius comprehendimus, aberraueris, omnis ratio intereat, & ad nihilum omnia reuoluantur.

C O M M E N T A R I V S.

Quia ex una inconuenienti sequuntur plura, philosophi nihil certo statuere possunt. Potior huius capitis pars habet Epicureorum dogmatum assertionem: quæ si uera sint, mundus frustra esset creatus. Iccirco. *Ἐλευθερίῳ. Deo regnum.* regnum sacerdotale, ut Petrus ait. Quid po-

test esse tam superuacuum.) Sic etiam Paul. argumentatur: si nulla sit resurrectio, superuacua esse totam religionem Christianam. Ita uerum etiam illud Solomonis foret, *Ἐργὸν ἄνευ τόπου. Vanitas uanitatū, &c.* Quid enim habent dicere.) *Phrasis græca.*

De philosophorum uarietate, eorumque ueritate. CAP. VII.

Quam summam quia philosophi non comprehenderunt, nec ueritatem comprehendere potuerunt, quamuis ea ferè quibus summa ipsa consistat, & uiderint, & explicauerint: sed diuersi ac diuersè illa omnia protulerunt, non annectentes nec causas rerum, nec consequentias, nec rationes, ut summam illam quæ continet uniuersa, & compingerent, & implerent. Facile est autem docere, penè uniuersam ueritatem per philosophorum sectas esse diuisam. Non enim sic philosophiam nos euertimus, ut Academici solent, quibus ad omnia respondere propositum est, quod est potius calumniari, & illudere: sed docemus, nullam sectam fuisse tam deuiam, nec philosophorum quenquam

quenquam tam inanem, qui non uiderit aliquid ex uero. Sed dum contradicēdi studio insaniunt, dum sua etiam falsa defendunt, aliorū etiam uera subuertunt: non tantum elapsa illis ueritas est, quam se querere simulabant, sed ipsi eam potissimum suo uitio perdiderunt. Quod si extitisset aliquis, qui ueritatem sparsam per singulos, per sectasq; sdiffusam colligeret in unū, ac redigeret in corpus, is profectō non dissentiret à nobis. Sed hoc nemo facere, nisi ueri peritus ac sciens, potest. Verum autem non nisi eus scire est, qui sit doctus à Deo. Neq; enim potest aliter repudiare quæ falsa sunt, eligere ac probare quæ uera. sed si uel casu id efficeret, certissimè philosopharetur: & quāuis non posset diuinis testimonijs illa defendere, tamen seipsa ueritas illustraret suo lumine. Quare incredibilis est error illorum, qui cū aliquam sectam probauerint, eiq; se addixerint, cæteras damnant tanquam falsas & inanes, armantq; sed ad præliandum, nec quid defendere debeant scientes, nec quid refutare: incurfantq; passim sine delectu omnia quæ afferunt, quicunq; dissentiant. Ob has eorum pertinacissimas contentiones nulla extitit philosophia, quæ ad uerum propius accederet: nam particulatim ueritas ab his tota comprehensa est. Factum esse mundum à Deo, dixit Plato. Idem prophete loquuntur: idemq; ex Sibyllæ carminibus apparet. Errant igitur qui uel omnia sua sponte nata esse dixerunt, uel minutis seminibus conglobatis: quoniam tanta res, tam ornata, tam magna, neq; disponi, neq; fieri, neq; ornari sine aliquo prudētissimo autore potuit: & ea ipsa ratio, qua constare ac regi omnia sentiuntur, solertissimæ mentis artificem confitetur. Hominū causā mundum, & omnia quæ in eo sunt, esse facta, Stoici loquuntur: idem nos diuinæ literę docent. Errauit ergo Democritus, qui uermiculorum modo putauit effusos esse de terra nullo autore, nullaq; ratione. Cur enim formatus sit homo, diuini sacramenti est: quod quia ille scire non poterat, humanam uitam deduxit ad nihilum. Ad uirtutem capessendam nasci homines, Ariston disseruit. Idem nos monemur ac discimus à prophetis. Falsus igitur Aristippus, qui hominem uoluptati, hoc est malo tanquam pecudes subiugauit. Immortales esse animas Pherecydes & Plato disputauerunt: hæc uerò propria est in nostra religione doctrina. Ergo Dicaearchus cum Democrito errauit, qui perire cum corpore ac dissolui argumētatus est. Esse inferos, Zeno Stoicus docuit, & sedes piorum ab impijs esse discretas: & illos quidem quietas ac delectabiles incolere regiones, hos uerò luere pœnas in tenebrosis locis, atq; in cœni uoraginibus horrendis. idem nobis prophete palam faciunt. Ergo Epicurus errauit, qui poetarum id esse figmentum putauit: & illas inferorū pœnas quæ ferantur, in hac esse uita interpretatus est. Totā igitur ueritatē, & omne diuinæ religiōis arcanū philosophi attigerūt. Sed alijs refellentibus defendere id quod inuenerāt nequuerūt, quia singulis ratio nō quadrauit: nec ea quæ uera senserāt, in summā redigere potuerūt, sicut superius nos fecimus.

COMMENTARIUS.

Admonet ex singulis philosophis uniuersam ueritatem colligi posse, ipsis interim non dissidentibus modò, sed ita inter se pugnantibus, digladiantibusq; ut altercādo ueritas amittatur. Inter Plutarchi scripta liber est, quem *σαινῶν γινῶσις* uel *σαινῶν γινῶσις* inscripsit: quo docet, non solum quid Stoici inter se, sed etiā cum alijs dissident: equidem prorsus cum hoc nostro capite argumēti. Ut Academicici solent. Qui ad quamlibet quæstionem, Socratico more in utraq; partem disputare fuerunt soliti. Dixit Plato. In Timæo,

Sibyllæ.) Sermonie primo: *εἴπες γινῶσις, ἡ γινῶσις, &c.* Moses: Dixit, Fiat lux, & facta est lux, &c. & Psal. 148. Dixit, & facta sunt, &c. Qui sua sponte.) Epicurei. Vel minutis seminibus.) atomis. Democritus supra cap. 3. Ea ipsa ratio.) Quam legem Naturæ appellant: de qua Rom. 1. Stoici.) supra cap. 4. Democritus.) Sicut supra fungos, atq; ex draconis dentibus natos passim homines quidam prodiderunt. Democriti hoc dogma apud nullum dum legi autorem: sed non dissimilia sunt,

quæ ex Diodoro, atq; adeò ex Euripide recitat
Euseb. lib. 1. de Præparat. Euang. cap. 4.

Ariston.) De hoc nonnihil lib. superiori.

Aristippus.) Suprà lib. 3. cap. 7. Phere-

cydes.) De hoc in sequenti capite. Dicæar-

chus.) Dicæarchus, inquit Suidas, Phidiæ fili-

us, Siculus, ex urbe Mesene (Mamertinum alij

fuisse dicunt) Aristotelis auditor, philosophus,

rhëtor et geometra, etc. hic (ut Cicero in 1. Tusc.

quæ meminit) cõtra immortalitatẽ animi differuit.

Is, inquit, tres libros scripsit, qui Lesbici uocan-

tur, quod Mitylenis sermo habetur: in quibus uult

efficere, animos esse mortales. Sed scripsit idem

Dicæarchus (ut in eodẽ Ciceronis libro legimus)

sermonem, quem Corinthi habitum tribus libris

exponit, in quibus differit nihil esse omnino ani-

num, & hoc esse nomine totum inane, frustra q;

& animalia & animantes appellari: neq; in homi-

ne inesse animũ uel animã, nec in bestia. Meminit

huius idem Cic. etiã in Acad. quæst. Sed ut Plut.

in Placitis refert, censuit Dicæarchus animã esse

quatuor elemẽtorũ. Democrito.) Plut. De-

mocritus & Epicurus mortalem, unãq; cum cor-

pore morientẽ, φθαρτὴν, ἢ οὐρανὸν οὐρανὸν

φθαρτὴν. Zeno Stoicus.) Cõstat hoc

quidẽ de Epicureis: imò nõ de Stoicis modò, sed de

ipso quoq; Cicerone, qui in 1. Tusc. quæst. poeta-

rum de inferis fabulas explodit. Quinimò hoc

idẽ facit Seneca Stoicus, ad Marciam de Con-

solatione. Excutitur hæc quæstio à Lucretio lib.

3. à Macrobio de Somnio Scip. lib. 1. cap. 11. Sed

lege tu ex ecclesiasticis Augustinũ lib. 12. cap. 33.

de Genesi ad literam. Poetarũ.) Tragicorũ

maximẽ. Homerus inferos describit Odys. 2.

quem sequutus est Verg. in 6. Ouid. in 4. Met. Si-

lius in 13. Lucian. in Charonte.

De immortalitate animæ. CAP. VIII.

VNum est igitur summum bonum immortalitas, ad quam capiendam
& formati à principio & nati sumus. Ad hanc tendimus, hanc spectat
humana natura, ad hanc nos prouehit uirtus. quod bonũ quia deprehendi-
mus, superest etiam, ut de ipsa immortalitate dicamus. Platonis argumenta
quamuis ad rem multum conferant, tamen parum habent firmitatis ad pro-
bandam & implendam ueritatem: quoniam nec rationem totius mysterij
magni consummauerat, in unumq; collegerat, nec summum bonum com-
prehenderat. Nam licet uerum de animæ immortalitate sentiret, tamen non
ita de illa, tanquam de summo bono differabat. Nos igitur certioribus signis
elicere possumus ueritatẽ, qui eã nõ ancipiti suspitione collegim⁹, sed diuina
traditione cognouimus. Plato autẽ sic argumẽtatus est, immortale esse quic
quid per seipsum & sentit & semper moueat. quod enim principium motus nõ
habet, nec finem habiturum, quia deserri à semetipso non potest. quod argu-
mentum etiam mutis animalibus æternitatem daret, nisi adiectione sapien-
tiæ secreuisset. Addidit igitur, ut effugeret hanc cõmunitatem, fieri non pos-
se, quin sit immortalis animus humanus, cuius mirãda solertia inueniendi, &
celeritas cogitãdi, & facilitas percipiendi atq; discendi, & memoria præteri-
torum, & prouidentia futurorum, & artium plerunq; innumerabilium scien-
tia, qua cæterę careant animantes, diuina & cœlestis appareat: quia & origo
animi, qui tanta capiat, tanta contineat, nulla reperiatur in terra: siquidem ex
concretione terrena nihil habeat admistum: sed necesse esse in terram resol-
ui, quod est in homine ponderosum & dissolubile: quod autem tenue atq;
subtile, id uerò esse indiuiduum, ac domicilio corporis uelut carcere libera-
tum, ad cœlum & ad naturam suam peruolare. Hæc uerè Platonis collecta
breuiter, quæ apud ipsum latè copiosèq; explicantur. In eadem sententia fuit
etiam Pythagoras antea, eiusq; præceptor Pherecydes, quem Cicero tradit
primũ de æternitate animarum disputauisse. Qui omnes licet eloquentia
excellerent, tamen in hac duntaxat contentione non minus autoritatis ha-
buerunt, qui contra hanc sententiam differabant: Dicæarchus primũ, de-
inde Democritus, postremò Epicurus: adeò ut res ipsa, de qua inter se pugna-
bant, in dubium uocaretur. deniq; & Tullius, expositis horum omniũ de
immortalitate ac morte sententijs, nescire se quid sit uerũ pronunciauit. Ha-
rum, inquit, sententiarum quæ uera sit, Deus aliquis uiderit, Et rursus alibi
Quoniam

Quoniam utraq; inquit, earum sententiarum doctissimos habuit autores: nec quid certi sit, diuinari potest. Verum nobis diuinatione opus non est, quibus ueritatem diuinitas ipsa patefecit.

COMMENTARIUS.

Quoniam Plato animæ immortalitatem, quæ summum bonum est, asserit: errat tamen à uero (ut Lactant. inquit) alienum, quod non de ea tanquam de summo bono differuit. Et licet Eusebio uideatur ex Hebræorum literis didicisse, quod ex mortuis resurrectionem fatetur: non tamen fatetur resurrectionem carnis, sed Pythagoricam metempsychosin agnoscit. Tamen parum habent firmitatis.) Vt Philosophica omnia sunt *δὲ οὐκ ἔστιν ἀντιμαχία*, nec certò ipsis auctoribus constant: ita in disputationibus Theologicis pronuntiati auctoritatem non habent ullam, & ob id nec Platoni, nec Pythagoræ, licet ipse dixerit, & ueritatē adeò dixerit, credendū propterea est, quia dixit: sed quia uerum est, & conuenit cum 20 auctoritate cælesti. Non enim recipitur, ut Arist. in modis *τῶ πρὸς τὸ πρῶτον* docuit. Nam ut uerissimum est, Anima est immortalis, ergo Plato uera docuit: non tamen uicissim consequentia ualebit, Plato asseruit animæ immortalitatem, ergo anima est immortalis. Sed oraculorum diuinorū tanta uirtus est, ut ipsa etiā oratio rei *τὸ εἶναι* asserat: & ob id ipsum uerum sit, uitam esse sempiternam, quia hoc sacræ prodiderunt Scripturæ, nec id minus uerè, quàm si dicas: Caro resurget, ergo 30 sacra doctrina uera est. Quia uox cælestis rei causam præbet, ut sit. Plato autem sic argumentatus est.) In Phædone, in Menone, de Rep. & de Legibus 12. Collectionem istam Platoniam si requiris, adscribam ex Phædro: *ψυχὴ ἀθάνατος. τὸ δὲ ἐκείνου, ἀθάνατον, τὸ δὲ ἄλλο λειοῦ, καὶ τὸ ἄλλο λειοῦ, καὶ λαυῆρον λειοῦ, καὶ λαυῆρον λειοῦ, καὶ τὸ αὐτὸ λειοῦ, ἅτε ἐκ ἀρλεῖτον ἐαυτῶ, ὅπου τε λήγει λειοῦ.* Hactenus transtulit Lactantius. apud quem tamen Sentiendi uerbum irrepsit, nescio unde, quod ne apud Ciceronem quidem est, qui hæc eadem uerba in primo Tuscul. quæst. transtulit hoc modo: Quod semper mouetur, id æternum est: quod autem motum adfert alicui, quodq; ipsum agitur aliunde, quando finem habet motus, uiuendi quoq; finem habeat necesse est. solum igitur quod seipsum mouet, quia nunquam deseritur à se, nunquam ne moueri quidem desinit. Quod argumentum.) Quia 50 uniuersalis propositio est, *τὸ εἶναι ψυχὴ ἀθάνατος*. Sed Platonem fortè à Lactantij reprehensio-

sione defendet *τὸ καλὸν* (sic enim oratio inscribitur) quod nō in bestijs, sed in hominibus, adeoq; in anima rationali locum habet. Abdidit.) Miror quur Gryphius genuinam lectionem sine ratione corruerit, cum addidit, Salua sententiâ hactenus lectū sit. nisi fortassis error operis obreperit. Cuius miranda solertia.) Non hoc à Platone, sed à Cicerone, hoc saltem loco additur. quanquā sparsim hoc ipsum in libris Platonis inueniatur. Velut à carcere.) In Phædone Plato nominat *τὸ σῶμα ἐν ψυχῆς φερεῖν, εἰς γυμνόν, ἀδύμυτον*: in Axiocho *φερεῖν καὶ σκλώμα*: in Timæo *τὸ ὄχημα*. Ex Platone Cicero, uas, receptaculum, domicilium, custodiam: Seneca insuper ergastulum, atq; uincula. Methodius apud Epiphanium contra Origenistas docet, corpus animæ nec uinculum, nec carcerem esse. Petrus interim *σκλώμα* appellat, & in Iob domus lutea nominatur humanum corpus. Verba, quibus hoc loco Lactantius Platonica extulit, Ciceronis sunt ex Lælio, de Scipionis morte, sub Lælij persona uerba faciētis. Id, inquit, si ita est, ut optimi cuiusq; animus in morte facillimè euolet, tanquam è custodia, uinculisq; corporis, cui censemus cursum ad deos faciliorem fuisse, quàm Scipioni? Breuitatis studio uerba Platonica attingere, quàm ponere, maluimus. Pherecydes.) Hæc tota Platonis, Pythagoræ, Pherecydis de immortalitate animæ doctrina, non sincera fuit, sed metempsychosin quasi hæditario quodam morbo infecta. De hoc Cic. in primo Tuscul. q. Pherecydes Syrius primum dixit animos hominū esse sempiternos, antiquus sanè. Fuit enim meo regnante gentili (Seruium Tullium intelligit.) hanc opinionem discipulus eius Pythagoras maxime cōfirmauit, qui cum regnante Tarquinio Superbo in Italiam uenisset, tenuit magnā illam Græciam cum honore & disciplina, tum etiam auctoritate: multaq; secula postea sic uiguit Pythagoreorum nomē, ut nulli alij docti uiderentur. Hactenus Cicero. Vita ipsorum extant apud Laert. De Pherecyde Augustinus contra Acad. libro tertio cap. 17. & ad Volusianum epist. 3. Dicæarchus.) De hoc superiori cap. dictum est. Vide supra lib. 3. capite decimosextimo.

Tullius.) lib. Tusculanarum quæstio. 1.

His itaq; argumentis, quæ nec Plato, nec ullus alius inuenit, animarum
 eternitas probari ac perspicui potest: quæ nos breuiter colligemus, quo-
 niam properat oratio ad narrandum iudicium Dei maximum, quod in terra
 propinquante seculorum fine celebrabitur. Ante omnia, quoniam Deus ab
 homine uideri non potest, ne quis tamen ex eo ipso putaret Deum non esse,
 quia mortalibus oculis non uideretur, inter cætera institutorum suorum mi-
 racula, fecit etiam multa, quorum uis quidem apparet, substantia tamen non
 uideretur, sicut est uox, odor, uentus: ut harum rerum argumento, & exemplo
 etiam Deum, licet sub oculos non ueniret, de sua tamen ui, & effectu, & o-
 peribus cerneremus. Quid uoce clarius? aut uento fortius? aut odore uiolen-
 tius? Hæc tamen, cum per aerem feruntur, ad sensusq; nostros perueniunt,
 & eos potentia sua impellunt, non cernuntur acie luminum, sed alijs corpo-
 ris partibus sentiuntur. Similiter Deus non aspectu nobis, alio ue fragili sen-
 su comprehendendus est, sed mentis oculis intuendus, cum opera eius præ-
 clara & miranda uideamus. Nam illos, qui nullum omnino Deum esse dixe-
 runt, non modò philosophos, sed ne homines quidem fuisse dixerim, qui
 mutis simillimi solo corpore constiterunt, nihil omnino eruentes animo, sed
 ad sensum corporis cuncta referentes: qui nihil putabant esse, nisi quod ocu-
 lis contuebantur. & quia uidebant aut bonis accidere aduersa, aut malis pro-
 spera, fortuito geri omnia crediderunt: & natura mundum, non prouidentia
 constitutum. Hinc iam prolapsi sunt ad deliramenta, quæ talem sententiam
 necessariò sequebantur. Quod si Deus & incorporealis, & inuisibilis, & æter-
 nus: ergo non idcirco interire animam credibile est, quia non uideretur, post-
 quam recessit à corpore: quoniam constat esse aliquid constans, & sentiens,
 ac uiuens, quod nõ ueniat sub aspectum. At enim difficile est animo compre-
 hendere, quemadmodum possit anima retinere sensum sine ijs partibus cor-
 poris, in quibus inest officium sentiendi. Quid de Deo? num facile est com-
 prehendere quemadmodum uigeat sine corpore? Quod si Deos esse credunt,
 qui si sunt, utiq; sunt expertes corporum: necesse est, humanas animas eadẽ
 ratione subsistere, quoniam ex ipsa ratione ac prouidentia intelligitur, esse
 quædam in homine ac Deo similitudo. Deniq; illud argumentum, quod etiã
 M. Tul. uidit, satis firmum est ex eo æternitatem animæ posse dignosci, quia
 nullum sit aliud animal, quod habeat noticiam aliquam Dei, religioq; sit pe-
 nẽ sola, quæ hominem discernat à mutis, quæ, cum in hominem solum cadat,
 profectò testatur, id affectare nos, id desiderare, id colere quod nobis fami-
 liare, quod proximum sit futurum. An aliquis, cum cæterarum animantium
 naturam considerauerit, quas pronis corporibus abiectas, in terramq; pro-
 stratas summi Dei prouidentia effecit, ut ex hoc intelligi possit, nihil eas ra-
 tionis habere cum cœlo: potest non intelligere solũ ex omnibus cœlesti ac
 diuinum animal esse hominem, cuius corpus ex humo excitatum, uultus su-
 blimis, status erectus originem suam quarit, & quasi contẽpta humilitate
 terræ ad altum nititur, quia sentit summum bonum in summo sibi esse quæ-
 rendum, memorq; conditionis suæ, qua Deus illum fecit eximium, ad arti-
 ficem suum spectat. Quam spectationẽ Trismegistus *de uelav* rectissimẽ no-
 minauit: quæ in mutis animalibus nulla est. Cum autem sapientia, quæ soli
 homini data est, nihil aliud sit quàm noticia Dei: apparet animam non inte-
 rire neq; dissolui, sed manere in sempiternum: quia Deum qui sempiternus
 est, & quarit, & diligit: ipsa cogente natura, sentiens uel unde orta sit, uel
 quo reuersura. Præterea non exiguum immortalitatis argumentum est, quod
 homo solus cœlesti elemento utitur. Nam cum rerum natura his duobus ele-
 mentis, quæ repugnantia sibi atq; inimica sunt constet igne & aqua, quorũ
 alterum

alterū coelo, alterū terrē ascribitur: ceterā animātes, quā terrenā mortalesq; sunt, terreno & graui utūtur elemēto: homo solus ignem in usu habet, quod est elementum leue, sublime, cœleste. Ea uerò quæ ponderosa sunt, ad mortē deprimunt: & quæ leuia sunt, ad uitam subleuant: quā uita in summo est, mors in imo. Et ut lux esse sine igne non potest, sic uita sine luce. Ignis igitur elementum est lucis ac uitæ: unde apparet, hominem qui eo utitur, immortalē sortitum esse conditionem quā illi familiare est, quod facit uitam. Virtus quoq; soli homini data, magno argumento est, mortales esse animas, quod nec erit secundum naturam, si anima extinguitur, huic enim præsentī uitæ nocet. Nam uita ista terrenā, quā communem cum mutis animalibus ducimus, & uoluptatem expetit, cuius fructibus uarijs ac suauibus delectatur, & dolorem fugit, cuius asperitas naturam uiuentium acerbis sensibus lædit, & ad mortem perducere nititur, quæ dissoluit animantem. Si ergo uirtus & prohibet ijs bonis hominem, quæ naturaliter appetuntur, & ad sustinenda mala impellit, quæ naturaliter fugiuntur: ergo malum est uirtus & inimica naturæ, stultumq; iudicare necesse est, qui eam sequitur, quoniam se ipse lædit & fugiendo bona præsentia, & appetendo æquē mala sine spe fructus amplioris. Nam cum liceat nobis iucundissimis frui uoluptatibus, non ne sensu carere uideamur, si malimus in humilitate, in egestate, in contemptu in ignominia uiuere, aut ne uiuere quidē, sed dolere, cruciari, emori: ex quibus malis nihil amplius assequamur, quo possit uoluptas omissa pensari. Si autē uirtus malum nō est, facitq; honestē, quod uoluptates uitiosas turpesq; contemnit: & fortiter, quod nec dolerē nec mortem timet, ut officium seruet: ergo maius aliquod bonum assequat necesse est quā sunt illa, quæ spernit. At uerò morte suscepta quod ulterius bonum sperari potest, nisi æternitas?

COMMENTARIVS.

Probat immortalitē animæ ab analogia per inductionem, contra eos qui animam nullam esse credunt, eo quod sub oculos non uenit. Analogia uerò ducta est tam à creatore, quā creaturis, utriq; inuisibilibus. Quia uidebant. Epi curcos notat. M. Tullius. Cic. de Legib. primo: supra lib. 3. cap. 10. *Ἐπεὶ οὐκ ὁρατὸν τὸ θεῖον, οὐδὲν ὁρατὸν τὸ ἀθάνατον.* hoc ipsum docet etymon, est enim ἡ θεωρία proprie *θεῶν ὁρατὸν, καὶ θόσον δὲ τὸ ἀθάνατον δὲ τὸ ἀθάνατον.* Cum autem Sapientia. Memini me alibi de hoc ex Platone dixisse. Nam in Theateto: *ἡ θεῶν ὁρατὸν οὐρανόθεν, ἡ ἀθάνατον ἀλλυθῆναι ἢ δὲ ἀγνοία, ἀμαθία καὶ ἁκανία γὰρ ἔστιν.* Quorum alterum cœlo. Nescio quā uerum hoc argumentum sit. Nam cœlestis ignis non hominem modò, sed rerum uniuersitatem fo-

uet, seruatq;. Deinde, alter ignis Lunæ subiectus, ad hominem peculiariter nihil pertinet. Tertio, materiali illo quem (si fabulis credimus) Prometheus cœlitus furatus est, non homines modò fruuntur, sed in eo animalia quædam (ut Plin. scribit) uiuunt. Quartū natura rebus cum animatis tum inanimatis affluit. Et lux esse sine igne. Licet uariæ Philosophorū de solis substantia sunt sententiæ, in hoc tamen cōsentiūt, ut dicāt ignitam esse: de quo uide Plutarch. Placita. Sol autem fons omnium est luminum. Cæterum nostra fumida & uaporantia lumina igne constare quis nescit? Virtus quoq; soli. Virtus est habitus animi. Animum solus homo habet, ergo Virtus solius est hominis. Cic. de legibus. uirtutem Deo & homini communem facit.

De uitijs & uirtutibus: uita & morte. CAPVT X.

TRANSIAMUS nūc uicissim ad ea quæ uirtuti repugnant, ut etiā ex his immortalitas animæ colligatur. Vitia omnia temporalia sunt: ad præsens enim commouentur. irē impetus recepta ultione sedatur: libidinis uoluptas corporis finis est: cupiditatem autem fatietas earum rerum, quas expetit, aut aliorum affectuum commotiones interimunt: ambitio postquam honores quos uoluit, adeptā est, consenescit. Item cætera uitia consistere ac permanere nō possunt, sed ipso fructu quē expetūt finiūtur. Recedūt ergo, & redeunt. Virtus autē sine ulla intermissione ppetua est, nec discedere ab eo potest,

qui eam semel cepit. Nam si habeat interuallum, si aliquando ea carere possimus, redeunt protinus uitia, quæ uirtutem semper impugnant. Non est igitur comprehensa, si deserit, si aliquando secedit. Cùm uerò sibi domicilium stabile collocauit, in omni actu uersari eam necesse est, nec potest fideliter depellere uitia & fugare, nisi pectus quod insedit, perpetua statione munitur. Ipsa ergo uirtutis perpetuitas indicat, humanum animum si uirtutem ceperit, permanere: quia & uirtus perpetua est, & solus animus humanus uirtutem capit. Quoniam igitur contraria sunt uitia uirtuti, omnis ratio diuersa & contraria sit, necesse est: quia uitia, commotiones & perturbationes animi sunt uirtus, e contrario lenitudo & tranquillitas animi est: quia uitia temporalia & breuia sunt, uirtus perpetua & constans, & par sibi semper, quia uitiorum fructus, id est uoluptates æquæ ut ipsa breues temporalesque sunt. Virtutis ergo fructus ac præmium sempiternum est, quia uitiorum commodum in præsentia est, uirtutis igitur in futuro. Ita fit, ut in hac uita uirtutis præmium nullum sit, quia uirtus adhuc ipsa est. Nam sicut uitia, cùm in actu suo finiuntur, uoluptas & præmia eorū sequuntur: ita uirtus cùm finita est, merces eius insequitur. Virtus autem nunquam nisi morte finitur: quoniam & in morte suscipienda summum eius officium est. Ergo præmium uirtutis post mortem est. Denique Cicero in Tusculanis, quamuis dubitanter, tamen sensit summum homini bonum non nisi post mortem contingere. Fidenti animo, inquit, si ita res feret, gradietur ad mortem: in qua aut summum bonum, aut nullum malum esse cognouimus. Mors igitur non extinguit hominem, sed ad præmium uirtutis admittit. Qui autem se (ut ait idem) uitij ac sceleribus contaminauerit, uoluptatibusque seruerit, is uerò damnatus æternam luet poenam: quam diuina litera secundam mortem nominant, quæ est & perpetua, & grauissimis cruciatibus plena. Nam sicuti duæ uitæ propositæ sunt homini, quarum altera est animæ altera corporis: ita & mortes duæ propositæ sunt, una pertinens ad corpus, quæ cunctos secundum naturam fungi necesse est: altera pertinens ad animam, quæ scelere acquiritur, uirtute uitatur: & ut hæc uita temporalis est, certosque terminos habet, quia corporalis est: sic & mors æquæ temporalis est, certumque habet finem, quia corpus attingit.

COMMENTARIUS.

Ex uitij & morte docet, animam esse immortalem. Virtus autem.) Quia habitus, & (ut Eustratius apud Arist. in Moralibus dicit) animæ rationalis perfectio. Et pars sibi.) Hoc est quod Plato de Rep. 4. ait: $\psi\upsilon\lambda\lambda\acute{\iota}\nu\epsilon\iota\tau\acute{\iota}\varsigma\ \epsilon\iota\varsigma\ \epsilon\iota\varsigma\ \theta\epsilon\omicron\varsigma\ \alpha\pi\epsilon\tau\epsilon\iota\gamma\alpha\ \delta\epsilon\ \tau\eta\ \lambda\alpha\kappa\tau\acute{\iota}\alpha\varsigma$. Virtutis ergo fructus.) Disertus est Mantuani uersiculus: *Viuu apud superos, & habet sua munera uirtus. In Tuscul.) lib. 1. sub epilogum. Contaminauerit.) Contaminare se scelere, in 3. Off. est, contaminare se uitij, in 3. Tusc. qu. Secundam mortem.) De hac nonnihil dictum est libro 2. cap. 13. Vana eorum est interpretatio, qui mortem secundam interpretantur peccatum, nisi*

effectum peccati poenam intelligere uelint, iuxta illud Pauli: *Stipendium peccati mors.* Ro. 6. Nam mors peccatorum (ut est apud Psal.) pessima, huc non pertinet, ubi propheta de impietatis euentu, qui plerumque miserabilis esse solet, loquitur. Chrysost. apud Matth. cap. 10. ignem & sulphur exposuit. Quid opus est peregrinas querere expositiones, cum ipse textus sit luce clarior? sic enim est in Apoc. cap. 20. $\kappa\acute{\iota}\ \delta\ \theta\alpha\lambda\alpha\tau\omicron\varsigma\ \kappa\acute{\iota}\ \delta\ \epsilon\delta\omicron\upsilon\varsigma\ \epsilon\beta\lambda\acute{\iota}\theta\iota\sigma\alpha\upsilon\ \epsilon\iota\varsigma\ \tau\acute{\iota}\omega\ \lambda\acute{\iota}\mu\upsilon\lambda\omega\ \tau\omicron\ \omega\upsilon\gamma\omicron\varsigma\ \delta\ \tau\omicron\varsigma\ \theta\epsilon\iota\upsilon\ \delta\ \lambda\epsilon\upsilon\tau\omicron\tau\omicron\varsigma\ \theta\ \theta\alpha\lambda\alpha\tau\omicron\varsigma\ \kappa\alpha\iota\ \epsilon\iota\ \pi\omicron\varsigma\ \epsilon\chi\ \epsilon\upsilon\gamma\epsilon\ \theta\eta\ \sigma\upsilon\ \tau\eta\ \beta\acute{\iota}\beta\lambda\omicron\varsigma\ \tau\eta\ \zeta\omega\eta\varsigma\ \gamma\epsilon\ \gamma\omicron\sigma\alpha\mu\omega\lambda\iota\omicron\varsigma\ \epsilon\beta\lambda\acute{\iota}\theta\eta\ \epsilon\iota\varsigma\ \tau\acute{\iota}\omega\ \lambda\acute{\iota}\mu\upsilon\lambda\omega\ \tau\omicron\ \omega\upsilon\gamma\omicron\varsigma$. Vtraque mortem ipse Christus Mat. 10. delineauit dicens: *Ne metuat is uobis, &c.*

De temporibus postremis, deque anima & corpore: & de resurrectione corporum, & animarum perpetuitate. CAP. XI.

Impletis igitur temporibus quæ Deus morti statuit, terminabitur ipsa mors. Et quia temporalem uitam temporalis mors sequitur, consequens est ut resurgant animæ ad uitam perennem, quia finem mors temporalis accepit. Rursum

Rursum, sicut uita animi sempiterna est, in qua diuinos, & ineloquibiles immortalitatis suæ fructus capit: ita & mors eius perpetua sit necesse est, in qua perennes pœnas, & infinita tormenta pro peccatis suis pendet. Ergo in ea conditione res posita est, ut qui beati sunt in hac uita corporali atq; terrena, semper miseri sint futuri, quia iam bonis quæ maluerunt, potiti sunt: quod ijs euenit, qui deos adorant, & Deum negligunt. Deinde qui iusticiam sequentes, in ac uita miseri fuerint, & contempti, & inopes, & ob ipsam iusticiam contumelijs & iniurijs sæpe uexati, quia nec aliter uirtus teneri potest, semper beati sunt futuri: ut quia mala iam pertulerunt, etiam bonis fruuntur: quod his utiq; contingit, qui contemptis terrestribus dijs, & fragilibus bonis, cœlestē religionē sequuntur Dei, cuius bona, sicut ipse qui tribuit, sempiterna sunt. Quid opera corporis, atq; animi non ne indicant esse animā mortis expertem? Nam corpus, quia ipsum fragile est atq; mortale, quæcunq; opera molitur, æquæ caduca sunt. Nihil enim Tullius ait esse quod sit manibus humanis laboratum, quod non aliquando ad interitum redigatur, uel iniuria hominum, uel ipsa confectrice rerum omnium uetustate. At uerò animi opera uidemus æterna. Nam quicunq; contemptui præsentium studentes, in memoriam monumenta ingeniorum factorumq; magnorum reliquerunt, ij planè mentis ac uirtutis suæ nomen incredibile quæsierunt. Ergo si opera corporis ideo mortalia sunt, quia ipsum mortale est, sequitur ut anima ex eo immortalis appareat, quia uidemus opera eius non esse mortalia. Eodem modo desideria quoq; corporis animiq; declarant, alterum esse mortale, alterum sempiternum. Corpus enim non nisi temporalia desiderat, id est cibum, potum, quietem, uoluptatem: & tamen hæc ipsa sine ui, nutu & adminiculo animi nec cupere, nec assequi potest. Animus autem per se multa desiderat, quæ ad officium, fructum uel corporis non redundant, eaq; non fragilia, sed æterna sunt, ut fama uirtutis, ut memoria nominis. Nam culum Dei qui constat abstinentia cupiditatum ac libidinum, patientia doloris, contemptum mortis, etiam contra corpus anima concupiscit. Vnde credibile est, non interire animam, sed dissociari à corpore: quia corpus sine anima nihil potest, animus aut multa & magna sine corpore. Quid q; ea quæ uisibilia sunt oculis, & tangibilia manu, quia externā uim pati possunt, æterna esse nō possunt: Ea uerè, quæ neq; sub tactū, neq; sub uisum ueniunt, sed tantūmodo uis eorū, & ratio, & effectus apparet, æterna sunt, quia nullam uim patiuntur extrinsecus. Corpus aut, si ideo mortale est, quia uisui pariter & tactui subiacet: ergo & anima idcirco immortalis est, quia nec tangi potest, nec uideri.

COMMENTARIUS.

Probat etiam nū immortalitatem animæ, ex cōparatione conditionū utriusq;. Quia finem mors temporalis accepit. *ὁ πικρὸν τὸ ὄν δὲ δολιχὸς εἰς ἄνθρωπος.* Osee 15. 1. Cor. 15. Quia iam bonis. *Qui iā bonis, &c. legere malim.* Iuxta historiā Evangelicā, quæ est Lucæ 16. Regionem sequuntur. *Qui religionem legunt, spectant ad terrestres deos.* Tullius. *Hunc locum non inuenio in Cicer.* Nomē indelebile. *Nam gloriæ cupiditas, ut Scipio apud Liniū dicit, longius quā quantum uitæ humanæ spaciū est, extenditur, maximāq; pars eius in memoriā ac posteritatem prominet.* Animus autem multa. *Vnde ἄδριανὸς dicitur. ἄνθρωπος enim ἄδριανὸς τὸ ὀρεῖται, dicitur.*

Nō tamen hic eā duntaxat animæ partē intelligit, quæ Aristoteli *ἄδριανὸς*, Platoni *ἄδριανὸς* appellatur: et multo minus illam Stoicorū, quam Cicero libidinē interpretatur. Vtitur enim Scriptura ea uoce serè in malā partem: ut, *ἡ σὰρξ ἄδριανὸς ἐστὶν ἡ τὸν ὄφρατος.* Et Platonicum sane illud *ἄδριανὸς*, quod in hepate sedem habet, etiam si nihil cōtra rationē desiderat, tamē ea quæ corporis necessitati seruiunt, et id organicis animæ uiribus*. Cæterum mēs defecata, siue (ut Chrysostomus nominat) *ψῆφος*, diuinis acta impulsibus cœlestia desiderat: ut Psal. 40. Sicut desiderat ceruus ad fontes aquarum, &c. ubi apud LXX. uerbum est *ἄδριανὸς*. De utroq; mētis desiderio lege 1. Basilij epist,

De anima & corpore: deq; eorum coniunctione & discessu, & reditu illius. CAP. XII.

NVnc argumenta eorum qui contrà dixerunt refellamus, quæ Lucretius tertio libro executus est. Quoniam cum corpore, inquit, anima nascitur, cum corpore intereat, necesse est. Ac non est par utriusq; ratio. Solidū enim & comprehensibile corpus est, & oculis & manu uidetur & tangitur: anima uerò tenuis, & tactum uisumq; fugiens. Corpus ex terra fictum atq; solidatum est: anima in se nihil concreti, nihil terreni ponderis habet, ut Plato differebat. Nec enim tantam posset habere solertiam, tantam uim, tantā celeritatem, nisi originem traheret è cælo. Corpus igitur quoniam fictum ex ponderoso & corruptibili elemento & tangibile est & uisibile, corrumpitur atq; occidit, nec uim repellere potest, quia sub aspectum, & sub tactum uenit. Anima autem, quia tenuitate sua omnem tactū fugit, nullo ictu dissolui potest. Ergo quamuis inter sese coniuncta & sociata nascuntur &, alterū quod est de terrena cōcretionē formatum, quasi uasculum sit alterius, quod est à cœlesti subtilitate deductum: cū uis aliqua utrunq; discreuerit, que discretio mors uocatur, tum utrunq; in naturam suam redit: quod ex terra fuit, id in terram resoluitur: quod ex cœlesti spiritu sit, id constat ac uiget semper, quoniam diuinus spiritus sempiternus est. Deniq; idem Lucretius oblitus quid assereret, & quod dogma defenderet, hos uersus posuit:

*Cedit item retrò, de terra quod fuit antè,
In terram: sed quod missum est ex ætheris oris,
Id rursus cœli fulgentia templa receperant.*

Quod eius non erat dicere, qui perire animas cum corporibus differebat, sed uictus est ueritate, & imprudenti ratio uera surrepsit. Preterea id ipsum quo colligit dissolui animam, hoc est simul cum corpore interire, quoniam simul nascuntur: & falsum est, & in cōtrarium conuerti potest. Non enim simul interit, sed anima discedente, integrum per dies multos manet, & plerumq; medicatum, diutissimè durat. Nam si ut simul nascuntur, simul interirent, non discederet repente anima, corpusq; desereret, sed uno temporis puncto utruq; pariter dissiparetur, & tam celeriter etiam corpus, adhuc spiritu in eo manente, deliquesceret ac periret, quàm celeriter anima secedit: imò uerò dissoluto corpore anima uanesceret, uelut humor fracto uase diffusus. Nam si terrenū & fragile corpus post secessum animæ nō statim diffluit, in terramq; tabescit, ex qua illi origo est: ergo anima quæ fragilis nō est, in æternum manet, quoniam origo eius æterna est. Quoniam crescit, inquit, sensus in pueris, & in iuuenibus uiget, & in senibus diminuitur apparet, esse mortalem. Primum non est idem mens, & anima. aliud est enim, quo uiuimus: aliud, quo cogitamus. nam dormientium mens, non anima sopitur: & in furiosis mens extinguitur, anima manet: & ideo nō exanimis, sed demētes uocantur. Mēs ergo, id est intelligētia uel augetur, uel minuitur pro ætate. Anima in statu suo semper est, & ex quo tēpore spirādi accepit facultatē, eadē usq; ad ultimū durat, donec emissa corporis claustro, ad sedē suā reuolet. Deinde quòd anima quamuis à Deo sit inspirata, tamen quia tenebroso domicilio terrenæ carnis inclusa est, scientiā nō habet, quæ est diuinitatis. Audit igitur ac discit omnia, & sapientiā discendo & audiendo capit: & senectus non minuit sapientiam, sed auget: si tamen iuuenilis ætas uirtute decursa est. Et si nimia senectus fregerit membra, non est animæ uitium, si uisus euauit, si lingua torpuit, si auditus obscuruit: sed corporis. At enim memoria defecit. quid mirum, si labentis domicilij ruina premitur mēs, & præterita obliuiscitur, nō aliter futura diuina quàm si carcerem, quo cohibetur, effugerit? Verum eadem, inquit, dolori & lætæ obnoxia

obnoxia est, & ebrietate dementit, unde fragilis & mortalis apparet. Idcirco igitur uirtus & sapientia necessaria est, ut & mœror qui contrahitur indigna patiendo ac uidendo, fortitudine repellatur, & uoluptas non modò potandi, sed etiam rerum cæterarum abſtinentia superetur. nam si careat uirtute, si uoluptatibus dedita molliatur, morti fiet obnoxia: quoniam & uirtus (ut docuimus) immortalitatis est fabricatrix, & uoluptas mortis. Mors autem (sicut ostendi) non funditùs perimit ac delet, sed æternis afficit cruciatibus. Nam interire prorsus anima non potest, quoniam ex Dei spiritu qui æternus est, originem cepit. Anima, inquit, etiam morbum corporis sentit, & obliuionẽ sui patitur: & sicut egreſcit, ita etiam sæpe sanatur. Hoc est ergo, cur maxima uirtus adhibenda sit, ne ullo corporis dolore frangatur, & obliuionem sui nõ anima, sed mens patiatur. Quæ quoniã certa corporis regione consistit, cùm eam partem uis aliqua morbi uitiauerit, mouetur loco, & quasi conuulsata, de sede sua emigrat: reditura scilicet, cùm medela & sanitas domicilium suũ reformauerit. Nam quia iuncta est anima cum corpore, si uirtute careat, contagio eius ægreſcit, & imbecillitas de societate fragilitatis redundat ad mentem: cùm autem dissociata fuerit à corpore, uigebit ipsa per se, nec ulla fragilitatis conditione tentabitur, quia indumentum fragile proiecit. Sicut oculus, inquit, euulsus à corpore, ac separatus, nihil potest uidere: ita & anima separata nihil sentire, quia & ipsa pars est corporis. Falsum hoc, & dissimile est. anima enim nõ pars corporis, sed in corpore est. Sicut id quod uase cõtinetur, uasis pars non est, nec ea quæ in domo sunt, partes domus esse dicuntur: ita nec anima pars est corporis, quia corpus uel uas animæ est, uel receptaculum. Iam illud argumentum multo magis inane est, quo ait animam, quia nõ citius emittatur ex corpore, mortalẽ uideri, sed paulatim se ex omnibus membris explicet, à summis pedibus incipiens, tanquam si esset æterna, uno temporis momento erumperet: quod fit in his qui ferro intereunt. quos autem morbus interimit, spiritum diutius exhalant, & paulatim frigescentibus membris anima efflatur. quæ cùm materia sanguinis contineatur, sicut lumen quæq; frigescere, quoniam uenæ exiliores in extrema corporis porriguntur, & extremi ac tenuiores riuu deficiente uena fontis areſcunt. Nec tamen quia sensus corporis deficit, animæ sensum extingui & occidere putandum est: non enim anima corpore deficiente, sed corpus anima decedente putrescit, quia sensum omnem trahit secum. Cùm autem præſens anima sensum tribuat corpori, & uiuere id efficiat, fieri non potest, ut non ipsa per se uiuat & sentiat, quoniam ipsa est & sensus, & uita. Nam quod ait:

— Quod si immortalis nostra foret mens,

Non tam se moriens dissolui conquereretur,

Sed magis ire foras, uestemq; relinquere, ut anguis,

Gauderet. —

Sed equidem nunquam uidi, qui se quereretur in morte dissolui: sed ille fortasse Epicureum aliquem uiderat, etiamdum moritur, philosophantem, ac de sui dissolutione in extremo spiritu differentem. Quomodo sciri potest, utrum dissolui se sentiat, an corpore liberari, cùm in exitu lingua mutescat? Nam dum sentit, & loqui potest, nondum dissolutus est: ubi dissolutus est, iam nec sentire, nec loqui potest: ita queri de dissolutione aut nondũ potest, aut iã non potest. At enim nõ prius q̃ dissoluatur, intelligit se dissolutũ iri. Quid quod uidemus plerosq; morientũ nõ dissolui conquerentes (ut ait) sed exire se, & proficisci, & ambulare testantes: idq; aut gestu significant, aut si adhuc possunt, & uoce pronunciant? Vnde apparet, non dissolutionem fieri, sed separationem, quæ declarat animam permanere. Cæterea Epicurei

Epiciurei dogmatis argumēta Pythagoræ repugnant, differenti, migrare animas de corporibus uetustate ac morte confectis, & insinuare se nouis ac recens natis: & easdem semper renasci modò in homine, modò in pecude, modò in bestia, modò in uolucres: & hac ratione immortales esse, quòd sæpe ueriorum ac dissimilium corporum domicilia committent. Quæ sententia deliri hominis, quoniam ridicula & mimo dignior quàm schola fuit, ne refelli quidem serio debuit. quod qui facit, uidetur uereri ne quis id credat. Prætereunda sunt igitur nobis, quæ pro falsa cōtra falsum disserebantur. satis est, ea refutasse, quæ contra uerum disputata sunt.

C O M M E N T A R I V S.

Refellit quosdam Lucretij locos, quibus asseruit, animā una cū corpore interire. Quod Democriti & Epicurei dogma est. Probat ipsum sibi cōtraria docuisse. Totius disputationis habitus est, *σύνκριστος* animi atq; corporis. Lucretius.) lib. 3. inter cætera sic scribit:

— Non ne fate' dum est

Corporea natura animum constare, animamq; præterea pariter fungi cum corpore, & una consentire animū nobis in corpore cernis, &c.

At non.) *ἀνάλυσις* per differentiam partium totius. Tenuis, & tactum fugiens.)

Atqui Lucretius ait, animā etiam tactui subiectā esse. Claudianus Vniensis episcopus, qui sub Zenone imperatore floruit, contra quendam qui animū (quia & quantitate determinari, & loco concludi posset) corporeum esse asseruerat, tres disertos de Statu animæ libros posteritati reliquit, ad Sollium Sidonium Patricium scriptos. Nisi animum traheret è cælo.) Sic ferè Lact.

solet loqui: quod eorum redolet errorem, qui animā ex tertio cælo (ibi enim paradisum statuūt) in corpora detrudi crediderunt. Sed ne temerè nostrum autorem erroris insimulemus, non ipsum ignorasse arbitramur: & paulo inferius confitebitur ipse, ex ore, hoc est ex uirtute conditoris animam homini inspiratam fuisse. Instauit enim illi (ut Scriptura inquit) spiraculum uitæ. quod tamen quosdam de anima duntaxat uitali intelligere, non ignoro. Quia sub aspectum, & sub tactum.) Possent quidem etiam prior constare lectio, quæ nō ictū, sed tactū habet, nisi hæc Lucretiana uerba exprimeret. Sic enim habet:

Deniq; concidere ex animi terrore uidemus Sæpe homines, facile ut quiuis hinc noscere possit, Esse animā cum animo cōiunctā: quæ cū animi uic Percussa est, extra corpus propellit, & icit. Quod ex terra fuit, in terram resoluatur.)

Roborabimus Lactantij propositionem diuina Scripturæ autoritate. Sic enim postremo Ecclesiasticis capite legitur: Tunc reuertetur puluis in terram, sicut fuit: & spiritus redibit ad Deum,

qui dedit illum. Idem Lucretius.) Locis est lib. 2. paulo aliter hodie scriptus in editis nimis rum libris, hoc modo:

Cedit item retrò, de terra quod fuit ante In terras: & quod missum est ex ætheris oris, Id rursum cæli rellatum templa receptant. Sed uictus.) Hoc posset Lucretio obijci, si in posteriorib. id dixisset libris. Hoc uerò modo multo grauius peccat, cum id quod bene fuerat asseritum, mutata sententia corrumpit. Medica-

tum.) aromate conditum. Aegyptijs hic mos in primis fuisse legitur, sed cum multis tamē populis communis: id quod ex ipsius Christi sepultura manifestum est. Velut humor fracto uase.)

Quod etiam Lucret. dixit, his uersibus: Nunc igitur quoniam quassatis undiq; uasis Diffluere humorem, & laticem discedere cernis, Et nebula ac fumus, quoniam discedit in auras:

Crede animum quoq; diffundi, multoq; perire Ocyus, & citius dissolui corpora prima,

Cum semel omnibus ex membris ablata recessit. Quippe etenim corpus, quod uas quasi cōstituit, Quam cohibere nequit conquassat ex aliquare,

Ac rarefactum detracto sanguine uenis: Aere qui credas post hanc cohiberier ullo Corpore qui nostro rarus magis incohibescit.

Quoniam crescit.) Sequitur apud Lucret. Præterea gigni pariter cum corpore, & una Crescere sentimus, pariterq; senescere mentem.

Nam uelut infirmo pueri, teneroq; uagantur Corpore, sic animi sequitur sententia tempus. Inde ubi robustis adoleuit uiribus ætas,

Consilium quoq; maius, & auctior est animi uis. Post ubi iam ualidis quassata est uiribus æui Corpus, & obtusis ceciderunt uiribus artus,

Claudicat ingenium, delirat linguaq; mensq; Omnia deficiunt, atq; uno tempore desunt. Ergo dissolui quoq; conuenit omnem animam

Naturam, ceu fumus in altis aeris auras. Non est idem mens.) *ἀνάλυσις*, qua sepa rat partem à toto. Est enim mens pars animæ, siue *διωαμῖς*, quæ Græcis *νῶς* appellatur, *ἄρῃ* *νῶν*

voem, quem alij intellectum transferunt. Hac eadem solutio utitur infra de opificio hominis, cap. 18. Ceterum ipsum non de anima duntaxat utali loqui, sequentia docent. Et in furiosis mens.) Eadem ratio est in extaticis. Rapiens fortassis etiam in argumentum, quod mente captis medici praesidia etiam inuenerunt. Vel augetur.) Vnde opinor Augustino in mentem uenit, quod *αὐτὸ μὲν*, hoc est a luna, mentis non men deduxit, de Spiritu et anima cap. 11. quod luna instar augetur atq. minuitur: non ignorans interim, quod alij a *μηνίμω*, siue *μηνίμω*, alij ab emineo deduxerunt. De Trinitate lib. 14. dicit, infantis mentem se ipsam ignorare non posse, sed cogitare non posse. Ac discit anima.) Quod quidem discere Plato reminisci dixit. Et fenestus.) De quo in Catone Ciceronis a nobis dictum est. Citatur haec Democriti de Senectute calumnia, *αὐτὸ φανερὸν ἔστι σωματός, σωμαξέρον τῶν φρονέοντων γινώσκοντες δὲ, συγγενέσκοντες, ἢ ἐπὶ τὰ πρᾶγματα πάντα ἀμβλυώντες.* Sed si nimia.) Translatio. Verum eadem deminquit dolori.) Lucretius: Huc accedit uti uideamus, corpus ut ipsum suscipere immanes morbos, durumq. laborem: Sic animum curas acris, — et quae sequuntur. Idcirco igitur.) Abinstantia. Fabricatrix.) Sugillat illum Lucretij uersum: 30 Nam dolor ac morbus laeti fabricator uterq. est. Mors autem.) Secunda scilicet. Et obliuionem.) Exponit lethargum. Sic enim est apud Lucretium: Interdumq. graui lethargo fertur in altum, Aeternumq. soporem oculis, nutuq. cadenti. *ἀνθρώπων* autem, ut Celsus docet lib. 3. cap. 20. malum est phrenetidi contrarium: nempe mceror, et inexprugnabilis penè dormiendi necessitas. Latiorum quidam Vaternum nominat, de quo Caelius Rhodignius in Antiquis Lection. Galenus in Hiatro describit eodem quo Celsus modo: *ὁ δὲ ληθάργος φαντίου πάθος ἐστὶ τῆς φρονίτης. κατὰ φύσιν γὰρ ἐστὶ βαθεῖα, ἢ δυσσεύκλιτος, ἢ οἱ κἀμνοντες ἐκλευθωόμενοι πάντῃ ὅσα λέγουσι, &c.* Nam *αὐτὸ μὲν*, id est ab obliuione nomen habet: et ut ego arbitror, *αὐτὸ μὲν*, id est inerte. In certa corporis regione.) in cerebro. Lucretius porro: Et quoniam mens est hominis pars una, locoq. fixa manet certo, uelut aures atq. oculi sunt, &c. 50 Quia non citius.) Et prius esse sibi, &c. Tanquam.) Priori lectioni libentius subscri-

psirim, quae pro tanquam, quae habet. Quaecum materia sanguinis.) Anima non sanguis est, sed in sanguine, uitalis scilicet. Sanguinis enim fons cor est, officina hepar, meatus uena. Sicut lumen oleo.) Nihil hac similitudine efficiet, qua tamen etiam hodie uulgo utimur. Nam deficiente pingui liquore, uel materia, flamma luminis euanescit in auras. Si itaq. mens siue anima eodem modo extinguitur, sequetur, eandem dum exhalatur, euanescere. Solutio ergo quae ex causis atq. effectibus contrarijs ducitur, firmior est. Febrium calore.) Vnde *πυρετός* dicitur, praesertim si *καύσος* intelligas. Est enim febris (definiens Galeno) natui caloris in uehementiorem conuersio: *πυρετός ἐστὶ προπῆ ἐμφύτης δόξης ἕδρῃ τὸ καυσωδ' ἐσθραυ.* Quod si immortalis.) Paulo post. Ut anguis Gauderet.) Quomodo serpentes senectam exuat, lege Plin. lib. 8. cap. 17. Arist. lib. 8. de hist. animalium, cap. 17. et lib. 5. cap. 17. *γῆρας* etiam Graeci per *κατάχρησιν* nominant: et actionem ipsam Plinius uernare, sicut Aristot. *καίλυφθαι τὸ ἐαρθαι*: quam Nicander *ἦθον νεαρῶν* uocat. Gauderet.) Est et gaudium istius uernationis apud Nicandrum expressum. Adscribam ipsius uersus: (*σας μὴ δ' ὅτε ξιανήν φολιδώμ' ἀπὸ γῆρας ἀμύθη ἀναφοιτήσῃ νεαρῆν κελαρμῶνός ἦθον.*) Hos praceptor noster Eurici^o Cora^o sic trāstulit: Tunc etiam caueas horrendam quando senectā, Exutus serpens renouata pube resultat. Et haec quidem de uipera. Sed quae de sceniculo Plinius habet, eidem Nicandro debet. Sic enim apud Poetam legimus: (*ρας, — ὅτ' ἀναλέωμ φολιδώμ' ἀπὸ πρῶτος ἀπο γῆμῶν ἕδρῃ ἐξῶν, ὅτε φωλεῖν ἔαρι φθύγων ὀμμασι ἀμβλυώσῃ γῆρα τῶν δρπηξ βοσκηθεῖς, ὠκίω τε καὶ ἀγύγντα τίθησι.*) Cordus: Dum tepido sub uere suum modò liquerit antrū, Et caligante suo malè cernit lumine, sed cui Arrofus mox feniculi sua robora culis Atq. nouum reddit, qualis fuit antè, uigorem. Quomodo sciri potest.) *ἀνακόλπεθον.* Ingulat autem eos suo ipsorum gladio. Inquit enim Epicurus apud Laert. Mors nihil ad nos. Quod enim dissoluitur, sensu priuatur: quod aut sensu caret, nihil ad nos. Capiuntur igitur suo ipsorum dilemate. Mitescat. Mitescat, priores editiones maiori ratione habebāt: nisi forte operatū error est. Pythagorā.) De Pythagorā metempsychosi alibi opinor dictum est.

Declearavi (ut opinor) animam non esse solubilem: superest, citare testes, quorum autoritate argumenta firmentur. Neq; nunc prophetas in testimonium uocabo, quorū ratio & diuinitio in hoc solo posita est, ut ad cultum Dei, & ad immortalitatem ab eo accipiendam creari hominem doceāt: sed eos potius, quibus istos qui respuunt ueritatem, credere sit necesse. Hermes naturam hominis describens, ut doceret quemadmodū esset à Deo factus; hæc intulit: *καὶ τὸ αὐτὸ ἐξ ἀμορφῶν φύσεων ἦν τε ἀθάνατος καὶ ἦν θνητὸν μίαν ἐπίει φύσιν ἀβρώπτη, τὴν αὐτὸν πᾶν μὲν ἀθάνατον, πᾶν δὲ θνητὸν ποιήσας, καὶ ὅσον φθῶν ἢ μίση θείας καὶ ἀθάνατος φύσεως, καὶ ἦν θνητὸν, καὶ μεταβλητὸν κατεσίσατο, ἵνα ὄρωι ἅπαντα καὶ θαύμασθαι.* Sed hunc fortasse aliquis in numero philosophorum computet: quamuis in Deos relatus Mercurij nomine ab Aegyptijs honoretur, nec plus ei autoritatis tribuat, quàm Platoni, aut Pythagoræ. Marcus igitur testimonium requiramus. Polytes quidam consuluit Apollinem Milesium, utrum ne maneat anima post mortem, an resoluatur, & respondit his uersibus:

*Ψυχὴ μὲν μέχρι δ' ὀδμοῖς πῶς σῶμα κρατεῖται,
φθαρτὰ νοῶσα πᾶν θνητῶς ἀλγυδῶν ἐκεί.
ἠνίκα δ' αὐτὸν βροτῶν μετὰ σῶμα μαρῶν
ὀκίστω εὐρητοῦ δὲ ἀβρόα πᾶσα φορεῖται
Αἴην ἀγῆρα ὅσα μὲν δ' εἰς πᾶντα ἀτειχίς.
πρωτόγονο γὰρ ὅσον θεῶ δὲ μεταφερόνοια.*

Quid carmina Sibyllina: Non ne hoc ita esse declarant, cum fore aliquando denunciant, ut à Deo de uiuis ac mortuis iudicetur: quorum exempla paulo post inferemus. Falsa est ergo Democriti, & Epicuri, & Dicaarchi de animæ dissolutione sententia. qui profectò non auderent de interitu animarū mago aliquo præsentē disserere, qui sciret, certis carminib. cierejab inferis animas, & adesse, & præbere se humanis oculis uiderēdas, & loqui, & futura prædicere: & si auderent, ipsa & documentis præsentibus uincerētur. Sed quia nō uidebant animæ rationem quæ tam subtilis est, ut oculos humanæ mentis effugiat, interire dixerūt. Quid Aristoxenus, qui negauit omnino ullam esse animam etiam cum uiuit in corpore: sed sicut in fidibus ex intentione neruorum effici concordem sonum atq; cantum, quem musici harmoniam uocant: ita in corporibus ex compage uiscerum ac uigore membrorū uim sentiendi existere. quo nihil dici delirius potest. Verum ille oculos quidem habuit incolumes, cor tamen cæcum, qui uiuere se, & habere mentem, qua idipsum cogitauerat, nō uidebat. Sed plerisq; hoc philosophis accidit, ut putarent omnino non esse, quicquid oculis non apparet: etiam cum mentis acies multo clarior debeat esse quàm corporis, ad ea perspicienda, quorum uis ac ratio sentitur potius quàm uidetur.

COMMENTARIUS.

Testimonijs nō diuinis, sed ethnicis prophetijs animæ immortalitatem probat. (Diuinitio.) *προφορέων* intellige, quæ pars diuinationis est apud Ciceronem. Nec plus ei autoritatis.) De hoc mentis autoritate alibi nobis dictum est. Huiusmodi leguntur in Asclepio Apuleio interprete. Animal ergo homo non quidem est minor, quod ex parte mortalis sit, sed eo fortè aptius efficaciusq; cōpositus, ut ad certum rationē mortalitate auctus esse uideatur: scilicet qui utrūq; ubi ex utraq; materia sustinere non potuisset, ex utraq; formatus est, ut & terrenorū cultum, & diuinitatis posset habere delectum, &c. & paulo antè: Talesq; omnes esse præcepit ex utraq; natura in unam confundens, miscensq; quantum satis esse debuisset. itaq; hominem conformauit ex animi & corporis, id est æterna & mortali natura, itaq; animal ita conformatum utrique origini suæ satisfacere posset, & mirari atque orare cælestia, & æterna incolere, atque gubernare terrena. Polytes.) *Πολίτης* per se legitur denominandum: non ab appellatiuo *πόλις* *πολίτης* denominandum.

denominatiuum, sed à proprio ciuitatis nomine, ut Stephanus format, uel πολίτης, uel πολίτης. Est autem πόλις Stephano, Aegypti ciuitas. Milefium.) Milesius Apollo idem est qui Didymæus: & Milefium oraculum Branchidarum est appellatū: de quo lege Plin. lib. 5. cap. 29. Strabonem sub initium decimiquarti. Miletus λέγεται ἰωνία Ioniae ciuitas dicebatur. numeratur etiā ab Homero inter urbes Apollini sacras. Ἰχθυή.)
 10 Hos uersus utcunq; reddidimus:
 Donec corporeis anima est captiua tenebris,
 Lætiferos sentit morbos, obnoxia fati
 Aerumnis: sed cum soluetur corpore putri,
 Aethereas celeris confestim euadit in auras:
 Haud seniū sensura unquā, manet integra semper,
 Primum nata Deo id statuit prouidentia summo.
 Mago aliquo.) Intelligit νεγοματεύειν
 20 sue ἰχθυήειν, non quòd eam statuere uelit, sed ut indicet, suam sibi doctrinam pugnare, et quasi mutuis concidere conflictationibus. Regnū enim inter se diuisum, &c. Aristoxenus.) Cicero in primo Tuscul. quæst. Dicaearchus quidē & Aristoxenus, quia difficilis erat animi, quid aut qualis esset intelligentia, nullum omnino animum esse dixerunt. Idem aliquāto antè: Proximè autem Aristoxenus musicus, idemq; philosophus, ipse corporis intentionem quandā uelut in cantu & fidibus, quæ harmonia dicitur, sic ex corporis totius natura & figura uarios modos cieri, tan

quam in cantu sonos, &c. Memini me de hoc etiā prius ex isdem aliquid dixisse. Atq; rursus in eodem: Dicaearchum uerò cum Aristoxeno æquali & condiscipulo suo, doctos sane homines, omitamus: quorū alter ne cōdoluisse quidem unquam uidetur, qui animum se habere non sentiat: alter ita delectatur suis cantibus, ut eos etiam ad hæc transferre conetur. Fuit is Mnēsij (qui & Spintharus) Musici filius, Tarento Italiæ natus: comoratus autem Mantinæ, philosophus factus est, ad Musicam animum cum appulisset, minimè aberrauit. Auditor patris fuit, & clarissimi Erythræi. Postea Xenophili Pythagoræ: tandē etiā Aristotelis, in quem uita fundum contumeliosus fuit, eo quòd Theophrastum scholæ suæ successorē sibi uoluerat, cum uideret eum magnam sibi ex Aristotelicis auditorib; gloriā peperisse. Hæc ferè ex Suida. Addit, ipsum scripsisse & Musica, & Philosophia, historiasq; & in omni disciplinarum genere. Plutarchus, Quintilianus, Athenæus, Musica citant: Gellius, Pythagoram: Hieronymus, catalogū de Viris illustribus, Stobæus Apophthegmata & apophases. Errauit igitur Eusebius qui eum sub Tullio Hostilio posuit, Olymp. 29. cum floruerit (etiā Suida cōfistente) Olymp. III. Alioqui sequeretur, ipsum multis annis antecessisse ipsum Pythagoram. Hæc diutius immorari uolui, cum uita eius nuppiam, quod ego scia, extet.

De mundi temporibus primis & postremis. CAP. XIII.

30 QVoniā de immortalitate diximus animæ, sequitur ut doceamus quatenus homini, & quādo tribuatur: ut in hoc quoq; prauitatis ac stulticiæ suæ perspiciat errores, qui mortales, quosdā decretis placitisq; mortaliū deos esse factos opinantur: uel quòd artes inuenerant, uel quòd usum quarundam frugum docuerant, uel quòd utilia uitæ hominū prodiderant, uel quòd immanes bestias interemerant. Quæ merita quā longè ab immortalitate semota sint, & docuimus in prioribus libris, & nunc docebimus, ut appareat solam esse iusticiam, quæ uitam homini pariat æternam, & solum Deum, qui æternæ uitæ præmiū largiatur. Nam illi qui suis meritis immortales facti esse dicuntur, quia nec iusticia, nec ulla in his uera uirtus fuit, non immortalitatem sibi, sed mortem peccatis ac libidinibus quæserunt: nec cœleste præmiū, sed inferna supplicia meruerunt, quæ pendent simul cum ijs omnibus qui eos coluerunt. cuius iudiciū propinquare tempus ostendam, ut & iustis merces digna soluatur, & pœna merita impijs irrogetur. Plato, & multi alij philosophorum, cum ignorarent originem rerum, supremumq; illud tempus, quo mundus esset effectus, multa millia seculorum fluxisse dixerunt, ex quo hic pulcherrimus mundi extiterit ornatus: sicuti fortasse Chaldæi, qui (ut Cicero tradidit in libro de Diuinatione primo) quadringenta septuaginta millia annorū monumentis comprehēsa se habere delirant. in quo, qui se posse argui non putabant, liberum sibi crediderunt esse mentiri. Nos autē, quos diuinę literæ ad scientiam ueritatis erudiunt, principiū mundi, finemq;

M 2 cognoui-

cognouimus, de quo nunc in fine operis differemus, quoniam de principio in secundo libro explicauimus. Sciant igitur philosophi, qui ab exordio mundi seculorum millia enumerant, nondum sextum millesimum annū esse conclusum: quo numero expleto, consummationem fieri necesse est, & humanarum rerum statum in melius reformari. cuius rei argumentum prius est enarrandum, quo ratio eluceat. Mundum Deus, & hoc rerum naturæ admirabile opus (sicut arcanis sacrae Scripturae cōtinetur) sex dierū spacio cōsummauit, diemq̄ septimum, quo ab operibus suis requieuerat sanxit. Hic est aut̄ dies sabbati, qui lingua Hebraeorum à numero nomen accepit: unde septenarius numerus legitimus ac plenus est. Nam & dies septem sunt, quibus per uicem reuolutis, orbis conficiuntur annorum, & septem stellæ quæ non occidunt, & septem sidera, quæ uocantur errantia: quorum dispares cursus, & inaequales motus rerum ac temporum uarietates efficere creduntur. Ergo quoniam sex diebus cuncta Dei opera perfecta sunt: per secula sex, id est annorum sex millia manere in hoc statu mundū necesse est. Dies enim magnus Dei mille annorum circulo terminatur, sicut indicat Propheta qui dicit: Ante oculos tuos Domine, mille anni, tanquā dies unus. Et ut Deus sex illos dies in tantis rebus fabricandis laborauit, ita & religio eius & ueritas in his sex millibus annorū laborare necesse est, malicia præualente ac dominante. Et rursus quoniam perfectis operibus requieuit die septimo, eumq̄ benedixit: necesse est, ut in fine sexti millesimi anni malicia omnis aboleatur e terra, & regnet p̄ annos mille iusticia, sitq̄ tranquillitas & requies à laboribus quos mūdus ita diu perpeffus est. Verū quatenus id eueniat, ordine suo explicabo. Sæpe diximus minora & exigua, magnorum figuras & præmonstrationes esse, & hūc idem nostrū, qui ortu solis occasuq̄ finitur, diei magni speciem gerere, quem circuitus annorum mille determinat. Eodem modo etiam figuratio terreni hominis cœlestis populi præferebat in posterū fictionē. Nam sicut perfectis omnibus quæ in usum hominis molitus est Deus, ipsum hominem sexto die ultimum fecit, eumq̄ induxit in hunc mundum, tanquam in domū iam diligenter instructam: ita nunc sexto die magno uerus homo uerbo Dei fingitur, id est sanctus populus doctrina & præceptis Dei ad iusticiam figuratur. Et sicut tunc mortalis atq̄ imperfectus e terra fictus est, ut mille annis in hoc mūdo uiueret: ita nūc ex hoc terrestri seculo perfectus homo fingitur, ut uiuificatus à Deo, in hoc eodē mūdo per annos mille dominetur. Quomodo aut̄ cōsummatio futura sit, & qualis exitus humanis rebus impendeat, si quis diuinas literas fuerit scrutatus, inueniet. Sed & seculariū prophetarū cōgruentes cū cœlestibus uoces finē rerū & occasum post breue tēpus annunciant, describentes quasi fatiscantis & dilabētis mūdi ultimā senectutē. Quæ uerò à prophetis & uatibus futura esse dicantur, prius quā superueniat extrema illa conclusio, collecta ex omnibus & coaceruata subnectam.

C O M M E N T A R I V S.

Exegetica ferè sequentia sunt. Inscriptio huius septimi libri est, de Diuino præmio. Præmium aut̄ illud non huius, sed futuræ uitæ est. Futuram autē uitam esse aliam, & eam æternā, hætenus contra eos docuit, qui inter Gentiles animæ immortalitatem negauerūt. Docebit deinceps, ubi præmium illud sit expectandum: in qua tamen re Chiliastrarum erroribus (quod iam sæpe monuimus) se parum cautus inuoluit, non pertinaci & factioso spiritu: sed quia temporum occasione morbum hunc quasi hæreditario cum hausisset, solido cœlestis

sapiētiae iudicio carens, à uero aliquantulū aberrauit, Sibillynis et aliorū oraculis, ut quidā uolūt, deceptus. Ipse facilius erroris ueniā merebitur, q̄ nostri Chiliastra, qui dominādi libidine Chiliadis tēpus cōiecturis quibusdā accelerasse rati, Chiliarum imperium inuadere sunt ausi, satis tyrannicū & cū Dauides se simularent, quouis Saule crudeliores erāt futuri, nisi Christus ipse (cuius hoc regnū unius est) maiestatis suæ rationē habēs, atq̄ Ecclesie suæ cōsulens, ipsos imperio intercepto, temerarijs ausis excussisset. Miror interea animis obscuris

Parum certa sunt omnia, quæ Laetantius ab hoc 14. capite ad calcem usq̄ libri de fatalibus illis temporibus ex Chiliastrarū sententia scribit.

obscuris tantū inesse fiducia, quantū Theuda à Luca, Iosepho, & Eusebio fuisse memoratur. Heroici omnino animi, sed digni, qui dextrè sua fortitudine fuissent usi. Et eo diutius in hac commemoratione persisto, quòd hoc adeò malum nō multis retrò annis sub Evangelicæ doctrinæ prætextu in nostra Rep. sopitū diu, tandē erupisset. Anno à Christo nato M. D. XXX. municeps quidam nostras, cui nomen Augustinus Vueber, arte pellico, Chiliarchiæ imperiū sibi sumere fuit ausus: qui cū in somnioriū quæ referebat, præstigij quorundam animos in spem regni erexisset, cæcitus in horum quodam (unde postea Catabaptistæ apud nos Hortulani, siue Hortensij fratres compellari consuevère) factitabat. Detecta post coniuratione, urbe cum cessissent, in ducatu Vuirtenbergensi in oppido Blauborn, pœnas temeritatis pependērūt. Triennio post maiori periculo in urbe Vuestphaliæ, Monasterio, Iohannes Leyden, sartorij artificij homo, cū totius ciuitatis interitu temeritatis pœnam persoluit. Historia notior est, quàm quæ multis referri debeat. Postremò, iam nescio quis tertius David, Israelis thronum occupare satagit. Quare magna est inter Millenarios siue restitutionis Israelicæ expectatores differētia. Nā antiqui, simplici Scripturæ ignorantia ex Sibyllinis partim, partim alicudē cōcepta opinione, sine pertinaci erroris defendendi studio hallucinati sunt: nostri, uel dominandi libidine, uel licetiosæ cuiusdā libertatis amore pulsati, tranquillitatem Christianā turbant. Huius dogmatis autor primus fuisse legitur, Iohannes senior, qui epistolas canonicas scripsisse putatur: cui maior ob hoc ipsum fides habetur, quia tēpore Apostolorū uixit, & doctrinā suā ad uicij ipsorū doctrinā retulit. de quo Iustinus Martyr aduersus Tryphonē Iudæū, ita scribit: ὅτι καὶ πᾶρ ἡμῶν αὐτῆς πρὸς ὁνομαζομένου, καὶ τῆς ἀρχαίας τῆς χιλίας ἐτη ποιήσῃ ἐν ἰερουσαλήμ αὐτῶν ἡμετέρω χριστῶ πρὸς αὐτὰς πρεφίτου διὰ καὶ μετὰ ταῦτα τῆς λαβολικῆς, καὶ σωερίων φάσαι, αἰωνίαν ὁμοθυμαδὸν ἅμα πᾶν τῶν ἀσέσσι γρησέσθι, καὶ λείσσι. Hic Papiæ Hieropolitani episcopi præceptor fuit, de quo Hieronymus in Catalogo scriptorū Ecclesiasticorū sic scribit: Hic dicitur mille annorū Iudaicam edisse δολωρῶσι: quem secuti sunt Irenæus & Apollinarius, & ceteri qui post resurrectionem aiunt in carne cum sanctis Dominum regnaturū. Sunt qui Cerinthū huius autorē faciūt, hominem qui uetris causa nihil nō faciebat, libidinibus & uoluptati profusus deditus. Tertullianus quoq; in li-

bro de spe fidelium, & Victorinus Pictaniensis, & Lactātius hac opinione ducuntur. Nec desunt, qui ipsum etiā Hieronymum huius erroris insimulant. Memoratur etiā ab Eusebio Nepos quidā Chiliasta, lib. 7. cap. 23. Eusebij uerba hæc sunt: νεπὼς λῶ ἐπίσκοπος τῶν λατ' ἀγγυπῶν, ἐσ δαινώτορον τῆς ἐπαγγελίας τοῖς ἀγίοις γν ταῖς δέσσις γραφαῖς ἐπαγγελίας ἀρδύσσεσθι δὲ δάσκων, καὶ τινα χιλιάδ' αὐτῶν τρουφῆς σωματικῆς ἡδὲ φησὶς ταύτης ἐσσεσθι ὑποπιθῆμεν. Theodoretus lib. 3. Fabularū hereticarum, in alijs quidē omnib. cōuenisse cum dogmatibus ecclesiæ scribit, in diuinis aut promissionibus errasse, ut qui eas in terra futuras crederet, & cibum & potū & festa Iudaica, & mille annorum ambitus qui in his insumerētur: aduersus eum scripsisse Dionysium Alexandrinū episcopū. Contra Chiliastas illos antiquos scripsit etiā Augustinus lib. de Ciuitate Dei 20. cap. 7. 8 & 9. qui tamen & ipse se aliquando fuisse fatetur in hoc errore. Quin Iustinus Martyr, cuius testimonij iam supra aduersus Tryphonē citauius, de hoc Esaiæ locū intelligit, qui est cap. 65 & 66. ἐγὼ δὲ καὶ ἐπι-νὲς εἰσι ὁμογενῶμονδ' ἡ πάντα χριστιανοί, καὶ σαρκῶς ἀνάσσει γρησέσθι. ἡδὲ καὶ μετὰ, καὶ χιλία ἐτη γν ἰερουσαλήμ οἰκοδομηθήσῃ καὶ πλαθωθήσῃ οἱ προφῆτ' ἐσσεσθι καὶ ἡσάσας πρὸς τ' χιλιονταεταεῖδδς ταύτης ἐπ' ἡσάσας γὰρ ὁ ἔρανος καενός, καὶ ἡ γλυκαίη, καὶ ἡ μὴ μνηδῶσι τῶν πτωτέρων, τῶ δὲ μὴ ἐπ' ἔλθῃ αὐτῶν ἡδὲ τῆς λαοδίαυ, ἀλλ' ὄφροσ λῶ καὶ ἀγαλλίαμα, & ὄφροσσι γν αὐτῆς, ὅσα ἐγὼ ἐπίσσω, ὅτι ἰδὲ ἐγὼ ποιῶ τῆς ἰερουσαλήμ ἀγαλλίαμα, καὶ τ' λαόν μου ὄφροσ κῶν, καὶ ἀγαλλίασσομαι ἡδὲ τῆς λαῶν μου καὶ ἐπ' ἡ μὴ ἀκκαδῆ γν αὐτῆς φωνῆ λαυθμῶ, ὅδὲ φωνῆ λαυθμῶ, καὶ ἡ μὴ γρησέσθι ἐπ' ἐκ ἀσέσσι ἡμῶν καὶ πρὸς ἐσθῆτης ὅδ' ἐκ ἐμπλήσει τ' χρόνου αὐτῶ. ἐσαὶ γὰρ κτός ὁ ἦος ἐκατ' ἐτῶν. ὅδὲ ἀρθησ κωμ ἀμαρτωλός ἦος ἐκατ' ἐτῶν. ὅδὲ ἡδὲ κατὰ τατος ἐσαὶ, & οἰκοδομηθήσῃ οἰκίας, καὶ αὐτοὶ γνοικῆσσοσι, καὶ λατφοτ ὄφροσσι ἀμπελῶνας, καὶ αὐτοὶ φάγωνται τὰ γρημάτα αὐτῶν, καὶ τ' οἶνον πίνωνται, καὶ μὴ οἰκοδομηθήσσοσι, καὶ ἄλλοι λατοκεύσσοσι, καὶ ἡ μὴ φυτεύσοσι, καὶ ἄλλη φάγον. ἡ γὰρ τῆς ἡμέρας τῶ φύλδ φλ ζῶνς καὶ ἡμέρας τ' λαδ' ἐσσοσι τὰ ὄφρα τῶ πόνω αὐτῶν πλεονάσσοσι. οἱ ἐκλεκῆσσι καὶ ἡ μὴ πόνεσσοσι ἐς καενόν, ὅδὲ τρησσοσι ἐς καταρῶν, ὅτι σαδρμα δίκαιου καὶ δὲ λογηθῶν ὑπο λυεῖς ἐσσοται, καὶ ἔχονα αὐτῶν μετὰ αὐτῶν. καὶ ἐσαὶ πρὶν ἢ ἐκκραφαὶ αὐτῶς. ἐγὼ ἐπακῶσσομαι αὐτῶν.

αὐτῶν, ἢ τὶ λαλῶντων αὐτῶν ἔρω τί ἐστι, τότε λυ-
 νοὶ καὶ ἀρνεῖς ἀμα βοσκῆσονται, καὶ λέων ὡς
 βῆς φάγεται ἀχρῆα, ὄφις δὲ γλῶσσαν ἀρτοῦ,
 ἐκ ἀδικήσασιν, οὓς δὲ λυμονῶνται ὑπὸ τοῦ
 ὄφει τοῦ ἀγίου. **Quin** ἀρχαλὺν νεως locum
 de caelo nouo & terra noua intellexit historice.
 quod fidem eò facilius mihi facit, quod ipse & Ire-
 naeus illum librū interpretati esse dicuntur. Epi-
 phanius lib. 3. Tomo. 2. contra Chiliaftas scribit,
 minimè quidem illos acerbis infectatus, ne for-
 tē in Apostolos stylum stringere uideatur, qui et
 ipsi uanā spem de restitutione regni Israelitici cō-
 cepisse uidentur: ut filij Zebedaei, ut Cleopas Lu-
 cae 24. qui dicit, se sperasse Dominū eum esse qui
 redempturus esset Israel. & in Act. ex Domino
 quaerunt, Num in tempore hoc restitutus es-
 set regnū Israel? ubi Dominus nō quidem id ne-
 gat, sed dicit, nō ipsorum esse nosse tempora. Non
 quidem definite de mille annis sciunt, sed indefi-
 nitè regnū Israelis restitutum iri non impiè sperāt.
 Urbanus Reginus (uir nostro seculo de Ecclesia
 Christi bene meritus, & primus ferè in urbe no-
 stra sinceræ ueritatis præco) reliquit contra Mo-
 nasterienses librū, quē edidit in Cella Saxonica.
 Haftenus auditum est, unde ueteres Chiliaftæ,
 unde noui occasionem sui erroris sumpserint, &
 quomodo ipsi Apostoli aliqua opinione instauran-
 di regni Israelitici imbuti fuerint. Nūc audiemus,
 quid docti nostro quoq; tempore de ijs sentiant,
 Sebastiani nimirum Castalionis & Hieronymi
 Vuolsij, iudiciū: χιλιονταεταρις ποδι διεφοδι-
 κῶ τῶρον ὁ λαυκῆντι, καὶ οἱ μὲν πλείστοι τὰς
 μαντείας ταύτας λατῶ ἀλλυγοῖαν ἐκδέχον-
 ται, ὁ δὲ κασταλίωυ καὶ ἰσοῖαν, ἐκ τῶτος πε-
 πλανηδῶ φάσκωυ οὓς θεολόγους, ὅπι γυρονέ-
 ναι ἠγνῶσας ἠδ' ἡ τὰ ἐπι γημισόμνα. Haec Hier.
 Vuolsius mihi cōmunicauit, pro suo erga me can-
 dore. **Decretis.**) Nam in XII. Tab. lex erat,
 qui nam apud Romanos essent colendi: Romanis
 nempe, ne peregrinos ullos, præter Faunum, cole-
 rent, à Romulo fuit interdictū. **Vel quod**
artes.) De ueterum ἀρθεώσει, quia in primis li-
 bris satis dictū est, in præfenti ijs nihil addam: ni-
 si quod te remittā ad Gulielmū Postellum, qui in
 3. de Orbis cōcordia libro de ea præclare differit.
Plato & multi.) Apud Platonem in Timæo
 inducit Sacerdotem Aegyptium, cum Solone col-
 loquia ferentē, qui inter cætera ait, Athenas Græ-
 corum & Sain Aegyptiorū urbem ab eadem Pal-
 lade conditas, illam nouem, hanc octo annorum
 millibus ante sua tempora. Et ne sim hic ambitio-
 sè uerbosus, remitto te ad Augustinum, qui lib. de

Ciuit. Dei 12. cap. 10. de uanis annorum myria-
 dibus contra Apuleium, & Alexandri ad Olym-
 piadem matrem epistolam scribit. **Quo loco** ea
 quæ hic annotari poterant, diligenter annotauit
 Ludouicus Viues, cui suum honorem suffurari ini-
 quissimum esse iudico. **Cicero.**) Sub initiū
 primi libri scribit, Aegyptios innumerabilibus pe-
 nē seculis post Chaldaeos in arte diuinandi fuisse
 consecutos. Locus quē Cicero citat, hic est: Con-
 temnamus etiam Babylonios, & eos qui è Cau-
 caso cæli signa seruantes, numeris & motibus
 stellarum cursus persequuntur. **Condemnemus,**
 inquam, hos aut stulticiae, aut uanitatis, aut impu-
 dentia, qui CCCCCLXX. millia annorum, ut
 ipsi dicunt, monumentis comprehensa continent:
 & mentiri iudicemus, nec seculorum reliquorum
 iudicium, quod de ipsis futurum sit, pertimescere.
Quæ illa monumenta sunt, docet in 2. his uerbis:
 Nam quod aiunt, quadringenta septuaginta mil-
 lia annorum in periclitandis experiundis & pne-
 ris quicunq; essent nati, Babylonios possuisse, sal-
 lunt. **Platonis & Ciceronis uestigia inuenies ca-**
10. lib. 2. apud Macrob. de Somnio Scip. De-
lirant.) Nam, ut idem Cic. eodem lib. ait, non
 omnis error stulticia dicenda est. **Nos au-**
tem.) Hunc locum notat Theodorus Biblian-
 der, in Fideli sua relatione: post quem quicquam
 dicere, superfluum esse iudico. Et ualere iubebi-
 mus quorundam hodie coniecturas, æque ferè ut
 Chiliaftarum ridiculas. **Septem stellæ.**)
 Vræ scilicet maioris, de quibus lege Aul. Gell.
 lib. 2. cap. 21. **Errantia.**) πλανηταί. Sed
 Macrobius de Somnio Scipionis lib. 1. cap. 6. Sep-
 tentarij numeri perfectionem & mysterium ple-
 nissimè prosequitur: & Gellius ex Varronis sen-
 tentia, lib. noct. Attic. 3. cap. 10. Lege etiam Ce-
 lium Rhodig. in Antiquis Lect. cap. 56. & lib. 12.
 & ex Ecclesiasticis scriptoribus præcipuè consu-
 lendus est Basilius, homilia 11. Hexamerōn, qui
 multa atq; præclara septenariae perfectionis ex-
 xempla recitat. Quibus adde, quod Philo Iude-
 us septimi mensis foetus uitales propterea dicit,
 quod Isaac septimo mense est editus. **Dies**
enim magnus.) Apocalyps. 6. & 16. Hier.
 30. Iob. 2. Sed aliud nihil est intelligendū, quā
 dies Domini, ut Euāgelistæ & Paulus appellant.
Ante oculos tuos.) Petrus epistola altera,
 cap. 3. aduersus impios & Pseudoprophetas, &
 haud dubiè aduersus Cerinthum, hæc dixit: qui
 fortassis hoc Dauidicum in diuersam sententiam so-
 torferat. unde Chiliaftæ hoc dictum (ut ex La-
 etantio, atq; item Augustino patet) postea sem-
 per

per in ore habuere. Est autem locus Psalmo 89. Lactantius Davidis & Petri *ἐκ πόσος* commiscuit. Sed siue Davidē, siue Petrū respicias, alius est horum uerborū sensus. Significat enim, Deū esse *ἀγαπῶν*, & quod hodie dicere solemus, non aufertur quod differtur: & Petrus se certē pulchrè explicat, Ezechielis uerba continuans, Dominum uidelicet aduentū suum non dilaturū esse. Est enim quasi præoccupatio obiectionis. Augustinus concedit illorum opinionē fore utcumq; tolerabilem, si aliqua delitiæ spirituales in illo sabbato adfuturæ sanctis per Domini præsentia crederentur. Nam se quoq; hoc aliquando fuisse opinatum: sed cum eos qui tūc resurrexerint, dicant immodestis carnalib; uacaturos, in quibus cibus sit tantus ac potus, ut non solum nullam modestiam teneant, sed modū quoq; ipsius incredulitatis excedat: nullo modo ista posse nisi à carnalib; credi. Quibus uerbis Cerinthū uel Cerinthianos esse

notatos, facile animaduertet, qui ea quæ Epiphanius, & ante eum Irenæus de ipsorū moribus scripserunt, cum Augustino contulerint. Quo exemplo certē nostri Cerinthiani multos à sua factione, si sciperemus, alienare deberēt. Dormitatores hodie, qui animas defunctorum quiescere asserūt, hoc Petri testimonio multa Scripturæ testimonia eludere satagūt: ueluti est illud, quo Christus Latroni dixerat: Hodie eris mecum in Paradeiso. quibus Calvinus in sua Psychopannychia dignis respondet modis. Quod si ita argumentari, uel cauillari potius, pergent, amorū Chiliadē respiciēt: dabitur, cum nobis dicitur, Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra. Sed in eos tum rectē Petrus hoc Davidicū retorquetur, Dominū non tardaturū esse: apud quem mille anni unius diei instar sint futuri. Die septimo.) Quis uerus sabbatismus sit, cum Catholicorum nemo sit qui ignoret, & error hic à multis est confutatus, silentio iam hic præteribo.

De mundi uastatione, & mutatione imperiorum: de liberatione electorum, & reprobatione impiorum: quòd Romanum imperium delabitur, quòd in Asiam summa potestas reuertetur: quibus etatum gradibus Roma creuerit & defecerit. CAP. XV.

Est in arcanis sanctarum literarum, transcendisse in Ægyptum, cogentē inopiare i frumentaria, principē Hebræorū cum omni domo & cognatione. Cuius posterī, cum diutius in Ægypto commorātes, in magnā gentē creuissent, & graui atq; intolerando seruitutis iugo premerentur, percussit Ægyptū Deus insanabili plaga, & populū suum liberauit, traductū medio mari discisis fluctibus, & in utranq; partē dimotis, ut per siccū populus graderetur. Conatusq; rex Ægyptiorū profugos insequi, coeunte in statū suū pelago, cum omnib; copijs interceptus est. Quod facinus tā clarū tamq; mirabile, quamuis ad præsens uirtutē Dei hominibus ostenderet: tamē præsignificatio & figura maioris rei fuit, quā Deus idē in extrema temporū contuminatione facturū est: liberabit enim plebē suā de graui seruitute mundi. Sed quoniā tunc una plebs Dei, & apud unā gentē fuit, Ægyptus tunc sola percussa est. Nunc autē, quia Dei populū ex omnibus linguis congregatus, apud omnes gentes commoratur, & ab his dominātibus premitur, necesse est, uniuersas nationes, id est orbem totū cœlestibus plagis uerberari, ut iustus & cultor Dei populus liberetur. Et sicut tunc signa facta sunt, quibus futura clades Ægypti ostenderetur: ita in ultimo fient prodigia miranda per omnia elementa mundi, quibus imminens exitus uniuersis gentibus intelligatur. Propinquante igitur huius seculi termino, humanarū rerum statū commutari necesse est, & in deterius nequitia inualescente prolabi: ut etiam nostra hæc tempora, quibus iniquitas & malicia usque ad summum gradum creuit, in illius tamen insanabilis mali comparationem felicia, & propè aurea possint iudicari. Ita etenim iusticia rarefcet, ita impietas, auaricia, & cupiditas, & libido crebescēt: ut si qui tum fortē fuerint boni, prædæ sint sceleratis, ac diuexentur undiq; ab iniustis: soli autē mali opulenti sint, boni uerò in omnibus contumelijs atq; in egestate iacentur, Confundetur omne ius, &

leges interibunt. Nihil quisquam tunc habebit, nisi aut quaesitum, aut defensum manu, audacia & vi omnia possidebunt. Non fides in hominibus, non pax, non humanitas, non pudor, non ueritas erit: atque ita neque securitas, neque regimen, neque requies à malis ulla. Omnis enim terra tumultuabitur: frement ubique bella: omnes gentes in armis erunt, & se inuicem oppugnabunt. Ciuitates inter se finitimae praeliabuntur: & prima omnium Aegyptus stultarum superstitionum luet poenas, & sanguine uelut flumine operietur. Tunc peragrabit clades orbem, metens omnia, & tanquam messem cuncta prosternens. Cuius uastitatis & confusiois haec erit causa, quod Romanum nomen quo nunc regitur orbis (horret animus dicere: sed dicam, quia futurum est) tolletur de terra, & imperium in Asiam reuertetur, ac rursus oriens dominabitur, atque occidentis seruiet. Nec mirum cuiquam debet uideri, si regnum tanta mole fundatum, ac tandiu per tot & tales uiros auctum, tantis denique opibus confirmatum, aliquando tamen corruet. nihil est enim humanis uiribus laboratum, quod non humanis aequè uiribus destrui possit: quoniam mortalia sunt opera mortalium. Sic & alia prius regna cum diutius floruisissent, nihilo minus tamen occiderunt. Nam & Aegyptios, & Persas, & Graecos, & Assyrios, proditum est, regimen habuisse terrarum: quibus omnibus destructis, ad Romanos quoque rerum summa peruenit. Qui quanto ceteris omnibus regnis magnitudine antestant, tanto maiore decident lapsu: quia plus habent ponderis ad ruina, quae sunt ceteris altiora. Non incite Seneca Romanae urbis tempora distribuit in aetates. Primam enim dixit infantiam rege Romulo fuisse, à quo & genita, & quasi educata sit Roma: deinde pueritiam sub ceteris regibus, à quibus & aucta sit, & disciplinis pluribus institutisque formata: at uerè Tarquinio regnante cum iam quasi adulta esse coepisset, seruitium non tulisse & reiecto superbae dominationis iugo maluisse legibus obtemperare, quam regibus: cumque esset adolescentia eius sine Punici belli terminata, tum denique confirmatis uiribus coepisse iuuenescere. sublata enim Carthagine, quae tandem aemula imperii Romani fuit, manus suas in totum orbem terra marisque porrexit: donec regibus cunctis & nationibus subiugatis, cum iam bellorum materia deficeret, uiribus suis male uteretur, quibus se ipsa confecit. haec fuit prima eius senectus: cum bellis lacerata ciuilibus atque intestino malo pressa rursus ad regimen singularis imperii recidit, quasi ad alteram infantiam reuoluta. Amissa enim libertate, quam Bruto duce & autore defenderat, ita consenuit, tanquam sustentare se ipsa non ualeret, nisi adminiculo regentium niteretur. Quod si haec ita sunt, quid restat, nisi ut sequatur interitus senectutis? Et id futurum breuicutiones prophetarum denunciant sub ambage aliorum nominum, ne facile quis intelligat. Sibyllae tamen aperte interituram esse Romam loquitur: & quidem iudicio Dei, quod nomen eius habuerit inuisum, & inimica iusticiae alumnum ueritatis populum trucidarit. Hydaspes quoque qui fuit Medorum Rex antiquissimus, à quo annis quoque nomen accepit, quod nunc Hydaspes dicitur, admirabilis omnium sub interpretatione uaticinationis pueri ad memoriam posteris tradidit, sublatum iri ex orbis imperium, nomenque Romanum multo ante profatus quam illa Troiana gens cederet.

C O M M E N T A R I V S.

Vatem Lactantius hoc capite, atque etiam sequenti agit, coniectura opinor, ex signis à Christo praedictis accepta. De quo audiamus Bibliandrum censorem, qui in Fidei sua relatione, ubi Christi comminationes recensuit, de hoc Lactantij loco pronunciat his uerbis: Quam horrendam tempestatem nouissimi temporis Lactantius Firmianus impendere metuit impe-

rante Constantino magno, de cuius donatione tam gloriose mentiuntur Papistici. Et quia uir pariter sanctissimus & eloquentissimus haec nostra tempora graphice depingit, non sine nummi spiritus melioris, quando iam primum Syluester Rom. pontifex moliri coepit fundamenta Pontificiae monarchiae, & reperta clauis abyssi puteum aperuit, ex quo locustae prodierunt, & ex locustis

locustis rex locustarum Pseudochristus: non uideatur eius uerba pratermittenda esse, propinquante iniqui huius seculi termino, &c. Est in arcanis.) Gen. 46. Conatusq; rex.) Exodi 14. Tamē præsignificatio.) Aegyptū secularis & peccatrici uitæ typum esse, totus Theologorū cōsensus affirmat. Quamuis ad præsens.) Quicquid scriptū est, in nostrū usum est scriptū: et id tam *σοφιστικῶς* quam *ἀλλογενῶς*, quatenus historica sunt. Leges interibunt.) Peribunt, aliās. Manu.) Male, alij legunt: sed hæc lectio mihi magis probatur. Non fides.) Lucæ 18. Vbiq; bella.) Aliās, undiq; Math. 24. Mar. 13. Luc. 21. Clades orbē.) aliās, gladius. Metens omnia.) Apoc. 14. Iohel. 3. Romanum nomen.) Hoc Sibyllinū est, *ἔσται φάμην ῥώμης*. Et Romanū imperiū ab ipso Syluestro pontifice extinguitur est. Verūm ne autoritas & uaticinium Lactantij uilescat apud eos qui nihil sacrū ac saluū esse iudicant, nisi quod ipsi approbauerint: ij forte admittunt Ambrosianū Ecclesiasticū (ut ipsi uocant) autorem. is in epistola ad Thessalon. altera, ca. 2. idē dicit de imperio Romano futurū: Nō prius ueniet Dominus, quān regni Romani desectio fiat, & appareat Antichristus, si interficiet sanctos. Et imperium in Asia.) Hoc nō potest de trāsata Byzantium à Cōstantino sede intelligi. Id enim in præsenti, nō in futuro debebat dicere. historia siquidē, nō uaticiniū fuisse. Machumeticū ergo imperium est intelligendū, ita ut ex prætēritis facile colligas, Lactantium in futurum quoq; prophetam ueracē fore. Nec profectō procul absumus à fine: quare capita nobis erigenda sunt. Si tanta mole.) Videtur respexisse ad illud Vergilianum: Tantæ molis erat Romanam condere gentem. Aegyptios.) Nō hoc agit, ut monarchias uel apud Danielē uel in Apocalypsi significatas recēseat, in quibus Aegyptiacū no est, neq; Gracū aliud quā Macedoncū: deinde licet populus Dei Aegypto atq; Assyrio seruiert, à Persa tamē atq; Macedone fuerunt tuti. Alioqui erat etiā Antiochus hic numerandus. Quare autor hoc tantū facit, ut exemplo ostendat, Romanā potentiā posse interire, quia florentissima orbis imperia conciderunt. Est autē quasi quædā per partū enumeratiōnē inductio. Nō incitē Seneca.) Apud

Senecā hodie nihil tale inuenio. nō dissimilia uerō leguntur apud Bedā de temporib. cap. 66. Est autē elegans analogiæ exemplum, simile illi quo Eratothenes & Pythagoras uitam humanam anni partibus conferebant. Maluisse legibus.) Prosonomasia uenusta. Quasi ad alteram infantiam.) Iuxta prouerb. Bis pueri senes. Lucian. *τῆ τε ψυχῆ, ἢ τῶν προμύων, πῶς πάλιν γε γονῶς*. Conciones prophetarū.) Daniel & Iohannes Aliorum nominum.) animalium & cornuum. Sibyllæ.) De hoc infra cap. 25. Hydaspes.) Indorū, non Medorū legendū esse crederē, admonēte ipsa fluminis historia, nisi Vergilij quoq; autoritas obstaret. apud hūc enim in 4. Georg. legitur: Lydia nec populi Parthorum, aut Mædus Hydaspes, ubi Pomp. Sabinus hūc Mediæ filiū dicit, è prima India fluentē. Quid quod Boccatus quoq; in lib. de Fluminib. hanc lectionē sequutus uidetur? Nabatheū Sidonū appellat. apud Plut. *πῶδι ποταμῶν* siue fabula siue historia narratur, de Chryssippo quodā, cuius cōgressu cū rex interuentu nutricis potiri nō posset, iratus rex anui, cōprehēsam eam suffocauit. Quæ ex re merore affectus, se ipsum in Indū fluuiū præcipitē dedit: unde fluuius nomē regis sortitus est. Sed quur nō potius ipsius autoris uerba adscribo? *ὑδάσπης. ἔρυσσιππυ ἑστὰ μιλῶν ἀφροδίτης εἰς ἠδθυμῶν ἐμπροσθε τῆ γηνισσαντος ὑδάσπης, κὶ μὴ ἐγγυσε οὐδὲ πῶδ φῶσιν ὄρωτας, νυκτὸς βαθείας ἑδ πῶδερν μιλῶ σωνῆλθην τὴ πρόφθ σωνῆλθῶσης οὐκ οὐ Τυχίστες ἢ πῶδι τῆ συμπελευθῆν ὁ βασιλεὺς, τῆ μὴ γνέθουσαι αὐτῶν γραυῶ, ζῶσαν λιαντέχων τῆ δὲ θυγατῶρα σαυρωσας. ἑστὰ λῦπης ὑπὸ βολῶν ἐστῆν γνέσων εἰς ποταμῶν ἴνδου, ὅς ἀπ' αὐτῶ ὑδάσπης μετωνομάσθη, &c.* Quæ ad ipsius fluminis historiā pertinet, pete ex ipso autore. Horat. forte respiciēs ad hāc fabulā, fabulosi epitheton fluuiio illi tribuit, de quo supra lib. 5. cap. 8. De hoc Mela lib. 3. Plin. lib. 6. ca. 20. Strabo lib. 5. Arrian. lib. 8. Plut. in Alexandro. Dionysij Afri uersus adscribam: *—ποταμῶ μὲν ἀπειρεσίς πῶδες ἴνδῶ (σύνλω διαδανῶ τῶν λοξῶν ἀπὸ σιοπέλων ἀκροῦ ἐξ ὀμῶν δὲ χεῖται πλωτὸς νῆος ἐν ὑδάσπης.* Huic fluuius stagnans quā prætērlabitur Indus, Dardanees illic flexum à scopulis Acefinem Excipit undantem, naues qui uectat Hydaspes.

De mundi uastatione, eiusq; prodigijs. CAP. XVI.

50 QVomodo autem id futurum sit, ne quis incredibile arbitretur, ostendā. In primis multiplicabitur regnū, & summa rerū potestas per plurimos dissipata & concisa minuetur. Tunc discordiē ciuiles in perpetuum serentur, nec ulla requies bellis exitialibus erit, donec reges decem pariter existant, qui

qui orbem terræ, non ad regendum, sed ad consummandum partiantur. Hi exercitibus in immensum coactis, & agrorum cultibus destitutis, quod est principium euersionis & cladis, disperdent omnia, & comminuent, & uorabunt. Tum repente aduersus eos hostis potentissimus ab extremis finibus plagæ septentrionalis orietur, qui tribus ex eo numero deletis qui tunc Asiam obtinebunt, assumetur in societatem à cæteris, ac princeps omnium constituetur. Hic insustentabili dominatione uexabit orbem, diuina & humana miscebit: infanda dictu & execrabilia molietur: noua consilia in pectore suo uoluntabit, ut proprium sibi constituat imperium: leges cõmutabit, suas sanciet, cõtaminabit, diripiet, spoliabit, occidet. Deniq; immutato nomine, atq; imperij sede translata, cõfusio ac perturbatio humani generis consequetur. Tum uerò detestabilie atq; abominandũ tempus existet, quo nulli hominũ sit uita iucunda. Euertentur funditũs ciuitates, atq; interibunt non modò ferro atq; igni, uerum etiã terræ motibus assiduis & eluuiæ aquarum, & morbis frequentibus, & fame crebra: aer enim uitabitur, & corruptus ac pestilens fiet, modò importunis imbribus, modò inutilis siccitate, nũc frigoribus, nũc æstibus nimijs, nec terra hominĩ dabit fructum. Non seges quicquã, non arbor, non uitis feret. Sed cùm in flore spem maximam dederint, in fruge decipient. Fontes quoq; cum fluminib; arescent, ut ne potus quidem suppetat: & aquæ in sanguinẽ aut in amaritudinẽ mutabuntur. Propter hæc deficient in terra quadrupedes, & in aere uolucres, & in mari pisces. Prodigia quoq; in cœlo mirabilia mentes hominũ maximo terrore confundent, & crines cometarum, & solis tenebræ, & color lunæ, & cadentium siderũ lapsus. Necta men hæc usitato modo fient, sed existent subito ignota & inuisa oculis astræ. Sol in perpetuum fuscabitur, ut uix inter noctem, diemq; discernatur. Luna iam non tribus deficient horis, sed perpetuò sanguine obfusa, meatus extraordinarios peraget, ut non sit hominĩ promptũ, aut siderum cursus, aut rationẽ temporũ agnoscere: fiet enim uel æstas in hyeme, uel hyems in æstate. Tunc annus breuiabitur, & mensis minuetur, & dies in angustũ coarctabitur. Stellæ uerò creberrimæ cadent, ut cœlum omne cæcum sine ullis luminibus appareat. Montes quoq; altissimi decident, & planis æquabuntur: mare in nauigabile constituetur. Ac ne quid malis hominũ, terræq; desit, audietur e cœlo tuba. quod hoc modo Sibylla denunciat:

Σάλλ' πύξ' ἔρανόθεν φωνῶν πολὺθ' ἄφ' ἡσσει.

Itaq; trepidabunt omnes, & ad luctuosum illum sonitum cõtremiscẽt. Tum uerò per iram Dei aduersum homines, qui iusticiam Dei non agnouerũt, sauiet ferrũ, ignis, fames, morbus: & super omnia metus semper impendet. tũc orabunt Deũ, & non exaudiet: optabitur mors, & nõ ueniet: nec nox quidẽ requiẽ timori dabit, nec ad oculos somnus accedet: sed animas hominũ solitudo, ac uigilia macerabit: plorabũt & gemẽt, & dentib; stridebũt: gratulabuntur mortuis, & uiuos plangẽt. His & alijs plurib; malis solitudo fiet in terra: & erit deformatus orbis, atq; desertus. qd in carminib; Sibyllinis ita dicit:

Ἔστω λίος μὸς ἄριστος ἀποκαυθῆναι ἀνθρώπων.

Ita enim conficietur humanum genus, ut uix decima pars hominum relinquetur, & unde mille processerant, uix prodeãt centum. De cultoribus etiã Dei duæ partes interibunt, & tertiã quæ fuerit probata, remanebit.

COMMENTARIUS.

Docet circumstantias non modò urbis, sed etiã orbis propediem interituri. Tunc discordiæ ciuiles. Ciuilia bella sunt, quæcunq; in orbe Christiano sunt: de quo in Prologo nostræ Iudith. Donec reges decẽ. Per 10 cornua

suffigati, per quos alij παρ' ἄλλους intelligunt: Ireneus & Hieronymus cum Lactãtio 10 reges, Oecolampadius & Melanchthon certũ plenitudinis numerum pro incerto. hic tamen nõ in parte quadrare concedit maximarum prouinciarũ enume-

enumerationem. Numerat Italianam, Hispaniam, Galliam, Germaniam, Illyricum, Græciam, Africam, Aegyptum, Asiam, Syriam, atq; singulis uicinas esse addendas: ut Græciæ Macedoniam, Illyrico Pannoniam, &c. Coactis.) aliter, aut Potentissimus.) Fuere qui Antiochū intellexerūt: sed nostri Machometū intelligunt. Ab extremis finibus.) Ab Aquilone Gog & Magog: apud Ezechielem. Qui trib. ex numero.) Aliquot ex illo denario numero. Leges commutabit.) Alcoranum enim suū in locum Euangeliorum & Prophetarum constituit. quod idem facit etiā Antichristus ille, qui regnum suum non armis, sed dolo comparauit. Terræ motibus.) Quod etiam ipse Christus prædixit, Matth. 24. Luc. 21. Et aquæ in sanguinem.) Apocal. 8. Crines comertari.) Pleonasmus. Cometas enim, inquit Plin. Græci uocant, nostri crinitas, horretes crine sanguineo, & comarum modo in uertice hispidas. Et folis tenebræ.) Apoc. 6. Act. 2. Iob. 2. Matth. 24. Ad hæc Bibliander: Et hæc quidem cū alijs, quæ Lactantius collegit ex uaticinijs utriusq; instrumenti, eaq; imminere metuit, sub Constantino scribens, qui primus ex imperatoribus Romano religionem Christianam bona fide amplexus est, magna ex parte impleta esse nouimus, partim geriterni cernimus oculis nostris, tametsi Lactantium et alios homines sanctos circumstantiæ quædam locorum & temporum fugerunt, quas tunc temporis nosse, non erat Ecclesiæ necessariū: ueluti quod existonauit abominandum tyrannum Antichristum ab extremis finibus Aquilonis aduenturum esse: non satis diligenter perpenso uaticinio. Ezechielis de Gog & Magog, quod in Antiocho rege Syriæ impletum est tempore Macchabeorum, qui tamen persecutor populi Dei, typum gerit usque hodie Antichristianæ factionis. In quo errore Iudæi etiam hæsitant obstinatè. Antimesiam cum infestis copijs decè tribuum Israelis, quas reges Assirij cõcluserint in montib. Cassijs, & quas Iudæi nominib. Gog & Magog significari putat, sub aduentum Messie sue expectantes. Montes quoq;.) Psal. 96. Montes sicut cera liquefacti sunt, sed nõ est nostri instituti, ista colligere. Sibylla.) Versus est in Acrostichis: Cœlitus ecce sonum tristem tarantara reddet. Cæterum tubæ mentio fit Matth. 24. 1. Cor. 15. 1. Thess. 4. Apoc. 8. Tunc orabūt Deū.) D. Xysto Betuleio Ioannes Pellio S. Subinde mihi Isocratis illa Chreia recentior fit, colende D. præceptor, qua dicit, πικρὰν εἶν τὴν ἄπαι-

δείας εἶναι, καρπὸς δὲ γλυκεῖς: maxime uerò iam in Sibyllinis uersanti monumentis. Nuper cū 16. caput Lactantij ex ultimo libro enarrares, au diebam quædam, quæ memineram in Sibyllinis legisse. Domū igitur reuersus, ac lectionē repetens aliquanto diligentius, ecce tibi, inuenio à Lactantio quasi paraphrasei quadam redditos illos Sibyllinos uersus qui sunt sermone 2. (ἀπ' αὐτῶν. καὶ καλεῖσσι καλὸν τὸ θανάειν, καὶ φθίβετ' ἐκ' ἐπι γὰρ θανάτος τότοις, ἔννευ ἀναπαύσει, πολλὰ δ' ὄρωτήσσι μάττω θεοῦ ὑψιμέδωντα. (αὐτῶν. καὶ τὸτ' ἀπερρεῖ φανερῶς τὸ πρόσωπον ἀπ' Hos ego, pro mea puerili portione, lusus gratia hoc modo reddidi: Optabunt mortem, quæ tum discedet ab ipsis. Non erit his nec mors, nec nox, requies' ue timo Orabūt Dominū, sed frustra, multa potentē. (ris. Nam Deus auertet faciem, uultumq; benignum. Volui meas uires in hoc studiorū genere experiri. transtuli primos uersus, tuum esto iudiciū, q̄ bene: Principio Deus unus erat, non natus, & ingens. Et Deus est solus, summus, qui cuncta creauit: Ut cœlum, solem, lunam, stellasq; decoras, Fructiferam terram, fluctus maris atq; tumentis. Solus hic est opifex Deus, insuperabilis ulli. Ille typum formæ formauit, & indidit unā Terricolis uictus studium, sobolisq; creandæ. Hæc ideo ad te scripsi, Præceptor, ut studia tibi mea approbarē. Vale. Nō asperrnāda est puerilis hæc sagacitas & industria. Simili modo possunt plura inuestigari. Cuiusmodi est, quod in eodē capite paulo superius transtulisse uidetur ex Sermone 5. Sol in perpetuum fuscabitur, &c. ἀελίς δ' αὐτ' φλόγος ἀπικτ' ἐκ' ἐτ' ἔσσονται, ὅδε σελήνης λαμπρόν φάσος ἔισοσται αὐθις, ὑσάπια καίρω ὁ πόταρ θεὸς ἡγεμονόσει, etc. Sibyllinis.) Ser. 7. Repetā paulo altius: (ἡχοῦ αὐλῶν φθειρομένων ὑμῖν σάλπιγξ καίου ἡχίσει, ὅτε δὲ δ' ἀκλυμνίω χθόνα πᾶσαι αἰ αἰ σοι τλήμου, αἰ αἰ κακόνιμει δέλασσα ἐρωθήσιν πνεῖ πᾶσαι, καὶ ὁ οὐρανὸς λαὸν ἄλμυ. ἔσαι γὰρ τε ποσσῶν ἡθι χθονὶ κακόνιμει πῶρ, ὅσον ὑδωρ ῥύσει, καὶ ὑπολέσει χθόνα πᾶσαι. φλέξῃ ὄρη, καύσει πῶτα μὲς, πηγὰς ἃ λεγώσθ. ἔσαι κόσμος ἀκοσμος ἀκλυμνίω ἀνθρώπων.) Et cætera, quæ sequuntur. ἔσαι κόσμος.) Allusio ad mūdi significationē, nā sicut apud Græcos, ita apud Latinos mundus nomē ab ornatu habet, de quo Hermes, Plato, Arist. Cic. Plin. Nos sic obiter postremum hoc: Immundus dir a mundus fuet undiq; tabe.

De

Sed planius, quomodo id eueniat, exponam. Imminente iam temporum conclusionē, propheta magnus mittetur à Deo, qui conuertat homines ad Dei agnitionem, & accipiat potestatem mirabilia faciendi. Vbi cunq; non audierint eum homines, claudet cœlum, & abstinēbit imbres, & aquam conuertet in sanguinē, & cruciabit illos siti ac fame: & quicunq; conabitur eum lædere, procedet ignis de ore eius, atq; comburet illum. His prodigijs atq; uirtutibus conuertet multos ad Dei cultum. Peractisq; operibus ipsius, alter Rex orietur ex Syria, malo spiritu genitus, euerfor ac perditor generis humani, qui reliquias illius prioris mali cum ipso simul delet. Hic pugnabit aduersus prophetā Dei, & uincet, & interficiet eum, & insepultum iacere patietur. Sed post diem tertium reuiuiscet, atq; inspectantibus & mirantibus cunctis rapietur in cœlū. Rex uerò ille teterrimus erit quidem & ipse, sed mendaciorum propheta, & seipse constituet, ac uocabit Deum, & se coli iubebit ut Dei filium: & dabitur ei potestas, ut faciat signa & prodigia, quibus uisus irretiat homines, ut adorent eum. Iubebit ignem descendere de cœlo, & solē à suis cursibus stare, & imaginem loqui: & fiet hæc sub uerbo eius, quibus miraculis etiam sapientium plurimi allicientur ab eo. Tunc eruerē templum Dei conabitur, & iustum populum persequetur: & erit pressura & contritio, qualis nunquā fuit à principio mundi. Quicunq; crediderint, atq; accesserint ei, signabuntur ab eo tanquam pecudes: qui autem recusauerint notam eius, aut in montes fugient, aut comprehensi, exquisitis cruciatibus necabuntur. Idem iustos homines obuoluet libris prophetarum, atq; ira cremabit, & dabitur ei desolare orbem terræ mensibus quadragintaduobus. Id erit tempus quo iusticia proijcietur, & innocentia odio erit, quo mali bonos hostiliter prædabuntur. Non lex aut ordo, aut militiæ disciplina seruabitur: non canos quisquam reuerēbitur: non officium pietatis agnoscerit: non sexus, aut infantia miserēbitur: cōfundētur omnia, & miscebūtur cōtra fas, contra iura nature. Ita quasi uno cōmuniq; latrocinio, terra uniuersa uastabitur. Cū hæc facta erunt: tūc iusti & sectatores ueritatis segregabūt se à malis, & fugient in solitudine s. Quo audito, impius rex inflammatus ira ueniet cū exercitu magno, & ad motis omnibus copijs circundabit montem in quo iusti morabuntur, ut eos comprehendat. Illi uerò ubi se clausos undiq; atq; obsessos uiderint, exclamabunt ad Deum uoce magna, & auxiliū cœlestē implorabunt: & exaudiet eos Deus, & emittet regem magnum de cœlo qui eos eripiat ac liberet, omnesq; impios ferro igniq; disperdat.

C O M M E N T A R I V S.

Alius hoc capite Millenariorum error de Antichristo est, in quo etiam Irenæus fuit in 5. aduersus Valentini & similia hæreses lib. & Tertul. in libro de resurrectione carnis. In hoc etiam Papiæ sunt, uaticinia prophetarū et Apocalypseos, atq; adeo Pauli ad Thessalonicenses locum qui est epist. 2. cap. 2. ad certum quendam hominem referentes. cum dudum & multi ἀρχιστοι, uel λοβανη teste fuerint: & hodie non unus, sed etiam

alter atq; tertius tyrannus Christi regnum extirpandum cupit. Vnus Christi nomen antiquatū prorsus cupit, alter Christi sedem occupauit: non desunt, qui etiam nomen sibi arrogare audent. Sed quia & Christi aduentus prior iuxta oracula antecessit, & alter nobis expectatur, relinquuntur Antichristos omnes illos esse, qui quocunq; modo Christi regnū inuadunt, ipsius gloriæ atq; meritis derogantes.

De mundi casibus in extremo: deq; ijs prædictis à uatibus. CAP. XVIII.

Hæc ita futura esse, cū prophetæ omnes ex Dei spiritu, tum etiā uates Hex instinctu dæmonum cecinerunt. Hydaspes enim, quem superius nominauit,

minavi, descripta iniquitate seculi huius extremi, pios ac fideles a nocentibus segregatos, ait cum fletu & gemitu extensuros esse ad coelum manus, & imploratos fidem Iouis. Iouem respecturum ad terram, & auditurum uoces hominum, atque impios extincturum. Quae omnia uera sunt, praeter unum, quod Iouem dixit illa facturum, quae Deus faciet. Sed & illud non sine daemonum fraude subtractum est, missum iri a patre tunc filium Dei, qui deletis omnibus malis pios liberet, quod Hermes tamen non dissimulauit. in eo enim libro, qui $\lambda\omicron\gamma\theta$ $\tau\epsilon\lambda\epsilon\theta$ inscribitur, post enumerationem malorum de quibus diximus, subiicit haec: $\epsilon\pi'$ $\alpha\upsilon$ $\delta\eta$ $\tau\alpha\upsilon\tau\alpha$ $\omega\delta\epsilon$ $\gamma\eta\eta\tau\omicron\upsilon$ ω $\alpha\sigma\kappa\lambda\eta\pi\epsilon$, $\tau\omicron\tau\epsilon$ δ $\lambda\omicron\gamma\theta$ $\kappa\alpha\iota$ $\pi\alpha\tau\epsilon\rho$ $\kappa\alpha\iota$ $\theta\epsilon\omicron\varsigma$ $\kappa\alpha\iota$ $\tau\omicron$ $\pi\epsilon\omega\tau\epsilon$ $\iota\gamma$ $\gamma\acute{\iota}\omicron\varsigma$ $\theta\epsilon\omicron$ $\delta\eta$ $\delta\eta\mu\acute{\iota}\sigma\tau\omicron\varsigma$ $\omega\delta\eta\epsilon\lambda\epsilon\upsilon\sigma\alpha\varsigma$ $\tau\omicron\iota\varsigma$ $\gamma\eta\mu\omicron\iota$ $\nu\omicron\iota\varsigma$, $\kappa\alpha\iota$ $\tau\eta$ $\epsilon\alpha\upsilon\tau\omicron$ $\beta\alpha\sigma\iota\lambda\epsilon\iota$ $\tau\omicron\iota\varsigma$ $\tau\omicron\iota\varsigma$ $\tau\omicron$ $\alpha\gamma\alpha\theta\omicron\upsilon$ $\alpha\upsilon\tau\omicron\rho\epsilon\iota\sigma\alpha\varsigma$ $\tau\eta$ $\alpha\tau\alpha\kappa\tau\acute{\iota}\alpha$, $\kappa\alpha\iota$ $\alpha\upsilon\alpha\kappa\alpha\lambda\epsilon\sigma\alpha\mu\epsilon\theta\omega$ $\tau\eta\upsilon$ $\pi\lambda\alpha\upsilon\omega$, $\kappa\alpha\iota$ $\tau\eta\upsilon$ $\kappa\alpha\iota\acute{\alpha}\nu$ $\epsilon\kappa\kappa\alpha\theta\eta\sigma\alpha\varsigma$ $\omega\eta$ $\mu\epsilon\lambda\iota$ ν $\delta\iota\alpha\pi$ $\pi\omicron\lambda\lambda\omega$ $\kappa\alpha\tau\alpha\kappa\lambda\upsilon\sigma\alpha\varsigma$, $\omega\eta$ $\delta\epsilon$ $\omega\upsilon\epsilon\iota$ $\delta\epsilon\upsilon\tau\epsilon\tau\omega$ $\epsilon\sigma\tau\alpha\kappa\alpha\iota\sigma\alpha\varsigma$, $\gamma\eta\acute{\iota}\omicron\tau\epsilon$ $\delta\epsilon$ $\pi\omicron\lambda\epsilon\mu\omicron\iota\varsigma$, $\kappa\alpha\iota$ $\lambda\omicron\iota\mu\omicron\iota\varsigma$ $\epsilon\kappa\pi\acute{\iota}\epsilon\sigma\alpha\varsigma$, $\eta\gamma\alpha\gamma\eta$ $\omega\delta\eta$ $\tau\omicron$ $\alpha\rho\chi\alpha\iota\omicron\upsilon$, $\kappa\alpha\iota$ $\alpha\phi\eta\mu\epsilon\tau\epsilon\varsigma$ $\theta\epsilon\iota$ $\tau\omicron\mu$ $\epsilon\alpha\upsilon\tau\omicron$ $\eta\sigma\omicron\mu\omicron\upsilon$. Sibyllae quoque non aliter fore ostendunt quam ut Dei fillus a summo Patre mittatur, qui & iustos liberet de manibus impiorum, & iniustos cum tyrannis saeuientibus deleat, e quibus una sic tradidit:

$\eta\beta\eta$ $\kappa\alpha\iota$ $\mu\alpha\kappa\alpha\rho\omega\mu$ $\epsilon\beta\epsilon\lambda\kappa\omega\mu$ $\pi\omicron\lambda\iota\upsilon$ $\delta\zeta$ $\alpha\lambda\alpha\pi\acute{\alpha}\zeta\alpha\iota$,
 $\kappa\alpha\iota$ $\kappa\eta\iota$ $\tau\iota\varsigma$ $\theta\epsilon\omicron\theta\epsilon\gamma\eta$ $\beta\alpha\sigma\iota\lambda\epsilon\upsilon\varsigma$ $\omega\epsilon\mu\phi\theta\epsilon\iota\varsigma$ $\epsilon\pi'$ ι $\delta\iota\omega\mu$,
 $\tau\omicron\alpha\upsilon\tau\omicron\varsigma$ $\omicron\lambda\epsilon\iota$ $\beta\alpha\sigma\iota\lambda\epsilon\iota\varsigma$ $\mu\epsilon\gamma\alpha\lambda\omicron\varsigma$, $\kappa\alpha\iota$ $\phi\omega\tau\alpha\varsigma$ $\alpha\rho\iota\sigma\tau\omicron\varsigma$.
 $\epsilon\iota\delta'$ δ $\tau\omega\varsigma$ $\kappa\epsilon\iota\mu\epsilon\iota\tau\omicron\upsilon$ $\iota\omega$ $\alpha\phi\theta\eta\tau\omicron\iota\varsigma$ $\alpha\upsilon\theta\epsilon\omega\pi\omicron\iota\sigma\iota$.

Item alia Sibylla:

$\kappa\alpha\iota$ $\tau\iota\tau'$ $\epsilon\pi'$ $\eta\epsilon\lambda\iota\sigma$ $\omega\epsilon\mu\phi\theta\epsilon\iota$ $\theta\epsilon\omicron\varsigma$ $\beta\alpha\sigma\iota\lambda\eta\alpha$,
 $\omicron\varsigma$ $\omega\alpha\sigma\tau\omicron\upsilon$ $\gamma\alpha\iota\alpha$ $\omega\alpha\upsilon\sigma\epsilon\iota$ $\pi\omicron\lambda\epsilon\mu\omicron\iota\omega$ $\kappa\alpha\kappa\omega\tau\omicron\varsigma$.

Et rursus alia:

— $\eta\mu\epsilon\tau\omicron\rho\alpha\varsigma$ δ $\nu\lambda\epsilon\iota\alpha\varsigma$

$\nu\gamma\omicron\gamma\omicron$ $\delta\iota\upsilon\sigma\theta\epsilon\alpha\sigma\tau\epsilon\lambda\omicron\upsilon\mu$ $\epsilon\pi'$ $\alpha\upsilon\chi\eta\iota$ $\kappa\epsilon\iota\mu\omega\eta$ $\alpha\rho\epsilon\iota$,
 $\kappa\alpha\iota$ $\theta\epsilon\omicron\mu\omicron\varsigma$ $\alpha\phi\theta\epsilon\iota\varsigma$ $\lambda\upsilon\sigma\epsilon\iota$, $\delta\epsilon\omicron\mu\omicron\varsigma$ $\tau\epsilon$ $\beta\iota\alpha\iota\omicron\varsigma$.

COMMENTARIUS.

Interitum mundi probat uaticinijs gentili-
 30 eijs Hydaspis, Hermetis, & Sibyllarum Her-
 mes.) In Asclepio, ab Apuleio uerso, hoc modo
 legitur: Tunc nec terra constabit, nec navigabi-
 tur mare, nec caelum astrorum cursibus, nec fide-
 rum cursus constabit in caelo. Omnis uox diuina
 necessaria taciturnitate mutescet: fructus terrae
 corrumpetur, nec fecunda erit tellus, & aer ipse
 mcesto tempore languescet. Haec & talis sene-
 ctus ueniet mundi, irreligio, & inordinatio, &
 irrationabilitas bonorum hominum. Deinde sequun-
 40 tur uerba hic a Lactantio citata: Cum haec cuncta
 contigerint, o Asclepi, tunc ille Dominus & pa-
 ter & Deus primipotens, & unus gubernator
 mundi, intuens in mores factaque uoluntaria uolun-
 tate sua, quae est Dei benignitas, uitij resistens,
 & corruptele omnium, errorem reuocans, mali-
 gnitatem omnem uel alluione dilues, uel igne co-
 sumens, uel morbis pestilentibus ubiq; per diuer-
 sa loca dispersis finiens, ad antiquam faciem mun-
 dum reuocabit. Ex collatione apparet, nec Grae-
 50 cam, nec Apuleianam lectionem saluam aut in-
 tegram esse. Vna sic tradit.) Habentur
 Sermone quinto, ubi tamen lectio, ut illic indi-

cauimus, mirifice uariat. Legitur ibi hoc modo:
 $\eta\beta\eta$ δ $\alpha\upsilon$ $\mu\alpha\kappa\alpha\rho\omega\mu$ $\epsilon\beta\epsilon\lambda\kappa\omega\mu$ $\pi\omicron\lambda\iota\upsilon$ $\delta\zeta$ $\alpha\lambda\alpha$
 $\pi\acute{\alpha}\zeta\alpha\iota$ (φθεις
 $\kappa\alpha\iota$ $\kappa\epsilon\iota$ $\tau\iota\varsigma$ $\theta\epsilon\omicron\theta\epsilon\gamma\eta$ $\delta\eta\gamma\alpha\rho\omicron\varsigma$ $\beta\alpha\sigma\iota\lambda\epsilon\upsilon\varsigma$ $\epsilon\kappa\pi\epsilon\mu$
 $\omega\alpha\upsilon\tau\omicron\varsigma$ $\omicron\lambda\epsilon\iota$ $\beta\alpha\sigma\iota\lambda\epsilon\iota\varsigma$ $\mu\epsilon\gamma\alpha\lambda\omicron\varsigma$ $\kappa\alpha\iota$ $\alpha\upsilon\delta\eta\alpha\varsigma$
 $\alpha\rho\iota\sigma\tau\omicron\varsigma$
 $\epsilon\iota\delta'$ δ $\tau\omega\varsigma$ $\tau\epsilon\lambda\theta$ $\epsilon\sigma\tau\alpha\iota$ $\alpha\phi\theta\eta\tau\omicron\upsilon$ $\alpha\upsilon\theta\epsilon\omega\pi\omicron\iota\sigma\iota\mu$.
 $\epsilon\beta\epsilon\lambda\kappa\omega\mu$.) Manifestus in Sibyllino codice error,
 & uoce & uersu argumeti. Quid enim est $\epsilon\beta\epsilon\lambda$
 $\kappa\omega\mu\iota\varsigma$ $\kappa\alpha\iota$ $\kappa\epsilon\iota$ $\tau\iota\varsigma$.) Apud Sibyllas legitur hic
 uersus hoc modo:

$\kappa\alpha\iota$ $\kappa\epsilon\iota$ $\tau\iota\varsigma$ $\theta\epsilon\omicron\theta\epsilon\gamma\eta$ $\delta\eta\gamma\alpha\rho\omicron\varsigma$ $\beta\alpha\sigma\iota\lambda\epsilon\upsilon\varsigma$ $\epsilon\kappa\pi\epsilon\mu$
 $\phi\theta\epsilon\iota\varsigma$.

Haec lectio significantior est, illa uolubilior: quia
 hic spondaicus est. $\epsilon\pi'$ ι $\delta\iota\omega\mu$.) Ioan. 1. $\epsilon\iota\varsigma$ $\tau\eta\epsilon$
 ι $\delta\iota\alpha$ $\eta\lambda\theta\epsilon$. $\phi\omega\tau\alpha\varsigma$.) Habet etiam haec uox ne-
 scio quomodo plus maiestatis antiquae, quam $\alpha\upsilon$
 $\delta\eta\alpha\varsigma$. $\epsilon\iota\delta'$ δ $\tau\omega\varsigma$.) Alij legunt $\alpha\phi\theta\eta\tau\omicron\iota\varsigma$, alij
 $\alpha\phi\theta\eta\tau\omicron\upsilon$: quam lectionem sequutus est etiam in-
 terpretus, sed ne sic quidem sensus ullus est, neq;
 scansio constabit. In Sibyllino codice & sensus
 clarus est, & uersus legitimus, licet spondaicus,
 cuius generis sunt apud Sibyllas plurimi. Nos sic
 reddidimus:

Excindet ueniens felicia mœnia uastans,
 Rex quidam fortis, celso demissus olympo:
 Reges terrigenas perdet, proceresq; potentes.
 Hic finis fiet certus mortalibus ægris.
 Item alia.) Sermonc 3. ω̄μψεε θεός.) In
 Sibyllino libro legitur. θεός ω̄μψεε: sed sic uer-
 sus non constaret.

Tunc Deus ætherei mittet de lumine solis
 Regem, qui terris depellat triste duellum.
 Et rursus alia.) Sermonc 8. ζυγόν.) Δε-
 λου altera lectio habet, sed sine sensu. Si uero ζυ-
 γόν legas, ectasim facias necesse est. αὐτός.)
 αὐτός in Sibyllino codice legitur. Sed uersus
 nō patitur, etiam si sensus patiatur. Obserua pro-
 sonomastian in δδμὺς & δδμὺς. Versus sic
 exposuimus:

— Seruitia tristia nobis,
 Et graue de nostris tollet ceruicibus onus,
 Et leges soluet prauas, & uincula dura.
 Sed ut obiter etiam hoc admoneam, locus in co-
 dice Sibyllino mancus apparet. hemistichium enim
 quod apud Lactantium est, ἡμετέρας ἀσλίας,
 apud Sibyllas desideratur, sic enim legitur: (γ) ᾱ
 αὐτός σε βασιλεύς ἀδικῶς ἀδὶ πῶλον ἐσπ̄
 πρᾶθ̄ ω̄ασ̄ φανείς, ἴνα τοι ζυγόν εἴπ̄
 ἰω̄μην
 δδλον, &c.—

Quod tamen oraculū (ut interim hoc obiter di-
 camus) apud Zachariam non de secundo, sed de
 primo aduentu dicitur. Ferro igni () Spi-
 ritu oris sui conficiet, ut Paulus 2. Thess. 2. cxii.
 Esaiæ capite docet.

De aduentu Christi ad iudicium, & falso propheta demisto: & quare nigilia
 nocturnæ Christianorū sunt institutæ. CAP. XIX.

Oppresso igitur orbe terræ, cum ad destruendam immensarum uirtū ty-
 rannidem humanæ opes defecerint, siquidem capto mundo cum ma-
 gnis latronū exercitibus incubabit: diuino auxilio tanta illa calamitas inde-
 gebit. Commotus igitur Deus & periculo ancipiti, & miseranda complo-
 tione iustorum, mittet protinus liberatorem. Tunc aperietur cœlum mediū
 in tempesta & tenebrosa nocte, ut in orbe toto lumen descendētis Dei tan-
 quam fulgur appareat. quod Sibylla his uersibus locuta est:

— ὁππότε ἀνέλθῃ

τὸ ῥῆσος σὺ τῷ ζῆ τῆ μέσῃ νυκτὶ μελαίνῃ.

Et hæc est nox, quæ a nobis propter aduentum regis, ac Dei nostri peruigi-
 lio celebratur. cuius noctis duplex ratio est: quòd in ea & uitam tum recepit
 cum passus est, & postea orbis terræ regnū recepturus est. Hic est enim libe-
 rator, & iudex, & ultor, & rex, & Deus, quem nos Christum uocamus, qui
 prius quàm descendat, hoc signum dabit. Cadet repentē gladius ē cœlo, ut
 sciant iustī ducem sanctæ militiæ descendurum: & descendet comitantibus
 angelis in medium terræ, & præcedet eum flamma inextinguibilis, & uirtus
 angelorū tradet in manus iustorū multitudinē illā, quæ montem circumfede-
 rit, & concidetur ab hora tertiā usque ad uesperum, & fluet sanguis more tor-
 rentis: deletisq; omnibus copijs, impius solus effugiet, & peribit ab eo uirtus
 sua. Hic est autē qui appellatur Antichristus: sed se ipse Christum mentietur,
 & contra uerū dimicabit, & uictus effugiet, & bellum sæpe renouabit, & sæ-
 pe uincetur, donec quarto prælio cōfectis omnibus impijs debellatus & cap-
 tus, tandem scelerum suorum luat pœnas. Sed & cæteri principes ac tyrān-
 tæ qui contriuerunt orbem, simul cum eo uincti adducentur ad regem: & incre-
 pabit eos, & coarguet, & exprobrabit his facinora ipsorū, & damnabit eos,
 ac meritis cruciatibus tradet. Sic extincta malicia, & impietate compressa, re-
 quiescet orbis, qui per tot secula subiectus errori ac sceleri, nefandam pertu-
 ribus suis deturbata simulachra igni dabūtur, & cum donis suis mirabilibus
 ardebunt. quod etiam Sibylla cum prophetis congruēs futurū esse prædixit:

Τείψισι δ' εἰδωλα βροτοὶ καὶ πλῆθον ἅπαντα,

Erythræa quoq; idem spondit:

Εργα δὲ χειροποίητὰ θεῶν σιωπηλά σονται.

Differit de altero Christi aduentu, & de Antichristi interitu. Nam, si Hieronymo credimus, non ueniet, nisi Antichristus uenerit. 2. Theff. 2. Cum ad destruendam.) Euidēter hoc nostris etiam adparet temporibus, quibus emergente passim Christi regno, Antichristi regnum non humanis uiribus, sed mirabili Dei iudicio atq; potentia paulatim euanescit: & quo uehementius seuit, eo magis autoritas eius concidit. Ut tanquam fulgur.) Sicut enim fulgur exit ab oriente, & apparet usque in occidentem: ita erit aduentus filij hominis. Matth. 24. Luc. 17. Sibylla.) Nondum inueni. Reddidi obiter hoc modo:

— Cum uenerit ipse
Ex noctis medio fulgebit flamma coruscans.

Sed in 4. sermone non dissimilia sunt: (κταε, πωρ' εσαε ψη' κοςμου, γν' ω' τοδε σημα τετυ 20 ρομφαϊαι σελπηχου αμ' ηελιω αυιοντι, ησμου' απας μονημα και ομβριμου ηχου ακοσει, φλεξει δε χθονα πασαμ, ε'c.)

Et nihil ferē his capitibus dicitur, quod nō in Sibyllinis carminibus, nec semel, sed etiam iterum inueniatur: quod ille obseruabit, qui Sibyllas diligenter cum Lact. contulerit. Peruigilio.) Similitudine nimirum decem uirginū, Matth. 25. Item parabola de seruo uigilanter dominum expectante, Matth. 24. Lege de hoc inter ceteros Tertull. in lib. de Resurrectione carnis. Cadet.) Carent hęc testimonio Scripturæ. Ceterum de hoc igne, uide apud Ezech. Apud Sibyllā Sermone 3.

— απ' ερανοθεν δε ωισοντα ρομφαϊαι πνευνοι, και τα γαιαν λαμπρα δε αυγαι ηξονται μεγαλαι, ε'c. Sibylla.) Est in Acrostichis. Sed ε'c. legendum esse, series literarum docet. Gyraldus sic reddidit: Reijcient simulachra homines, & munera Ditis. ε'c. Ser. 3. similis legitur uersus, hoc modo: ε'c. η χειροποιητα πυρος φλογι παντα πα σεται.

De Christi iudicio: de Christianis, deq; anima, quomodo cum immortalis sit, patibilis esse possit. CAP. XX.

Post hec aperientur inferi, & resurgent mortui, de quibus iudiciū magnū idem ipse rex ac Deus faciet, cui summus pater iudicandi & regnandi dabit maximam potestatem. de quo iudicio & regno apud Erythræam Sibyllam sic inuenitur:

Οπποτε και το λαβη τελθ' αϊσιμου, ηδε βροτοισι Ηδου α' ε'ξικτου κελισ αθανάτοι θεοιο, Ηξει επ' αυθρωπος μεγαλη κελισ, ηδε και αρχη.

Deinde apud aliam:

Ταρταρον δε χαθ' ωστε λειπει γαια χανωσα, Ηφουσι δ' ιδθι βημα δεδ βασιληδ' απαντες.

Et alio loco apud eundem:

Ουρανου ελιξας γαιης λιθωνων αυοιξω. Και τοτ' ανασησω νεκρος μοιραν αναλυσας, Και θανατος λεγτρον και υσδρον εις κελισιν ε'ξω, Κεινων δυσεβειων και δυσσεβειων βίου αυδρων.

Nec tamen uniuersi tunc à Deo iudicabuntur, sed ij tantum, qui sunt in Dei religione uersati. Nam qui Deum non agnouerunt, quoniam sententia de his in absolutionem ferri non potest, iam iudicati damnatiq; sunt, sanctis literis contestantibus, non resurrecturos impios in iudicium. Iudicabuntur ergo qui Deum scierunt, & facinora eorum, idest mala opera cū bonis collata ponderabuntur: ut si plura & grauiā fuerint bona, iustificentur ad uitam beatam: si autem mala superauerint, condemnentur ad pœnā. Hic fortasse dixerit quispiam: Si est immortalis anima, quomodo patibilis inducitur, ac pœnā sentiens? Si enim ob merita punietur, sentiet utiq; dolorem, atq; ita etiā mortem. Si mortī nō est obnoxia, nec dolori quidē. patibilis igitur non est. Huic quaestioni siue argumento, à Stoicis ita occurritur: Animas quidem hominū N 2 permanere,

permanere, nec interuentu mortis in nihilum resolui: sed eorum qui iustifuerunt, puras & impatibiles & beatas ad sedem celestem, unde illis origo sit, remeare: uel in campos quosdam fortunatos rapi, ubi fruatur miris uoluptatibus: impios uero, quoniam se malis cupiditatibus inquinauerunt, mediam quandam gerere inter immortalem mortalemque naturam, & habere aliquid imbecillitatis ex contagione carnis: cuius desiderijs ac libidinibus addicta, inelubilem quendam fucum trahant, labemque terrenam: quae cum temporis diuturnitate penitus inhaerit, eius naturae reddi animas, ut si non extinguibiles in totum, quoniam ex Deo sunt, tamen cruciabiles fiant per corporis maculam, quae peccatis iniusta, sensum doloris attribuit. Quam sententiam Poeta sic explicauit:

*Quin & supremo cum lumine uita reliquit:
Non tamen omne malum miseris, nec funditus omnes
Corporeae excedunt pestes, penitusque, necesse est
Multa diu concreta modis inolescere miris.
Ergo exercentur poenis, ueterumque, malorum
Supplicia expendunt.—*

Haec propemodum uera sunt. Anima enim, cum diuortium fecit a corpore, est (ut ait idem Poeta)

Par leuibus uentis, uolucrisque, simillima somno.

Quia spiritus est, & ipsa tenuitate incomprehensibilis: sed nobis, qui sumus corporales: Deo autem, cui subiacet posse omnia, comprehensibilis.

C O M M E N T A R I V S.

Differit de regno et iudicio Christi, confutat per occupationem, obiectionem eorum qui animas cruciatibus obnoxias esse propterea credunt, quod corpore carent: cui respondet non ratione Theologica, sed Stoica. Sibyllam.) In Sibyllino codice, Sermonem tertio, haec eadem, sed mutata & mutilata leguntur. Deinde apud aliam.) Locus est in Acrostich. βασιλῆος.) In codice legitur βασιλῆος: Tartareumque, chaos monstrabit terra debiscens, Et uenient omnes reges magni ante tribunal. Et alio loco.) Ser. 8. Sed in Sibyllino lib. haec omnia in tertia persona leguntur. Sensum utcumque reddidi: Inuoluens caelum, terrae referabo cauernas: Tum uita functos reuocabo, fata resoluens, Et mortis stimulum: post iudicio omnia sistam, Iudiciumque, meum subituri iusti & iniqui. De his etiam supra lib. 4. cap. 19. nonnihil annotauimus. Iam iudicati.) Qui enim non credit, iam condemnatus est: Ioann. 3. Non resurrecturos.) Psal. primo. Huc Lyrici nostri locum eodem modo Catabaptistae intelligunt. Sed tubae clangorem ex aequo audient iusti et iniusti.

Et hi quidem audierunt, Ite maledicti in ignem aeternum: illi uero, Venite benedicti, &c. sed illorum resurrectionem casum rectius dixeris. Non igno-ramus, quosdam hunc locum exponere de uerbi diuini iudicio, quod nemo impius ferre potest, alij iudicium Dei, ad cuius tribunal impij omnes causa casuri sunt. Vt si plura.) Haec conueni-ent cum libra Michaelis fabulosa. Hic fortasse.) Obiectio. A' Stoicis.) Epiphanius aliter de Stoicorum dogmate scribit. Plut. in Placitis lib. 4. cap. 7. οἱ στωικοὶ δὲ ἰσχυροὶ τῶν σωματικῶν ἀποφρονεῖσθαι, τὸν μὲν ἀδύνατον εἶναι ἀμαρτίας συγκοίμασι γῆρας, τὸν δὲ τῶν δὲ τῶν ἀπειθεῖν τὸν δὲ ἰσχυροτάτων, οἷόν ἐστι πῶς οὐ σοφὸς, καὶ μέγιστος ἀεμπυρῶσεως. Campos Fortunatos.) campos Elysios: de quibus alibi. Poeta.) Aen. 6. Idem Poeta.) Aen. 2. sub finem, ubi Creusa umbra in somno Aeneae comparuit: quem uersum transtulit ex 11. Odyss. ubi Vlysses matrem nequicquam complectitur:

— σκιῇ κελεύει καὶ ἰὺ δὲ σείσσει

ἔπειτα το, &c.—

De cruciatibus, & praemijs animarum. CAP. XXI.

PRimum igitur dicimus, tantam esse Dei potestatem, ut etiam in corpora lia comprehendat, & quemadmodum uoluerit, afficiat. Nam & angeli Deum metuunt, quia castigari ab eo possunt, inenarrabili quodam modo: & daemones reformidant, quia torquentur ab eo, ac puniuntur. Quid ergo mirum, si cum sint immortales animae, tamē patibiles sint Deo: Nam cum in se nihil

nihil habeant solidum & contractibile, à solidis & corporalibus nullā vim pati possunt. sed quia in solis spiritibus uiuunt, à solo Deo tractabiles sunt, cui uirtus, ac substantia spiritualis est. Sed tamen docent nos sanctæ literæ, quemadmodū pœnas impij sint daturi. Nā quia peccata in corporibus contraxerunt, rursus carne induentur, ut in corporibus piaculum soluāt: & tamē nō erit caro illa, quam Deus homini superiecerit, huic terrenæ similis, sed insolubilis, ac permanens in æternū, ut sufficere possit cruciatibus & igni sempiterno: cuius natura diuersa est ab hoc nostro, quo ad uitæ necessaria utimur: qui nisi alicuius materiæ fomite, alatur, extinguitur. At ille diuinus per se ipsum semper uiuit, ac uiget sine ullis alimentis, nec admistum habet fumū sed est purus ac liquidus, & in aquæ modum fluidus. Non enim uī aliqua sursum uersus urgetur, sicut noster, quem labes terreni corporis quoque tenetur, & fumus intermistus exilire cogit, & ad cœlestem naturam cum trepidatione mobili subuolare. Idē igitur diuinus ignis una eadēq; uī atq; potentia & cremabit impios, & recreabit, & quantum ē corporibus absument, tantum reponet, ac sibi ipse æternum pabulum subministrabit: quod poetæ in uulturem Tiryi transtulerunt. ita sine ullo reuirescentium corporū detrimento aduret cātū, ac sensu doloris afficiet. Sed & iustos cū iudicauerit, etiā igni eos examinabit. Tū quorū peccata uel pōdere, uel numero preualuerint, prestringētur igni atq; amburentur: quos autē plena iusticia, & maturitas uirtutis incōxerit, ignē illū nō sentient: habent enim aliquid in se Dei, quod uim flammæ repellat ac respuat. Tanta enim uirtus est innocentia, ut ab ea ignis ille refugiat innoxius, qui accepit à Deo hanc potestatem ut impios urat, iustis obtemperet. Nec tamen quisquam putet, animas post mortē protinus iudicari. omnes in una communiq; custodia detinētur, donec tempus adueniat, quo maximus iudex meritorum faciat examē. Tum quorum fuerit probata iusticia, ij præmium immortalitatis accipient: quorū autem peccata & scelera detecta fuerint, non resurgent: sed cum impijs in easdem tenebras recondentur, ad certa supplicia destinati.

C O M M E N T A R I V S.

De pœnis atq; præmijs dicturus, non Scripturæ ductu, sed (ut Paulus ait) sapientia ratione purgatorij erroribus implicatur, in quo classici ex ueteribus Theologis aliquot fuerunt: qui tamen (ut Augustinus ait) humana beneuolentia falluntur. Quicquid enim pugnat cum meritis Christi, id ab errore defendi non potest. Si quicquam est, quod meritum Christi exhaurit, & inane reddit: purgatorius, quem fingunt, ignis est omnium maximum. Nam si salus ex fide est, & propter summi nostri Potificis intercessionem, sicut est: nō erit propter solutionem pœnæ. Si beati sunt qui in Domino moriuntur, si beati sunt quorum remissa sunt iniquitates, quorum detecta sunt peccata, quibus nō imputat Dominus peccatum: beati fuerint omnes qui participes sunt passionis & meritorum Christi. His enim peccata sua non imputantur: ergo nō plectētur igne purgatorio, quos purgauit sanguis Christi pro peccatis credentium effusus. Nō animus est, causam à doctissimis atq; sanctissimis uiris abundē tractatam, denuo perorare. Sed ne hunc locum quasi conuiuentibus oculis transiuis-

se uideamur, meam sententiam profiteri uolui. Si illorum est purgatorius ignis, quorum peccata (ut Lactantius ait) uel pondere uel numero preualuerint: lairo (hoc uno exemplo utar) fuerat purgandus maxime, ut qui omnem ætatem lairocinis exegerat. sed audit à Christo: Hodie mecum eris in paradeso. nō additur: si prius igne purificatus fueris. Et si maxime purgatorius aliquis ignis esset, non tamen Missæ, non indulgentiæ Pontificiæ, nō pecuniæ in ærarium Pontificale cōiectæ, non uigiliæ, non uniuersa religionis Romanæ & λθβπσκεία illi extinguendo, aut ab eodē liberandis animabus sufficerent. Sed cum essemus mortui per delicta (ut inquit ad Colos. 2. Paulus) & per præputium carnis nostræ, Deus nos simul cū Christo uiuificauit, condonans nobis omnia delicta, deleto quod aduersus nos erat cheirographo, quod erat contrarium nobis per decreta: & illud sustulit è medio, affixum cruci: expoliatosq; principatus ac potestates ostentauit palam, triumphās de illis per semetipsum. Hic unus Apostoli locus, ad tollendum lustralem hunc ignem satis uirum

habet. Chirographū in humanis cōtractibus red-
ditur, quando creditori satisfactum est, siue uera
siue imaginaria solutione. Quomodo purgandi
soluent ultimum quadrantem, si missatores eos
ex pœnis eripient? nisi fortassis non in cœlis mo-
dō, atq; in terris, sed etiam apud inferos ligandi
soluendiq; potestatem habent: quod triplex, sci-
licet corona significat. Nam & angelis.)
Iob. 41. Cum sublatus fuerit, timebunt angeli &
sic Hieron. Nostri legunt fortes. Graeci, σφαφύ-
τῳ δὲ αὐτῷ φόβῳ θνελοῖς τετραποσίμ
ἔδι γῆς ἀλλομύνοῖς. Dæmones reformi-
dant.) Iacobi 2. ἵγ τὰ δαμόνια πῖς ὀδοῖσι, ἵγ
φελοςσοῖ. Sanctæ literæ.) Venite Benedi-
dicti patris mei: Matth. 25. Tamen non
erit.) Lege Tertul. de Resurrect. carnis Et
igni sempiterno.) De hoc non est eadem
omnibus sententia, sed alij alter de eo opinantur.
Sunt qui materialem putant, sunt qui cœlestem.
Sed hæc quæstio non digna uidetur, in qua cogi-
tationes nostras ponamus. Quod poetæ.)
Homer. Odyf. 11.

ἵγ πτυὸν εἶδῃ γαίης ὀρικύδεῳ ἵδῃ,
λεῖμῳ γῆ διαπέδῳ, ὁ δ' ἐπ' ἑνεία λέτο πῖ-
λεθεα.

γῆπε δὲ μῖρ ἐκάτορθε πῖρ μῖλῳ ἡπῆρ ἐκδροῦ,
δ' ὀρτροῦ ἑσω δαῖοντοῦ ὁ δ' ἐκ ἀπαμῆνετο
χῆρσι.

ἀκτῶ γάρ εἰλκυσσε διὸς λευδῶλῳ πῆρ ἀνοστῆ
πυθῶ δ' ὀρχομῖλῳ ἑστῆ καλλιχῶρῃς πῖνο-
πῆρ.

Hos uersus transtulit Verg. in sextum Aen.
Nec non & Tityon terræ omnipotentis alumnū
Cernere erat, per tota nouem cui iugera corpus
Porrigitur, rostroq; immanis uultur adunco |
Immortale iecur tondens, fecundaq; pœnis
Viscera, rimaturq; epulis, habitatq; sub alto
Pectore, nec fibris requies datur ulla renatis.

Meminerunt etiam alij, qui inferorum pœnas de-
scripserunt: Lucret. Ouid. Syllius, Lucianus, Clau-
dianus & Boccacius. Heraclides uerò Ponticus
in Homericis allegorijs, ad mortalia hunc locum
transfert: nempe quòd Iouis nuptiarū amore ca-
ptus, ea parte ipsū pœnam luere fecerit, quæ pri-
mum de libidine cogitavit. ὠπῶρ, inquit, οἰο-
μὸβῆται εὐὸς πῖτροπύπῆας χεῖροῦ πῶσι, τῶ
δ' ὀσεβῆσαν αὐτῷ μῶρῳ ἰζαερεῖ τῶς ἀερεῖ
νοντες, ἔτῶς ὀμῖρος γῆ ἡπῆρ πῖολῆσε τῶν δῖ-
ἡπῆρ ἀσέβῆσαντα. Plato in Gorgia hoc exem-
plum, ut Tantalū quoq; atq; Sisyphi, ad tyrannidē
transfert. Quem sequutus est eius commentator
Proclus de Rep. Nam Ephorus lib. 4. ut Theon re-
fert, Panopensium princeps fuit, αὐτῆρ πῆρ ὀ-
μῶρ & βῖαεῳ. Hæc opinor bona æqui lecto-
ris pace prolixius. Virescentium.) Prior
lectio habet, reuiviscentiū: sed hæc etiā num ma-
gis probatur. Respuat.) Alias reyciat. Nec
tamen.) Quid Lactanti? Si ignis, ut asseris,
purgatorius est, & omnes in una continentur cu-
stodia: quo loco, aut quo tempore illi non plane in-
sti examinabuntur? uel, an non hoc ipsum est in-
dicari, si ad ignem illum examinatorium damnan-
tur? Quasi uerò illi qui ad insulam aliquam rele-
gati, aut ad metallum ad tempus damnati fuerit,
non iudicati propterea dicantur, quòd non ultimo
supplicio affecti fuerunt. Sed longe diuersa sunt
illa quæ ipse cœlestis et salutifer doctor Christus
apud Lucam, in exemplo Lazari & diuini do-
citur: ubi ille statim à corporis & animæ diuortio,
ab angelis in sinū Abrahamæ delatus fuit, hic statim
in inferno sepultus: locis tanto hiatu diuisis, ut
nec huic illuc, nec illi huc transitus esset. Tecum
igitur errant nostri quoq; temporis ἡμῶν τῶν,
quorum errorem disertissimo libro retudit Cal-
uinus, cui titulum ex re natum Ἰουχοπαῦ
vυχῖαυ fecit.

De errore poetarum: deq; animæ reditu ab inferis. CAP. XXII.

Fragmenta hæc esse poetarum quidam putant, ignorantibus unde illa poetæ
acceperint, ac negant hæc fieri posse. Nec mirum est ita illis uideri. Aliter
enim quàm res habet traditur à poetis: qui licet sint multo antiquiores
quàm historici, & oratores, & cætera genera scriptorum: tamen quia myste-
riū diuini sacramenti nesciebant, & ad eos mentio resurrectionis futuræ ob-
scuro rumore peruenerat, eam uerò temerè, ac leuiter auditam, in modū com-
menticiæ fabulæ prodiderunt. Et tamen ijdem testati sunt, nō autorem se cer-
tum, sed opinionem sequi, ut Maro, qui ait:

Sit mihi fas audita loqui.—

Quamuis igitur ueritatis arcana in parte corruerint: tamen ipsa res eo ue-
rior inuenitur, quòd cum prophetis in parte consentiunt, quod nobis ad
probationem rei satis est, Errori tamen eorum subest ratio nonnulla, Nam
cum

cum prophetae assiduis concionibus prædicarent, iudicaturum esse de mortuis filium Dei, & hæc annunciatio non lateret: quoniam rectorem cœli esse non alium putabant Deum, quam Iouem: iudicare apud inferos Iouis filium tradiderunt, sed tamen non Apollinem, aut Liberum, aut Mercurium, qui cœlestes putantur, sed Deum, qui & mortalis fuerit, & iustus, uel Minoem, uel Aeacum, uel Rhadamantum. Corruerunt igitur poetica licentia, quod acceperant: uel opinio ueritatem per diuersa ora, sermonesque uarios dissipata mutauit. Nam quod peractis apud inferos mille annis, rursus ad uitam restitui cecinerunt, Marone ita dicente,

Has omnes, ubi mille rotam uoluere per annos,

Letheum ad fluum Deum euocat agmine magno:

Scilicet immemores supera ut conuexa reuisant,

Rursus & incipiant in corpora uelle reuertis

hæc eos ratio fefellit, quod resurgent defuncti, non post mille annos mortis suæ, sed ut restituti rursus in uitam mille annis cum Deo regnent. Deus enim ueniet, ut orbe hoc ab omni labe purgato, rediuiuas iustorum animas corporibus innovatis ad sempiternam beatitudinem suscitet. Itaque præter aquam obliuionis uera sunt cetera: quam idcirco finxerunt, ne quis illud opponeret: Cur ergo non meminerunt se aliquando uixisse, aut qui fuerint, aut quæ gesserint? Sed nihilominus tamen uerissimile non putatur, & res tota uel licenter & fabulose ficta respuitur. Nobis autem de resurrectione affirmantibus, & docentibus animas ad alteram uitam non oblitæ sui, sed in eodem sensu ac figura esse redituras, illud opponitur: Tot iam secula trāsierunt quis unquam unus ab inferis resurrexit, ut exēplo eius fieri posse credamus? At enim resurrectio fieri non potest, dominante adhuc iniusticia. Hoc enim in seculo necantur homines uel ferro, insidijs, uenenis: afficiuntur iniurijs, egestate, carceribus, tormentis, proscriptionibus. Eodem accedit, quod iusticia iniusta est, quod omnes qui Deum sequi uolunt, non tantum odio habentur, sed uexantur omnibus contumelijs, & excruciantur multiplici genere peccatorum, & ad impios cultus fabricatorum Deorum, non ratione aut ueritate, sed nefanda corporum laceratione coguntur. Num igitur oportet ad hæc eadem resurgere, & reuerti homines ad uitam, in qua tuti esse non possunt? Cum ergo iusti tam uiles habeantur, tam facile tollantur: quid putemus futurum fuisse, si quis ab inferis rediens uitam postliminio recepisset? Auferetur profecto ab oculis hominum, ne uiso eo uel audito, Deos uniuersi relinquerent, & ad unius Dei cultum religionemque conuerterent. Ergo semel fieri resurrectionem necesse est, cum malum fuerit ablatum: quoniam eos qui resurrexerint, nec mori iam ulterius, nec uiolari ullo modo fas est, ut beatam possint agere uitam, quorum mors resignata est. Poetae uero cum scirent, hoc seculum malis omnibus redundare, obliuionis amnem induxerunt, ne laborum ac malorum memores anime reuerti ad superos recusarent. unde Virgilius:

O pater, an ne aliquas ad coelum hinc ire putandum est

Sublimes animas, iterumque ad tarda reuerti

Corpora? quæ lucis miseris tam dira cupido?

Ignorabant enim, quomodo id fieri oporteret: itaque renasci eas putauerunt, & denuo ad uterum reuolui, atque ad infantiam regredi. Unde etiam Plato de anima differens, ex hoc ait posse cognosci animas esse immortales atque diuinas quod in pueris mobilia sunt ingenia, & ad percipiendum facilia: quod ea quæ discant, ita celeriter capiant, uti non tunc primum discere illa uideantur, sed recognoscere atque reminisci: in quo uir sapiens poetis in-

ptissimè credidit,

Confutat errorem poetarum, qui post mille annos animas in corpora redire somniant: in cuius locum suum errorem millenarium substituit. Qui licet sint antiquiores.) Apud Graecos quidem poetices origo ad Orpheum historiae ad Cadmum refertur. uterque fuit ijs temporibus, quibus Iudices Hebraei praesuerunt. Sed Cadmus Orpheo aliquanto fuit antiquior: ergo historia quoque poetica uetustior est. Sed apud Hebraeos aliquot annis ante in utraque excelluit Moses Hebraeorum legislator. Maro.) Aen. 6. ubi descensum ad inferos describit. Nam cum prophetae.) Ioann. 5. Christus ipse ait, se iudicandi prouinciam a Patre accepisse. Psal. 71. Deus, iudicium tui regi da. Multi sunt passim apud prophetas loci, tam de magni diei iudicio, quam de uniuersali, quo peccatores uerbo diuino perpetuo condemnantur. Quam louem.) Et fortasse eo facilius, quia Hebraei Deum Iehoua uocant, nominis affinitate decepti. Sed Deum, qui & mortalis.) Vaticinia enim de Christo erant, & Deum & hominem fore, etiam apud Sibyllas. Minoen.) De iudiciis infernalibus Cic. in primo Tusc. quaest. ex Platonis Apologia. Marone.)

In 6. sub finem narrationis Anchisae Praeter aquam obliuionis.) Hinc illud Maronis. Securos latices & longa obliuia potant. Periphrasis Lethei fluminis. ἡ λήθη obliuionem significat: unde Letheus fluuius (est enim ut Plato definit, ἡ μνήμη ἐφοδῶ) formatur. et tuus idem Plato sub finem 10. de Rep. campum istum τῶν δῶν λήθης uocat, per quem labitur fluuius Letheus: opinor a campo nominatus, quem ipse ποταμὸν ἀμέλντα nominat. λήθη autem, alibi ἡδισίμης ἀβολῶν definit: siue a praeterito medio λελθῶ, τὸ λανθῶν, ἢ ἀχῆς λήθη. de Lethei fluminis mysterio lege Macrobi. lib. 1. Som. Scip. ca. 12. O pater.) Verba Aenead patrem, Aen. 6. Vnde etiam Plato.) ὁ πῦρ ἡμῶν ἢ μάθης δὲ ἄλλο τι ἢ ἀνάνησις τοῦ χαλεπῶς. & in Memnone, ut Cic. refert, primo nem quendam Socrates interrogat quaedam Geometrica, de dimensione quadrati. Ad ea sic ille respondet, ut puer & tamen ita faciles interrogationes sunt, ut gradatim respondens eo perueniat, quasi Geometrica didicisset. Ex quo efficitur Socrates, ut discere nihil aliud sit, quam recordari. Haec ex primo Tusc. quaestionum.

De resurrectione animae: eiusque rei testimonia. CAP. XXIII.

Non igitur renascentur, quod fieri non potest, sed resurgent, & a Deo corporibus induentur, & prioris uitae factorumque omnium memores erunt: & in bonis caelestibus collocatae, ac fruente iucunditate innumerabilium copiarum, praesenti Deo gratias agent, quod malum omne deleuerit, quod eos ad regnum uitamque perpetuam suscitauerit. Qua de anastasi philosophi quoque dicere aliquid conati sunt tam corrupte, quam poete. Nam Pythagoras transire animas in noua corpora disputauit, sed inepte, quod ex hominibus in pecudes, et ex pecudibus in homines, & seipsum ex Euphorbo esse reparatum. Melius Chrysippus, quem Cicero ait fulcire porticum Stoicorum, qui in libris quos de Prouidentia scripsit, cum de inuolutione mundi loqueretur, haec intulit: τότε δὲ ὅπως ἔχοντες, δὴ λουὸν ὡς δόξῃ ἀδύατον, καὶ ἡμᾶς μετὰ τὸ τελευτῆσαι, πάλιν ποδῶν πινῶν εἰλημμένων χεῖρας, εἰς ὁνοῦν ἀμύλην ἀφικεταί ἡσθεῖα χῆμα. Sed nos ab humanis ad diuina redeamus. Sibylla dicit haec:

Δύσπιστον γὰρ ἔπει μὲν ὄπωρον γῆς, ἀλλ' ὅτρη δὲ
κόσμος καὶ θνητῶν ἐλθὼν κελείσιν ἡ δειὸς αὐτὸς
ποίησει, κελίω ἀσθεῖς δ' ἅμα δυνεθείας τε.
καὶ τότε δυνεθείας μὲν ἰδί ζόφου γινώσκοντες
οσοὶ δ' ἰνσεθείας πάλιν ζήσονται ἰδί γαίης
ἐν δὲ μα δεῖ δύναντες, τιμὴν ἅμα καὶ βίον αὐτοῖς.

Quod si non modo prophetae, sed etiam uates & poetae & philosophi anastasi mortuorum futuram esse consentiunt, nemo quaerat a nobis, quem ad modum fieri possit: nec enim diuinorum operum reddi potest ratio. Sed si a principio Deus hominem nescio quo inenarrabili modo instituit: credamus, ab eodem restitui ueterem posse, qui nouum fecit.

Recenset aliquot de resurrectione mortuorum gentilitia testimonia, sed a uero aberrantia. Nam Pythagoras. De hoc abunde dictum est lib. 3. cap. 18. Fulcire porticum.) $\tau\acute{\iota}$ $\sigma\omega\alpha\omega$, unde Stoicorum hæresis nomē habet. Est autem intellectio per metonymiam, siue synecdochen. Locus Cic. non extat. De prouidentia.) $\pi\delta\delta\iota$ $\tau\acute{\iota}$ $\pi\theta\omega\iota\alpha\varsigma$. Citatur etiam hic liber a Plutarcho $\psi\iota$ $\tau\epsilon\tau\tau\acute{\iota}\omega$ $\sigma\omega\iota\kappa\omega\mu$ $\gamma\iota\alpha\nu\tau\iota\omega\mu\acute{\alpha}\tau\omega\mu$, cuius apud Laert. nulla mentio fit, sicut nec $\pi\delta\delta\iota$ $\tau\acute{\iota}$ $\kappa\epsilon\lambda\eta\iota\sigma\tau\acute{\iota}\omega$, $\epsilon\tau$ $\pi\delta\delta\iota$ $\tau\acute{\iota}$ $\kappa\epsilon\lambda\eta\sigma\theta\omega\mu\epsilon\tau\epsilon$, quæ idem Plutarch. citat: nec de Diuinitate, nec de natura Deorum, quorum Cic. mentionem facit: nisi posterius hoc, $\pi\delta\delta\iota$ $\theta\epsilon\omega\mu$ $\sigma\omega\iota\tau\epsilon\gamma\mu\alpha$ intelligere uelis. Sibylla.) Ser. 4. Variant autem hæc, sicut etiam alia pleraque. Hic uersus in Sibyllino codice legitur hoc modo:

$\kappa\alpha\iota$ $\alpha\delta\delta\iota$ $\delta\iota\upsilon\sigma\epsilon\beta\epsilon\iota\alpha\varsigma$ $\mu\epsilon\lambda\acute{\iota}$ $\tau\omega\delta$ $\zeta\acute{\omicron}\phi\omicron\mu$ $\epsilon\mu\pi\alpha\lambda\iota\omega\iota\mu\psi\epsilon$.

Deinde additur alius, qui hic desideratur: $\iota\gamma$ $\tau\omicron\tau$ $\acute{\alpha}\delta\eta\gamma\omega\sigma\sigma\iota$ $\delta\omicron\sigma\omega$ $\lambda\upsilon\sigma\epsilon\beta\epsilon\iota\alpha\omega$ $\theta\epsilon\beta\epsilon\alpha\omega$. Vbi ego legere malim, $\delta\omicron\sigma\omega$ $\alpha\sigma\epsilon\beta\epsilon\iota\alpha\omega$. Sic enim $\epsilon\tau$ sensus $\epsilon\tau$ uersus melior fiet. Deinde reliqui duo uersus leguntur hoc modo: $\delta\iota\upsilon\sigma\epsilon\beta\epsilon\iota\omega$ $\delta\epsilon$ $\mu\epsilon\lambda\eta\sigma\iota\mu$ $\acute{\alpha}\delta\iota$ $\zeta\epsilon\iota\delta\omega\mu$ $\alpha\phi\epsilon\tau\epsilon\mu$, $\tau\omega\delta$ $\delta\upsilon\mu\acute{\alpha}\tau\epsilon$ $\delta\delta\iota\tau$ $\epsilon\tau$ $\iota\gamma$ $\zeta\omega\omega$ δ $\acute{\alpha}\mu\alpha$ $\kappa\alpha\iota$ $\beta\iota\omicron\mu$ $\alpha\upsilon\tau\omicron\iota\varsigma$.

Nos ex utrisque commixta conflauimus translatione: Nulla fides hominum generi tunc. ast ubi summum Iudicium ueniet, mundo $\epsilon\tau$ mortalibus illud Quod Dominus faciet pariter, prauisq; pijsq;: Tunc ad tartareos ignes mala turba uolabit, Tunc uero uitam sceleratam intelliget ipsa. Tunc iterum in terris uiuenti pietatis amantes, Dante Deo uita accipiet, et pneuma, et honores.

CAP. XXIII.

De renouato mundo.

Non reliqua subnectam. Veniet igitur summi & maximi Dei filius, ut uiuos, ac mortuos iudicet, testante atq; dicente Sibylla:

$\rho\acute{\epsilon}\alpha\sigma\iota\varsigma$ $\gamma\alpha\rho$ $\gamma\acute{\alpha}\iota\iota\varsigma$ $\tau\omicron\tau\epsilon$ $\theta\eta\eta\tau\acute{\iota}\omega$ $\sigma\upsilon\gamma\chi\upsilon\sigma\iota\varsigma$ $\epsilon\sigma\tau\alpha\iota$, $\alpha\upsilon\tau\omicron\varsigma$ σ $\tau\omega\alpha\nu\tau\omicron\kappa\rho\acute{\alpha}\tau\omega\mu$ $\delta\tau$ $\acute{\alpha}\nu$ $\epsilon\lambda\theta\eta$ $\beta\eta\mu\alpha$ $\pi\iota\kappa\epsilon\iota\eta\alpha\iota$ $\zeta\omega\eta\tau\acute{\iota}\omega$ $\iota\gamma$ $\nu\epsilon\kappa\acute{\iota}\omega\mu$ $\psi\upsilon\chi\acute{\alpha}\varsigma$, $\iota\gamma$ $\iota\omega\sigma\mu\omicron\mu$ $\acute{\alpha}\pi\alpha\tau\alpha\tau\alpha$.

Verum ille cum deleuerit iniusticiam, iudiciumque maximum fecerit, ac iustos qui a principio fuerunt, ad uitam restaurauerit, mille annis inter homines uersabitur, eosque iustissimo imperio reget. Quod alibi Sibylla uaticinas furesque proclamat:

$\kappa\lambda\upsilon\tau\epsilon$ $\delta\epsilon$ $\mu\epsilon$ $\mu\omicron\delta\omicron\mu\omicron\pi\theta\upsilon$, $\beta\alpha\sigma\iota\lambda\epsilon\upsilon\varsigma$ $\alpha\iota\omega\omega\iota\omega$ $\epsilon\tau$ $\alpha\phi\chi\epsilon\iota$.

Tum qui erunt in corporibus uiui, non morientur, sed per eosdem mille annos infinitam multitudinem generabunt: & erit soboles eorum sancta, & Deo chara. Qui autem ab inferis suscitabuntur, ij præerunt uiuentibus uelut iudices. Gentes uero non extinguentur omnino, sed quædam relinquetur in uictoriam Dei, ut triumphentur a iustis, ac subiugentur perpetuæ seruituti. Sub idem tempus etiam princeps dæmonum, qui est machinator omnium malorum, catenis uincietur, & erit in custodia mille annis cœlestis imperij, quo iusticia in orbe regnabit, ne quod malum aduersus populum Dei moliat: post cuius aduentum cōgregabunt iusti ex omni terra: peractoque iudicio, ciuitas sancta constituetur in medio terræ: in qua ipse conditor Deus cum iustis dominantibus commoretur. quam ciuitatē Sibylla designat, cum dicit:

$\kappa\alpha\iota$ $\tau\omicron\lambda\iota\mu$, $\lambda\upsilon$ $\epsilon\pi\omicron\iota\iota\sigma\epsilon$ $\theta\epsilon\omicron\varsigma$ $\alpha\upsilon\tau\iota\omega$ $\epsilon\pi\omicron\iota\iota\sigma\epsilon$ $\lambda\alpha\mu\pi\epsilon$ $\sigma\tau\epsilon\phi\alpha\omega$ $\acute{\alpha}\sigma\tau\epsilon\mu$, $\iota\gamma$ $\eta\iota\lambda\iota\varsigma$, $\eta\delta\epsilon$ $\sigma\epsilon\lambda\omega\omega\iota\varsigma$.

Tunc auferentur a mundo tenebræ illæ, quibus offundebatur atq; obcæcatur cœlum, & luna claritudinem solis accipiet, nec minuetur ulterius. Sol autem septies tanto quàm nunc est, clarior fiet. Terra uero aperiet fœcunditatem suam, & uberrimas fruges sua sponte generabit: rupes montium mel-la sudabunt: per riuos uina decurrent: & flumina lacte inundabunt. Mundus denique ipse gaudebit, & omnis rerum natura lætabitur, erepta & liberata dominio mali, & impietatis, & sceleris, & erroris. Nō bestia per hoc tempus sanguine alentur, non aues præda: sed quieta & placida erunt omnia. leones & uituli ad præsepe simul stabunt, lupus ouem non rapiet: canis non uenabitur: accipitres

accipitres & aquilæ non nocebunt: infans cum serpētibus ludet. Deniq; tūc
fient illa, quæ poëta aureis temporibus facta esse iam Saturno regnante di-
xerūt. Quorum error hinc ortus est, quòd prophetæ futurorum pleraque sic
proferunt & enunciant, quasi iam peracta. Visiones enim diuino spiritu of-
ferebantur oculis eorum: & uidebant illa in conspectu suo quasi fieri ac ter-
minari. Quæ uaticinia eorum cum paulatim fama uulgasset, quoniam profa-
ni à sacramento ignorabant quatenus diceretur, completa iam esse ueterib.
seculis illa omnia putauerūt: quæ utiq; fieri compleriq; non poterant homi-
ne regnāte. Cum uerò deletis religionibus impijs, & scelere compresso, sub-
iecta erit Deo terra.

*Cedet & ipse mari uector, nec nautica pinus
Mutabit merces: omnis feret omnia tellus.
Non rastros patietur humus, non uinea falcem.
Robustus quoq; iam tauris iuga soluet arator.
Tunc etiam molli flauescet campus arista:
Incultisq; rubens pendeat sentibus uua,
Et dura quercus sudabunt roscida mella:
Nec uarios discet mentiri lana colores.
Ipse sed in pratis aries iam suaue rubenti
Murice, iam croceo mutabit uellera luto.
Sponte sua sandyx pascentes uestiet agnos.
Ipse lacte domum referent distenta capelle
Vbera, nec magnos metuent armenta leones.*

Quæ Poëta secundum Cumeæ Sibyllæ carmina prolocutus est. Erythræa
uerò sic ait:

*οἱ δ' ἐ λήκοι σιῶ ἀρνῶν ἢ ἕρεσι ἀμίλλῶντοι.
χρῆτον γὰρ λίγκον τ' ὄριφοισι ἄμα βόσκονται.
ἀρνῶι σιῶ μοχοισι ὁ μὲ καὶ πᾶσι βροτοῖσι.
σαρκοβόρῳ τε λίων φάγε τ' ἄχουρον πῆρὰ φάτνας.
σιῶ βρέφισι τε δρωκοντῶν ἀμάτροσι κοιμήσονται.*

Et alio loco de ubertate rerum:

*καὶ τότε διη χαρὰν μεγάλην θεὸς ἀνδρωσι δώσει.
καὶ γὰρ γῆ καὶ δένδρα καὶ ἄσπετα δρέμματα γαίης,
δῶσσι καρπὸν τὸν ἀληθινὸν ἀνθρώποισι,
οἶνον καὶ μέλιτ' ἔσθλην καὶ γάλακτ' ἔσθλην,
καὶ σίτην, ὅπῃ ὄσθλην βροτοῖς καὶ κλισίῃ ἀπάντων.*

Et alia eodem modo:

*ὄσθητων δὲ μόνων ἀγία χθῶν πάντα τὰ δ' οἶσει,
νῆμα μέλιτ' ἔσθλην καὶ πᾶσι βροτοῖς
καὶ γάλατ' ἔσθλην καὶ πᾶσι βροτοῖς ἀπάντων.*

Viuet itaq; homines tranquillissimā uitā & copiosissimā: & regnabunt cum
Deo pariter, & reges gentiū ueniēt à finib. terræ cum donis ac muneribus, ut
adorent & honorificēt regē magnū, cuius nomē erit præclarū, ac uenerabile
uniuersis nationib. quæ sub cœlo erūt, & regibus qui dominabūtur in terra.

COMMENTARIUS.

Confirmat iam tandem testimonijs Sibyllinis
autem illud mille annorū seculum. Est enim hoc
caput planè ἐκφρασιῶν. Describit enim nouam
illam Hierusalē, cuius typus est in penultimo Apo-
calypseos cap. Viuos & mortuos.) Sal-
ua hoc & Scriptura & fide Catholica dicitur, si
cætera pari dexteritate dicerentur. Viuentium no-

mine illos intelligimus, quos Domini aduentus re-
fiduos ac superstites ad obruet. Cuius rei testifi-
monia luculentissima habentur in epistolis Pau-
linis. nam 1. Cor. 15. ait: Non omnes quidem dor-
miemus, omnes tamen immutabimur, in pur-
eto temporis. Et in priori ad Thessalonicen-
ses, capite quarto: Hoc enim uobis dicimus
in

in uerbo Domini, quod nos qui uiuimus, et reli-
qui erimus in aduentu Domini, nequaquam praeue-
nietus eos qui dormiunt. Quonia ipse Dominus
est hortatu et uoce archangeli ac tuba Dei descē-
det de caelo, et mortui in Christo resurgent pri-
mo: deinde nos qui uiuemus, qui reliqui erimus,
simul cum illis rapiemur in nubibus, in occursum
Domini in aera, et sic semper cum Domino eri-
mus. In his uerbis nullius terreni regni fit metio.

10 Caeterum per mortuos intelligimus eos, qui ante
aduentum uita functi iudicio reseruati sunt: nec
dum pronunciatum est, quod uel praemium, uel quae
pena cuiusque decreta sit. Matth. 16. Dicente
Sibylla.) Sermone 8. τὸ τε θνητῶν.) θνητῶν
τὸ τε, et sic fluit melius. Βύμασι.) Βύμασι.
Sed non uideo, quur pluralis pro singulari ponat-
ur. Reddidi qualiter cunq; Latinos:
Omnibus in terris hominum confusio fiet.

Adueniet tunc omnipotens in sede laturus
Iudicium uiuis, defunctis, undiq; terra.

20 Restauraueris.) Eruditi negant hoc uerbū
esse latinum, qui instaurō ab instar ducunt. Qua-
re et ipse censeo Lactantium, hominem tam Ci-
ceronianum, instaurare, et non restaurare scri-
psisse. αὐτῶν.) Nō extat in Sibyllino Codice:
Auscultate mihi mortales, Rex reget almus.

Sub idem tempus.) Hoc est seminarium
totius millenarij erroris, desumptum ex 20. Apo-
calypsos capite. Apponā uerba Ioannis Graeci,

30 et Lactantium et Augustinum, cuius uerba
paulo post subiiciemus, cum textu conferas: καὶ
εἶδον ἄγγελον κατεβαίνοντα ἐκ τοῦ θρανῶς,
ἔχοντα τὴν κλίμακα τῆς ἀβύσσου, καὶ ἀνέβησεν με-
τὰ τὴν κλίμακα ἀπὸ τοῦ θρανῶς, καὶ ἐκράτησε τὸ
πύθιον τοῦ ἀβύσσου, ὃς ἔστιν ὁ διά-
βολος καὶ ὁ σατανᾶς, καὶ ἔδραμεν αὐτὸν χίλια
ἐτη, καὶ ἔβαλον αὐτὸν εἰς τὴν ἀβύσσον, καὶ ἐκλει-
σαν αὐτὸν, καὶ ἔβαλον ἐν αὐτῷ τὸν ἄβυσσον, ἵνα
μὴ πληθυνῶσι τὰ ἔθνη ἐπὶ, ἕως τελεθῆναι χίλια
ἐτη, καὶ μετὰ ταῦτα δεῖ αὐτὸν λυθῆναι μικροῦ
χρόνου, καὶ εἶδον θρόνον, καὶ ἐκάθισεν ἐπ' αὐ-
τῶν, καὶ ἐκράτησε αὐτοὺς, καὶ τὰς ψυχὰς τῶν
πεπελεκισμένων ἔβλεπεν τὴν μαρτυρίαν ἰησοῦ,
καὶ ἔβλεπεν τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, καὶ οἱ τινὲς ἐπιθεσκύν-
ησαν τὸν θρόνον, ἕως τὴν εἰκόνα αὐτοῦ, καὶ ἐκ-
ἔλαβον τὸ χάραγμα αὐτοῦ τὸ ἐπὶ τὸ μέτωπον αὐτοῦ,
καὶ αὐτοὶ τὰ χεῖρα αὐτοῦ καὶ ἐβασίλευσαν, καὶ ἔβασιλευ-
σαν μετὰ τοῦ χριστοῦ τὰ χίλια ἐτη. οἱ ἄλλοι τὸν νε-
κρῶν δὲ ἀνεβήσαν, ἕως τελεθῆναι τὰ χίλια ἐτη
καὶ ἔβησαν αὐτὴν ἡ ἀνάστασις ἡ πρώτη. μακάριοι
καὶ ἄγγελοι, ὅ ἐχον μετὰ τὸν ἄναστασι τῆ
πρώτης, αὐτὴ τὸ ἔθνος ὁ δαίμων ὁ δὲ δούλος ὁ ἐκ

ἔχει ἄρσενον, ἀλλ' ἔσονται ἰσθμῶς τοῦ θεοῦ, καὶ
τοῦ χριστοῦ, καὶ βασιλεύσουσιν μετ' αὐτοῦ χίλια
ἐτη. καὶ ὅτε ἐτελεθῶσιν τὰ χίλια ἐτη, λυθῆ-
σεται ὁ σατανᾶς ἐκ τοῦ φυλακίου αὐτοῦ, καὶ
ἐβήσεται πλανῆσαι τὰ ἔθνη τὰ ἐν τέσσερα-
σιν γωνίαις τοῦ γῆς, τὸν γὰρ καὶ τὸν μαγῶν,
σωαγαγῆν αὐτοὺς εἰς πόλεμον, ὧν ὁ ἀριθ-
μὸς ὡς ἡ ἄμμος τοῦ θαλάσσης. καὶ ἀνέβησαν
αὐτὸν τὸ πλάτος τοῦ γῆς, καὶ ἐκύνκλωσαν τὴν
πᾶν ἐμβολῶν τῶν ἁγίων, καὶ τὴν πόλιν τὴν ἵερο-
σημὴν καὶ κατέβησαν αὐτὸν τὸ θεῶν ἐκ τοῦ
θρανῶς, καὶ κατέφαγγον αὐτοὺς, καὶ ὁ διάβολος ὁ
πλανῶν αὐτοὺς ἐβλήθη εἰς τὴν λίμνην τοῦ πο-
τός καὶ τοῦ θείου, ὅπου τὸ θηρίον καὶ ὁ ψυδρὸς τοῦ φῶ-
τος, καὶ βασιλεύσουσιν ἡμέρας καὶ νυκτὸς εἰς
τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Quomodo haec intelli-
genda sint, ante caeteros enarrauit atque edisse
ruit Aur. Augustinus lib. 20. Ciuit. Dei, cap. 7.
et sequentibus aliquot ordine: et post ipsum re-
tulit Eugippius Tom. 1. cap. 134. et sequentibus.
Sibylla.) Sermone quinto: ubi uersus nonni-
hil uariant:
καὶ πόλιν, ἣν ἐπόθησε θεός, ταύτην ἐποίησε
φαιδρότεραν ἀστῶν τε καὶ ἡλίου, ἢ δὲ σε-
λήνης.

Lactantiana tamē lectio magis arridet. neq; enim
uideo quid uerbum ποθεῖν sibi uelit, licet ταύ-
την, quam αὐτὴν, uel propter positionē rectius
legitur. Caeterum siue λαμπρότεραν, siue φα-
ειρότεραν, iuxta splendidam lectionē arbitror.
ἀστῶν τε καὶ, rotundius est. Sic reddidi:
Urbem quam statuit Deus, isthanc aedificauit,
Quam lunam aut solem, uel astris splendidiorē.
Huius urbis amplior τοποθεσία sequitur: quam
si uoles, pete ex codice Sibyllino. Sed confer cum
his eam quae est in Apocalypsi capite penult. et
Esaiā 60. et 65. Sol autem septies.)
Locus est Esaiā 30. sed quomodo hoc intelligen-
dum sit, docet idem Esaiās cap. 60. sic inquens:
Non erit tibi ultra sol in lucem dierū, et in splen-
dorem luna non lucebit tibi: et erit tibi Domi-
nus in lucem sempiternam, et Deus tuus in ma-
gnificentiam tuam. Non occidet ultra sol tuus,
et luna tua non contrahetur: quia Dominus
erit tibi in lucem sempiternam, etc. Sempit-
ernam dixit propheta, non millenariam. Et
Ioannes, postquam ciuitatem descripsit: Et ci-
uitas, inquit, non eget sole neque luna, ut
luceant in ea, nam claritas Dei illuminat eam,
et lucerna eius est agnus, etc. Quibus uer-
bis χιλιασμός funditus tollitur. Sed de se-
ptima et octaua aetate seculi futuri, sicut de

τρώες νόμους συγγράφοντι, ἐκβάλλοντι τε
 τὰ πάλαι ἔσοι τῶν πλοχόνων ποδὶ τ' δεῶν νο
 μίσματα, ἀδικαλίηται τὴν ἀλήθειαν, ἢ πύ
 σατο γὰρ, οἶμαι, τὴν μακαρίαν καὶ ἐπόνυμον
 τὸ σωτήριον τὸν τελευτῶν. ἵνα δὴ τὸ ἀγριον φ
 ῶμόπιον ἰκαλίνοι, ἦγαγε τὰς ἑταίρους τῶν
 αἰσάνων πῶς τὴν ἑαυτ' σιωπῆσαν, καὶ φησί,
 χεῖρα ἐώμενος ἰδουδαίαν καὶ νεῶς κατασκιδνά
 (ειρ, θυσιὰς τ' ὑπὸ τὴν εἰδῶτα τῶν νεῶς τε χεῖρ
 10 π, ἀκολούθως δὲ καὶ τὰ λοιπὰ ἐπιήγαγε τοῖς
 φρονῶσι. φησὶ γὰρ
 λήψετε ἀφ' ἑαυτῶν θεῶν βίον, καὶ ἀθρήσει
 ἡρώας σὺν ἑκείνῳ ἀολλείας, ἢ καὶ αὐτὸς
 παρὶ δὲ καὶ μακάρους ἐλθούσιν φανούσιν,
 πῶς τὸν ἀρετῆν ἐκδιδόντων ἡμῶν ἡρώας
 σοὶ δ' ἀρετῆν πᾶσι πρῶτα φέει δωρήματα
 γαίαν,
 λευκὴν καὶ λευκῶν ὄμα καὶ λευκῶν ἀκάντων.
 δαυμασὸς αὐτῆς καὶ πᾶσι παιδείαν ἐκείνῳ
 20 μνησθῆναι, ὅς ἀκερῶς ὑπὸ τῶν τῶν
 τῶν τε ἀκερῶν ὄματι.
 σοὶ δὲ ὡς πᾶσι θεοῖσι καὶ ἀνθρώποις καταβεβηθῆναι
 φησὶ, (κατ'
 αὐτῶν γλυκὴν νῆμα σιωπῆσει γάλα
 δὲ δὲ τίς τῶν βλοσυρῶν ἀγέλης λεόν
 τας.
 ἐλθὲ λέγων, ἢ γὰρ πίστις ἐκ βασιλικῆς αὐ
 λῆς οὐκ ἀδικίας ἐφοβήθησθε.
 30 φησὶ δὲ δὴ δὴ τὰ παρὰ γὰρ, ἀνθεα αὐτὰ
 ὄληται ἰοβόλο φησὶ ὅρα τ' ὄληται) πίστις,
 λήμῳ, ἀσύλειον θάλασσαν καταπάμπαν ἀ
 μωμον.
 τὸ τῶν τ' ὄληται ἀλλυθεῖσθαι, ὅρα τ' ὄληται τὸ σωτή
 ριον ἀρετῆν οἰκιστόν, εἰ ποὶ τις αὐτῶν γὰρ
 τὰ τῶν θεῶν παρὰ γὰρ, ἀνθεα αὐτὰ
 ναμῶς, ὄληται πᾶσι αὐτῶν, νεοῖα ὡπαισε γῆ
 να. ὅ δὲ ὄληται ἀπὸ ληται, καὶ ὄληται τὸ ὄφρα
 ἐκείνῳ, ὅς οὐκ ἔστι πρῶτον πλάσσει πρῶτον ὄληται
 πᾶσι, παρὰ γὰρ τὰς ἑταίρους αὐτῶν ἀρετῆ
 40 ἰμφοῦται ὑπὸ τῶν τῶν ἰδουδαίων ἀπόλασι, ὅπως
 γνοῖντι καὶ ἐπὶ πρῶτον αὐτοῖς ὄληται. πῶ
 γὰρ τοῖς τ' ἀδικίας τῶν σωτήριον τ' ἀθανά
 σιας τῶν δικαίων, ἀγνοῖα τὰς ψυχὰς τῶν αὐ
 θρώπων ὑπὸ μὴ ἀμῶν χεῖρ ἑλπίδι ὄληται
 ἡλίας ἑθρανε. παλόντων δὲ αὐτῶν καὶ πῶς
 ἑαυτῶν τὸ πᾶσι τῶν σώματ' ἑαυτῶν χωρὶ
 ὄληται τ' ἐκ τ' ἡνωσῆσθαι τ' ἀγίῳ πνεύματι,
 ἀπὸ ἀδικίας τοῖς ἀνθρώποις τὸ δωματῶν τ'
 ἀδικίας καὶ ἐπιπέτο. αὐτῶν πᾶσι ἀδικίας ἀγί
 50 καὶ τῶν κατελείπετο. αὐτῶν πᾶσι ἀδικίας ἀγί
 οῖς ὄληται. τότε δὴ πᾶσι ἀδικίας ἀγί
 ὄληται ὄληται, καὶ ἐκ τ' αὐτῶν σεμνῆς ἑτα

σῆμα τὴν ἀνάστασιν τὰ ὁμοία ἐλπίσει ἐκ
 λουσον. ἐκ αὐτῶν δικαίως ἐτελεύτα τῶν ἰοβό
 λων ἢ φύσις ἐτελεύτα δὲ καὶ δαίματ' ἐπε
 σφραγίσθη δὲ ἢ ἀνάστασις, ἀπὸ αὐτῶν δὲ καὶ τὸ
 τῶν ἀσυνείων γῆ. ὁ πρῶτον ἐγγύς τὸ φ
 πίσιως τὸ θεῶν, φέει δὲ καὶ πᾶσι τὰ φά
 σκον τ' ἀμωμον πλῆθος τ' βροχιδόντων πῶς
 αγορῆσαι. οἱ τ' ἢ ἐκ μίας εἴσε πλῆθος ἐλά
 δωμ δὴ δὴ δὴ θάλασσαν ἀνθεσιν ἀφ' ἑαυτῶν συμ
 μετρία δὴ δὴ βλασάνει. περὶ δὲ δὴ δὴ δὴ
 δὲ, ὅ σοφώτατε ποιητὰ μαρῶν, καὶ τὰ ἐξῆς
 ἀπαντὰ ἀκολούθως ἔχει
 αὐτῶν δ' ἡρώων ἀρετῆς, πατρός τε μεγίστου
 ὄληται ὄληται οἰσι λευκῶν πᾶσι μα
 θῆσθαι.
 αὐτῶν τ' ἡρώων ἐπαίνους, τὰ τ' δικαίων αὐ
 θρώων ὄληται οἰσι τὰς ἢ ἀρετῆς τ' πατρός
 τ' τ' ὄληται οἰσι τὰς ἢ ἀρετῆς τ' πατρός
 μονῶν ἀπὸ γὰρ λέγων, ἴσως ἢ καὶ αὐτὸς νόμους,
 οἷς ἢ θεοῖσι ἐκκλησία χεῖρα, ὑπὸ τῶν
 σα τ' μετὰ δικαιοσύνης τε καὶ σωφροσύνης
 βίου. δαυμασὸς ἢ καὶ τ' μετὰ τ' τ' ἀγαθῶν
 καὶ τῶν ἑαυτῶν βίον τ' ἀνμνησθῆναι πρῶτον
 τὸ ἀθρόον τ' ἀφ' ἑαυτῶν μετὰ θεοῖσι πρῶτον
 πρῶτον τ' ἀνθρόπων φανθῶν ἡρώων ἀλλοῶν
 τῶν τ' ὄληται οἰσι τὰς ἢ ἀρετῆς τ' πατρός
 τῶν τ' ὄληται οἰσι τὰς ἢ ἀρετῆς τ' πατρός
 χεῖρα. (τρῶς.
 γὰρ δὲ ὄληται οἰσι βᾶσι πρῶτον ἢ ἰδουδαίαν βό
 ἀπὸ τῶν τῶν τ' ἀδικίας βίου. (ναῖμα.
 σκληρῶν δὴ τῶν ἀδικίας λαγόνων μελῶν τ' ἴε
 τῶν ἡλιθιότητων τῶν τότε ἀνθρώπων καὶ τὸ
 κατασκιδνῶν ὄληται οἰσι τὰς ἢ ἀρετῆς τ' πατρός
 ἴσως δὲ καὶ
 τ' τ' θεῶν πόνον ἀκούσας τ' ἑαυτ' ἑαυτῶν
 γλυκὴν τῶν ἑαυτῶν ἡλιθιότητων διδασκῶν.
 παῦρα δ' ὄληται οἰσι τὰς ἢ ἀρετῆς τ' πατρός
 ἀτῆς, (σαι,
 πόνον ἐπαίξαι, ὡς τ' ἀρετῆς τ' πατρός
 ἴε τ' ἑαυτῶν ἐλπίδι οἰσι τὰς ἢ ἀρετῆς τ' πατρός
 ρῆς.
 ἀλλ' ἔπειτα ἔσαι τῶν τῶν, καὶ θεοῖσι ἀρετῶν,
 ἀνθρόπων ἡρώων ἀγαλλομῆν. πολέμου δὲ
 τῶν καὶ ἀθανάτων ἀφ' ἑαυτῶν αὐτῶν ἀχίλλεος.
 ὄληται, ὅ σοφώτατε ποιητὰ. τ' γὰρ ποιητῶν
 ὄληται καὶ τ' πῶς οἰσι τὰς ἢ ἀρετῆς τ' πατρός.
 γὰρ ἡμῶν οἰσι τὰς ἢ ἀρετῆς τ' πατρός, μὴ ὄληται
 μετὰ τῶν τ' ἐκώλυσε δὲ τις, οἶμαι, καὶ ἰνδῶν
 τοῖς ἐλεγχῶσι τὰ ἑαυτῶν πλοχόνων νομῶν
 τὰ ἐπὶ τῶν τ' ὄληται οἰσι τὰς ἢ ἀρετῆς τ' πατρός.
 δὴ καὶ ἀνθ
 ὄληται τῶν τ' ὄληται οἰσι τὰς ἢ ἀρετῆς τ' πατρός
 πρῶτον τ' ἀδικίας, πῶς γὰρ καὶ πόλεμον
 ἀπὸ ἀδικίας, ἀπὸ ἀδικίας ἐπὶ καὶ καὶ ὄληται
 τῶν τ' ὄληται τ' ἀνθρόπων βίου, χαρακτηριστῶν τ'
 σωτήριον

σωπῆρα θεμῶν τὰ ἕδρα τῶν πολέμων τῶν
 ἀπὸ τῶν, τῶν οὐρανῶν πᾶσαν ἐπολέμησε
 γαῖαν ἀντικρῶς τῶν ἀντικειμένης διωάμεθ
 πονηρῶς πεμφθεῖς δὲ οὐκείας τῆς πηλοῦς ἐν
 τῶν γαλιίας μεγίστη παρῶς. τί δ' ἡμετὰ του
 τὰ ὁ ποιητῆς λέγει
 ἀλλ' ὅτ' αὐτὸν ἄνθρωπος ἐν κάρπῳ ἵκηται.
 τὰ τέσσαρ' ἐπὶ δαυτὸν ἀφωθῆναι, τὰ πῶδε χοντα
 του βίου τῶν ἀνθρώπων ἐξέσθην δὲ ἐλν, τῶν τῆ
 ξύμπαση γλῶσσει κατὰ κομῆσιν
 ὅχ' ὅσοι αὐτοῖσι ἀλλήτροτάτισιν,
 φουδῶν ἀμυδῆς γαίης ἀπὸ πῖνονι μέτρον.
 αὐτὸς δ' ἀπαρτῶν ἐν ἀνθρώποισι. ὁ δὲ ἀμυ
 ὄτραλις δρεπᾶνοιο ποθησέμεν ἀμπελον
 οἶμα.
 ὁ δ' ἐκείνῳ δόδοιτο βροτὸς πόσιον. αὐτόματος ἢ
 ἀρνοῖός τυεῖοισι τῶν ἀπὸ τῶν λιβάδεσιν, (βωμ.
 σαυδ' οὐκὶ περφυρῶν λάχνω ῥητόεσαν ἀμεί
 ἀλλ' ἄγε λιμῆν, σκῆπτρον βασιλῆῖδος ἀρχῆς,
 δεξιτέρῃς ἀπὸ παρῶς εὐεβρεμέταο δέδεξο,
 κῶσμη λατῶν τῶν δρεῶν ὑπὸ κῆρα θεμέθλα.
 χαρμοσυλῶν γαίης τε ἐν δρανὲς ἡδ' ἐθαλάσσης.
 γηθῶσιν τ' αἰῶνος ἀπερῶντις λάσσην κῆρ.
 εἰ δέ με γηραλέον ζῶντα τ' ἔχε νήδυμος ἰχθῦς.
 τῶν ἀπὸ τῶν ἑλεαδῶν ἐφ' ὅσον διωάμῃς γε πα
 ἔκ αν με πληξῆσθαι ὁ θρακῶν δῖος αἰοῖδος. (βῆσ,
 ὁ λῖνος, ὁ πᾶν αὐτὸς, ὁ ἀρκαδῆν τέκτο χθῶν.
 ἀλλ' ὁ δ' αὐτὸς ὁ παλαιὸν τῆς εἰνεκα νίκης.
 ὄρα φησὶ, καὶ τῶν σοιχείων ἀπᾶν τῶν χαρᾶν.
 ταῦτα δὲ φησὶν αὐτὸς τῶν ἐκ ἐν φρονουῶν τῶν,
 πῶδε γηραῖς ἀνθρώπων λέγεαδῖς. παιδῶς ἢ τε
 χθῶν τῶν ἀνθρώπων. πόσιον ἢ ἔχει λόγον γλῶσσει
 ἑσάρτου ἐν ἀνθρώποισι, ἐν τῶν γῆ ἀμπελον μὴ
 ἕδρα τῶν δρεπᾶνον ἀμυλῶν μὴ ἢ τῶν ἀμυλῶν ἕδρα
 λειαν πᾶσι ἀνθρώπων λέχθῶν ἕδρα γηραῖς ἀνθρώπων
 πίνης. ἢ τοι γὰρ τοι φῶσις θείας ὁδὸν πῶσῃς
 ὡς δόδοι τῶν, ὅκ ἀνθρώπων πίνης ἑλεδύσεως ὄρ
 γάπῃς ἀλλὰ ἐν σοιχείων χαρᾶς θεῶν κάθοδου ἐκ
 ἀνθρώπων πίνος χαρᾶς ἡδ' ἐκ λῦσιον, τότε ὅκ
 χεαδῖς τῶν ποιητῶν, τῶν βῆσ τὸ τέλῳ αὐτῶν μὴ κῆ
 νεαδῖς, θείας ἕδρα πίνης σύμβολον. τῶν γὰρ
 θεῶν τῶν βίου ἐν τὸ σῶζεσθαι ἀφῆσιν εἰθίσι μεθᾶς ὁ
 πῶς ἀνθρώπων. ἢ γὰρ ὄρθηραία πῶς τῶν θεῶν.
 τί δὲ μοι, φησὶν, ὅκ δεσπῶτα τῶν τῶν μαντῆας
 ἕδρα κῆπῆς ἀνάγκη. ἐν ὅκ ἑλεδύσεως ἀπὸ τῶν
 γῆς μετέωρον ἀφῆσαν ὄρθηραία ἀπὸ τῶν
 μακαριωτάτης σῆς ἑλεδύσεως ἡμῶρας. ὁ ἢ μᾶ
 ρων πῶς τοῖς ἐρημιῶν ἕδρα φῶσι καὶ τὰ δ' ἐ
 ἀρχεο μεδῶσιν ἀνθρώπων τῶν μὴ τῶν ἑλεδύσεως
 γνωεῖσθαι ἢ γὰρ σῆς φῶσι πομῶς λυκάβατας.
 σοῖς ἢ γονεῖς ὁ πᾶμπαν ἐφημῶροι ἐγέλασαν,
 ὁ δ' ἢ τῶν λέχθῶν, ὁ δ' ἢ γῆνος δαῖτα δάλλειαν.

Erythraea.) Ser. 3. ubi uarietas sic habet:
 ἢ δὲ λῦσι τε, σὺν ἀρῆσ' ἢ ὄρθηρα ἀμυλῶν
 τα. (σὺν τα,
 χῶρτον γὰρ λίγκῃς τ' ὄρθηρασι, ἀμα βοσκή
 ἀρῆτοι σὺν μῶχοις νομάδῃσ' αὐληθῶσιν
 σαρκῶσ' τῶν λῦων ἀχρῶν φάγῃ τ' ἢ βῆσ
 τῶν ὡς βῆσ. (ἑστ.)
 Primi uersus lectio in Sibyllino codice melior
 καὶ πᾶσι δὲ μαλανήπιος ἢ δ' ἐσομοῖσι
 ἐξῆσιν. πῶρον γὰρ ἕδρα χθῶν δῆρα πῶσι,
 καὶ βρεφῆεσι δῆρα ὄρθηρα ἀμα σῶσι κα
 μῆσιν. Nos ex utriq;
 Tunc omis atq; lupus pariter uersentur in alitis
 Montibus, atq; una cum Lynce licebit et hcedo
 Pascit: cum utulus urfi, atq; animalia cuncta,
 Carniuorusq; leo paleam ad praesepe uorabit.
 Et teneri infantes in cunis robur habebunt,
 Noxia conficient in terra animalia tuti.
 Cum pueris angues concumbent lectulo in uno.
 Vaticinium paulo superius ex Esaia adductum, 20
 Sibylla pro suo more uersibus reddidit: quod ex
 Iustino Philosopho transcriptum, paulo ante re
 posuimus. Et alio loco.) eodem Sermonē,
 sed antē. Contigui sunt illi, qui supra citatus est,
 cap. 19. ὄρθηρα δὲ χεῖροποιῖν τα, ἑστ. Sed apud Si
 byllas pro χαρᾶν χεῖρῶν legitur, confidatior
 nem pro gaudio: sed Lactantiana lectioni liber
 tius crediderim. Deinde pro eo quod apud La
 ctantiū legitur δεῦματα γαίης, id est alimētia
 terra, in Sibyllino cod. est πόσιον καὶ μὴ λῦων. gre 30
 ges omnium. Item pro γλῦκῆος, γλῦκῶσ' ὄρθη.
 Et dabit omnipotens homini tunc gaudia magna.
 Nam tellus uarios, arborq; alimenta ministrans
 Fructus prædulces mortalibus undiq; reddent,
 Et uini et mellis et lactis dulce liquentis,
 Frumentiq; quod est mortalibus utile cunctis.
 Et alia.) Hos uersiculos in Sibyllino codice
 nondum inuenis reddidi hoc modo:
 Hæc sed sacra feret dumtaxat terra piorum,
 Atq; ex rupe fluent prædulcis flumina mellis, 40
 Et lac ambrosium iustis fluet omnibus æquē.
 Quam̄ medius uersus ἀμυλῶσ' est: legitur tamē
 similia in iisdē Sibyllis Ser. 3. cōtinue post illos q
 supra citati sūt ab ipso Lact. ca. 20. ὄρθηρα, etc.
 γῆ τῶν παγγῆνῆερα βροτῶσ' δάσει τῶν ἀρῆσιν
 καρπῶν ἀπῆρῆσιον, σῆς, οἶνῃ ἐν ἑλεδύσεως
 αὐτῶν ἀπῆρῆσιν μῆλιτῶν γλῦκῶσ' ποτῶ
 δ' ὄρθηρα τῶν ἀπῆρῆσιν καρπῶν, ἐν πῶσι κα
 Tellus omniparēs reddet mortalib. alma, (λα. 50
 Fructum largifluum, frumenti et uini, oleiq;
 Coelitus aut dulcis distillent pocula mellis,
 Et fructum arboreum nuces et pinguia mala. Et

Et reges gentium.) Hæc cum quibusdam tione Psalmi 72. quo Christi uerius Solomonijs, uideri possunt nata esse ex praua interpreta- nis regnum describitur.

De postremis temporibus, deq; urbe Roma. CAP. XXV.

Hæc sunt, quæ à prophetis futura dicuntur: quorum testimonia & uerba ponere opus non esse duxi, quoniam esset infinitum: nec tantam rerum multitudinem mensura libri caperet, tam multis uno spiritu similia dicentibus, simulq; ne fastidium legentibus fieret, si ex omnibus collecta & translata congererem: præterea ut ea ipsa quæ dicerem, non nostris, sed alienis potissimum literis confirmarem, doceremq; non modò apud nos, uerum etiam apud eos ipsos qui nos insectantur, ueritatem consignatam teneri, quæ recusat agnoscere. Si quis autem diligētius hæc uoluerit scire, ex ipso fonte hauriat, & plura quàm nos in his libris complexi sumus, admirabilia reperiet. Fortasse quispiam nunc requirat, quando ista quæ diximus, sint futura. Iam superius ostēdi, completis annorum sex millibus mutationem istam fieri oportere, & iam propinquare summū illum conclusionis extremæ diem. De signis quæ prædicta sunt à prophetis, licet noscere. prædixerunt enim signa, quibus consummatio temporum & expectanda sit nobis in singulos dies, & timenda. Quando tamen compleatur hæc summa, docēt ij qui de temporibus scripserunt, colligentes ea ex literis sanctis, & ex uarijs historijs, quantum sit numerus annorum ab exordio mundi. qui licet uariant, & aliquantum numeri eorum summa dissentiat, omnis tamē expectatio nō amplius, quàm ducentorum uidetur annorum. Etiam res ipsa declarat, lapsum ruinae que rerum breui fore, nisi quòd incolumi urbe Roma nihil istiusmodi uidetur esse metuendum. At uerò cum caput illud orbis occiderit, & *ῥόμην* esse coeperit; quod Sibyllæ fore aiunt, quis dubitet uenisse iam finem rebus humanis, orbisq; terrarū: illa est ciuitas, quæ adhuc sustentat omnia: precor uisq; nobis, & adorandus est Deus cœli, si tamen statuta eius & placita differri possunt, ne citius quàm putemus, tyrannus ille abominandus ueniat, qui tantum facinus moliat, ac lumē illud effodiat, cuius interitu mundus ipse lapsurus est. Nunc ad cætera exequēda redeamus, quæ deinceps secutura sunt.

COMMENTARIUS.

Colligit cōiecturis & temporis ratione, summum diem instare, nec amplius quàm CC. annorum spacium à suo tempore abesse. Fingamus Lactantiū hæc scripsisse anno à nato Christo 327. nam hinc Constantinus soluta Maximini & Licinij aduersus Christianos tyrannide, solus imperij gubernacula tenuit. Quibus si ducentos Lactantij annos addideris, inuenies diem iudicij triennium ante Iustiniani imperium fuisse oportere: hoc est, ab hinc retrò annos 1018. Vel, si cum Eusebio, anno 320 ipsum Crispi præceptorem cōstituas, expeditior ratio erit: reiiciendus esset iudicij Lactantiani dies in annum à nato Christo 1025. qui est quartus Iustini Cæsaris, annis nimirum ab hinc 1020. Ex quo sequetur, ut nobis iam uigésimus annus octauæ chiliadis fluat: secundum uerò Augustinum, 6898: secundum Eusebium, 6744. Varij uarie uariant: & hodie quàm temporibus Lactantianis, magis. Græcorum, & qui Græcos sequuti sunt, Latinorum ratio, iam dudū

suspecta est: Hebræorū certior est, quanquā ne illiquidem inter se prorsus conueniunt. Secundum Carionis cōputationē uoluitur iam annus mundi 5489, Luthero 5505, Phrygioni 5506, Iudæis 5304. Secundū igitur ueriorē rationē, ad sextam chiliadem restant anni D. Deo uerò suum consilium relinquemus integrum, eius aduētum diu notūq; summa uigilantia expectantes. Fortasse.) Occupatio. *καὶ ῥόμην*.) Editiones ueteres prodigose uariant. Antiqua illa Rhomana habet: At uerò cū caput illius orbis ceciderit, et *ῥόμην* esse coeperit, &c. *ῥόμην* autem quid sit, nemo facile dixerit. Giunta (quem alij sequuti sunt) *ῥόμην* scripsit, perinde atq; incendio esset absumenda. Et hæc sanè lectio ex Sibyllinis defendi posset, sic enim in s. sermone legimus:

*ἡξες σοὶ πότε ἀνωθεν ἰσὴν ὑψαύχηνε ῥόμην,
δραίνε πλῆγην, καὶ κέμψαι αὐχρῆς πρῶτης,
καὶ εἰς ἀφ᾽ ἑδῶν σου, καὶ πῦρ σε ὄλλω δ' ἀπαυθίσθ.
& reliqua, quæ in ipsius interitum miserandum*

dicuntur. Sed Gryphius genuinam lectionem, nescio cuius numinis ductu, restituit. Nam in Sibyllino hoc oraculum bis inuenitur. In Sermone enim eodem alibi sic legitur:

ἔσαι κὶ ρώμῃ ρύμῃ, καὶ δὴλ' ἄδελφ',
καὶ σέμ' ἄμμ' *

Et in Sermone 3. eadem leguntur, ordine uerborum quodammodo immutato:

ἔσαι κὶ σέμ' ἄμμ', ἔσαι δὴλ' ἄδελφ'
λ'

καὶ ρώμῃ ρύμῃ, &c. —

Tyrannus ille.) Nobis, qui in calamitosa illa tempora incidimus, relinquatur, ut Deum clementissimum oremus, ne permittat tyrannorum tam in nos saeuendi rabiem, quantam iam diu sperat: & faciat aerumnarum felicem exitum.

De demonis emissione, alteroq; maximo iudicio.

CAP. XXVI.

Diximus paulo antè, in principio regni sancti fore, ut à Deo princeps dæmonum uinciatur. Sed idem cum mille anni regni, hoc est septē millia cœperint terminari, soluetur denuò, & custodia emissus exhibit: atq; omnes gentes, quæ tunc erunt sub ditione iustorū, concitabit, ut inferant bellū sanctæ ciuitati, & colligetur ex omni orbe terræ innumerabilis populus nationū, & obsidebit, & circūdabit ciuitatem. tūc ueniet no uisima ira Dei super gētes, & debellabit eas usq; ad unū: ac primū concutiet terrā quā ualidissimè, & à motu eius scindentur montes Syriae, & subsident colles in abruptum, & muri omnium ciuitatum corruēt: & statuet Deus solem triduo ne occidat, & inflammabit eum, & descendet estus nimius, & adustio magna supra perduelles & impios populos, & imbres sulfuris, & grandines lapidum, & gutta ignis: & liquecent spiritus eorum in calore: & corpora conterentur in grandine: & ipsi se inuicem gladio ferient: & replebuntur montes cadaueribus: & campi operientur ossibus. Populus autem Dei tribus illis diebus sub concauis terræ occultabitur, donec ira Dei aduersus gentes extremum iudicium terminet. Tunc exhibunt iusti de latebris suis, & inueniēt omnia cadaueribus atq; ossibus tecta. Sed & genus omne impiorum radicibus interibit: nec erit in hoc mundo ulla iam natio amplius, præter solam gentem Dei. tum per annos septem perpetes intactæ erūt syluæ: nec excidetur de montibus lignum. Sed arma gentium comburentur & iam non erit bellum, sed pax, & requies sempiterna. Cum uerò completi fuerint mille anni, renouabitur mundus à Deo, & cœlum complicabitur: & terra mutabitur, & transformabit Deus homines in similitudinem angelorum, & erunt candidi sicut nix, & uersabuntur semper in conspectu omnipotentis, & domino suo sacrificabunt, & seruient in æternum. Eodem tempore fiet secunda illa & publica omnium resurrectio, etiam in qua excitabuntur iniusti ad cruciatus sempiternos. Hi sunt, qui manu facta coluerunt, qui dominum mundi ac parentem uel nescierunt, uel abnegauerunt. Sed & dominus illorum cum ministris suis comprehendetur, ad pœnamq; damnabitur, cum quo pariter omnis turba impiorum pro suis facinoribus in conspectu angelorum atq; iustorum perpetuo igni cremabitur in æternum. Hæc est doctrina sanctorum prophetarum, quam Christiani sequimur: hæc nostra sapientia, quam isti qui fragilia colunt, uel inanem philosophiam tuentur, tanquam stulticiam uanitatemq; derident: quia non defendere hanc publicè, atq; asserere nos solemus, Deo iubente, ut quieti ac silentes arcanum eius in abdito, atque intra nostram conscientiam teneamus: nec aduersus istos uerè profanos, qui non discendi, sed arguendi, atq; illudendi gratia inclementer Deum ac religionem eius impugnant, pertinaciter contentione certemus. Abscondi enim, tegiq; mysterium quàm fidelissimè oportet, maxime à nobis qui nomen fidei gerimus. Verum illi hanc taciturnitatem nostram, ueluti malam conscientiam criminantur. unde etiam quasdam execrabiles opiniones de pudicis & innocentibus fingunt, & libenter

libenter his quæ finxerūt, credunt. Sed omnia iam, sanctissime Imperator, signamenta sopita sunt, ex quo te Deus summus ad restituendum iusticiæ domicilium, & ad tutelam generis humani excitauit. Quo gubernate Romanæ Rei pub. statum, iam cultores Dei pro sceleratis ac nefarijs non habemur. Iam emergente atq; illustrata ueritate non arguimur ut iniusti, qui opera iusticiæ facere conamur. Nemo iam nobis Dei nomē exprobrat. Nemo irreligiosus ulterius appellatur, qui soli omnium religiosi sumus, quoniam contemptis imaginibus mortuorū, uiuum colimus & uerum Deum. Te prouidentia summa diuinitatis ad fastigium principale prouexit, qui posses uera pietate aliorum malè consulta rescindere, peccata corrigere, salutē hominū paterna clemētia prouidere, ipsos deniq; malos à Rom. populo summouere: quos summa pietate deiectos, in manus tuas idem Deus tradidit, ut esset omnibus clarum, quæ sit uera maiestas. Illi enim qui ut impias religiones defenderēt, cœlestis ac singularis Dei cultum tollere uoluerunt, profligati iacent: tu autem qui nomen eius defendis & diligis, uirtute ac felicitate præpollens, immortalibus tuis glorijs beatissimus frueris. Illi pœnas sceleris sui & pendūt & penderunt: te dextera Dei potens ab omnibus periculis protegit: tibi quietum, tràquillumq; moderamen cum summa omnium gratulatione largitur. Nec immeritò rerum dominus ac rector te potissimū delegit, per quē sanctam religionem suam instauraret: quoniam unus ex omnibus extitisti, qui præcipua uirtutis & sanctitatis exempla præberes: quibus antiquorū principum gloriam, quos tamē fama inter bonos numerat, non modò æquares, sed etiam (quod est maximum) præterires. Illi quidem natura fortasse tantū similes iustis fuerūt. qui enim moderatorem uniuersitatis Deum ignorat, similitudinem iusticiæ assequi potest, ipsam uerò non potest. Tu uerò & morum ingēnita sanctitate, & ueritatis & Dei agnitione in omni actu iusticię opera consummas. Erat congruēs, ut in formando generis humani statu te auctore ac ministro diuinitas uteretur. Cui nos quotidianis precibus supplicamus, ut te in primis, quem rerum custodem uoluit esse, custodiat: deinde inspiraret tibi uoluntatē, qua semper in amore diuini nominis perseueres. Quod est omnibus salutare, & tibi ad felicitatem, & cæteris ad quietem.

COMMENTARIVS.

Hoc caput duo cōtinet: prior pars continuat uaticinia eorum quæ sub finem septimæ Chiliadis futura dicit: altera pars cōtinet epilogum ad Cæsarem Constantinum, quam Gryphij industriæ debemus. Tunc ueniet. Hæc similia sunt ijs quæ propheta Ezechiel cap. 38. Ac nescio an non sint prorsus eadem. Et similia, imò uerò multo atrociora sunt apud Sibyllas sermone 3. Quæ, quia pluscula sunt, annotare superse-
 40 deo. Scindentur montes Syriæ. For-
 tass̄ motem Oliuarum intelligit, qui (ut est apud Zachariam, capite 14.) in quatuor partes scindetur. Sed illa omnia pij interpretes de Iudicio Dei exponunt. Renouabitur mūdus. Quid hoc aliud est, quàm, Erit cœlum nouum, & terra noua? Chiliastæ ergo diuersis temporibus, quod Catholici eidem tribuūt. In Apoca-
 50 lypsi fit mentio mortis primæ atq; secundæ: sed

resurrectionis secundæ nulla prorsus mentio fit. Chiliastæ uerò colligūt, si prima sit, quær nō etiā secunda? Eadem ratione poterant colligere, plures esse. Primum enim de pluribus, prius de duobus dicitur apud eos qui terse loquuntur. Quid quod Ioannes ipse dicit, sanctum qui habet partem in resurrectione prima, in eo secundam mortem, non habere potestatem? Ex quo sequitur, ex secunda morte resurrectionem esse non posse. Quasdam execrabiles opiniones. Sed quibus lege Tertullianum in Apologetico. Sed omnia iam. Altera iam pars continet Epilogum ad Constantinum Cæsarem. Congratulatur suis temporibus, quibus imperitante Constantino, pax constans à persecutionibus effulsit. Adscribit hoc prouidentie atq; beneficentie diuinitæ,

Quoniam decursis propositi operis septem spacijs, ad metam profecti sumus: superest, ut exhortemur omnes ad suscipiendam cum uera religione sapientiam, cuius uis & officium in eo uertitur, ut contemptis terretibus, & abiectis erroribus quibus antea tenebamur, fragilibus seruientes, & fragilia concupiscentes, ad aeterna coelestis thesauri praemia dirigamur: quae ut capere possimus, quamprimum omittendae sunt huius praesentis uitae illices uoluptates, quae animas hominum perniciosissima suauitate delinunt. Quanta felicitas existimanda est, subtractum his labibus terrae, proficisci ad illum aequissimum iudicem, parentemque indulgentissimum, qui pro laboribus requiem, pro morte uitam, pro tenebris claritatem, pro terrenis ac breuius bonis aeterna & coelestia largiatur: cum qua mercede acerbitates ac miseriae, quas perpetimur in hoc mundo facientes opera iusticiae, conferri & coaequari nullo modo possunt. Proinde si sapientes, si beati esse uolumus, cogitanda & proponenda sunt nobis non tantum Terentiana illa, molendum esse usque in pistrino, uapulandum, habendae compedes: sed his multo atrociora, carcer, catenae, tormenta patienda, sustinendi dolores, mors denique ipsa & suscipienda est, & ferenda: cum liqueat conscientiae nostrae nec fragilem istam uoluptatem sine poena, nec uirtutem sine diuino praemio fore. Vniuersos igitur oportet operam dare, ut se quamprimum ad rectam uiam dirigant, ut susceptis operatisque uirtutibus, huius uitae laboribus patienter exactis, consolatorem Deum habere mereantur. Pater enim noster, ac Dominus qui condidit firmavitque caelum, qui solem cum caeteris sideribus induxit, qui libratam magnitudine sua terram uallauit montibus, mari circudedit, omnibusque distinxit, & quicquid est in hoc opere mundi conflauit ac perfectit nihil: perspectis erroribus hominum, ducem misit, qui nobis iusticiae uiam paderet: hunc sequamur omnes, hunc audiamus, huic deuotissime pareamus, quoniam solus (ut ait Lucretius)

Veri dicis hominum purgauit pectora dictis:

*Et finem statuit * cuppedinis atque timoris:*

Exposuitque bonum summum, quo tendimus omnes,

Quid foret, atque uiam monstrauit limite paruo,

Qua possemus ad id recto contendere cursu.

*torpedinis

Nec monstrauit tantum, sed etiam praecessit, ne quis difficultatis gratia iter uirtutis horreret. Deferatur (si fieri potest) uia perditionis & fraudis, in qua mors uoluptatis illecebris adoperta celatur. Et quanto quisque annis in senectutem uergentibus appropinquare cernit illum diem, quo sit ei ex hac uita demigrandum, cogitet quam purus abscedat, quam innocens ad iudicem ueniat: non ut faciunt, quorum caecis mentibus lux negatur, qui iam deficientibus corporis uiribus, in hoc admonentur instantis ultimae necessitatis, ut cupidius & ardentius hauriendis libidinibus intendant. Qua ex uora gine liberet se quisque dum licet, dum facultas adest, seque ad Deum tota mente conuertat, ut illum diem securus expectet, quo praeses dominusque mundi Deus de singulorum factis cogitationibusque iudicabit: quae cunctae hic expetuntur, non tantum negligat, sed & fugiat, potioremq; animam suam iudicet, quam bona ista fallacia, quorum incerta & caduca possessio est, migrat enim quotidie, & multo uelocius exeunt, quam intrauerant, & tamen si nobis usque ad ultimum liceat istis frui, alijs certe relinquenda sunt. Nihil nobiscum ferre possumus, nisi uitam bene atque innocenter actam. Ille ad Deum copiosus, ille opulentus adueniet, cui astabunt continentia, misericordia, patientia, charitas, fides. Haec est haereditas nostra, quae nec eripi cuiquam, nec transferri ad alium

alium potest. Et quis est, qui hæc bona parare ac acquirere sibi uelit? Veniant qui esuriunt, ut cœlesti cibo saturati, sempiternā famem ponant: ueniant qui sitiunt, ut aquam salutarem de perenni cœlesticq̃ fonte plenissimis faucibus trahant. Hoc cibatu atq̃ potu Dei & cæci uidebunt, & surdi audient, & muti loquentur, & claudi ambulabunt, & stulti sapient, & ægroti ualebunt, & mortui reuiuiscant. Quisquis enim corruptelas terræ uirtute calcauerit, hunc arbiter ille summus & uerax ad lucem uitamq̃ perpetuam suscitabit. Nemo diuitijs, nemo fascibus, nemo etiā regia potestate confidat: immortālē ista nō faciūt. Nam quicumq̃ rationē hominis abiecerit, ac presentia¹⁰ secutus, in humum se ipse prostrauerit: tanq̃ desertor Domini, & imperatoris, & patris sui punietur. Intendamus ergo iusticiæ, quæ nos inseparabilis comes ad Deum sola perducet, & dum spiritus hos regit artus, infatigabilem militiam Deo militemus, stationes uigiliasq̃ celebremus, congregiamur cum hoste quem nouimus, fortiter: ut uictores, ac deuicto aduersario triumphantes, præmiū uirtutis quod ipse promisit, à Domino consequamur.

COMMENTARIUS.

Postremum hoc caput uniuersalem epilogum complectitur. Epilogus continet cohortationem ad cœlestem sapientiam, & ad ueram religionem. Pollicetur præmiū æternæ uitæ. remouet falsam uoluptatum opinionem: quæ si hominum mentibus eximitur, remouetur una difficultas, quæ pietatis studio inesse uidetur. Comparatione summi boni cum fluxis caducisq̃ rebus, eriguntur animi ad capeffendam alacritatem. Terentiana.) Verba Getæ in Phormione, actu 2.

scena 1. O' Phædria, inquit, incredibile est quāto herum anteo sapientia, &c. Firmauitq̃.) Vnde σεπέωα dicitur Græcis, Latinis firmiter Sed de creatione mundi, præter Mosesen uide primam Sibyllarum orationem. Ut ait Lucretius.) lib. 6. non longè à principio. Veridicis hominum.) Veridicis igitur. Limite.) iramite. Contendere.) cōcedere. Dum spiritus hos regit.) Sunt uerba Aeneæ ad Didonem, lib. 4. Aen.

LACTANTII DIVINARVM INSTITVTIONUM LIBRI VII & ULTIMI FINIS.

440
PIETATE ATQVE DOCTRINA SACRA
PRÆSTANTI VIRO, D. IOANNI
Halleri Tigurino, amico suo charissimo,

XYSTVS BETVLEIVS AVGVSTANVS
S. P. D.



VE M A D M O D V M in rebus humanis, Hallere, frater in Domino coniunctissime, nihil, ut nosti, magis cum pietate uera coniunctum est, quam gratis animis gratuitam atq; oblatam Dei opt. max. erga nos beneficentiam, atq; inexhaustam benignitatem agnoscere: ita magni cuiusdam stuporis & obcæcatae mentis argumentum est, si quis iustissimam Dei iram non animaduertat, grauiissimam & nostris ceruicibus imminentem non exhorrescat. Extremus uerò illorum furor est, qui non intelligunt, sese irascentis Dei, filios suos castigantis, esse flagellū, paulo post in ignem abiiciendum. Maxima inquam miseria est, miseriam suam non sentire. Quæ autem est illa miseria? Supplicium illud longè grauiissimum, scelerum uidelicet in dies singulos accumulationem. Dementes quondam cum alijs, qui sanctissimum Philosophiæ nomen præterius sibi arrogarunt, tum Epicurei maximè fuerunt: quorum alij Deum gratia, alij ira, alij utraq; ita exuerunt, ut summam eius Maiestatem, ociosam, inertem, ignauam finxerint: contra quos Lactantius noster rationibus primùm, deinde testimonijs grauius atq; disertè disputat. Sunt & hodie non inter Iudæos magis, quam inter eos qui Christo nomen in baptisate dederunt, qui non modo prouidentiam Dei tollunt: sed etiam uita, moribus dissolutis tam luxata facillè testantur, se nec diuinam iram asserere, nec ullum poenæ locum uita functis uehementer extimescendum credere. Interim illi ipsi ferro & igni pro expiatorio igne defendendo depugnare solēt, & anathematis fulmine ad ima usq; tartara deuouent atq; damnant: cum uita interim ipsorum sceleribus nefarijs eam Dei iram prouocent, quæ in terrigenas olim, deinde in Sodomitas horribilia edidit exēpla. Sed si seriò ex illis Sadducæis quæras, cur uel immortalitatem animorum, quam Socratici confessi sunt, & ante ipsos Pythagoras, Pherecydes, atque adeò magus ille Zoroastes: uel carnis resurrectionem, quam Ecclesia catholica profiteretur, grauentur asserere: respondebunt (sed silentij lege) hac arte utendum esse ad seruandas leges Politicas, quæ sine aliqua religionis opinionione conseruari non possunt. Per leges uerò politicas intelligunt hierarchiam Romanā. Hac siquidem ratione Ianum, Numam, Scipionem, & si qui sunt similes, populos in officio retinuisse, quod suis quantumuis seueris sanctionibus nullo modo potuissent. At ego non adducor ut credam, istos homines ita fuisse atheos, ut negant

garint rerum uniuersitatem diuina prouidentia regi : aut irā Deorum non extimuisse, qui tam innocenter, tam inculpate, tam sanctè uixerunt, ut nulla illis scelera facilè impingi potuerint. At nostri religionis simulatores tam sunt ἀμετανόητοι, ita securè in omni flagitiorū genere uiuūt, perinde ac si nullus Deus in ipsos sit animaduersurus. Quoties hæc Hallere apud animū perpendo, in illam rarior æmulationem, in quam etiam Dauid non rarò adducebatur, cum uideret secundam illis auram semper feliciter spirare, nullas tristitiæ nebulas splendidā ipsorum fortunā obnubilare: pios contra plerunq; cruci subiectos, uarijs grumnis in hoc seculo premi, & non ob aliud quàm pietatis studium ab impijs affligi, usq; adeò caro indocilis est Sacramenti æterni, atque consilij diuini. Hæc de manifestè impijs dicta sunt. Quotus rogo quisq; eorum est, qui sub pietatis prætextu & Euangelicæ professionis titulo sudorē & sanguinem pauperum perinde sitiunt, ac si Dominus non aliquando pauperis, pupilli & uiduæ rationem sit habiturus talem, qualis iustissimum iudicem conuenit. Tam longè absunt ab omni pœnititudine, quàm qui non credunt, quòd Deus aliquando iustam de rebus humanis laturus sit sententiam. Adeò non Prophetis ueris admonitionibus admonentur, adeò sibi ab omni culpa uidentur alieni, ut non sentiant calamitates, quæ iam mortalium genus premunt: non animaduertant, ex iustissima Cunctipotentis ira, quicquid malorum est, manare. Atq; utinam in uniuersum omnes qui ueram Religionem profiteamur, non tam læua essemus mente, quin ita animis prosterneremur, ut agnoscamus & cōfiteamur, manum Domini super nos esse, sagittas Domini nostri conscientijs altissimè infixas esse, ut nihil magis nobis necesse sit quàm cum Dauid de precari: Domine, ne in furore tuo arguas me, neq; in excandescētia tua corripas me. Nisi enim eò humilitatis redigamur, ut fateamur delicta debitaq; nostra grauiora esse quàm ut nos soluendo simus, summamq; salutis in autorem salutis bene grati ponamus, de nostra salute actum fuerit. Hæc ad te Hallere θεολογώτατι tanquam γλαύκας εἰς ἀθήνας, paucis de ira Dei præfari uolui, uidens quàm amplius oratori Ecclesiastico campus hîc pateat, si nolit scripturis maximè Propheticis, in nostri temporis Epicureos pro dignitate perorare. Quanta exemplorum silua, quanta Chirum sacrarum copia suppetet? Hæc breuiter in uestibulo huius Commentarij adumbrare saltem uolui, cū in hoc commentationis genere non uel liceat in conciones prolixiores digredi, uel in locos Communes oratorio modo euagari. Tu interim hæc eo animo accipe, quo mea omnia soles, sincero nimirum, candido atq; amico. Neque enim aliud habeo, quo meum erga te amorem (quo te ab eo tempore sum complexus, quo Euangelium in urbe

urbe nostra sinceriter, nec sine magno fructu docere coepisti) pijs
cunctis testatum reddam. Vale, mi D. HALLERE, V. Calend.
Septembris. Anno Salutis humanæ

M. D. XLVII.

HIERONYMVS IN EPISTOLAM AD
Ephes. cap. 4.

*Firmianus noster librum de Ira Dei, docto pariter & eloquenti ser-
mone conscripsit: quem qui legerit, puto ei ad Ira intel-
lectum satis abundeque posse sufficere.*

C LACTANTII FIRMIANI
DE IRA DEI, AD DONATVM,
Liber unus.

Quis Donatus ille cui liber hic nuncupa-
tur, sit, diuinari magis quam sciri potest.
Fuit Iunius Donatus Cos. sub Valeriano & Ga-
lieno, paulo post quam Cyprianus martyrio co-
ronatus fuit, teste Aur. Cassiodoro: anno à nato
Christo CCLXII, ante Constantini tempo-
ra, quibus Lactantius floruit, ann. circiter LX.
Cui hunc librum dicatum esse, non modò tempo-
ra negant, sed etiam ratio, neq; enim uero simile
est, hominem Christianū tali honore Consulē
ethnicum adfecisse. Per tempora magis cōgruit,
Donatum Donatistarū hærēsarcham hunc fuisse.
Fuerunt enim οὐγγογοι planè, ut ex Hierony-
mi Catalogo, & Eusebij Chronicis patet. Sed pu-
gnant locorum interualla, et professio. Ille si qui-
dem hærēs in Africa seminauit, cum hic uel Bi-
thyniæ, uel in Gallijs Christianismum sincerio-
rem professus est. Quæ quidem coniectura parū
firma est, nam Lactantius in Africa præceptore
Arnobio usus est, & iter ex Africa in Bithyniā
hodieporico hexametro scripsit: ut uel condisci-
puli antè sub Arnobio, uel saltem æquales fuisse
uideri possint. Quamquam ex hoc ipso Lactantio

constat, hunc de Ira Dei librum post Diuinas in-
stitutiones scriptum esse, cum nimirum iam pro-
uectæ fuit ætatis. Huius Donati Carthagine in
episcopatu successor fuit Maiorinus quidam, atq;
huius rursus alius quidam Donatus, eloquentia
pollens: unde magis quam à superiore, Donati-
stas quidam, teste Augustino, dictos credunt.
Posset hic, si tempora respicimus, forte Lactan-
tij discipulus fuisse, atq; ab eo suam hausisse elo-
quentiam, qua postea in Africa malè fuit abusus.
Aelius quoq; Donatus grammaticus, S. Hierony-
mi præceptor, cuius commentaria, ipso discipulo
teste, sunt in Terentium & Vergilium, unā cum
Victorino rhetore Romæ floruit, anno à nato
Christo CCLX. hoc est, annis ferè XL post
Lactantium: ita ut Lactantio senē, Donatus puer
esse potuerit, & fortassis eum docentem audiuisset.
Siue igitur horum alicui, siue fortassis alij cui-
piam hunc librum dicarit, non magnopere refert.
Si lector ex his coniecturis nihil aliud habere po-
test, habebit tamen temporum aliquam collatio-
nem, lectioni Lactantianæ non omni-
no inutilem.

De sapientia diuina & humana. CAP. I.



ANIMADVERTI saepe, Donate, plurimos id existimare (quod
etiam nonnulli philosophorum putauerunt) non irasci Deum,
quoniam uel benefica sit tantummodo natura diuina, nec cui-
quam nocere, præstantissimæ atq; optimæ congruat potestati:
uel certè nil curet omnino, ut neque ex beneficentia eius quic-
quam boni perueniat ad nos, neq; ex maleficentia quicquam mali. Quorum
error quia maximus est, & ad evertendum uitæ humanæ statum spectat, co-
arguendus est à nobis, ne ipse fallaris, impulsus autoritate hominum, qui
se putant esse sapientes. Nec tamen nos tam arrogantes sumus, ut comprehen-
sam nostro ingenio ueritatem gloriemur: sed doctrinam Dei sequimur, qui
scire

scire solus potest, & reuelare secreta. Cuius doctrinae Philosophi expertes existimauerunt, naturam rerum omnium coniectura posse deprehendi. Quod nequaquam fieri potest: quia mens hominis tenebroso corporis domicilio circumsepta, longe à Deo perspectione summotà est: & hoc differt ab humanitate diuinitas, quod humanitas est ignorantio, diuinitatis scientia. Vnde nobis alio quo lumine opus est ad depellendas tenebras, quibus offusa est hominis cogitatio: quoniam in carne mortali agentes, nostris sensibus diuinare non possumus. Lumen autem mentis humanae Deus est: quem qui cognouerit & in peccato admiserit, illuminato corde mysterium ueritatis agnoscet. remoto autem Deo celestium doctrina, omnia erroribus plena sunt: recteque Socrates, cum esset omnium philosophorum doctissimus, tamen ut ceterorum argueret inscientiam, qui se aliquid tenere arbitrabantur, ait, se nihil scire, nisi unum, quod nihil sciret. Intellexit enim, doctrinam illam nihil habere in se certi, nihil ueri: nec, ut putabant quidam, dissimulauit ipsam doctrinam, ut alios refelleret, sed ueritate ex parte aliqua ueritatem. testatus est etiam in iudicio (sicut traditur à Platone) quod nulla esset humana sapientia: adeoque doctrinam, qua tum Philosophi gloriabantur, contempsit, derisit, abiecit, ut id ipsum pro summa doctrina profiteretur, quod nihil scire didicisset. Si ergo nulla est sapientia humana, ut Socrates docuit, ut Plato tradidit, apparet esse diuinam, nec ulli alij quam Deo ueritatis noticiam subiacere. Deus igitur noscendus est, in quo solo ueritas est. Ille mundi parens, & conditor rerum, qui oculis non uidetur, mente uix cernitur. Cuius religio multis modis impugnari solet ab ijs qui neque ueram sapientiam tenere potuerunt, neque magni & celestis arcani comprehensionem.

COMMENTARIUS.

Docet hoc capite, dogma, Deum irasci negantium, merum rationis & sapientiae humanae commentum esse. Corinet autem pulcherrimam syncretismi diuinæ atque humanae sapientiae. Plurimos. Hinc apparet, hunc librum non magis aduersus Epicureos, quam aduersus haereses ex Epicuri dogmatibus natas, Cerdonis nimirum, Marcionis & Valentini, esse institutum. Beneficentiam. Sicuti hoc loco, prosonomasia fortassis causa, beneficentiam & maleficientiam sibi inuicem opponit: ita alibi iram gratiae uocabulis Scripturae usitationibus opponit. Haec eadem committens Paulus Rom. 11. hoc ἀρετομίαν nominat, illud χριστότητα. ἰδὲ οὐκ ἔστι χριστότητα ἐν ἀρετομίαν ἡδὲ μὴ σὲ χριστότητα καὶ ἀρετομίαν θεῶν, ἡδὲ δὲ σὲ πᾶσαν ἀρετομίαν, ἡδὲ δὲ σὲ χριστότητα, καὶ ἡδὲ μένιν χριστότητα. ἀρετομία mihi tantum non idem esse uidetur, quod iure consultis est τὸ ἀνελευθέρημα, cui opponunt τὸ ἡδὲ ἀνελευθέρημα. Tenebroso corporis domicilio. Platonicum hoc est, qui alibi τὸ σῶμα τῆ ψυχῆς σκλήρωσι, alibi ὄχημα nominat, alibi φυλακὴν: Cicero nunc uas, nunc receptaculum, de quo in Diuinis Instit. plura diximus. Paulina philosophia magnificentius de dignitate corporis humani sentit. Sic Corinthijs scri-

bit: οὐκ οἶδατε, ὅτι ναὸς θεοῦ ἐστὶ καὶ τὸ πνεῦμα καὶ τὸ θεῶν οὐκ ἐστὶ ἐν ὑμῖν; Rursus: οὐκ οἶδατε, ὅτι τὰ σώματα ὑμῶν μέλη χριστοῦ ὄσιν; Et hoc differt. Vide quid de hoc dictum sit in libro de Falsa Sapientia, capite tertio & sexto. Socrates. de hoc, eodem de Falsa sapientia libro, capite uigesimo octauo. In iudicio. Plato finxit pro Socrate Apologiam, quemadmodum etiam Xenophon & Lyfias. In ea Plato Socratem, causam suam contra calumniatores defendentem facit: ac ut eleuaret cuiusdam sapientiae titulo turgentis opinionem, pulcherrima & modestia syncretismi suam sapientiam illius praefert, quod ipse de nulla sapientia gloriaretur, ille uero cum nihil sciat, sapiens tamen uideri uelit. Verba Platonis sunt: ἐλογίζομαι, ὅτι τόσον μὲν τῷ ἀνθρώπῳ ἐγὼ σοφώτερός εἰμι. λιθωδύει μὲν γὰρ ἡμῶν εἰδότερον εἶδόν καλόν, εἰδὲ ἀγαθόν εἰδόντα: ἀλλ' ἔτι μὲν οἶεται τι εἰδόντα, οὐκ εἰδὼς. ἐγὼ δὲ ὡσπερ οὐκ οἶδα, οὐδὲ οἶμαι. εἰ καὶ γοῦν τότῳ σμικρῷ τινι αὐτῷ τῷ σοφώτερον εἶναι, ὅτι ἂν μὴ οἶδα, οὐδὲ οἶμαι εἰδόντα. Aristophanes Comicus à Socratis amulis pecunia corruptus, eum ludo scenico indignis modis profcindit:

proscindit: inter cæteras calumnians, quod
 μεριμνοσσοῦσιν pro mercede æquum & ini-
 quum doceat. Eam Commentator fideliter (ut
 cæteras quoq;) retundit his uerbis: καὶ τόπο
 Ἰδὲ δὲ, ἡ βολῆς χόρει. ἃ δ' εἰς γὰρ μῦθον
 ἐτέλει σοκράτει. ἐπεὶ ἐκείνῳ ἐφασκε, μη-
 δὲ εἰδέναι· διότι καὶ ἄπο τῶν βίβλις σοφῶς

ἐκείνη. τότο γὰρ αὐτῷ πρῶτον ἐκείνη
 σοφῶν, τὸ γνωεῖσαι, ὅτι μηδὲν εἶδε. πῶς
 οὐκ αὖ μῦθον ἐπράττειτο παρὰ τῶν σοφῶν,
 ὁ λέγων πρὸς αὐτὸν, ὅτι δὲ οἱ οἶδα; Mente
 uix cernitur.) Per ænigma, ut Paul. i. Cor.
 13. Βλέπομεν γὰρ ἀρτι δὲ δὲ ὅπως γὰρ αὐτῶν
 μαλ', τότε ἡ πρῶτον πρὸς πρῶτον, &c.

De ueritate, deq; eius gradibus, & Deo. CAP. II.

NAm cum sint gradus multi, per quos ad domiciliū ueritatis ascendi-
 tur, non est facile cuiuslibet euehi ad summum. Caligantibus enim uerita-
 tis fulgore luminibus, qui stabilem gressum tenere non possunt, reuoluuntur
 in planum. Primus autem gradus est, intelligere falsas religiones, & abijcere
 impios cultus Deorum, humana manu fabricatos. Secundus uerò, perspicere
 re animo, quòd unus sit Deus summus, cuius potestas ac prouidentia effece-
 rit à principio mundum & gubernet in posterum. Tertius, cognoscere mini-
 strum eius ac nuncium, quem legauit in terram, quo docente liberati ab erro-
 re quo implicati tenebamur, formatiq; ad ueri Dei cultum iusticiam disce-
 remus: ex quibus omnibus gradibus (ut dixi) pronus est lapsus, & facilis ad
 ruinam, nisi pedes inconcussa stabilitate figantur. De primo gradu eos excu-
 ti uidemus, qui cum falsa intelligant, tamen uerum non inueniunt: contem-
 ptisq; terrenis fragilibusq; simulacris, non ad colendum se Deum cõferunt
 quem ignorant, sed mundi elementa mirantes, cœlum, terram, mare, solem,
 lunam, cæteraq; astra uenerantur. Sed imperitiā horum iam coarguimus
 in secundo diuinarum Institutionum libro. De secundo uerò gradu eos dici-
 mus cadere, qui consentiunt unum esse summū Deum: ijdem tamen à philo-
 sophis irretiti, & falsis argumentationibus capti, aliter de unica illa maiestate
 sentiunt quàm ueritas habet, qui aut figuram negant habere ullam Deum,
 aut ullo affectu commoueri putāt: quia sit omnis affectus imbecillitatis, quæ
 in Deo nulla est. De tertio uerò ij præcipitantur, qui cum sciāt legatum Dei
 eundemq; diuini & immortalis templi conditorem, tamē aut non accipiunt
 eum, aut aliter accipiunt, quàm fides poscit: quos ex parte iam refutauimus
 in quarto supradicti operis libro, & refutabimus postea diligentius, cum re-
 spondere ad omnes sectas cœperimus, quæ ueritatem, dum disputant, perdi-
 derunt. Nunc uerò contra eos differemus, qui de secundo gradu lapsi praua
 de summo Deo sentiunt. Aiunt enim quidem nec gratificari eum cuiquam,
 nec irasci, sed securum & quietum immortalitatis suæ bonis perfrui. Illi uerò
 iram tollunt, gratiam relinquūt Deo: naturam enim summa uirtute præstan-
 tem, ut non maleficam, sic beneficam esse debere. ita omnes Philosophi de i-
 ra consentiunt, de gratia discrepant. Sed ut ad propositam materiam per or-
 dinem descendat oratio, huiusmodi faciēda nobis & exequenda partitio
 est, cum diuersa & repugnantia sint, ira & gratia. aut ira tribuēda est Deo,
 & gratia detrahēda, aut utrunq; pariter detrahēdum: aut ira demēda est,
 & gratia tribuēda, aut neutrum detrahēdū. Aliud amplius præter hæc ni-
 hil potest capere natura, ut necesse sit, in uno istorum aliquo uerum, quod
 quaritur inuenire. Consideremus singula, ut nos ad latebras ueritatis & ra-
 tio & ordo deducat.

COMMENTARIUS.

Hoc caput est exegeticum, & est quasi para-
 sceue ad sequentia. Proponit tres ueritatis gra-
 dus, ex quibus duos in Diuinis institutionibus
 pertractauit: tertium sibi per hunc librum propo-

nit. Ministrum eius ac nuncium.)
 Angelum nimirum magni consilij. Hæc est enim
 uita æterna, inquit ipse Dominus Ioan. 17. ut co-
 gnoscant te solum uerum Deum, & quem missi
 IESU

IESVM Christum. si missus, ergo legatus, nuncius, angelus seu apostolus: salua tamen maiestate diuina. Item eadem conditione minister. Rom. 15. λέγο δὲ ἰσοῦν ἡσίου δακονου γε γυνῆς ποδὶ τομῆς. Quī aut figuram.) Deum nemo uidit unquā. Quæ ergo est illa figura? Ad quam homo (inquier) creatus est. Sed ne ipsa quidem humanis oculis occurrit, quæ ut ipse fatetur, uix mente concipitur. Figuram nos Dei nullam agnoscimus, quam *ἡσὸτητα*, id est eam bonitatem, qua omnibus creaturis benedixit, & cuius character maximè relucebat in homine ad imaginem sui formator: qui character in homine malum designante obliteratus fuit, & in regeneratione quodammodo reuiuiscit, afflatu nimirum diuino. Nam in hunc ferè modum Tertullianus aduersus Marcionem disputat, sed uerbosissimè. Vis audire Basilium, multo rectius quàm tu, de figura Dei differrentem? Is enim *εἰς τὴν ἑξῆς* *ὁμοίαν* Homilia 10. sic dicit: *ἀγαπάτης ὁ θεὸς, ἀπῆλθῆς, ἀμεγέθους, ἀπόστοτος, μὴ φαντα*

θεὸς μορφῶν ποδὶ αὐτοῦ. ἔσ paulo ποστῆ; ἡνὺα μὴ νοήσεις ἀπὸ δυνάμεως θεὸς ἀνοήτου. Superfluum opinor hic commemorare, quòd Plin. imbecillitati tribuit, effigiem seu formā Dei quaerere, negat enim Deum res mortaleis curare. De hoc plura infra cap. 11. Diuini & mortalis templi conditorem.) Templi uiuis constructi lapidibus, 1. Pet. 2. Cuius templi dicatio, diuini spiritus opus est. Sacerdos uero idem qui conditor, æternus ille nimirum, secundum ordinem Melchisedech: ut est ad Hebræos scriptum. Aut ira demenda.) Tu hanc initorationē, gratiam seu *ἡσὸτητα* proprium Dei opus esse, ut qui fons omnis bonitatis est, & ab initio bona omnia fecit. Dum uerò malum, quòd diaboli technis in mundum irrepit, punit, non suum, sed alienum facit officium. Sanctis siquidem, ut in Psal. 17. est, sanctus est Dominus: prauis autem peruertitur, id est, affingit sibi habitum pro meritis cuiusque improbitatis.

De bonis & malis in rebus humanis, eorumq; autore.

CAP. III.

PRimum illud nemo de Deo dixit unquam, irasci eum tantummodo, & gratia non moueri. est enim inconueniens Deo, ut eiusmodi potestate sit præditus, qua noceat & oblit: prodesse uerò ac benefacere nequeat. Quæ igitur ratio, quæ spes salutis hominibus proposita est, si malorum tantummodo autor est Deus? Quod si sit, iam maiestas illa uenerabilis, non ad iudicis potestatem, cui licet seruare ac liberare, sed ad tortoris & carnificis officium deducetur. Cùm autem uideamus, nō modò mala esse in rebus humanis, sed etiam bona: utique si Deus non est, autorem esse alterum necesse est, qui cōtraria Deo faciat, & det nobis bona. Si est, quò nomine appellandus est: aut cur nobis qui malefaciat, notior est quàm ille qui bene: si autem nihil potest esse præter Deum, absurdum est & uanum, diuinam putare potestatem qua nihil est maius, nihil melius, nocere posse, prodesse non posse: & ideo nemo extitit, qui auderet id dicere, quia nec rationē habet, nec ullo modo potest credi. Quod quia conuenit, transeamus, & ueritatem alibi requiramus.

COMMENTARIUS.

40 Probat Deum necessario prodesse, & gratia moueri. Cæterum quòd Deus bonorum autor sit, in Diuinis Institutionibus quodam loco plurimis diximus.

De Deo, deq; eius affectibus: Epicuriqu; reprehensio.

CAP. IIII.

QVod sequitur, de schola Epicuri est, sicut iram in Deo nō esse, ita ne gratiam quidem. Nam cum putaret Epicurus alienum esse à Deo, malum facere atq; nocere, quòd ex affectu iracundiæ plerunq; nascitur: ademit ei etiam beneficentiam. quoniam uidebat consequens esse, ut si habeat iram Deus, habeat & gratiam. Itaq; ne illi uitium concederet, etiam uirtutis fecit expertem. Ex hoc inquit, beatus & in corruptus est, quia nihil curat, neq; habet ipse negocium, neq; alteri exhibet. Deus igitur non est, si nec mouetur; quòd est proprium uiuentis: nec facit aliquid impossibile homini, quòd est proprium

P proprium

propriū Dei, si omnino nullā habet uoluntatē, nullum actum, nullā deniq; administrationem quæ Deo digna sit. Et quæ maior, & quæ dignior administratio Deo assignari potest, quàm mundi gubernatio, quàm cura uiuētium, maximeq; generis humani, cui omnia terrena subiecta sunt? Quæ igitur in Deo potest esse beatitudo, si semper quietus & immobilis torpet? si precantibus surdus, si colentibus cæcus? Quid tam dignum, tam propriū Deo, quàm prouidentia? Sed si nihil curat, nihil prouidet, amisit omnem diuinitatem. Qui ergo totam uim, totam Deo substantiam tollit, quid aliud dicit, nisi Deum omnino non esse? Deniq; M. Tullius à Possidonio dictum refert, id Epicurum sensisse, nullos Deos esse, sed ea quæ de Dijs locutus sit de appellendæ inuidiæ causa dixisse: itaq; uerbis illum Deos relinquere, re autem ipsa tollere, quibus nullum motum, nullum tribuit officium. Quod si ita est: quid eo fallacius? quod à sapiente & graui uiro debet esse alienum. Hic uerò si aliud sensit, & aliud locutus est: quid aliud appellandus est, quàm deceptor, bilinguis, malus, & propterea stultus? Sed non erat tam uersutus Epicurus, ut fallendi studio ista loqueretur, cùm hæc etiā scriptis ad æternam memoriam consignaret, sed ignorantia ueritatis errauit. indoctus enim à principio uerisimilitudine unius falsæ sententiæ, necessariò in ea quæ sequebantur, incurrit. Prima enim sententia fuit, iram Deo non conuenire. Quod cùm illi uerum & inexpugnabile uideretur, non poterat consequentia refecare: quia uno affectu amputato, etiā cæteros affectus adimere Deo necessitas ipsa cogebat. Ita qui non irascitur, utiq; nec gratia mouetur, quod est ira contrarium, iam si nō ira in eo, nec gratia est: utiq; nec metus, nec læticia, nec moror, nec misericordia. Vna est enim ratio cunctis affectibus, una commotio, quæ in Deum cadere non potest. Quod si nullus affectus in Deo est, quicquid afficitur, imbecillum est: ergo nec cura ullius rei, nec prouidentia est in eo. Hucusq; peruenit sapientis hominis disputatio. Cætera quæ sequuntur obtulit, scilicet quia nec cura sit in eo, nec prouidentia: ergo nec cogitationem aliquam, nec sensum in eo esse ullum. quo efficitur, ut non sit omnino. Itaq; cùm gradatim descendisset, in extremo gradu constitit, quia iam præcipuum uidebat. Sed quid prodest reticuisse, ac periculum dissimulasse? Necessitas illum uel inuitum cadere coegit. Dixit enim quod noluit: quia argumentum sic ordinauit, ut ad illud quod euitabat, necessariò deueniret. Vides igitur quò perueniatur, ira sublata, & Deo adempta. Deniq; aut nullus id credit, aut admodum pauci, & quidem scelerati ac mali, qui sperant peccatis suis impunitatem. Quod si & hoc falsum inuenitur, nec iram in Deo esse nec gratiam: ueniamus ad illud, quod tertio loco positum est.

C O M M E N T A R I V S.

Refutat Epicuri de dijs doctrinam, negantem Dei iram, prouidentiam, & curam mortalium. Ex hoc inquit. Hæc apud Ciceronem in primo de Natura Deorum prima est *ἡ πρώτη δὲ λέξις*: Quamquam, inquit Cicero, uideo nonnullis uideri, Epicurum, ne in offensionem Atheniensem caderet, uerbis reliquisse deos, re sustulisse. Itaq; in illis selectis eius, breuibusq; sententijs quas habet, quas appellatis *λεξις δὲ λέξις*, hæc (ut opinor) prima sententia est: Quod beatum & immortale est, id nec habet nec exhibet cuiquam negocium, &c. Lucianus Epicureus, magnus deorum irrisor, in Icaromenippo inducit Iouem, in concione deorum contra philosophos dicentem,

cuius uerba contra Epicurum hæc sunt: οἱ δὲ δὴν ὑπὸ κέρνοι αὐτῶν λεγόμενοι μάλα δὴ καὶ ἄλλοις 40
 θεοῖσι εἰσι, καὶ δὲ μετρίως ἡμῶν κατὰ πόντον
 ταῖ, μήτε ὑψηλῆς δαῖτῆς αὐθροπίνων λέ
 γοντο οὐδὲ θεῶς, μήτε ὄλως τὰ γινόμενα
 ὑποσκοπεῖν. Adscribendus simul, notandusq; Tertulliani de hac re locus est, ex Apologético cap. 46. Alij incorporalem asseuerant, alij corporalem, ut tam Platonici, quàm Stoici: alij ex atomis, alij ex numeris, sicut Epicurus & Pythagoras: alij ex igne, qualiter Heraclito usum est. Et Platonici quidem curantem rerum, Epicurus rei ociosum & inexercitum, & (ut ita dixerim) neminem humanis rebus, positum uerò extra mundum,

mundum &c. In primo membro uideri possent & Platonis & Stoici Deum corporalem facere: cū utriq; incorporalē faciāt. Nam Plato ἀσώματου Deum dixit: quod apud Ciceronem Velleius Epicureus impugnat. Nā si corpore careat Deus, careat etiam sensu. Quasi uero is qui sensum omnibus sentientibus, & corpora corporeis omnibus præbuit, non plenissimam, & pro maiestate diuina per totam uniuersitatem, diffusam sentiendi facultatē habeat, licet ἀσώματος: cum corpus nihil aliud quam onus spiritus sit. Cæterum si Stoici Deum mentē dicunt & spiritū, quomodo corpus erit? Nisi obstare uelint, quod Deitatem in multis partiales essentias diuidunt, ut solem, lunam, sidera, &c. quod si maximē concedamus Stoicis, Deū corporeū esse, esset certē hic Tertuliani locus per distributionem exponendus: quod quam fuerit absurdum, Grammatici uiderint. Sed quæ Tertulliano sum iniquior, quod Stoicos dicit, Deum corporeum facere, quum hoc idem faciat etiā Origenes contra Celsum? Adde quod Stoici Deum ignem dicunt: ignis autem corpus Denicq; Mar. Tullius.) Sub finem lib. 1. de Nat. deorum. Verius est igitur, nimirum illud quod familiaris omnium nostrū Possidonius differuit in libro quinto de Natura deorum, nullos esse deos Epicuro uideri: quæq; is de dijs immortalibus dixerit, inuidiæ detestandæ gratia dixisse, &c. Verū non Possidonius duntaxat, sed Theologorū præcipui. Sic enim Epiphanius. In Sermone uero compendario de hoc sic scribit: πάλιν ἔλεγε μὴ εἶναι θεὸς, ἀλλ' ἢ μόνου τῷ ἑαυτοῦ θεοῦ τὰ πάντα. Hic uero si aliud sensit.) Eodem propè modo capit Epi-

curum, quo Socrates Hippium, gloriose de mendacio respondentem. Quæ disputatio fuit orta ex Achillis sermone, quem ad Vlyssē legatum habet Illiad. 1. ex qua hi uersus maxime huc quadrant:

ἔχθρος γὰρ μοι κείνῳ ὁμῶς αἰδέομαι ἄλλῃσι,

ὅς ἐτόρῳ κούβητι φρεσίν, ἄλλο δὲ εἶπεν.

Cum quo congruent etiam Iambi à Zenodoto citati:

μῖσῳ τῷ αὐτοῦ τῷ διπλοῦν πεφυσκότα,

χρησὸν λόγοισι, πολὺ μῖον δὲ τοῖς πρόποις.

Lactantius hic bilingues nominat, quos prouerbium διπλῶς αὐτοῦ σημαίνει. Significant alioqui bilingues, sicut Græcis διγλωσσοί, οἱ δ' ὄνο γλώσσαις ὑδραῖνοι. De his copiosius Erasmus in Lingua. Adagium quære in Chiliadibus A' principio.) Iuxta Dialecticos enim concesso uno inconueniente, sequuntur plura. Quanquam ego à Lactantio in hoc, ut iam sæpe contestatus sum, dissentio. Ergo nec cura, nec prouidentia.) Hæc in Deo non affectus esse dicimus, in momenta singula mutabiles. Nam uoluntas Dei non fluctuat instabilis, sicut humana, affectus autem omnes instabiles sunt, & uacillantes. Impunitatem.) Hanc sperare non potest, qui Deum nouit omniscium, & iustissimū.

Nam & magistratus sæpe, & iudimagister, & pater suorum delicta sine ira puniunt: promptiores ad ueniam, nisi disciplina uel publica uel domestica aliud flagitaret. Neq; enim unus duntaxat finis puniendi, ratio ue castigandi est, sed plures: quæ, ut re ipsa, ita nominibus quoq; inter se distant. de quo lege Gell. lib. 6. cap. 14.

De Deo, Stoicorum sententia: de ira, & gratia eius.

CAPVT. V.

Existimantur Stoici & alij nonnulli, aliquanto melius de diuinitate sensisse, qui aiunt gratiam in Deo esse: iram non esse. Favorabilis ac popularis oratio, non cadere in Deum hanc animi pusillitatem, ut ab ullo se læsum putet, qui lædi non potest: ut quieta illa & sancta maiestas concitetur, perturbetur, insaniat: quod est terrenæ fragilitatis. Iram enim commotionem mentis esse ac perturbationem, quæ sit à Deo aliena. Quod si hominem quoq; qui modò sit sapiens & grauis, ira non deceat (siquidem cum in animū cuiquam incidit, uelut sæua tempestas tantos excitet fluctus, ut statum mentis immutet, ardescant oculi, os tremat, lingua titubet, dentes concrepent, al ternis uultum maculet, nunc suffusus rubor, nunc pallor albescēs) quanto magis Deum non deceat tam foeda mutatio? Et si homo qui habet imperium ac potestatem, latè noceat per iram, sanguinem fundat, urbes subuertat, populos delet, prouincias ad solitudinē redigat: quanto magis Deum, qui ha-

beat totius generis humani & ipsius mundi potestatem, perditurum fuisse uniuersa credibile sit, si irascetur: Absesse igitur ab eo tam magnum, tam perniciosum malum oportere, & si absit ab eo ira & concitatio, quia & deformis & noxia est, nec cuiquam male facit: nihil aliud superest, nisi ut sit lenis, trāquillus, propitius, beneficus, conseruator. Ita enim demum & communis omnium pater, & optimus, & uerè maximus dici poterit. quod expetit diuina cœlestisq; natura. Nam si inter homines laudabile uidetur, prodesse potius, quàm nocere: uiuificare, quàm occidere: saluare, quàm perdere (nec im merito innocentia inter uirtutes numeratur) & qui hæc fecerit diligitur, profertur, ornatur, benedictis omnibus uotisq; celebratur: deniq; ob merita & beneficia Deo simillimus iudicatur: quanto magis ipsum Deum par est diuinis perfectisq; uirtutibus præcellentem, atq; ab omni terrena labe summotum, diuinis & cœlestibus beneficijs omne genus hominū promereri: Speciosè ista populariterq; dicuntur, & multos illiciunt ad credendum: sed qui hæc sentiunt, ad ueritatem quidem propius accedunt: sed in parte labuntur, naturam rei parum considerantes. Nam si Deus non irascitur impijs & iniustis: nec pios utiq; iustosq; diligit. Ergo constantior est error illorum, qui & iram simul & gratiam tollunt. In rebus enim diuersis aut in utranq; partem moueri necesse est, aut in neutram. Itaque qui bonos diligit, & malos odit: & qui malos non odit, nec bonos diligit. quia & diligere bonos, ex odio malorum uenit: & malos odisse, ex bonorum charitate descendit. Nemo est, qui amet uitam suam sine odio mortis, nec appetat lucē, nisi qui tenebras fugit. Adeò natura ista connexa sunt, ut alterum sine altero fieri nequeat. Si quis dominus habens in familia seruos, bonum ac malum: non utique aut ambos odit, aut ambos beneficijs & honore profequitur. quod si faciet, & iniquus & stultus est: sed bonum & alloquitur amicè, & ornat, & domui ac familiæ suisq; omnibus rebus præficit: malū uerò maledictis, uerberibus, nuditate, fame, siti, compedibus punit: ut & hic exemplo cæteris sit ad non peccandū, & ille ad promerendum: ut alios metus coerceat, alios honor prouocet. Qui ergo diligit, & odit: & qui odit, & diligit: sunt enim qui diligi debeant, sunt qui odio haberi. Et sicut is qui diligit, confert bona in eos quos diligit, ita qui odit, irrogat mala ijs quos odio habet. quod argumentum quia uerum est, dissolui nullo pacto potest. Vana ergo & falsa est sententia eorum, qui alterum Deo tribuunt, alterum detrahunt, non minus quàm illorum qui utranq;. Sed illi (ut ostendimus) ex parte non errant, sed id quod melius est ex duobus retinent. Si uerò quos ratio & ueritas argumenti huius inducit, falsa omnino sententia suscepta, in maximum errorem cadunt. Non enim sic oportebat eos argumentari: Quia Deus non irascitur, ergo nec gratia commouetur, sed ita: Quia Deus gratia mouetur, ergo & irascitur. Si enim certum & indubitatum fuisset, non irasci Deum, tunc & ad illud alterum ueniri, esset necesse. Cum autem magis sit ambiguum de ira, pene manifestum de gratia: absurdum est, ex incerto certum uelle subuertere, cum sit promptius, de certis incerta firmare.

C O M M E N T A R I V S.

Reprehendit Stoicos, quòd Deo gratiam tribuant, clementem solum sibi fingant Deum, non item seuerum, iracundia ipsum priuantes. Argumentum potissimum quo nititur, est: Quòd omnia quæ mouentur, moueantur in utranq; partem. Deum itaq; si moueatur gratia,

moueri etiam ira. Hoc concederè, si sensus corporis utriusq; affectionis oppositæ particeps esset: ut, Quicquid sentit calorem, idem frigus quoque sentit. Sed in Deum (quia incorporeus est) nulla passio cadit. Ira passio est, & ob id imbecilis. Gratia uerò non modo non passio est, sed

sed uirtus in super, & uirtus diuina: quia $\chi\rho\iota\sigma\tau\eta$
 τὸ pars quæ Deo soli rectè, non ut accidens,
 sed ut proprium ἀχῶριστον tribuitur. Ex quibus
 apparet, gratiam et iram in Deo, non ut in magi-
 stratu seu principe, contraria ex diametro esse.
 Est quod accidens in Deum caderet (quod ab-
 surdum est) ira frenis carens affectio in Deo lo-
 cum habere non posset, quam tamen Peripateti-
 ci generosissimam dicunt, cum sit omnium impo-
 tentissima. Si quis nostris rationibus parum fidei
 tribuit, excutiat primum Damasceni librum, qui
 de ineffabili diuinitate inscribitur: Damasceni,
 inquam, uiri Theologotati iuxta, Philosophota-
 tiq. Is iram cum alijs, quæ anthropopaticòs Deo
 tribuuntur, numerat. Obijciat fortassis mihi,
 Gratia hoc loco pro misericordia sumi, ut in illo:
 Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam
 consequentur. ubi ἐλεημιον & uocabulum legi-
 tur: unde ἐλεημοσύνη spontanea affectio siue
 20 mceror, ex alterius iniuria laborantis malo susce-
 ptus. Huic synonymū est οἰκτιρωμεν, ut Lucæ 6.
 Estote misericordes, sicut pater cœlestis miseri-
 cors est. Iacobi capite quinto, πολὺ ἀλλὰ
 30 χροῦ & οἰκτιρωμεν iungit: ὁ π, inquit, πολὺ

ἀλλὰχρὸς ὅτι ὁ λόγος, καὶ οἰκτιρωμεν.
 Hæc omnia ut concedo metaphoras esse anthro-
 popathicas, ita nego ex diametro cum irapugna-
 re: si iram in Deo dicis motum & libidinem scele-
 rum nostrorum causa susceptam, siue iustam pec-
 catorum nostrorū uindictam. Atqui hæc signifi-
 cant ex definitione mcerorem pro iniuria labo-
 rante susceptū. Iudicis uerò lenitas, qua etiam son-
 tibus parcat, & ueniā præstat, Latins Clemētia,
 Græcis opinor idem est quod τὸ ἀδειαῖς: nisi
 σὺ γυμνοσωθῆναι dicere malis. Interea non ne-
 gauerim, illa superiora in Scripturis diuinis Deo
 uindictæ ueniā præstanti tribui, præsertim in
 Psalmis. Sed gratiam hic à Lactantio dici omni-
 no arbitror eam quæ Paulo χρεῖς: quæ ille fa-
 uor est, & philanthropia, qua Deus humanas res
 fouet, & gratis mortalium generi peccata condo-
 nauit: siue etiam pro effectu philanthropiæ, nem-
 pe pro auxilio miseris innocantibus præstito ac-
 cipere uoles. nam hoc etiam sæpe ἡ χρεῖς signifi-
 cat, & hæc est omnino bonitatis diuinæ natura-
 liter. Hæc, cum textus alioquin explicatione opus
 non haberet, disputare uoluimus, nostram senten-
 tiam pio Lectori indicaturi.

Quod Deus irascatur. CAP. VI.

Hæc sunt de Deo philosophorum sententiæ. Aliud præterea nihil quis
 quam dixit. Quod si hæc quæ dicta sunt, falsa esse deprehendimus, u-
 num illud extremum superest, in quo solo possit ueritas inueniri: quod à phi-
 30 losophis nec susceptum est unquam, nec aliquando defensum: consequens
 esse ut irascatur Deus, quoniam gratia cōmouetur. Hæc tuenda nobis, & as-
 ferenda sententia est. In ea enim summa omnis ratio & cardo religionis pieta-
 tisq; uersatur. Nam neque honos ullus deberi potest Deo, si nihil præstat
 colenti: nec ullus metus, si non irascitur non colenti.

COMMENTARIUS.

Ex precedentibus concludit, Deum irasci.
 Nam neq; honos.) Simili modo in Hie-
 reniam Origenes benignum Deum dicit, ne
 40 desperemus: seuerum, ne benignitatem contem-
 namus. Sed quemadmodum Cicero in Officijs
 docet, uirum bonum non peccare, etiam impu-
 nitate proposita. Oderūt enim peccare boni uir-
 tutis amore: & contra, oderunt peccare mali

formidine pœnæ. Quid quod Paulus etiam ait;
 Iustis legem non esse positam? Benignitas Dei
 contemptum sui adeo non gignit ut (si Paulo cre-
 dimus) Deus suam erga nos charitatem tum
 maximè commendarit, cum adhuc peccatores
 essemus. Porro si hæc siue Lactantij, siue Origi-
 nis sententia rata esset, irrita fieret tota Pauli de
 fato seu prædestinatione disputatio.

De homine, & brutis, & religione. CAP. VII.

Cum sæpe philosophi per ignorantiam ueritatis à ratione descuerint,
 atque in errores inciderint inextricabiles (id enim solet his euenire,
 quod uiatori uiam nescienti & non fatenti se ignorare, ut uagetur, dum per-
 50 contari obuios erubescit) illud tamen nullus philosophus asseruit unquam;
 nihil inter hominem, & pecudem interesse: nec omnino quisquam, modo

qui sapiens uideri uellet, rationale animal cum mutis & irrationalibus coa-
 quauerit: quod faciunt quidam imperiti, atque ipsis pecudibus similes: qui
 cum uentri ac uoluptati se uelint tradere, aiunt eadem ratione se natos, qua
 uniuersa quæ spirant: quod dici ab homine nefas est. Quis enim tam indo-
 ctus est, ut nesciat: quis tam imprudens, ut non sentiat aliquid inesse in ho-
 mine diuini? Nondum uenio ad uirtutes animi & ingenij, quibus homini
 cum Deo manifesta cognatio est. Non ne ipsius corporis status & oris figu-
 ra declarat, non esse nos cum mutis pecudibus æquales: Illarum natura in hu-
 mum pabulumq; prostrata est, nec habet quicquã cõmune cum cœlo, quod
 non intuetur. Homo autem recto statu, ore sublimi, ad contemplationem
 mûdi excitatus, confert cum Deo uultum, & rationem ratio cognoscit. Pro-
 pterea nullum est animal (ut ait Cicero) præter hominem, quod habeat ali-
 quam noticiam Dei. Solus enim sapientia instructus est, ut religionem solus
 intelligat. & hæc est hominis, atq; mutorum uel præcipua, uel sola distantia.
 Nam cætera quæ uidentur hominis esse propria, etsi non sint talia in mutis,
 tamen similia uideri possunt. Proprius homini sermo est: tamen & in illis que-
 dam similitudo sermonis. Nam & dignoscunt inuicem se uocibus, et cum ira
 scuntur, edunt sonum iurgio similem: & cum se ex interuallo uident, gratu-
 landi officium uoce declarant. Nobis quidem uoces eorum uidentur incon-
 dita, sicut illis fortasse nostræ: sed ipsis qui se intelligunt, uerba sunt: deniq;
 in omni affectu certas uocis notas exprimunt, quibus habitum mentis osten-
 dant. Risus quoque est homini proprius: & tamen uidemus in alijs animalibus
 quædam signa lætitiæ, cum ad lusum gestiunt, aures demulcent, rictum
 contrahunt, frontem serenant, oculos in lasciuiam resoluunt. Quid tam pro-
 prium homini, quàm ratio, & prouidentia futuri? Atqui sunt animalia, quæ
 latibulis suis diuersos, & plures exitus pandant, ut si quod periculum incide-
 rit, fuga pateat obsessis: quod non facerent, nisi inesset illis intelligentia &
 cogitatio. Alia prouident in futurum, ut:

— *Ingentem formicæ farris aceruum*

Comportant, hyemis memores, tectiq; reponunt.

ut apes,

Quæ patriam solæ, & certos nouere penates,

Venturæq; hyemis memores: æstate laborem

Experiuntur, & in medium quæ sita reponunt.

Longum est, si exequi uelim, quæ à singulis generibus animalium fieri sole-
 ant humanæ solertiæ simillima. Quod si horum omnium, quæ ascribi homi-
 ni solent, in multis quoq; deprehenditur similitudo: apparet solam esse reli-
 gionem, cuius in mutis nec uestigium aliquod, nec ulla suspicio inueniri po-
 test. Religionis enim est propria iusticia, quam nullum animal attingit. Ho-
 mo enim solus imperat: cætera sibi conciliata sunt. Iusticiæ autem Dei cultus
 ascribitur: quem qui non suscipit, hic à natura hominis alienus uitam pecu-
 dum sub humana specie uiuet. Cum uerò à cæteris animalibus hoc penè solo
 differamus, quòd soli omnium diuinam uim potestatemq; sentimus, in illis
 autem nullus sit intellectus Dei: certè illud fieri non potest, ut in hoc uel mu-
 ta plus sapiant, uel humana natura desipiat, cum homini ob sapiētiam, & cum
 cæta quæ spirant, & omnis rerum natura subiecta sit. Quare si ratio, si uis homi-
 nis hoc præcellit & superat cæteras animantes, quòd solus no-

ticiam Dei capit: apparet religionem nullo mo-
 do posse dissolui,

Haecenus impugnavit partim Epicureos, qui Deum exiunt non ira modo & gratia, sed cura & providentia prorsus: partim Stoicos, qui Deum ira quidem, beluino videlicet affectu privant, gratiam relinquunt. Nunc deinceps aliquot capitibus iram Dei probat à causa finali. Finem siquidem religionis & cultus divini esse, ut vel ira Dei placetur, si fortassis propter scelera nostra suum tetenderit arcum, vel benignitatem in nos solitam continuet. Et ob id hoc septimo capite in eam disputationem viam aperit, cum edocet, quæ vera inter hominem & animantes mutas differentia sit, nempe religio, quo de in Divinis Institutionibus aliquoties etiam dictum est. Habet itaq; hoc caput exegeticam quandam syncrisin. disputat enim obiter utrum brutis insit, &c. **Non nihil inter hominem & pecudem.** Nam qui prædicamenta primum tradiderunt, in substantiæ divisione, animantium alia dixerunt à λογία, præter hominem nimirum omnia: solum hominem λογίον, id est rationis participem uoluerunt. Quæ divisio semel in scholis à pueris imbibita omnium applausum inuenit, & communem assensum obtinuit hæctenus. Sed noster Lactantius uel ἄσφορον εἶδος πρῶτον, hominis religionem facit: uel τὸ μέγιστον λόγιον. **Rationale animal.** Non dissimilia sunt, quæ Aristoteles in primo de Anima, Anaxagoræ dogmata fuisse refert, nempe uniuersis tam maiorum quam minorum gentium animalibus mentem esse dicentem: non tamen eam cui prudentia tribuitur, quæ necunctis quidem hominibus insit. Hæc eadem ferè de Anaxagora Plutarchus in 5. Placitorum, cap. 20. Translationem Budæi adscribam: Anaxagoras animalia dicit omnia rationem habere duntaxat actiuam, nam passiuam rationem, & tantquam mentem, quamq; mentis interpretem dicunt, neutiquam habere. Pythagoras, Plato, rationales animas esse, uel earum animantium quæ irrationabiles uocantur, tametsi rationabiliter non agentes, quum propter distemperantiam corporum (ἀνεγείων) tum uerò quòd differendi

facultate carent (τὸ μὴ ἔχειν φασίον) ut in simijs cernere est, ut in canibus. Blaterare enim has animantes, nō loqui. λαλεῖσι μὲν γὰρ ἄπο, & φράζονται δέ: id est, loquuntur illæ quidem, non differunt. Virum bruta fruuntur ratione, dictum etiam obiter est in Diuinis Institutionibus, libro de Origine erroris, capite nono. Cæterum de hominis statu erecto, quæ annotada putauimus, annotauimus non modò in Diuinis Institutionibus, sed etiam de Opificio Dei. **Vt ait Cicero.** Cicero de Legibus primo, Lactantius in Diuinis Institut. libro tertio, capite decimo: libro septimo, capite nono. **Edunt sonum.** Similia ferè sunt, quæ Plin. de columbis scribit. **Ingentem formicæ.** Aen. 4. ubi Teucri Africa soluere parant, hac similitudine laborantium operas describit. Georg. primo: **Populatq; ingentem farris aceruum**
 Curculio, atq; inopi metuens formica senectæ.
 Horat. ad Meccenatem Sat. 1. — Sicut
 Paruula nã exemplo est magni formica laboris.
 Ore trahit quodcunq; potest, atq; addit aceruo
 Quem struit, haud ignara, ac non incauta futuri.
 Quid quòd Solomon pigrum formicæ exemplo
 ad operas excitat, Prouerb. capite sexto. Et trigesimo colligit etiam industriæ animalium exempla. Cæterum de formicarum industria Aesopi apologus est. De huius natura consulendus est Plinius libro undecimo, capite trigesimo. Aelianus libro octauo, Aristotel. libro primo de Hist. animalium, capite primo. **Quæ patriæ solum.** Georg. quarto, quo libro apum regnum describit. Consule Plin. lib. undecimo Naturalis historiae, cap. quinto. Varr. de re Rust. libro tertio, cap. 16. Columellam libro decimo, à capite 11. usq; ad finem. Palladium libro primo, capite 37. & libro 6. capite 8. Constantinum libro decimoquinto, capitibus aliquot. Arist. de Nat. animal. lib. 5. cap. 21. & 22. Lege ad hæc omnino Theodoretum Sermonem quintum, quo ex animalium industria providentiam probat, Sacrarum literarum testimonijs ubiq; instructus.

De religione, contra Epicurum. CAP. VIII.

Dissoluitur autem religio, si credamus Epicuro, illa dicentis:

Omnis enim per se diuini natura necesse est
 Immortali æuo summa cum pace fruatur,
 Semota à nostris rebus, seiunctaq; longè.
 Iam priuata dolore omni, priuata periculis,

*Ipsa suis pollens opibus, nil indiga nostri,
Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ira.*

Quæ cum dicit, utrum aliquem cultum Deo putat esse tribuendum, an evertit omnem religionem? Si enim Deus nihil unquam boni tribuit, si colentis obsequio nullam gratiam refert: quid tam uanum, tam stultum, quam templam ædificare, sacrificia facere, dona conferre, rem familiarem minuere, ut nihil assequamur? At enim naturam excellentem honorari oportet. Quis honos debere potest nihil curanti, & ingrato? An aliqua ratione obstricti esse possumus ei, qui nihil habeat commune nobiscum? Deus (inquit Cicero) si talis est, ut nulla gratia, nulla hominum charitate teneatur, ualeat. Quid enim dicam, propitius sit? esse enim propitius potest nemini. Quid contemptius dici potest Deum? Valeat, inquit, id est abeat, & recedat, quando prodesse nulli potest. Quod si negotium Deus nec habet, nec exhibet: cur non ergo delinquamus, quoties hominum conscientiam fallere licebit, ac leges publicas circumscribere? Vbicumque nobis latendi occasio arriserit, consulamus rei, auferamus aliena uel sine cruore, uel etiam cum sanguine: si præter leges nihil est amplius, quod uerendum sit. Hæc dum sentit Epicurus, religionem funditus delet: qua sublata, confusio ac perturbatio uitæ sequitur. Quod si religio tolli non potest, ut & sapientiam qua distamus à belluis, & iusticiam retineamus, qua communis uita sit tutior: quomodo religio ipsa sine metu teneri aut custodiri potest? Quod enim non metuitur, contemnitur: quod contemnitur, utique non colitur. ita fit, ut religio, & maiestas, & honor metu constet: metus autem non est, ubi nullus irascitur. Siue igitur gratiam Deo, siue iram, siue utrumque detraxeris, religionem tolli necesse est, sine qua uita hominum stulticia, scelere, immanitate completur. Multum enim refrenat homines conscientia, si credamus nos in conspectu Dei uiuere, si non tantum que gerimus, uideri desuper, sed etiam que cogitamus aut loquimur, audiri à Deo putemus. At enim prodest id credere (ut quidam putant) non ueritatis gratia, sed utilitatis: quoniam leges conscientiam punire non possunt, nisi aliquis desuper terror impendat ad cohibenda peccata. Falsa est igitur omnis religio, & diuinitas nulla est, sed à uiridis prudentibus uniuersa conficta sunt, quo rectius innocentiusque uiuatur. Magna hæc, & à materia quam proposuimus, aliena questio est: sed quia necessario incidit, debuit quamuis breuiter attingi.

COMMENTARIUS.

Philippus Melanchthon in Locis communibus, hunc primum contumaciæ gradum aduersus primum Dei præceptum facit, hanc Epicuri & Academicorum impietatem: quorum illi negant Deum, hi curam ipsi rerum humanarum adimunt. Quamquam hic Epicurei non diuinitatem, sed Dei curam duntaxat tollere apparent. Quod si sit, docet Laetantius totam religionem funditus iam sublatam esse, & cultum Dei omnem spiritum. Gradatim ita peruenit ad asserendam Dei iram. Omnis enim.) Versus Lucretiani sunt, non longe à principio primi libri. Iam priuata.) Apud Lucretium hi duo uersus sic leguntur: Nam prima dolore omni priuata periculis Ipsa sui pollens opibus, nihil induo nostri. Qui Lucretij loco suus nitor ex Laetantio rectissime restituti potest. Neque enim sensus aliquis in-

teger inde erui potest, nec constructio constat, nec ratio quantitatis: quod lector non oscitans facile animaduertet. Obstricti.) Secundum eos qui religionem à religando deducunt, ut alibi dictum est in Diuinis Institut. Deus, inquit Cicero.) Cicero sub finem libri primi de Naturarum deorum. Ne habet.) Sunt & hæc Ciceronis uerba, superius à nobis citata. Non ueritatis gratia.) Antypophora. Sic enim Numam, Scipionem & alios religionem simulasse, Valerius exemplis docet. Sic Romanae religionis defensores tua decreta tuentur, non quia uera sint, sed quia ipsis sit utile ea publice recipi, & in uulgus ualere. Hoc ipsorum multi fatentur Neque enim hoc mihi persuasissent, nisi ex ipsis audissem.

De Dei providentia, deq; sententijs illi repugnantibus.

CAP. IX.

Cum sententiæ philosophorum prioris temporis de providentia consensissent, nec ulla esset dubitatio, quin mūdus à Deo & ratione esset instructus, & ratione regeretur: primus omnium Protagoras extitit tēporibus Socratis, qui sibi diceret non liquere, utrum esset aliqua diuinitas, nec ne. Quæ disputatio eius adeò impia, & contra ueritatem & religionem iudicata est, ut et ipsum Athenienses expulerint suis finibus, & libros eius in concione, quibus hæc continebantur, exusserint. De cuius sententia non est opus disputare, quia nihil certi pronunciauit. Post hæc Socrates, & auditor eius Plato, & qui de schola Platonis, tanquam riuuli diuersas in partes profluxerūt, Stoici & Peripatetici in eadem fuere sententia, qua priores. Postea uerò Epicurus Deum quidem esse dixit, quia necesse sit esse aliquid in mundo præstans, & eximium, & beatum, providentiam tamen nullam: itaq; mundum ipsum nec ratione ulla, nec arte, nec fabrica instructum, sed naturam rerum quibusdam minutis seminibus & insecabilibus conglobatam. Quo quid repugnantius dici possit, non uideo. Etenim, si est Deus, utiq; providens est ut Deus: nec aliter ei potest diuinitas attribui, nisi & præterita teneat, & presentia sciat, & futura prospiciat. Cum igitur providentiam sustulit, etiam Deum negauit esse. Cum autem Deum esse professus est, & providentiam simul esse concessit. Alterum enim sine altero nec esse prorsus, nec intelligi potest. Verum ijs postea temporibus, quibus iam philosophia defloruerat, extitit Athenis quidam Diagoras, qui nullū esse omnino Deum diceret: ob eamq; sententiam nominatus est ἀθεος: item Cyrenæus Theodorus, ambo, quia nihil noui poterant reperire, omnibus iam dictis & inuentis, maluerunt contra ueritatem id negare, in quo priores uniuersi sine ambiguitate consenserant. Hi sunt, qui tot seculis, tot ingenijs assertam atque defensam providentiam calumniati sunt. Quid ergo: utrum ne istos minutos & inertes philosophos ratione, an uerò autoritate præstantium uirorum refellemus? an potius utroque? Sed properandum est, ne longius diuagetur oratio.

COMMENTARIUS.

Numerat catalogum quendam eorum philosophorum, qui contra communem consensum uel providentiam Dei, uel Deum omnino negare sunt ausi. Estq; idem ferè argumentum cum eo, quod secundum est libri de Falsa religione. Chrysost. capite primo, prioris ad Corinth. Hom. 4. hæc exempla in suspensionem uanitatis rapit.

40 Protagoras. In initium libri de Dijs, cuius gratia urbe eiectus fuit, his constat uerbis: ἐκ ἐξω ἐδιδρακται ἐστ' ὡς εἰσι, ἐστ' ὡς ἐκ εἰσι. πολλαὶ γὰρ τὰ κολύοντα ἐδιδρακται, ἢ τε ἀδελφότης, καὶ βραχύνει ὡς ὁ βίος τῶ ἀνθρώπου. Laert. Refertur etiam ab Arnobio libro aduersus Gentes octauo. Similes catalogi sunt apud Ciceronem de Nat. deorum primo: & inter Ecclesiasticos scriptores, apud Epiphanium in Epitome, apud Eusebium de Præparat. Euangel. lib. 14. cap. primo.

50 Epiphanius tamen iniquior illi est, sic de eo scribens πρὸς τὰς γόργας ὁ 7. κεαὶ δ' οὐ, ἀθεολογίας,

ἐφ' ἧ, μὴ θεὸς εἶναι, μὴ ἰδὲ ὅλων θεῶν ἀρχαί: cū non negauerit deos esse, sed dubitauit duntaxat an dij essent. Irenæus lib. 2. cap. 19. Anaxagoram ἀθεοῦ nominat, nisi lectio sit mendosa: quod non puto. Temporibus Socratis. Teste Laertio, floruit Olympiade 74. Sed hanc librorū exustionē Euseb. in Chronicis anno tertio Olympiadis 84. ponit. & floruit sanè tum Socrates, & eum Socratis fuisse synchronon testatur etiā Platonis Dialogus, qui Protagoræ nomine inscriptus fuit. Quamquam de hoc quæstio est apud Macr. lib. 1. Sat. cap. 1. Auditor eius Plato. Quam incōstanter autē is de rebus diuinis disseruerit, nō modò Velleius Epicurus apud Ciceronē obijcit, sed etiā Euseb. de Præp. Euang. li. 13. collatione scriptorū ipsius diligētē euidenter demonstrat. Tanq; riuuli. De hoc lege apud Ciceronē in 3. de Orat. Epicurus. De doctrina Epicuri, quia iā sæpe dictū est, deinceps supersedebimus, nisi

nisi quid dignum obseruatu occurrat. Et præterita teneat.) ὅτι ὁ ὦν, καὶ ὁ λῶν, καὶ ὁ ὄρχόμενος. Apocal. Desloruerunt.) Diagoras tamen ab Eusebio eadem Olympiade ponitur, qua Protagoram supra à Laertio positum esse diximus: id est 74. Theodorus autem Olympiade 118. quum Epicurus uix paucis annis antiquior fuerit, nam Laertius eius obitum in Olympiade 107. posuit: quanquam Eusebius eum Olymp. 113. floruisse referat. Quidam Diagoras.) Epiphanius de eo in Ancyrato refert, quòd Herculeum ligneum, ligno destitutum exusserit: sicut Pfaffus Kallenpergensis, cum ligna deessent, idolo Iacobi hypocaustum calefecit, dicens: **Buck dich Jäckliu/ du müst in ofen.** Illi maius compendium fecerunt, qui Apostolos aureos, unà cum saluatore: item qui monstrantias in massas conflarunt, & inde aut æs alienum soluerunt, aut in usus cum uerecundia non dicendos, uel ad arma pijs inferenda conferunt: interim pios, idola saxea & lignea exurentes, hæreseos insimulantes. Non

possum hic sine dolore morari. sed quia hinc digrediendum est, adscribam prius Epiphanius uerba: ut intelligant sese illi Ἡ Εὐλαργυρίας ἡ καὶ ἰδὸλα expugnare, nostros uero odio idololatricæ: ἐκ ἀκρόσεσι Ἐξαγόρεσ, τὸν ἰδίου ἠρακλέα ξύλινον ὄντα δι' ἀπειλίαν ξύλων ὑποκαύσαι τὸ, καὶ ὑδισκωματικῶς αὐτῷ λέγον τὸ. ἀγὼ δὴ ἠρακλῶν, τὸν τρισκαίδεκα τὸν ἀθλοῦ ἐκτελῶν, παρέλθε τὸ ὄφου ἡμῶν ἐψήσων. ὅν δὴ λαβῶν καὶ χιθῶνας, καὶ ταγελῶν τὸ ἰδὸν δεῖν, ὡς ἐκόντῃ, ἔπειρα πειθεῖντι αὐτῷ ἀγίσις γυλιᾶζων ἐπὶ ἀφῆτο. Item Cyrenæus Theodorus.) Meruit & hic τὸ ἀθεῖς epitheton, eodem Epiphanio teste, & sic legendum censeo in Chronice Eusebii, ubi Theodorus Athenæus legitur: nec mibi tempora refragantur. Augustinus contra literas Petiliani Donatistæ libro secundo, patet in hunc Theodorum esse dictum hoc Psalmi: Dixit stultus, quòd non est Deus. Minutos.) Sic eos Cic. alicubi de Diuinatione nominat.

De mundi ortu, & rerum natura, & Dei providentiâ.

CAP. X.

Qui nolunt, diuina providentiâ factum esse mundum, aut principijs inter se temerè coeuntibus, dicunt esse concretum, aut repentè natura extitisse, naturam uerò (ut ait Straton) habere in se uim gignendi & minuendi: sed eam nec sensum habere ullum, nec figuram, ut intelligamus, omnia quasi sua sponte esse generata, nullo artifice, nec autore. Vtrumq; uanum & impossibile. Sed hoc euenit ignorantibus ueritatem: quiduis potius excogitèt, quàm id sentiât quod ratio deposcit. Primum minuta illa semina, quorum concursu fortuito totum coisse mundum loquuntur, ubi aut unde sint, quæro. quis illa uidit unquam? quis sensit? quis audiuit? An solus Leucippus oculos habuit? solus mentem? qui profectò solus omnium cæcus & excors fuit, qui ea loqueretur, quæ nec æger quisquam delirare, nec dormiens possit somniare. Quatuor elementis constare omnia philosophi ueteres disterebāt. ille noluit, ne alienis uestigijs uideret insistere: sed ipsorum elementorum alia uoluit esse primordia, quæ nec uideri possint, nec tâgi, nec ulla corporis parte sentiri. Tâ minuta sunt, inquit, ut nulla sit acies ferri tâ subtilis, qua seca ri ac diuidi possint. unde illis nomen imposuit atomorum. Sed occurrebat ei, quòd si una esset omnibus, eadēq; natura, nō possent res efficere diuersas, tâta uarietate, quanta uidemus ineliè mūdo. Dixit ergo, leuia esse, & aspera, & rotūda, & angulata, & hamata. Quâto melius fuerat tacere, quàm in usus tâ miserabiles, tâ inanes habere linguâ, & quidē uereor, ne nō minus delirare uideat, qui hæc putet refellenda: respōdeamus tamē uelut aliquid dicēti. Si leuia sunt & rotūda, utiq; nō possunt inuicē se apprehēdere ut aliquod corpus efficiant: ut si quis milium uelit in unam coagmentationem cōstringere, leuitudo ipsa granorum in massam coire non sinat. Aspera, inquit, & angulata sunt, & hamata, ut possint cohærere. Diuidua ergo & secabilia sunt. hamis enim necesse est, & angulis eminerè, ut possint amputari. itaque quod

quod amputari ac diuelli potest, & uideri poterit, & teneri. Hæc, inquit, per inane irrequietis motibus uolitant, & huc atq; illuc feruntur: sicut pulueris minutias uidemus in sole, cum per fenestrâ radios ac lumen immiserit. Ex his arbores, & herbæ, & fruges omnes oriuntur: ex his animalia, & aqua, & ignis, & uniuersa gignuntur, & rursus in eadem resoluuntur. Ferri hoc potest, quam diu de rebus paruis agitur. Ex his etiam mundus ipse concretus est. Impleuit numerum perfectæ infantiæ, ut nihil ulterius adijci posset: sed inuenit tamen ille quod adderet. Quoniam est omne, inquit, infinitum, nec potest quicquã uacare: necesse est ergo innumerabiles esse mundos. Quæ tanta uis fuerat atomorum, ut moles tam inæstimabiles ex tam minutis conglobarentur? Ac primùm requiro, quæ sit istorum seminum uel ratio uel origo. si enim ex illis sunt omnia: ipsa igitur unde esse dicimus: quæ natura tantã copiam ad efficiendos innumerabiles mundos subministravit? Sed concedamus, ut impune de mundis delirauerit: de hoc loquamur, in quo sumus, & quæ uidemus. Ait, omnia ex indiuiduis corpusculis fieri. Si hoc ita esset, nulla res unquam sui generis semine indigeret, sine ouis alites nascerentur, ac oua sine partu: ite cætera uiuentia sine coitu: arbores, & quæ gignuntur è terra, propria semina non haberent: quæ nos quotidie tractamus, & serimus. Cur ex frumento seges nascitur, & rursus ex segete frumentum? Denique si atomorum coitio & conglobatio efficeret omnia, & in aere uniuersa concreverent: siquidem per inane atomi uolitant, cur sine terra, sine radicibus, sine humore, sine semine, non herbe, non arbor, non fruges oriri aut generari possunt? Vnde apparet, nihil ex atomis fieri, quando quidè una quæque res habet propriam certamque naturam, suum semen, suam legem ab exordio datam. Denique Lucretius quasi oblitus atomorum quos assererat, ut redargueret eos qui dicunt ex nihilo fieri omnia, his argumentis usus est, quæ contra ipsum ualere. sic enim dixit:

Nam si de nihilo fierent ex omnibus rebus,

Omne genus nasci posset: nil semine egeret.

Item postea:

Nil igitur fieri de nihilo posse putandum est,

Semine quando opus est rebus: quo quæque creatâ

Aeris in teneras possint proferrier auras.

Qui hunc putat habuisse cerebrum, cum hæc diceret, nec uideret sibi esse contraria: Nihil enim per atomos fieri exinde apparet, quod semen cuiusque rei certum est, nisi forte & ignis & aquæ naturam ex atomis esse credemus. Quid, quod durissimi rigoris materiæ, si ictu uehementiore collidantur, ignis excutitur? Num in ferro aut silice atomi latent? Quis inclusit? aut cur sua sponte non emicant, aut quomodo semina ignis in materia frigidissima permanere potuerunt? Omitto silicem, ac ferrum. Orbem uitreum plenum aquæ si tenueris in sole, de lumine quod ab aqua refulget, ignis acceditur, etiam in durissimo frigore. Num etiam in aqua ignem esse credendum est? atqui de sole ignis ne ætate quidem accendi potest. Si ceræ inhalaueris, uel si uapor leuis aliquid attigerit, aut crustam marmoris, aut laminam: paulatim per minutissimos rores aqua concreuit. Item de halitu terræ aut maris nebula existit: quæ aut dispersa humefacit quicquid texerit, aut collecta, in arduos montes in sublime uento rapta, stipatur in nubem, atque imbres maximos deijcit. Vbi ergo dicimus liquores natos esse: num in uapore? num in halitu? num in uento? Atqui nihil potest consistere in eo, quod nec tangit, nec uidet. Quid ergo de animalibus loquar, in quorum corporibus nihil sine ratione, sine ordine, sine utilitate, sine specie figuratum uidemus: adeo ut solertissima & diligentissima omnium partium membrorum descriptio casum ac fortunam repellat. Sed putemus, artus, & ossa, & neruos, & sanguinem de atomis posse concrevere.

Quid

Quid sensus, cogitatio, memoria, mens, ingenium, quibus seminibus cog-
 gnetari possunt: minutissimis inquit. Sunt ergo alia maiora. Quomodo igitur
 infecabilia? Deinde si ex inuisibilibus sunt quae uidentur, cur igitur ne-
 mo uidet? Sed siue inuisibilia quae sunt in homine consideret, siue tractabilia
 quae ueniunt sub aspectu, ratione utraque consistere quis non uidet? Quomodo er-
 go sine ratione coeuntia possunt aliquid efficere rationale? Videmus enim
 nihil esse in omni mundo, quod non habeat in se maximam mirabilemque ra-
 tionem. Quae quia supra hominis sensum & ingenium est, cui rectius quam
 diuinae prouidentiae tribuenda est. An simulacrum hominis & statuam ratio
 & ars fingit, ipsum hominem de frustis temere concurrentibus fieri putabimus?¹⁰
 Et quid simile ueritatis in ficto, cum summum & excellens artificium nihil ali-
 ud, nisi umbram & extrema corporis lineamenta possit imitari: num potuit
 humana solertia dare operi suo aut motum aliquem, aut sensum? Omitto u-
 sum uidentis, audiendi, odorandi, ceterorumque membrorum uel apparentium,
 uel latentium mirabiles utilitates. Quis artifex potuit aut cor hominis, aut uo-
 cem aut ipsam fabricare sapientiam? Quisquam ne igitur sanus existimat,
 quod homo ratione & consilio facere non possit, id concursu atomorum pas-
 sim coherentium perfici potuisse? Vides, in quae deliramenta inciderint, dum
 nolunt effectum curamque rerum Deo dare. Concedamus tamen his, ut ex
 atomis fiant quae terrena sunt: num etiam coelestia? duos aiunt incorruptos,¹⁰
 aeternos, beatos esse, solisque dant immunitatem, ne concursu atomorum con-
 creti esse uideantur. Si enim deos quoque ex illis constituissem, dissipabiles si-
 erent, seminibus aliquando resolutis, atque in naturam suam reuertentibus. Er-
 go si est aliquid, quod atomi non effecerint: cur non caetera eodem modo
 intelligamus? Sed quaero, ante quam mundum primordia ista generarent,
 cur sibi dii habitaculum non aedificauerint? Videlicet, nisi atomi consissent,
 coelumque fecissent, adhuc dii per medium inane penderent. Quo igitur con-
 silio, qua ratione de confuso acervo se atomi congregauerunt, ut ex alijs infe-
 rius terrae conglobarentur, coelum desuper tenderetur, tanta siderum uarieta-
 te distinctum, ut nihil unquam excogitari possit ornatius? Tanta ergo qui ui-³⁰
 deat, & talia, potest existimare, nullo effecta esse consilio, nulla prouidentia,
 nulla ratione diuina, sed ex atomis subtilibus & exiguis concreta esse tanta
 miracula? Nonne prodigio simile est, aut natum esse hominem qui haec dice-
 ret, aut extitisse qui crederent? ut Democritum, qui auditor eius fuit: ut Epi-
 curum, in quem uanitas omnis de Leucippi fonte profluxit. At enim (sicut
 alij dicunt) natura mundus effectus est, quae sensu & figura caret. Hoc uero
 multo est absurdius. Si natura mundum fecit, consilio & ratione fecerit, ne-
 cesse est, is enim facit aliquid, qui aut uoluntatem faciendi habet, aut scientiam.
 Si caret sensu ac figura, quomodo potest ab ea fieri, quod & sensum habeat
 & figuram? nisi forte quis arbitretur, animalium fabricam tam subtiliter a
 non sentiente natura formari, animarumque potuisse, aut istam coeli speciem tam
 prouidenter ad utilitates uiuentium temperatam, nescio quo casu, sine con-
 ditore, sine artifice, subito extitisse. Si quid est, inquit Chrysippus, quod effi-
 ciat ea quae homo, licet ratione sit praeditus, facere non possit, id profectio est
 maius, & fortius, & sapientius homine. Homo autem non potest facere coe-
 lestia: ergo illud, quod haec efficiat, uel effecerit, superat hominem arte, con-
 silio, prudentia, potestate. Quis igitur potest esse, nisi Deus? Natura uero,
 quam ueluti matrem esse rerum putant, si mentem non habet, nihil efficiet
 unquam, nihil molietur. Vbi enim non est cogitatio, nec motus est ullus, nec
 efficacia. Si autem consilio utitur ad incipiendum aliquid, ratione ad dispo-⁵⁰
 nendum, uirtute ad consummandum, potestate ad regendum & continen-
 dum: cur natura potius, quam Deus nominetur? Aut si concursus atomorum,
 uel carens

uel carens mente natura, ea quæ uidemus effecit: quæro, cur facere cœlū po-
 tuerit, & urbē aut domū nō potuerit, cur mōtes marmoris fecerit, columnas
 & simulacra nō fecerit: At qui potuerūt atomi etiā ad hæc efficiēda concurre
 re, siquidē nullā positionē relinquūt quam nō experiātur. nā de natura quæ
 mentē nō habeat, nō est mirandū, quōd hæc facere oblita sit. Quid ergo est?
 Vtīq; Deus cū inchoraet hoc opus mundi, quo nihil potest esse nec dispo-
 situs ad ordinem, nec aptius ad utilitatem, nec ornatius ad pulchritudinem,
 nec maius ad molem, quæ fieri ab homine non poterant, fecit ipse: in quibus
 etiā hominē ipsum, cui particulam de sua sapientia dedit, & instruxit e-
 um ratione, quantum fragilitas terrena cupiebat, ut ipse sibi efficeret, quæ in
 10 usus suos essent necessaria. Si uerō in huius mūdi (ut ita dixerim) Republica
 nulla prouidentia est quæ regat, nullus Deus qui administret, nec omnino
 sensus ullus in hac rerum natura pollet: unde igitur mēs humana tam solers,
 tam intelligens orta esse credetur? Si enim corpus hominis ex humano fa-
 ctum est, unde nomē accepit: animus ergo qui sapit, rector est corporis, cui
 membra obsequuntur tanquam regi & imperatori, qui nec aspici nec com-
 prehendi potest, non potuit ad hominem nisi à sapiente natura peruenire.
 Sed sicut omne corpus mēs & animus gubernat, ita & mundum Deus. Nec
 enim uerisimile est, ut minora & humilia regimen habeant: maiora & sum-
 20 ma non habeant. Deniq; M. Cicerō in Tusculanis, & in Consolatione: Ani-
 morum, inquit, nulla in terris origo inueniri potest. Nihil est, inquit, in ani-
 mis mistum atque concretum, aut quod ex terra natum aut fictum esse ui-
 deatur, nihilq; humidū, aut flabile, aut igneum. His enim innatum nihil in-
 est, quod uim memoriæ, mentis, cogitationis habeat, quo & præterita teneat,
 & futura prouideat, & complecti possit præsentia, quæ sola diuina sunt.
 Nec enim inueniūtur usquam, unde ad hominem uenire possint, nisi à Deo.
 Exceptis igitur duobus tribus uel calumniatoribus uanis, cū constet, diui-
 na prouidentia mundum regi, sicut & factus est: nec sit quisquam, qui Dia-
 30 gora, Theodoricq; sententiam, uel Leucippi inane commentum, uel Demo-
 criti, Epicuricq; leuitatem præferre audeat autoritati uel illorum Septem prio-
 rum, qui sunt appellati Sapientes, uel Pythagora, uel Socratis, uel Platonis,
 cæterorumq; summorum philosophorum, qui esse prouidentiam iudicauerunt:
 falsa igitur est & illa sententia, quæ putat terroris ac metus gratia reli-
 gionem à sapientibus institutam, quo se homines imperiti à peccatis abstine-
 rent. Quod si uerum sit, ergo derisi ab antiquis sapientibus sumus. Quod si
 fallendi nostri, atque adeo totius generis humani causa commenti sunt reli-
 gionem: sapientes igitur non fuerint, quia in sapientem non cadit mendaci-
 um. Sed ut fuerint sapientes, quæ tanta felicitas mentiendi, ut non tantū mo-
 40 do indoctos, sed Platonē quoq; ac Socratem fallerent, & Pythagoram, Ze-
 nonem, Aristotelem, maximarum sectarum principes tam facile deluderēt?
 Est igitur diuina prouidentia, ut senserunt ij homines quos nominauī, cuius
 ui ac potestate, omnia quæ uidemus, & facta sunt, & reguntur. Nec enim
 tanta rerum magnitudo, tanta dispositio, tanta in seruandis ordinibus tem-
 poribusq; constantia aut olim potuit sine prouido artifice oriri, aut constare
 tot seculis sine incola potenti, aut in perpetuum gubernari sine perito ac sen-
 tiēte rectore. quod ratio ipsa declarat. Quicquid est enim quod habet ratio-
 nem, ratione sit ortum necesse est. Ratio autem sentientis, sapientisq; naturæ
 est: sapiens uerō sentiensq; natura nihil potest esse, quàm Deus. Mundus au-
 tem, quoniam rationem habet, qua et regitur & constat: ergo à Deo factus
 50 est. Quod si est cōditor rectorq; mūdi Deus, rectē igitur ac uerē religio con-
 stituta est: auctori enim rerum, parentiq; communi honos
 ueneratioq; debetur.

Vt providentiam diuinam statuat, & inde iram Dei, necesse est ut prius Leucippi & Epicuri atomos remoueat. Quæ disputatio ex libri tertij capite 17. huc dilata est. Attingit obiter Stoicorum dogma, qui naturam rerum artificem (Dei forte uicariam) statuunt. Prior itaque maiorque huius capitis pars confutatoria est, posterior confirmatoria. (Straton.) Straton Lampsacenus, Arcefilai filius, auditor Theophrasti fuit, præceptor Ptolemæi Philadelphi, uir acri ingenio, qui cum maximè necessariam philosophiæ partem, quæ posita est in uirtute & in moribus reliquisset, totum se ad inuestigationem naturæ contulit: unde Physici cognomentum assequutus est. Floruit Olymp. 123. Eius uitam scribit Laert. lib. 5. Multa huius mentio apud Ciceronem passim fit, unde etiam hæc transcripta sunt. tantum enim non ad uerbum ista leguntur in primo de Naturæ deorum. In Academicis lib. 4. sic legimus: Negas sine Deo posse quicquam. ecce tibi è transuerso Lampsacenus Strato, qui det isti Deo immunitatem, magni quidem muneris. sed quum sacerdotes deorum uacationem habeant, quanto est æquius habere ipsos deos? Negat opera deorum se uti ad fabricandum mundum. Quæcunq; sint, docet omnia effecta esse natura, &c. quæ de Democriti atomis sequuntur. Epiphanius in Syntomo: *σπᾶσιν ὁμῶν ἐκ λαμψάκων τῶν δορυμῶν ὁσίαν ἐλεγε αὐτίαν πέντε ὑπαρχειν.* An solus Leucippus. Licet Laertius in Leucippo nullam de atomis mentionem faciat, & Plutarchus eos ad Democritum autorem referat: Aristoteli tamen in primo *Ἐπιπέδου* Democritum & Leucippum plerumque in hoc dogmate coniungit. Atque item Cicero in primo de Natura deorum: Ista enim flagitia Democriti, siue etiam antè Leucippi, esse corpuscula quædam leuia, alia aspera, rotunda alia, partim autem angulata, & quædam pyramidata, curuata quædam, & quasi adunca: ex his effectum esse cælum atque terras, nulla cogente natura, sed concursu quodam fortuito. Hoc deinde dogma Epicurus etiam amplexus est: sicut nihil in Physicis Epicuri fuit, quod non haberet à Democrito. Quanquam ut in 1. de Finibus idem Cicero scribit, quæ Democriti Epicurus corrigere uult, ea deprauare uideatur. Ita Democriti atomi motum ex æterno tempore habent, Epicurei declinationem. Cuius differentiæ etiam Augustinus meminit, ubi de inanibus & inutilibus quæstionibus scribit. Deinde rursum, Democritus dedit atomis tantum magnitudinem & for-

mam, Epicurus addidit pondus, teste Plutarcho. Epicurei dogmatis hæredes etiam multi latinorum fuere: Lucretius, Velleius Ciceronianus, Silenus Vergilianus, cuius nomine Syrenum intelliguntur unde Varus & Vergilius Epicureum dogma habuerunt. Quid quod etiam olim Empedocles *σμάτα* quædam, *ἐλαχίστα*, hoc est fragmenta minutissima, elementorum elementa fecit: eaque similia & rotunda. Deinde Heraclitus quorundam *ψυμᾶτα ἐλαχίστα καὶ ἀμειβνῆ*, id est tamenta quædam minima et impartilia, interprete apud Plutarchum Budæo. Quatuor elementis constare. Non quidem omnes philosophi in hoc cõsentiunt. Empedocles & Anaxagoras primi fuerunt, qui quatuor elementa asseruerunt: qui tamen illi cõstant & soluuntur concordia & discordia, quod Aristotelis reprehensionem non euitat, qui & ipse quintam essentiam fouet. & alteri simplicia, alteri composita sunt: de quo uide Arist. sub initio de Generatione. Ceterum quatuor elementa non Philosophorum modo, sed humani ferè generis consensus amplexus est: de quo hic multa dicere superuacaneum est. Elementorum alia primordia. Lucret. Et rerum primordia pandam. Primordia elementorum principia dixit, *τὰς τῶν στοιχείων ἀρχαίς*: sicut Vergilius *exordia*. Quæ nec uideri possint. *σώματα λόγῳ θεωρητὰ.* Vnum non imposuit atomorum. *ἕρητοι ἄτομα, ἃ ἔχουσι ὄπιν ὁδὴ ἐλαχίστην, ἀλλ' ὅτι ἔδωκεν τριανθλίω, ἀπαθὴς ὄσα.* Plut. siue ut Suidas, *τὰ ἄτομα λέγεται, ἀμὴ τομῶν ἢ διαίρεσιν διέφερα δὴ δωάμεθα.* Obiter puer mihi de Grammatica obseruatione appellandus est, & admonendus. Lactantius & Laertius hoc nomine in Masculino genere usurpant, Cicero & Plutarchus in feminino: Epiphanius, Suidas et Aristoteles in neutro, nisi τὰ σώματα uelis intelligere, cum tantum non dicat *σώματα ἄτομα*, sed *σώματα ἀδιαίρετα*. Rotunda. *κεκοσμητὰ*, annulata. Angulata. *τριανθοειδῆ*, triangulari uel triangulari forma. Hamata. *ἀγκυσοειδῆ*. Suprà paulo monuimus ex Plutarcho, Democritum duo τῶν ἄτομοις dedisse accidentia: *μῆκος* nimirum, καὶ *χῆμα*. Epicurum addidisse tertium, τὸ *βαρῶς*. Deinde contra Ciceronem & Lactantium Epicurus (id quod ex Plutarcho scriptis intelligitur) negat uel infinitas esse, uel hamatas, uel unciatas, uel annulatas. Nā id genus formas facillè contusiles esse: sic enim Budæus ueritatem *θεωρητὰ*, concedit formas mente dumtaxat percepti-

perceptibiles. Aristotelis argumenta potissima sunt, si corpora sint, & magnitudinem habeant, diuidi utiq; posse. Addemus hisce coronidis uice, quod Irenæus, Democriti et Epicuri sugillat principia, ατόμους nimirum & λεγόν: hoc est, ut ipse interpretatur, ea quæ sunt, & id quod non est: quibus Valentimiani opponant, ea quæ sunt in Pleromate, & ea quæ sunt extra Pleromata: pari nimirum uanitate cum gentilibus ineptientes.

10 Hæc inquit per inane.) Plut. τῶν τὰ μὲν τοὶ λευκῶν καὶ τῶν λεγόν, καὶ ὅσα τὸ λευκὸν εἶναι αὐτὸ λεγόν ἀπειροῦ, καὶ τὰ σώματα ἀπειρα. Sicut pulueris minutias.) Suidas: ὅτι δὲ καὶ ἄσπι τὰ λεπτώτατα καὶ σμικρότατα σώματα, ὅσα τῶν φωταγωγῶν εἰς θαλάσσιον αἶμα ἢ εἰς κέντυρον ἢ εἰς ἄλλω καὶ κέτω παλάσσιον. Et rursus in eadem resoluuntur.) Epiphanius: ὅτι ατόμων δὲ σωσαῖναι τὰ πάντα ἢ δ' αὐτὸ πάλιν εἰς ατόμα χρεῖν. Innumerabiles esse mundos.) πολλοὺς κόσμους Philoni, ἀπειροὺς Laertio & Plut. κόσμου ἀπειροῦ Epiphanio. Democritici mūdi proverbio locum fecere. Plut. in Placis libro 2. cap. 1. Democritus, Epicurus, eorumq; discipulus Metrodorus innumerabiles in infinito mundos per omnem eius complexum in immensum expatiantem dixerunt. Metrodori causas citat libro 1. cap. 5. eiusdem operis, iuxta Budæi translationem: Metrodorus absurdum esse ait, in latifundijs unicam spicam nasci, unumq; in infinito mundum. Quod aut innumeri sint, ex hoc liquere, quod innumerabiles sint eorum causas. Si enim quibusdam suis finibus finitus est mundus, cause autem infinitæ ex quibus constat, necesse est infinitos esse. Vbi enim sunt cause, inibi effectus quoq;. Atqui cause individua, aut elementa. Illorum feminum uel ratio uel origo.) τῶν ατόμους etiam Vergilius & Lucretius semina nominarunt. Adscribam autem 40 utriusq; uerba, ex quibus negocium hoc multo fiet illustrius & clarius, & autorum alter alteri lucem adferet. Verg. Aegl. 6.

Nanq; canebat uti magnum per inane coacta
 Semina terrarumq; animæq; marisq; fuissent,
 Et liquidi simul ignis, ut his exordia primis
 Omnia, & ipse tener mundi concreuerit orbis.
 Tum durare solum, & discludere Nerea ponto
 Cæperit, et rerum paulatim sumere formas, & c.
 Lucret. non longe ab initio primi:
 Nam tibi de summa cæli ratione, deumq;
 Differere incipiam, & rerum primordia pandam,
 Vnde omnes natura creet res, auget, aliatq;

Quo' ue eadē rursus natura perempta resoluat. Quæ nos materiem & genitalia corpora rebus Reddunda in ratione uocare, & semina rerum Appellare suemus, & hæc eadem usurpare Corpora prima, quod ex illis sunt omnia primis. Sine ouis alites.) Apud ociosos disputatores quæstio est, utrum ouum an gallina prius extiterit. Ad eam hic respicit. Hæc quæstio disputatur apud Plut. libro 2. Conuiuiorum, cap. 3. apud Macrob. in Satur. lib. 7. cap. 16. apud Censorinū de Natali die cap. 3. Cæterum de procreatione ouorum multa egregiè Arist. de hist. Animalium lib. 6. cap. 2. Lucretius.) Libro nimirum primo, post uersus paulo superius a nobis citatos. In silice.) Quod Pyrodes Cilicis filius primus inuenit, teste Plin. Vitreum plenum.) Hæc crysalli natura est, qui nihil aliud est quàm aqua in lapidis duritiem, frigore & uetustate congelatus. Vide Marbodæum cum suis commentarioribus. De ignis natura Theophrasti liber extat. Sunt similes ignis eliciendi rationes apud Plin. & Lucretium ipsum, atque etiam apud Senecam in Natural. quæst. Atq; imbres.) Quæ ad meteora pertinere uidentur, quæ hic non ex professo tractantur, differemus in Commentaria Honterica. Motum aliquem.) Motum quidem, ut Archimedes columbæ, sed nõ sensum. Quis artifex.) De his in libro de Opificio Dei abundè dictum est. Deos aiunt.) Apud Laertium etiam θεῶν ἀφθεοτόν καὶ μακροτόν putat. Immunitatem.) De hoc superius dictum est. At enim.) Non a disputatio de Natura, contra Chrysippum, uel contra Stoicos potius in uniuersum. Natura mundus effectus.) Alicubi in Diuinis Institutionibus de natura disputatum est, neq; aliud esse quàm instrumentum quoddam, quo ἄνθρωπος & ὁ ἄλλος ille fabricatorq; uniuersitatis omnia ex nihilo produxit. Superat hominem arte.) Atqui arbitrantur Archimedes plus ualuisse, in imitandis sphaeræ conuersionibus quàm naturā in efficiendis. Si mentem non habet.) Cicero de Nat. deorum 2. diuersas de natura sententias seu definitiones describit: unam eorum qui naturam censent uim quandam sine ratione cientem motus in corporibus necessarios: alteram eorum qui definiunt uim rationis atq; ordinis participem, tanquam uia progredientē, declarantemq; quid cuiusq; causas efficiat, quid sequatur, cuius solertiam nulla ars, nulla manus, nemo opifex consequi possit imitando. Nec motus.) Atqui natura Zenonis artifex, opifex, consultrix,

Et prouida utilitatū opportunitatūq; omnium mundi, omnes motus habet uoluntarios, conatusq; & appetitiones, quas ὀρμῆς Græcè uocant, Cic. de Nat. deorū 2. Si autē cōsilio.) *ἡγεῖς ὀνομαζῶν.* & synatresmos rerū magis quā uerborū, quo asseritur prouidētia diuina. Nec dispositus.) Alia schefis ὀνομαζῶν *περὶ ἰουσιῶν τῶν τοῦ.* Si enim corpus hominis ex humo.) De hoc disputat Coelus Rhodiginus in antiquis Lectionib. lib. 1. cap. 41. Repete ca. 11. li. 2. Diuin. Inst. Nec enim uerisimile.) A minori ad maius. Cic. in Tusc. & in Con

solat.) Cicero in 1. Tusc. quæst. ex Consolatione sua (qui liber est de morte filiae) hūc citat locū. Atq; factū.) Lectiones Ciceronianæ fictū habēt. Nihilq; humidū.) Eras. & Ioachimus legūt: Nihil est aut humidū: Heruagius, Nihil ue, nisi officinæ error est. Mediolanēsis antiqua editio mea sententia melius, Nihil ue. His enim innatū nihil inest.) Vulgatæ editiones Ciceronianæ, quotquot uidi, habēt: His in naturis nihil inest. Quo & præterita teneat.) Quod & præterita, legitur apud Ciceronem. Exceptis.) Colligit uela.

De Deo, eoq; uno, cuius prouidentia mundus regatur & constat.

CAP. XI.

Quoniam constitit de prouidētia, sequitur ut doceamus, utrum ne multorum esse credenda sit, an potius unius. Satis (ut opinor) ostendimus in nostris Institutionibus, deos multos esse non posse, quod diuina uis ac potestas si distribuatur in plures, diminuitur utiq; & mortalis est. Si uerò mortalis non est, nec minui, nec diuidi potest. Deus igitur unus est: in quo uis & potestas consummata est, nec minui potest, nec augeri. Si autem sunt multi, dum habent singuli potestatis aliquid ac numinis, summa ipsa decrescit, nec poterunt singuli habere totum, quod est commune cum pluribus: unicuiq; tantum deerit, quantum cæteri possidebunt. Non possunt igitur in hoc mundo multi esse rectores, nec in una domo multi domini, nec in nauī una multi gubernatores, nec in armēto aut grege duces multi, nec in uno examine multi reges. sed nec in cælo quidem multi soles esse poterūt, sicut nec anime plures in uno corpore. adeò in unitate natura uniuersa cōsentit. Quod si mundū

Spiritus intus alit, totamq; infusa per artus

Mens agitat molem, & magno se corpore miscet:

apparet testimonio poetæ, unū esse mundi habitatorē Deū: siquidē corpus omne nisi ab una mente incolī regiq; nō potest. Omnē igitur diuinā potestātē necesse est in uno esse, cuius nutu & imperio regantur omnia: & ideo tantus est, ut ab homine nō possit aut uerbis enarrari, aut sensus existimari. Unde igitur ad homines opinio multorū deorū persuasione peruenit: Nimirū ij omnes qui colūtur ut dij, homines fuerūt, & ij dē primi ac maximi reges: sed eos aut ob uirtutē, quia profuerāt hominū generi, diuinis honorib. esse eos esse post mortē: aut ob beneficia & inuēta, quibus humanā uitā excoluerāt, immortalem memoriā consecutos, qui ignorat: nec tantum mares, sed & feminas. Quod cū uetustissimi Græciæ scriptores, quos illi θεολόγος nunc cupant, tum etiā Romani Græcos secuti & imitati docent: quorum præcipue Euhemerus, ac noster Ennius, qui eorum omnium natales, coniugia, progenies, imperia, res gestas, obitus, simulacra demonstrant. Et secutus eos Tullius tertio de Natura deorum libro dissoluit publicas religiones: sed tamen ueram quam ignorabat, nec ipse, nec alius quisquam potuit inducere. Ideo & ipse testatus est falsum quidem apparere, ueritatem tamen latere: Vt nam, inquit, tam facile uera inuenire possem, quā falsa conuincere. Quod quidem non dissimulanter, ut Academicus, sed uerē, atq; ex animi sententia proclamauit. quia ueritas humanis sensibus erui non potest: quod assequi uoluit humana prouidētia, id assequutus est, ut falsa detegeret. Quicquid enim fictū & cōmēticiū, quia nulla ratione subnixū est, facile dissoluitur. Vnus est igitur princeps & origo rerū Deus, sicut Plato in Timæo & sensit & docuit: cuius maiestatem tantam esse declarat, ut nec mēte cōprehendi, nec lingua expriri

exprimi possit. Idem testatur Hermes, quem Cicero ait in numero deorum apud Aegyptios haberi, eum scilicet qui ob uirtutem multarumq; artium scientiam Trismegistus nominatus: & erat, non modò Platone, uerum etiam Pythagora, septemq; illis sapiētibus longè antiquior. Apud Xenophontem Socrates disputans ait, formam Dei non oportere conquiri. Et Plato in Legum libris: Quid omnino sit Deus, non esse quærendum: quia nec inueniri possit, nec enarrari. Pythagoras quoq; unum Deum confitetur, dicens incorporalem esse mentem, quæ per omnem rerum naturam diffusa & intenta, uitalem sensum cunctis animantibus tribuat. Antisthenes autem in Physico unum esse naturalem Deum dixit, quamuis gētes & urbes suos habeant populares. Eadem ferè & Aristoteles cum suis Peripateticis, & Zeno cum suis Stoicis. Longum est enim singulorum sententias exequi: quilibet diuersis nominibus sint abusi, ad unam tamen potestatem quæ mundum regeret, concurrerunt. Sed tamen summum Deum cum & philosophi & poetæ & ipsi deniq; qui deos colunt, sæpe fateantur: de cultu tamen & honoribus eius nemo unquam requisit, nemo disseruit, ea scilicet persuasione, qua semper beneficium incorruptumq; credentes, nec irasci eum cuiquam, nec ullo cultu indigere arbitrantur. adeò religio esse non potest, ubi metus nullus est.

COMMENTARIVS.

20 Postquam prouidentiam diuinam probauit, reliquum est ut probet, unius Dei prouidentia omnia geri. de quo in Diuinis Institutionibus sæpe disseruit, præsertim lib. i. cap. 3. cum sequentibus aliquot. Taxat plurimas philosophorum sententias. Non possunt.) Argumento ab analogia ducto, & inductione quadam Socratica statuit monarchiam diuinam. Huic rei confirmanda Philo ludæus Homericò utitur uersu, quem non magis de politicis monarchiis, quàm de Cælesti dictam credit: ὁ δὲ μὲν τῶν ὀντῶν ἰσοτιμιὸν ὑπέσκηθεω, ἀλλ' ἔστιν εἰς ἀρχῶν καὶ ἡγεμῶν καὶ βασιλέων, ὃ πρὸ ταυθίνων καὶ διοικῶν μόνων θεῶν τὰ συμπαντα. τὸ δ' ἐν ἀγαθῶν πολλοῖσι καὶ ἐν κακοῖσι, εἰς κείρων ἔστω, εἰς βασιλέων, ἐκ τῶν πόλεων καὶ ἀθροῦ πω λέγουσι, ὅτι διὰ κεν μάλιστ' ἢ ἀπὸ τῶν καὶ θεῶν. γῶς γὰρ γῶα ποιητῶν τε καὶ δεσποτῶν ἀναγκασθῆναι εἶναι.

30 Quod si.) Ab autoritate Maronis. Nam hi uersus sunt ex Aeneidos sexto. Sed Lactant. non ster libro 7. capite tertio, hos uersus aliò torquet. reprehendit enim Gentiles, quod Deum mentem, Dei corpus mundum fecerint. Dii homines fuerunt.) Theophilus ad Autolicum: καὶ τὰ μὲν ὀνόματα, εἰ μὴ φῆς, σέβεισθαι θεῶν, ὀνόματα δὲ ἐν κείρων ἀθροῦ πω. Deinde longa inductione syluam exemplorum adducit. Euhemerus.) De hoc libro primo, capite undecimo. Utinam inquit.) Hic locus libro primo est. Academicus.) ἀνεπαληψίαν nutantem φο

40 uens. Sicut Plato in Timæo.) Eadem Platonica citata sunt capite octauo libri primi. Platonis uerba sunt: τὸν μὲν οὐδὲ ποιητῶν καὶ

παιδοῦ τῶν δὲ τῶν πάντων εὐρεῖν τε ὄργον, καὶ εὐρόντα εἰς πάντας ἀδωῖα του λέγειν.

Quæ uerba Cic. de uniuersitate sic transtulit: Atq; illum quidem quasi parentem huius uniuersitatis inuenire difficile: & cum iam inuenieris, indicare in uulgus nefas. Hæc propterea adscriptimus, ut Philologus uideat, Lactantium nostrum Platonis uerba longè aliter quàm Ciceronem intellexisse. Hermes, quem Cicero.) In secundo, de Nat. deorum, quantum eum faciens Mercurium: de quo dictum est lib. i. cap. 6. Et erat non modò Platone.) Mose tamè multo recentior, ut Marsilius ex Augustino indicat. Nam quo tempore Moses natus est, floruit Atlas astrologus, Promethei physici frater, ac maternus auus maioris Mercurij, cuius hic Trismegistus fuit. Apud Xenophontem.) Apud Xenophontem ἀρχιμημονοματέων quarto, Socrates cum Euthydemo disputans, inter cætera sic inquit: ὁ πλεῖστον ἀληθῆ λέγω, καὶ σὺ γνώσῃ αὐτὸν ἀναμύνης, ἕως αὐτῶν τὰς μορφαὶς τῶν θεῶν ἴδῃς, ἀλλ' ἔσθ' ἀρκεί σοι τὰ ὄργα, αὐτῶν ὄρωντε σέβεισθαι καὶ πᾶσιν αὐτοῖς θεοῖς, & quæ ibi sequuntur. & paulo post non Deum modò τὸν οἰκονομῶντα ἀόρατον dicit, sed etiam ministros deorum inuisibiles esse affirmat. καὶ αὐτῶν, φῆσι, ἰσχυρέτας δὲ τῶν θεῶν ἐνρήσει ἀφανῆς ὄντας. Atq; paulo inferius animas nostras quiddam de diuinitate participare docens: ἀλλὰ μὲν καὶ ἀνθρώπου γε ψυχῆ, εἴ ποτε τι καὶ ἄλλο τῶν ἀθροῦ πω, τὸ θεῶν μετέχει, ὁ πλεῖστον βασιλεύει ἐν ὑμῖν, φανερὸν, ὁρατὸν δὲ ὁ δὲ αὐτῆ. Et Plato in Legum libris.)

In septimo de legibus sic legimus, sub persona ho-
spitis Atheniensis: του μεγιστου θεου, και ολου
του κοσμου φαιδι ετε ζυταιμ δευ, ετε πο-
λυπραγονειν τας απιας οφδυνωντας. Sunt
quædam similia etiam in 10. sed huc non referen-
da. Pythagoras.) Simile quiddam est apud
Cic. in primo de Nat. deorum. nempe Pythagorã
censuisse Deum esse animum, per naturam rerũ
omnem intentum & commeantem, ex quo nostri
animi carperentur. Quæ tamen à Velleio etiam
Epicureo reprehenditur: neq; immeritò. Crassior
est illa quæ legitur apud Epiphaniũ, & planè ab
hac nostra discrepans, ubi Deum non mentem,
sed corpus facit. Verba, si requiris, sunt: σωμα
δε λεγει εν δευ θεου, τε τε σιν δρανου. οφθαλ-
μους η αυτη, η τα αλλα ωσωδρ η ανθρωπω η-

λιου η πωλωλυ, τα αλλα ασα, η τα κει-
δρανου σιχηια. Plato in 10 de Legib. hæc deo-
rũ corpora facit, sed deos ipsos: hoc est, deorũ men-
tes, id quod unicuiq; motũ præbet. Sed hæc defini-
tionem quæ hic citatur, produximus supra lib. 1.
capite 5. sicut etiam Anstibenis iamiam sequen-
tem. Eadem ferè & Aristoteles.) Li-
bro primo, capite 5. Lactantius est confessus Ari-
stotelem secum disidere: in summa tamen, Men-
tem esse mundi præsidem. De illa ipsa verò dissen-
sione lege Cic. in primo de Natura deorum.
Zeno.) Vide omnino Lactantium ipsum &
Ciceronem locis iam sæpius citatis: ubi hæc,
quæ hic in medio suspensa relinquuntur,
excitantur diligentius.

De religione, & Dei timore.

CAP. XII.

Nunc quoniam respondimus impiæ quorundam detestabiliq; pruden-
tia, uel potius amentia, redeamus ad propositum. Diximus religione
sublata, nec sapiētiam teneri posse, nec iusticiam, cum diuinitatis intellectus,
quo differimus à belluis, in homine solo reperiatur: quia nisi cupiditates no-
stras Deus qui falli non potest, coercuerit, sceleratè impieq; uiuemus. Spe-
ctari ergo actus nostros à Deo, non modò quod ad utilitatem cõmunis uitæ
attinet, sed etiam ad ueritatē: quia religione iusticiaq; detracta, uel ad stul-
ticiam pecudum amissa ratione deuoluimur, uel ad bestiarum immanitatem:
imò uerò amplius: siquidem bestia sui generis animalibus parcūt. Quid erit
homine truculentius, quid immitius, si dempto metu superiore, uim legum
aut fallere potuerit, aut contemnere: Timor igitur Dei solus est, qui custodit
hominum inter se societatem, per quem uita ipsa sustinetur ac gubernatur. Is
autem timor auferetur, si fuerit homini persuasum, quod iræ sit expers Deus,
quem moueri & indignari non modò cum iniusta fiunt, communis utilitas,
sed etiam ratio ipsa & ueritas persuadet. Rursus nobis ad superiora redeun-
dum est, ut quia docuimus à Deo factum esse mundum, doceamus quare sit
effectus.

C O M M E N T A R I V S.

Quandoquidem constat unum esse Deum,
eiusq; nutu omnia geri: relinquatur, ut is Deus so-
lus sit colendus. Cultus autem istius Dei cõsistit
in cognitione & timore Dei. Hinc fit, quod ini-
tium sapientia timorem Domini Sapiēs dixit. La-

ctantius id ignorat, omnes ceremonias atq; sum-
mam religionis in cognitione rerum diuinarum,
& in timore Dei ponens. Quod si timēdus, ergo
irascitur, et punit peccata. Sed de timore Dei alibi
satis dictũ est, sicut etiã de religioe et eius partib.

De mundi & temporum commodo & usu. CAP. XIII.

Si consideret aliquis uniuersam mundi administrationem, intelliget pro-
fectò, quàm uera sit sentētia Stoicorum qui aiunt, nostra causa mundum
esse constructũ. Omnia enim quibus constat, quæq; generat ex se mundum,
ad utilitatem hominis accomodata sunt. Homo utitur igni ad usum calefaci-
endi & luminis & coquendorum ciborum, ferriq; fabricandi: utitur fontibus
ad potum & ad lauacra: fluminibus ad agros irrigandos, terminandasq; re-
giones: utitur terra ad percipiendam frugum uarietatem, collibus ad confe-
renda uineta, montibus ad usum arborum atq; lignorum, planis ad segetem:
utitur mari non solùm ad commercia & copias ex longinquis regionibus
ferendas, uerum etiam ad ubertatem omnis generis piscium, Quod si his ele-
mentis

mentis utitur quibus est proximus, non est dubium, quin & cœlo: quoniam & cœlestium rerum officia ad fertilitatem terræ ex qua uiuimus, temperata sunt. Sol irrequietis cursibus & spatijs inæqualibus orbis annuos cōficat, & aut oriens diem promit ad laborem, aut occidens noctem superducit ad requiem: & tum abscessu longius ad meridiem, tum accessu propius ad septentrionem, hyemis & æstatis uicissitudines facit: ut & hybernis humoribus ac pruinis in ubertatem terra pinguescat, & æstiuis caloribus uel herbidæ fruges maturitate durentur, uel quæ sunt in humidis, incocta & feruefacta mitescât. Luna quoq; nocturni temporis gubernatrix, & amissi ac recepti luminis uicibus mensura spacia moderatur, & cæcas tenebris horrentibus noctes fulgore suæ claritatis illustrat, ut æstiuæ itinera, & expeditiones, & opera sine labore ac molestia confici possint. siquidem

Nocte leues melius stipulæ, nocte arida prata

Tondentur, noctis lentus non deficit humor:

Et quidam seros hyberni ad luminis ignes

Peruigilat, ferroq; faces inspicat acuto.

Astra etiam cætera uel ortu, uel occasu suo certis stationibus opportunitates temporum subministrant. Sed & nauigijs, quo minus errabundo cursu per immensum uagentur, regimen præbent, cum ea ritè gubernator obseruans ad portum destinati littoris peruehatur. Ventorum spiritu attrahuntur nubes, ut fata imbribus irrigentur, ut uites foetibus, arbuta pomis exuberent. Et hæc per orbem uicibus exhibentur, ne desit aliquando, quo uita hominū sustentetur. Atenim cæteras animantes eadem terra nutrit, & eiusdem foetus etiam muta pascuntur. Num etiam mutorum causa Deus laborauit? Minime, quia sunt rationis expertia. Sed intelligimus, & ipsa eodem modo ad usum hominis à Deo facta, partim ad cibos, partim ad uestitum, partim ad operis auxilia: ut clarum sit, diuinam providentiam rerum & copiarum abundantia hominum uitam instruere, atq; ornare uoluisse: ob eamq; causam & aerem uolucibus, & mare piscibus, & terram quadrupedibus impleuit. Sed Academici contra Stoicos differentes solent querere, cur, si Deus omnia hominum causa fecerit, etiã multa contraria, & inimica & pestifera nobis reperiantur tã in mari, q̃ in terra: Quod Stoici ueritatē nō respiciētes ineptissimi me repulerūt. Aiunt enim, multa esse in gignentibus, & in numero animalium, quorum lateat utilitas: sed eam processu temporū inueniri, sicut iam plura prioribus seculis incognita, necessitas & usus inuenierit. Quæ tandem utilitas potest in muribus, in blattis, in serpētibus reperiri, quæ homini molesta & perniciosa sunt? An medicina in his aliqua latet? Quæ si est, inuenietur aliquando: nempe aduersus mala, cum id illi querantur esse omnino malum. Viperam ferunt exustam, in cineremq; dilapsam, mederi eiusdem bestię morsui. Quanto melius fuerat eam prorsus non esse, quàm remedium cōtra se ab ipsa desiderari? Breuius igitur ac uerius respondere potuerūt, in hūc modū: Deus cum formasset hominē ueluti simulachrū suū, quod erat diuini opificij summum, inspirauit ei sapientiam soli, ut omnia imperio ac ditioni suæ subiugaret, omnibusq; mundi commodis uteretur. proposuit tamen ei et bona & mala, quia sapientiam dedit, cuius omnis ratio in discernendis malis ac bonis posita est. Non potest enim quisquā eligere meliora, & scire quid bonū sit, nisi sciat simul reijcere ac uitare quæ mala sunt. Inuicē enim sibi alterutra cōnexa sunt, ut sublato alterutro utrūq; tolli sit necesse. Propositis igitur bonis malisq; tum demū opus suū peragit sapientia: & quidē bonū appetit ad utilitatē, malū reijcit ad salutem. Ergo sicut bona innumerabilia data sunt homini quibus frui posset, sic etiã mala quæ caueret. Nā si malū nullū sit, periculumq; nihil deniq; quod lædere hominē possit: tollit̃ omnis materia sapientiæ, nec erit

nec erit homini necessaria. Positis enim tantummodo in conspectu bonis, quid opus est cogitatione, intellectu, sciētia, ratione? Quocumq; porre xerit manum, id naturæ aptum & commodum sit: ut si quis uelit apparatusissimam coenam infantibus qui nondum sapiant, apponere, utiq; id appetent singuli, quò unum quenc; aut impetus, aut fames, aut etiam casus attraxerit: & quicquid sumpserint, id illis erit utile ac salubre. Quid igitur nocebit, eos sicuti sunt, permanere, & semper infantes ac nescios esse rerū? Si autem admisceas uel amara, uel inutilia, uel etiam uenenata: decipiuntur utiq; per ignorantiam boni ac mali, nisi accedat his sapientia, per quam habeant malorum reiectionem, bonorumq; delectum. Vides ergo magis propter mala opus bonis esse sapientia, quæ nisi fuissent proposita, rationale animal non essemus. Quòd si hæc ratio uera est, quam Stoici nullo modo uidere potuerunt: dissoluitur etiam argumentum illud Epicuri: Deus, inquit, aut uult tollere mala, & non potest: aut potest, & non uult: aut neq; uult, neq; potest: aut & uult, & potest. Si uult & nō potest, imbecillis est: quod in Deū nō cadit. Si potest, & nō uult, inuidus: quod equè alienum à Deo. Si neq; uult, neq; potest: & inuidus, & imbecillus est, ideoq; neq; Deus. Si uult & potest, quòd solū Deo cōuenit, unde ergo sunt mala? aut cur illa non tollit? Scio plerosq; philosophorū, qui pro uidentiam defendunt, hoc argumento perturbari solere, & inuitos pene adigi, ut Deum nihil curare fateantur, quòd maximè quærit Epicurus. sed nos ratione perspecta, formidolosum hoc argumentum facillè dissoluimus. Deus enim potest quicquid uelit, & imbecillitas uel inuidia in Deo nulla est: potest igitur mala tollere, sed non uult. nec ideo tamen inuidus: idcirco enim non tollit, quia & sapientiam (sicut docui) simul tribuit, & plus boni ac iucunditatis in sapientia, quàm in malis molestiæ. sapientia enim facit, ut etiā Deū cognoscamus, & per eam cognitionē immortalitatem assequamur, quòd est summum bonum. Itaq; nisi prius malum agnouerimus, nec bonum poterimus agnoscere. Sed hoc non uidit Epicurus, nec alius quisquam: si tollantur mala, tolli pariter sapientiam, nec ulla in homine uirtutis remanere uestigia, cuius ratio sustinenda & superanda, malorum acerbitate consistit. Ita propter exiguum compendium sublatorum malorum maximo & uero & proprio nobis bono caremus. Constat igitur, omnia propter hominem proposita, tam mala, quàm etiam bona.

C O M M E N T A R I V S.

Relinquitur ex superiori disputatione quaestio, utrum uniuersitas hominis causa creata sit. Affirmant Stoici, negant Academici. Interponit se Lactantius arbitrum, sed partibus fauentem: & interea dum pro Stoicis pronunciat, imò potius causam eorum suam faciens, longa elegantiq; elementorum & rerum cœlestium enumeratione demonstrat, remouet causam Epicureorum, Deū nefandis blasphemijs incessantiū. Vera sit sentētia Stoicorū. Chrysippi maximè, ut Cicero in 3. de Finib. indicat, & in 3. de Natura deorū. hæc rē longa oratione prosequitur Q. Lucilius Balbus, qui (Cicerone teste) tantos progressus habet in Stoicis, ut cum excellentib. in eo genere Græcis compararetur. Ex Ecclesiasticis scriptoribus, præter eos qui in sex dierum opera ex professo scripserūt, hoc negociū elegantissimè tractauit Theodoretus duobus prioribus de Pro-

uidencia diuina sermonibus, atq; item quinto: quibus præterquā quòd diuinā providentiā ex rerū uniuersitate statuit, edocet manifestè, non solum utilitatē quæ mortalibus inde nascitur, sed etiam iucunditatem. & noster Lactantius lib. 7. Diuinit. Inst. cap. 3. eandē quæstionē attingit. Nocteleues. Versus Vergiliani sunt ex 1. Georg. ubi de nocturnis laboribus scribit. Primus apud Vergilium longè melius legitur: Nocteleues stipulæ melius, nocte arida præta. Sed Academici. De hoc ex quarto Academicarū Ciceronis supra lib. 7. cap. 4. dictū est. Augustinus cōtra Manichæos in Gen. lib. 1. cap. 16. respondet illis hominib. eidē errori obnoxijis, animatia omnia aut utilia esse, aut perniciofa, aut omnino inutilia & abiecta. De utilib. certa ratio est, perniciofa nos propter peccata exercent. Ex exemplis nec nostra tēpora carēt, nec Testamenti ueteris

veteris libri, & in ijs quæ uidentur nobis ab omni usu aliena esse, materiã nobis existere ut Deũ etiam in fornicarũ humilitate laudemus. Et omnino hinc colligit, uniuersitatis integritatem inde compleri. Basilus ad mores transfert. Possunt enim uel Salomonis testimonio, nos ab inertiã ad sedulitatem excitare: quanquam suas naturales uirtutes habeat etiam illud animal. & Christus serpentium exemplo sapientiam nobis commendat, &c. In muribus.) Neq; hoc animalculum tam uile est, quin celebrari etiam ab optimis scriptoribus meruerit. Ducentis nummis in obsidione Masiliãna uenit: Strabone, Plinio & Valerio autoribus. Taceo salubritatem, nam murium capitum caudarumq; cinerem oculis claritatem inducere tradunt, si ex melle inungatur. plures eius uirtutes quære apud Plinium cum alibi, tum uerò præcipuè lib. 29. cap. 6. Stextũ uerò philosophum, qui Adriani temporibus floruit, cap. 21. Blattis.) Inter insecta & Aristoteles & Plin. numerant. Aristoteles suas γαζα-
 xæidæas nominat, sic enim γαζα translulit: sed ex scarabeis natas. cum γαζα ex alucarijs nasci dicat, unde locus mihi suspectus est. Plinius suas ex humido uapore nasci ait. Vergilius in 4. Georg. & Colummela lib. 10. lucifugas cognominant. nã & Plinius eas lucem fugere ait, & ea-

rum uitam tenebrarum alumnã dicit. Est aliud genus quod Græci μύλοζου uocant, uel (ut alijs placet) σιλφω, uermiculum, infestum libris & studiosis. Ad prius genus referendam puto medicinã, quæ refertur à Plin. sub finem 29. ubi ait quandam eius esse, si caput auellatur. Hanc enim tritam unã cum rosaceo, auribus mirè prodesse, &c. Ergo blattarum etiam in medicinis salubris mortalib. usus aliquis est. In serpentibus.) Constat, etiam serpentes à Domino creatos: & hoc opus (ut cætera quoq;) Creatori probatum fuisse, ceu ualde bonum. Constat serpentes cum Noa in arca fuisse, & illi innoxios. At in deserto murmurantem contra Dei consilia populum tantisper infestabant morsibus mortiferis, dum populus pœnitentia ductus, peccata sua confiteretur: cui malo à benignissimo Domino remedium præsens serpens æneus datus est, à cuius uel contuitu Israelita læsus sanabatur. Ex quibus sequitur quicquid istius mali est, propter peccata nostra esse, et ad gloriam magnificentie diuinæ declarandam pertinere. Viperam ferunt exustam.) Vide Plinũ lib. 29. Nat. hist. cap. 4. Galenum in Therapeutica ad Pisonẽ. Deus cum.) Libero arbitrio, pro more, ferè nemiũ tribuit. Illud Epicuri.) Epicuri tessaralem-
 ma soluit.

Cur Deus fecerit hominem. CAP. XIII.

30 Sequitur, ut ostendam, cur fecerit hominem ipsum Deus. Sicut mundum propter hominem machinatus est, ita ipsum propter se, tanquam diuini templi antistitem, spectatorem operum, rerumq; cœlestium. Solus est enim, qui sentiens capaxq; rationis intelligere possit Deũ, qui opera eius admirari, uirtutem potestatemq; perspicere. idcirco enim consilio, mente, prudẽtia instructus est. ideo solus præter cæteras animantes rectus corpore ac statu factus est, ut ad contemplationem parentis sui excitatus esse uideatur. ideo ser-
 monem solus accepit, ac linguam cogitationis interpretem, ut enarrare maiestatem domini sui possit. postremò idcirco ei cuncta subiecta sunt, ut factori atq; artifice Deo esset ipse subiectus. Si ergo Deus hominẽ suum uoluit esse
 40 cultorem, ideoq; illi tantum honoris attribuit, ut rerum omnium dominaretur: utiq; iustissimum est & Deum colere, uidelicet eum qui tanta præstitit, & amare hominem, qui sit nobiscum diuini iuris societate coniunctus. Nec enim fas est, cultorem Dei à Dei cultore uiolari. Vnde intelligitur, religionis aut iusticie causa esse hominem figuratũ. cuius rei testis est M. Tullius in libris de Legibus, ita dicens: Sed omnium, quæ in doctorum hominum disputatione uersantur, nihil est profectò præstabilius, quàm planè intelligi, nos ad iusticiã esse natos. Quod si est uerissimũ, Deus ergo uult omnes homines esse iustos, id est Deum & hominem charos habere: Deum scilicet honorare tanquam patrem, hominem diligere uelut fratrem. in his enim duobus tota iusticia consistit. Qui ergo aut Deum non agnoscit, aut homini nocet: iniuste, & contra naturam suam uiuit, & hoc modo rumpit institutum legemq; diuinã.
 50

Hactenus auditur, quod mundus Dei causa creatus est. Homo aut religionis causa est conditus. Religionis neglectus origo et fons omnis peccati est. Peccatum sequitur ira Dei. Hic est capitulum horum legitimus ordo. Hoc uero capite ostendit finem creandi hominis Deo fuisse, uerum &

stincerum cultum: quod in Diuinis Institutionibus aliquoties auditum est. M. Tullius. (Locus est de Legibus 1. Citatus fuit etiam supra in Diuinis Institutionibus lib. 6. cap. postremo. In his enim duobus.) Ex his duobus pendet lex & prophetæ: Matth. 22.

Vnde ad hominem peccata peruenerint. CAP. XV.

Hic fortasse quærat aliquis, unde ad hominem peccata peruenerint, aut quæ prauitas diuini instituti regulam ad peiora detorserit, ut cum sit ad iusticiam genitus, opera tamen efficiat iniusta. Iam superius explanauimus, simul Deum proposuisse bonum ac malum: & bonum quidem diligere, ac malum quod huic repugnat, odisse: sed ideo malum permisisse, ut & bonum emicaret, quod alterum sine altero (sicut sæpe docui) intelligimus, constare non posse: denique ipsum mundum ex duobus elementis repugnantibus, & inimicem copulatis esse concretum, igneo & humido: nec potuisse lucem fieri, nisi & tenebræ fuissent: quia nec superum prodest esse sine infero, nec oriens sine occidente, nec calidum sine frigido, nec molle sine duro. Sic & nos ex duobus æque repugnantibus compacti sumus, anima & corpore. quorum alterum cælo ascribitur, quia tenuè est & intractabile: & alterum terræ, quia comprehensibile est: alterum solidum, & æternum est: alterum fragile atque mortale. Ergo alteri bonum adhæret, alteri malum: alteri lux, uita, iusticia: alteri tenebræ, mors, iniusticia. Hinc extitit in hominibus naturæ suæ deprauatio, ut esset necesse constitui legem, qua possent & uitia prohiberi, & uirtutis officia imperari. Cum igitur sint in rebus humanis bona & mala, quorum rationem declarauimus: necesse est, ad utranque partem moueri Deum, & ad gratiam, cum iusta fieri uidet, & ad iram, cum cernit iniusta. Sed occurrit nobis Epicurus, ac dicit: Si est in Deo læticiæ affectus ad gratiam, & odij ad iram: necesse est habeat & timorem, & libidinem, & cupiditatem, cæterosque affectus, qui sunt imbecillitatis humanæ. Non est necesse ut timeat qui irascitur aut moereat, qui gaudet: denique iracundi, minus timidi sunt, & natura læti, minus moerent. Quid opus est de humanis affectibus dicere, quibus fragilitas nostra succumbit? cõsideremus diuinam necessitatem. nolo enim naturam dicere, quia Deus noster nunquam creditur natus. Timoris affectus habet in homine materiam. in Deo non habet. Homo quia multis casibus, periculisque subiectus est, metuit, ne qua uis maior existat quæ illum uerberet, spoliaret, laceret, affligat, interimat. Deus autem, in quem nec egestas, nec iniuria, nec dolor, nec mors cadit, timere nullo pacto potest: quia nihil est, quod ei uim possit inferre. item libidinis ratio in homine manifesta est. Nam qui fragilis & mortalis est effectus, necesse fuit alterum sexum diuersumque constitui, cuius permissione soboles effici posset ad continuandam generis perpetuitatem. Hæc autem libido in Deo locum non habet, quia & fragilitas & interitus ab eo alienus est: nec ulla est apud eum fœmina, cuius possit copulatione gaudere: nec successione indiget, qui semper futurus est. Eadẽ de inuidia & cupiditate dici possunt, quæ certis manifestisque de causis in hominem cadunt, in Deum nullo modo. At uero & gratia, & ira, & miseratio habent in Deo materiam, recteque illis utitur summa illa & singularis potestas ad rerum conseruationem.

COMMENTARIUS.

Prior huius capituli pars est exegetica, cōstans
syncripsi epideictica. Ostendit enim epideixi qua-
dā dilucida malorū originē, collatione bonorū ex
opposito collocatorum. & est eiusdem ferē argu-
menti cum capite decimo, libri secundi. Altera
pars est ἀνακρίσις, & remotio quaedam obie-

ctionis Epicuri, qua Deum, si gratia & ira mo-
ueatur, etiam reliquis affectibus obnoxium esse
contendit. ἀλλοίως est à differentibus, gratiæ
uidelicet atq; misericordiæ materiā Deo esse, reli-
quorū affectuū nō itē. Sūt autē oīa plana et expe-
dita, nisi quod meritorū retributiōi nimū tribuit.

De Deo, eiusq; ira, gratia, & affectibus. CAP. XVI.

Quærat quispiam, quæ sit ista materia. Primū accidētibus malis afflictis
homines ad Deum plerunq; confugiunt, mitigant, obsecrant, credētes
eum posse ab his iniurijs propulsare. Habet igitur causam miserandi. nec e-
nim tam immitis est, hominūq; contemptor, ut auxilium laborantibus de-
neget. Item plurimī, quibus persuasum est Deo placere iusticiam, eumq; qui
sit dominus ac parens omnium, uenerantur & precibus assiduis ac frequen-
tibus uotis, dona & sacrificia offerunt, nomen eius laudibus prosequuntur,
iustis ac bonis operibus demereri eum laborantes. Ergo est, propter quod
Deus & possit & debeat gratificari. Nam si nihil est tam conueniens Deo,
quā beneficētia, nihil autem tam alienum quā ut sit ingratus: necesse est,
ut officijs optimorum, sanctēq; uiuentium præstet aliquid, ac uicem reddat,
ne subeat ingrati culpam, quæ est etiam hominī criminosa. Contrā autē sunt
alii facinorosi & nefarij, qui libidinibus omnia polluant, cędib. uexent, frau-
dent, rapiant, peierent, nec consanguineis, nec parentibus parcant, leges, &
ipsum etiam Deum negligant. Habet igitur ira in Deo materiam. non est e-
nim fas, eum cū talia fieri uideat, non moueri & insurgere ad ultionem sce-
leratorum, & pestiferos nocentesq; delere, ut bonis omnibus consulat. adeo
& in ipso ira est, & gratificatio. Inania ergo & falsa reperiuntur argumenta
uel eorum qui, cū irasci Deum uolunt, gratificari uolunt, quia ite hoc qui-
dem fieri sine ira potest: uel eorum qui nullum animi motum esse in Deo pu-
tant. Et quia sunt aliqui affectus qui non cadunt in Deum, ut libido, timor,
auaricia, mœror, inuidia: omni profus affectu eum uacare dixerūt. his enim
uacat, quia uitiorum affectus sunt: eos autem qui sunt uirtutis, id est ira in ma-
los, charitas in bonos, miseratio in afflictos, quoniam diuina potestate sunt
digna proprios, & iustos, & ueros habet. Quæ profectō nisi habeat, huma-
na uita turbabitur, atque ad tantam confusionem deueniet status rerum, ut
cōtemptis, superatisq; legibus, sola regnet audacia: ut nemo deniq; tutus es-
se possit, nisi qui uiribus præualeat. ita quasi cōmuni latrocinio terra omnis
depopulabitur. Nunc uerō quoniam & mali pœnam, & boni gratiam & af-
flictiōnē sperant, & uirtutibus locus est, & scelera rariora fiant. At enim ple-
runq; & scelerati feliciores sunt, & boni miseriore, & iusti ab iniustis impu-
nè uexantur. Considerabimus postea, cur ista fiant. Interim de Ira explicē-
mus, an sit aliqua in Deo: utrum nihil curet omnino, nec moueatur ad ea
quæ impiè geruntur.

COMMENTARIUS.

Hoc caput cohæret cum superiori. edisserit
enim per distributionem, quæ nam sit ira, gratiæ
uel etiā miseratiōnis in Deo materia: & ἡσέβη
κεῖσιν exiit Deum reliquis affectibus, qui mate-
riam in Deo nullam habent, ab actionibus uo-
luntatis.

De Deo, cura, & ira. CAP. XVII.

Deus, inquit Epicurus, nihil curat: nullam igitur habet potestatem. cura
re enim necesse est eū qui habet potestatem. uel si habet, & non utitur,
quæ tanta est negligēdi causa, ut ei nō dicā nostrū genus, sed etiā mūdus ipse
sit uilis: Ideo, inquit, incorruptus est ac beatus, quia semper quietus. Cui ergo
ministratio

ministratio tantarum rerum celsit, si hæc à Deo negligantur, quæ uidentur ratione summa gubernari: aut quietus esse quomodo potest, qui uiuit & sentit? Nam quies aut somni res est, aut mortis. sed nec somnus habet quietem, nam cum soporati sumus, corpus quidem quiescit, animus autem inquietus agitatur: imagines sibi quas cernat, effingit, ut naturalem suum motum exerceat uarietate uisorum: auocatq; se à falsis, dum membra satulentur, ac uigorem capiant de quiete. Quies igitur sempiterna solius mortis est. Si autem mors Deum nõ attingit: Deus igitur nunquam quietus est. Dei uero actio quæ potest esse, nisi mundi administratio? Si uero mundi curam gerit: curat igitur hominum uitam Deus, ac singulorum actus animaduertit, eosq; sapientes ac bonos esse desiderat. Hæc est uoluntas Dei, hæc diuina lex: quæ qui sequitur, qui obseruat, Deo charus est. Necesse est igitur, ut ita moueatur aduersus eum, qui hanc æternam diuinamq; legem aut uiolauerit, aut spreuerit. Si nocet alicui Deus, iam bonus non est. Non exiguo falluntur errore, qui censuram siue humanam siue diuinam acerbitatis nomine infamant, putantes nocentem dici oportere, qui nocentes afficit pœna. Quod si est, nocentes igitur leges habemus, quæ peccantibus supplicia sanxerunt: nocentes iudices, qui scelere conuictos pœna capitis afficiunt. Quod si & lex iusta est, quæ & nocenti tribuit quod meretur, & iudex integer ac bonus dicitur, cum malefacta uindicat (honorum enim salutem custodit, qui malos punit) ergo & Deus cum malis obest, nocens non est: ipse autem est nocens, qui aut innocenti nocet, aut nocenti parcit, ut pluribus noceat. Libet quærere ab ijs qui Deum faciunt immobilem: si quis habeat rem, domum, familiam: seruiq; eius contemntes patientiam domini, omnia inuaserint, ipsi bonis eius fruuntur, ipsos familia eius honoret: dominus autem contemnatur ab omnibus, derideatur, relinquatur: utrum ne sapiens esse possit, qui contumelias nõ uindictet, suisq; rebus eos perfrui patiat, in quos habeat potestatem? Quæ tanta in quoquam potest patientia reperiri? si tamen patientia nominanda est, & non stupor quidam insensibilis. Sed facile est ferre contemptum. Quid si fiant illa, quæ à Cicerone dicuntur? Etenim quæro, si quis paterfamilias liberis suis à seruo interfectis, uxore occisa, incensa domo, supplicium de seruo nunquã acerrimũ sumperit: utrum is clemens ac misericors, an inhumanus & crudelissimis esse uideatur? Quod sit eiusmodi facinoribus ignoscere, crudelitatis est potius quam pietatis: non est ergo uirtutis in Deo, ad ea quæ iniuste fiunt, non commoueri. Nam mundus tanquam Dei domus est, & homines tanquam serui, quibus si ludibrio sit nomen eius, qualis aut quanta patientia est, ut honoribus suis cedat, praua & iniqua fieri uideat, & non indignetur: quod proprium & naturale est ei, cui peccata non placent? Irasci ergo rationis est. auferuntur enim delicta, & refrenatur licentia: quod utiq; iuste sapienterq; fit. Sed Stoici non uiderunt esse discrimen recti & prauis, esse iram iustam & iniustam: & quia medelam rei non inueniebant, uoluerunt eam penitus excidere. Peripatetici uero non excidendam, sed temperandam esse dixerunt: quibus in sexto libro Institutionum factis respondimus. Nescisse autem philosophos, quæ ratio esset ire, apparet ex definitionibus eorum, quas Seneca enumerauit in libris, quos de ira composuit: Ira est, inquit, cupiditas ulciscendæ iniuriæ. Alij (ut ait Possidonius) cupiditas puniendi eius, à quo te iniquè putes læsum. Quidam ita definiunt: Ira est incitatio animi ad nocendum ei qui aut nocuit, aut nocere uoluit. Aristotelis definitio non multum à nostra abest. Ait enim, iram esse cupiditatem doloris rependendi. Hæc est ira, de qua superius diximus, quæ etiam mutis inest: in homine uero cohibenda est, ne ad aliquod maximum malum proficiat per furorẽ. Hæc in Deo esse nõ potest, quia illæfibilis est: in homine autẽ, quia

quia fragilis est, inuenitur: irritat enim lætio dolorem, & dolor facit ultionis cupiditatem. Vbi est ergo illa ira iusta, qua mouetur aduersus delinquentes: quæ utiq; non est cupiditas ultionis, quia non præcedit iniuria: non dico de ijs, qui aduersus leges peccant, quibus & iudex sine crimine irasci potest. fingamus tamen, eum sedato animo esse debere, cum subiicit pœnæ nocentem, quia legū sit minister, non animi aut potestatis suæ. sic enim uolunt, qui iram conantur euellere. sed de ijs potissimum dico, qui sunt nostræ potestatis, ut serui, liberi, coniuges, & discipuli: quos cum delinquere uidemus, incitatur ad coercendum. Necesse est enim bono ac iusto displicere quæ praua sunt, & cui malum displicet, moueri, cum id fieri uideat. Ergo surgimus ad uindictam, nō quia læsi sumus, sed ut disciplina seruetur, mores corrigantur, licentia comprimatur. Hæc est ira iusta, quæ sicut in homine necessaria est ad prauitatis correctionem, sic utique in Deo, à quo ad hominem peruenit exemplum. Nam sicuti nos potestati nostræ subiectos coercere debemus: ita etiam peccata uniuersorum Deus coercere debet: quod ut faciat, irascatur necesse est: quia naturale est bono ad alterius peccatū moueri & incitari. ergo definire debuerant: Ira est motus animi ad coercenda peccata insurgentis. nam definitio Ciceronis, Ira est libido ulciscendi, non multum à superioribus distat. Ira autem, quam possumus uel furorem uel iracundiam nominare, hæc ne in homine quidem debet esse: quia tota uitiosa est. Ira uerò, quæ ad correctionem uitiorum pertinet, nec homini adimi debet, nec Deo potest: quia & utilis est rebus humanis, & necessaria.

COMMENTARIUS.

Prior huius capituli pars probat contra Epicureos, Deum res mortalium curare, atq; peccatis irasci: neque enim aliter res humanas saluas esse posse. Altera pars reijcit Philosophorum definitiones, ut qui quid ira sit ignorauerint. Postremo docet, quid ira Dei ab ira hominum differat.

Curare enim. A consequentibus. Quies. Nam tuus. Vrgit significationes uerbi Quies. Nam quies quandoq; pro somno, quandoq; pro morte accipitur: sed significat etiam cessationem à labore. Sed nec somnus habet quietē. De his lege Aristotelem πῶς ὁ πῦρ καὶ ἕρπυ γώσταις. Mundus tanquam Dei domus. Scipio in Somnio, templum Dei uocat.

Sed Stoici non uiderunt. Perturbatio (πῶς) ut Cicero in 4. Tusc. ex Zenonis sententia defuit, est auersa à recta ratione contra naturam animi cōmotio. Hæc definitio sic Græcè apud Laertium habet: ἔστι δὲ αὐτὸ τὸ πῶς, ἢ ἀλογὸν καὶ παρὰ φύσιν ψυχῆς κίνησις. Quidam breuius, appetitum uehementiorem, ὁρμῆν πλεονάζουσαν. Iram autem ut formam libidini, τῆς ἀδύμιας, libidinem uerò perturbationi subiiciunt, sic definiētes: ira est libido eius qui uidetur læsisse iniuria, ὁ γὰρ ὅστις ἀδύμιας τιμωρίας τὸ δόρυ αὐτὸ ἢ δίκην κέραια ἐπὶ θεοῦ κινῶντας. Ergo Stoici posuerunt iram inter morbos &

uitia. Esse iram iustam. Quam etiam sacrae literæ admittūt: Irascimini, et nolite peccare, &c. Peripatetici. Cicero in 4. Tusc. quæ Stoicos contra Peripateticos defendens: Quocirca, inquit, mollis & eneruata putanda est Peripateticorum ratio & oratio, qui perturbari animos necesse esse dicunt: sed adhibent modum quendam, quem ultra progredi non oporteat. Modum tu adhibes uitio? & quæ sequuntur. sed de moderanda secundum Peripateticos ira, Philosophus lib. Moralium 2. 4. & 7. uidendus est. Piget enim iterare, quæ alibi satis uerbosè tractata sunt.

In sexto libro. cap. 16. Seneca. lib. 1. Variant hæc nonnihil cum uulgata Senecæ editione. Ut Possidonius. Similis est illi, quæ supra ex Laertio Zenonis posuimus. Aristotelis definitio. Quæ apud eundem est Senecam. Non dissimilis est illa Aristotelica, quam in 2. Rhet. posuit: ἔστι δὲ, inquit, ἢ ὁ γὰρ ὁρμῆς μετὰ λυπῆς τιμωρίας φαινομένης. Variat tamen nonnihil. Ibi Aristoteles longa enumeratione recenset, quibus maxime irasci soleamus.

In homine necessaria est. Secundum Aristotelem & Peripateticos. Definitio Ciceronis. Quam Stoicorum esse superius indicauimus.

De peccatis vindicandis, sine ira fieri non posse.

CAP. XVIII.

Quid opus est, inquit, ira, cum sine hoc affectu peccata corrigi possunt? Atqui nullus est, qui peccatorem possit uidere tranquille: possit fortasse qui legibus præsudet, quia facinus non sub oculis eius admittitur, sed defertur aliunde tanquam dubium: nec unquam potest esse scelus tam clarum, ut defensionis locus non sit: & ideo potest iudex moueri aduersus eum, qui potest innocēs inueniri. Cumq; detectum facinus in lucem uenerit, iam non sua, sed legum sententia utitur. Potest concedi, ut sine ira faciat, quod facit. habet enim quod sequatur. Nos certē, cum domi peccatur à nostris, siue id cernimus, siue sentimus, indignari necesse est. Ipse enim peccati aspectus indignus est. nam qui non mouetur omnino: aut probat delicta quod turpius & iniustius: aut molestiam castigandi fugit, quam sedatus animus, & quieta mens aspernatur ac reuuit, nisi ira stimulauerit. qui autem commouetur, tamen intempestiua lenitate uel sepius, quam necesse est, uel etiam semper ignoscit, is planē & illorum uitam perdit, quorū audaciam nutrit ad facinora maiora, & sibi ipse æternā molestiarum materiam subministrat. Vitiōsa est ergo in peccatis iræ suæ cohibitio. Laudatur Archytas Tarētius, qui cum in agro corrupta esse omnia comperisset, uillici sui culpam redarguens: *Miserum te, inquit, quem iam uerberibus necassem, nisi iratus essem.* Vnicum hoc exemplum temperantiæ putant, sed autoritate ducti non uident, quam inepta & locutus fuerit, & fecerit. Nam (sicut ait Plato) nemo prudēs punit, quia peccatum est, sed ne peccetur: apparet, quam malum uir sapiens proposuerit exemplum. Si enim senserint serui, dominum seruire cum nō irascitur, tum parcere cum irascitur: non peccabunt utiq; leuiter, ne uerberentur, sed quantum poterunt, grauissimē ut stomachum eius incitent, atq; impunē discedant. Ego uerō laudarem, si cum fuisset iratus, dedisset iræ suę spacium, ut residente per interuallum temporis animi tumore, haberet modum castigatio. Non ergo propter irę magnitudinem donanda erat pœna, sed differēda: ne aut peccanti maiorem iusto dolorē inureret, aut castiganti furorem: nunc uerō quæ tandem æquitas aut sapientia est, ut aliquis ob exiguum delictum puniatur: ob maximum non puniatur? Quod si naturam rerum causasq; didicisset, nunquam tam importunam continentiam profiteretur, ut nequam seruus iratum sibi fuisse dominum gratularetur. Nam sicut corpus humanū Deus multis, & uarijs sensibus ad usum uitæ necessarijs instruxit, sic & animo uarios attribuit affectus, quibus uitæ ratio constaret: ut libidinem producendæ gratiæ sobolis dedit, sic iram cohibendorum causa delictorum. Verūm ij qui nesciunt fines bonorum ac malorum, sicut libidine utuntur ad corruptelas & ad uoluptates, sic ira & affectu ad nocendum, dum ijs, quos odio habent irascuntur, aut paribus, aut etiam superioribus. Hinc quotidie ad immania facinora profilitur: hinc tragœdiæ sæpe nascuntur. Esset igitur laudandus Archytas, si cum alicui ciui & pari, facienti sibi iniuria in fuisset iratus, repressisset se tamen & patientia furoris impetum mitigasset. Hæc sui cohibitio gloriosa est, qua compescitur aliquod imminens magnum malum. Seruorum autem filiorumq; peccata non coercere, peccatum est. euadent enim ad maius malum per impunitatem. Hic non cohibenda ira, sed etiam, si iacet, excitanda est. Quod autem de homine dicimus, id etiam de Deo, qui hominem similem sui fecit. Omitto de figura Dei dicere, quia Stoici negant habere ullam formam Deum, & ingens alia materia nascitur, si eos coarguere uelimus: de animo tantum loquor. Si Deo subiacet cogitare, sapere, intelligere, providere, præstare: ex omnibus autem animalibus homo solus hoc habet. ergo.

ergo ad Dei similitudinem factus est, sed ideo procedit in uitium, quia de terrena fragilitate permistus, non potest id quod à Deo sumpsit, incorruptum purumque seruare, nisi ab eodem Deo iusticie præceptis imbuatur.

COMMENTARIUS.

Male colligit Lactantius: Homo ad conseruandã domesticam disciplinam iusta indignatione opus habet: ergo Deus quoque ad autoritatem diuinam aduersus mortales tuendam, & ad retinendos in officio homines; ira inquam, ex bile quam non habet, nata: uel commotione & perturbatione animi opus habet. Assumptio quidem non in uulgus modo, sed etiam doctis, maxime Peripateticis (quantumuis repugnent Stoici) probabilis, philosophica planè, ethica bene, politica satis, oinonomiωτατη j. Obiter obserua κωασκδύλω χεείας Archita. Theses siquidem, hoc est, Locicomunes illustrentur (id quod Cicero aliquoties exemplo illustrentur) nõ minus, quam si locus communis causæ per omnes orationis partes aspergatur. **Qui legibus præsidet.** Constat iram pessimam consultricem in rebus agendis esse. Aut probat delicta.) Dilema infirmum. Nã Soper, ut est apud Stobæum, mediam quandam rationem inuenit, ut nec iudex irascatur, nec impunitas subditis fenestram ad nequitiam aperiat: δει δέ μή τε άργυή πωσομίλειμ ποίς άρχουμνοίς, μή τε άνεπίπληκτου ποίς άμαρτανόσοίτων πωσάργισμ κωατελείπειμ. το μν γάρ εδέρ ην κωανομιώνω σεφδέρει τον άρχοντα δεικνυσι, το δ' άχδέρειαν άμαρτημάτην ποίς κωανόσοίς γνίκτης. **Laudatur Architas.** Reperitur hæc chria uel apophthegma, etiam apud Ciceronem in 4. Tuscul. quaest. apud Valer. Max. lib. 4. cap. de Animi moderatione, apud Plutarch. de Pueris educandis: atque rursus apud eundem de Sera numinis animaduersione. Variant historia, apud scriptores circũstantiæ. Valerius Architam studiorum, & hauriendæ Pythagoricæ disciplinæ causã Metaponti abfuisse. Plutarchus belli causã eũ peregrẽ fuisse scribit. Adscribam propter philellenas Plutarchi uerba: ό μν άρχίτης ό τωρενητινθ επανελθών άπ' τω πολέμου, σε άτηγών δέ έτυγχανε, γλώ κωατελεσθών λιεχδρωμίνω, τον άδιτροπομ κωαλέσας άώρ, &c. Sicut ait Pla-

to.) De Legibus 11. legitur in hunc modum: εχ' γνικα το κωαρενησαι διδως τλω δικλω. ε γάρ το γερονός άγνήνητομ έσαι ποτε, το δ' εις τον άυθις γνικον χέονομ, η το πρ' άπαν μι σήται τλω άδικίω, αυτόντε κωι εδ' ιδόντας αυτόμ δικαιομδη, η λωφήσαι μδρη πολλά φλ τοιαύτης συμφορās. Similis locus est apud eundem Platonem in Protagora, ad quem Lactantius uerius respexisse uidetur: εδεις γάρ κωλάζει εδ' άδικωύτας πως τώτω τον νομύ έχωμ, κωι τώτε γνικα, ό τι ηδίκησεν, ες πωώσω ερ θεοιομ άλογίστωσ πωωρεται: ό δέ μετά λογσ άδιχερωμ κωολάζειμ, ου τω πρ' εληλυθότθ γνικα άδικήματθ πωωρεται (ε γάρ αυ τό γε πωαχθην άγνήνητομ δειν) αλλά τω μέλωντθ χείριμ, ίνα μη άυθις άδικήση. μή τε αυτός ετθ, μή τε άλλθ ό τώτομ ιδώμ κωλαδγήτα. Disputat ibi Plato, an uirtus doceri possit. Est rursus alibi apud eundem Platonem similis locus, citatus ab Gellio libro noct. Att. 6. cap. 14. ex Gorgia. Adscribam autem Platonicam lectionem, quæ Gelliana uidetur emunctior: πωοίκει δέ πωωπ' ερ' γν' πωωεία όντι, έπ' άλλε όρθώσ πωωρεμίνω, η βελτίονι γίνεδα κωι όνίσαδα, η πρ' αδειγματι ποίς άλλοίς γίνεδα, ίνα άλλοι όρθώτθ πάχοντα, ε άν πάχοι, φοβέμενοι βελτίσ γίνωντα. Est rursus alius locus Platonicus in quinto de Legibus, hisce pulchrè subseruiens, & ad sequentem figuram explicandam mirè conueniens: τιμωεία δέ άδικίασ άκλόσθθ πάθη, ης ό τε τυχώμ κωι μη τυγχάνων, εβλιθ: ό μν ε ίατροδύμενθ, ό δέ, ίνα έπρωι πολλοι σώζωνται. Gorgia locum Taurus explicans, tria punitionis genera posuerat, κωλάσειμ, τιμωείαν, κωι πρ' αδειγμα. Gellius autem ex uerbis Platonicis duo tantum se colligere posse affirmat. nos Tauri doctrinam eετυποσι quãdam ob oculos ponemus, collatis cum ea locis quibusdam alijs, declarandi negotij

causa:
R 2 Puniendis

Vnā, quae *ῥηθραία*, uel *ῥηθραία*, uel *ῥηθραία*, uel *ῥηθραία*, cum poena adhibetur castigandi atq; emendandi gratia: ut is qui deliquit, ad tētor fiat, correctiorq;.

Alterā est, quam *τιμωρία* appellant: ea causa animaduertendi est, cum dignitas, auctori-
tasq; eius in quem est peccatum, tuenda est, ne praetermissa animaduertio contemptum eius pariat, & honorem leuet. nam à cōseruatione honoris uocabulum factum est.

Tertiā, quae *παιδεία* à Græcis nominatur, cum punitio propter exemplum necessaria est, ut ceteri à similibus peccatis metu cognita poenae deterreantur.

Puniendis peccatis tres esse debere causas existimatum est:

Conferuntur cum his aliorum autorum obseruationes & usurpationes:

ῥηθραία & *τιμωρία* in citatis ex Platone locis cōfunduntur. Arist. in Rhet. ad Theod. 1. *Ἰσχυροὶ δὲ ῥηθραία, καὶ ῥηθραία. ἢ μὲν γὰρ ῥηθραία τὸ πᾶρον τὸ ῥηθραία ἢ δὲ ῥηθραία τὸ πᾶρον τὸ ῥηθραία, ἵνα πληρωθῆ. τὴν ῥηθραία, teste Seruio, ἀπὸ τῆς μῆς dicitur, quod precium significat. Verg. 12. illum Tyndes alio pro talibus ausis Affecit precio. Sed Terentius etiam confundit: Ego ob stulticiam precium fero. *παιδεία*, exemplum, etiā hac significatione Latini usurpant. Terent. Quae futura esse exempla dicunt in eum indigna. Ouid. Ne sim spernenda futuris, Exemplo caueo. exemplum pro *τιμωρία*.*

Sed haec curiosius fortassis, maximè cum in Romanis Officijs de his etiam dictum sit. Si ia-

cet, excitanda est.) Vide Plut. in Politicis Stoici.) De hoc alibi dictum est.

De anima & corpore, deq; providentia. CAP. XIX.

Sed quoniam cōpactus est (ut diximus) è duobus homo, animo & corpore, in altero uirtutes, in altero uitia cōtinētur, & impugnant inuicē. Animi em̄ bona, quae sunt in cōtinēdis libidinibus, cōtraria sunt corpori: & corporis bona, quae sunt in omni genere uoluptatū, inimica sunt animo. Sed si uirtus animi repugnauerit cupiditatibus, easq; cōpresserit, erit uerè Deo similis. Unde apparet, animā hominis, quae uirtutē diuinā capit, nō esse mortālē. Sed discrimē illud est, quod cum uirtus habeat amaritudinē, & sit dulcis illecebra uoluptatis, uincuntur plurimi, & abstrahuntur ad suauitatē. Si uerò, qui se corpori, rebusq; terrenis addixerunt, premuntur in terram, nec assequi possunt diuini muneris gratiam, quia se uitiorum labibus inquinant. Qui autem Deum secuti, eiq; parentes, corporis desideria contempserint, & uirtutem preferentes uoluptatibus, innocentiam, iusticiamq; seruauerint: hos Deus ut sui similes recognoscit. Cum igitur sanctissimam legem posuerit, uelitq; uniuersos innocentes ac beneficos esse: potest ne non irasci, cum uidet contemni legē suam, abijci uirtutem, appeti uoluptatē? Quod si est mundi administrator (si cut esse debet) non utiq; contemnit id, quod est in omni mundo uel maximum. Si est prouidens (ut oportet Deum) consulit utique generi humano, quo sit uita nostra & copiosior, & melior, & tutior. Si est pater, ac Deus uniuersorū, certè & uirtutibus hominū delectatur, & uitijs cōmouetur: ergo & iustos diligit, & impios odit. Odio, inquit, opus nō est: semel enim statuit bonis prēmii, & malis poenā. Quid si aliquis iustē, innocenterq; uiuat, & Deū nec colat, nec curet omnino, ut Aristoteles & Timō, ceteriq; philosophorū, cedet ne huic impunè quod cū legi Dei obtēperarit, ipsum tamē spreuerit? Est igit̄ aliquid, ppter qd̄ Deus possit irasci tanq; fiducia integritatis aduersus eū rebellādī. Si huic potest irasci, ppter superbiam, cur nō magis peccatori, qui legem

qui legem cum ipso pariter labore contempserit: iudex peccatis ueniam dare non potest, quia uoluntati seruit alienae: Deus autem potest, quia est legis suae ipse disceptator & iudex: quam cum poneret, non utique ademit sibi omnem potestatem, sed habet ignoscendi licentiam. Sed potest ignoscere, igitur et irasci.

COMMENTARIUS.

Accepta in *Ἀτιμωσίας* occasione, colligit Deum irasci, & irae causam τὴν ἀτιμωσίαν statuit. ἀτιμωσίαν dico legis neglectum. Et ducit legis diuinæ neglectum inde, unde Paulus quoque, ubi conqueritur, legem esse in membris suis, repugnantem legi mentis: nisi quod philosophicis uerbis aduersus philosophos disputat. Odio inquit. Odij uocabulum tam Deo tribuitur, quam irae. Est autem odium ira inueterata, quod minus

in Deo locum habet, quam ira, quia deterior morbus. Semel enim. Ratio mihi sufficiens. Aristoteles. Quia Arist. inconstanter de Deo sentit, ut Cic. in 1. de Nat. deorum testatur, hic silentio transgrediemur. Timon. Hic non philosophus modò fuit, sed etiam poeta, Antigono & Ptolemæo Philadelpho charus, Pyrrhonis alumnus, frugalis professione Scepticus. Vide Laert.

De peccatis, & Dei misericordia. CAP. XX.

CU ergo, inquiet aliquis, & qui peccant, saepe felices sunt, & qui pie uiuunt, saepe miseri? Quia fugitiui & abdicati liberè uiuunt, & qui sub disciplina patris aut domini sunt, strictius & frugalius. Virtus enim per mala & probatur, & constat: uitia per uoluptatem. Nec tamen ille, qui peccat, sperare debet perpetuam impunitatem, quia nulla est perpetua felicitas:

— Sed scilicet ultima semper

Expectanda dies homini est: diciq; beatus

Ante abitum nemo supremamq; funera debet.

ut ait Poeta non insuauis. Exitus est, qui arguit felicitatem, & nemo iudicium Dei potest nec uiuus effugere, nec mortuus. Habet enim potestatem & uiuos precipitare de summo, & mortuos aeternis afficere cruciatibus. Imò, inquit, si irascitur Deus, statim debuit uindicare, & pro merito quocumq; punire: At enim si id faceret, nemo supersset. Nullus est enim qui nihil peccet, et multa sunt quae ad peccandum irriterent, aetas, uinolentia, egestas, occasio, praemium. Adeo subiecta est peccato fragilitas carni, qua induti sumus, ut nisi huic necessitas Deus parceret, nimium fortasse pauci uiuerent. propter hanc causam patientissimus est, & iram suam continet. Nam quia perfecta est in eo uirtus, necesse est patientiam quoque eius esse perfectam, quae & ipsa uirtus est. Quam multi ex peccatoribus iusti posterius effecti sunt, ex malis boni: & ex improbis continentis: Quam multi in prima aetate turpes, & omnium iudicio damnati, postmodum tamen laudabiles extiterunt. Quod utique non fieret, si omne peccatum poena sequeretur. Leges publicae manifestos reos damnant: sed plurimi sunt quorum peccata occultantur: plurimi qui iudicia eludunt per comprimunt, aut precibus aut praemio: plurimi qui iudicia eludunt per gratiam, uel potentiam. Quod si eos omnes qui humanam poenam effugiunt, censura diuina damnet: esset homo aut rarus, aut nullus in terra: Denique uel una illa causa delendi generis humani iusta esse potuisset, quod homines contempto Deo uiuo, terrenis fragilibusq; figmentis honorem diuinum tanquam caelestibus deferunt, adorantes opera humanis digitis laborata. Cumque illos Deus artifex, ore sublimi, statu recto figuratos, ad contemplationem caeli, & noticiam Dei excitauerit, curuare se ad terram maluerunt, pecudum more. Humilis enim, & curuus, & pronus est, qui ab aspectu caeli Deique patris auersus, terram quam calcare debuerat, id est, de terra facta & formata ueneratur. In tanta igitur impietate hominum, tantisque peccatis id assequitur patientia Dei, ut se ipsi homines, damnatis uitae prioris erroribus, corrigant. Denique & boni sunt iustique multi, & abiectis terrenis cultibus,

bus, maiestatem Dei singularis agnoscunt. Sed cum maxima & utilissima sit Dei patientia, tamen quamuis serò noxios punit, nec patitur longius procedere, cum eos inemendabiles esse peruiderit.

C O M M E N T A R I V S.

Respondet ijs qui *μακροθυμίαν* Dei obieciunt, & ipsorum obiectionem sibi quasi per instantiam in argumenti uigorem retorquet. Sæpe felices sunt.) Huius rei mysterium habes in Psal. Noli æmulari. Item Psal. Quam bonus Israeli Dominus. Sed scilicet.) Ouidius lib.

3. Metamorph. in Cadmi fabula. Est autem sententia Solonis. Vide proverbium Finem uitæ spectat. Cumq; illos Deus.) Digreditur rursus in argumentum à statu corporis ductum, unde homo *ἀνθρώπων* & dicitur, quod sæpe et passim apud Lactantium occurrit.

De ira Dei & hominis.

CAP. XXI.

SVperest una maxima & extrema questio. Nam dixerit fortasse quispiam, Sadeò non irasci Deum, ut & in præceptis hominem irasci uetet. Possem dicere, quòd ira hominis refrenanda fuerit, quia iniust è sæpe irascitur, & præsentem habet motum, qui temporalis est. Itaq; ne fierent ea, quæ faciunt per iram & humiles, & mediocres, & magni reges, tēperari debuerat furor eius & comprimi, ne mentis impos aliquod inexpressibile facinus admitteret. Deus autem & non ad præsens irascitur, & quia æternus est, perfectæq; uirtutis, nunquam nisi meritò irascitur. Sed tamen non ita res se habet. Nam si omnino prohiberet irasci, ipse quodammodo reprehensor opificij sui fuisset, quia in principio iram iecori hominis indidisset. siquidem creditur, causam huius commotionis in humore fellis contineri. Non igitur in totū prohibet irasci, quia is affectus necessariò datus est, sed prohibet in ira permanere. ira enim mortalium debet esse mortalis: nam si maneat, confirmantur inimicitie ad perniciem sempiternam. Deinde rursus eum irasci quidem, sed tamen non peccare præcepit: non utiq; euellit iram radicibus, sed temperauit, ut in omni castigatione modum ac iusticiam teneremus. Qui ergo irasci nos iubet: ipse utiq; irascitur, qui placari celerius præcepit: est utiq; placabilis, siquidem præcepit, quæ sint iusta & rebus utilia communibus. Sed quia dixeram, non esse iram Dei temporalem, sicut hominis, qui præsentanea commotione feruescit, nec facile regere se potest propter fragilitatem: non ideo intelligere debemus, quia sit æternus Deus, iram quoq; eius in æternum manere: sed rursus quia uirtute sit maxima præditus, in potestate habere iram suam, nec ab ea regi, sed ipsum illam quemadmodum uelit moderari. quod utiq; non repugnat superiori. Nam si prorsus immortalis fuisset ira eius, non esset satisfactio aut gratiæ post delictum locus: cum ipse homines ante Solis occasum reconciliari iubeat. Sed ira diuina in æternum manet aduersus eos, qui peccant in æternum. Itaq; Deus non thure, non hostia, non preciosis muneribus, quæ omnia sunt corruptibilia, sed morum emendatione placatur: & qui peccare desinit, iram Dei mortalem facit. iccirco enim non ad præsens noxium quencq; punit, ut habeat homo recipiendi sui facultatem.

C O M M E N T A R I V S.

Haecenus mihi magna contentio fuit cum Lactantio, dum humanis rationibus diuinam iram ex humana metiretur fragilitate. Iam autem quia dicit iram Dei, sicut ipsum etiam Deum, æternā, nihil habeo quod repugnem. Nam ex synerisi diuinæ atq; humanæ iræ intelligo, ipsum de diuina longè aliter quàm de humana loqui: neq; esse accidens quod in Deum non cadit, sed proprium, quia ira Dei à iusticia Dei nihil differt, iusticia ue

rò Dei ex æterna lege manet, cõtra quam si quis deliquerit, uindictam nimirum illius Dei sentiet, apud quem nullus uel temporum uel locorum terminus est. *ἐκ δὲ τοῦ* is est quædam diuina. His uerbis uidetur agnoscere librum uitæ, in quo eorum, qui ab initio salutis destinati sunt, nomenclaturæ scriptæ legentur. Ira igitur diuina aduersus eos, qui *ἐπὶ ἀρχῆς* in eo libro scripti nõ fuerit, exarsit, ardet, et exardescet, pro cuiusq; ut cõgentibus loquar

loquar, nemesi. Respondet aut hoc capite Scripturae testimonijs, disputationib. præcepta iram prohibentia abijcientibus: & probat autoritate Scripturae, iram etiã homine iustis de causis cū moderate susceptam, non esse vitiosam. Ergo diuinã irã multo minus, quã ex nulla imbecillitate orta, iusta quẽdã Adrastia est & αἰσθη aduersus pœnitere nescios, aduersus pœnitētes placabilis & serena. Nō enim querit interitū peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat. Iram iecori.) Quod & nos Lactantio superius obiecimur, & de Opificio Dei quãdam annotauimus. Sed tamen non peccare.) Psal. 4. apud Septuaginta quidẽ est ὀργίζεθε, κὴ μὴ ἁμαρτάνετε. Sed Hæbrei transferunt contremiscite: qui sensus est, ut abhorreamus à peccatis. Hanc tamen & cōmu-

nem lectionem sequitur etiam Eobanus: Quod si nos aliquis rapidæ furor implicet iræ, Primus peccatum sit metuisse timor. Imò agnoscit Paulus etiam, ut iam uidebimus. Ante Solis occasum.) Non Christi, sed Pauli uox hæc est, Eph. 4. Ergo tantum autoritas tribuit scriptis Pauli, ut oraculi loco habeat, & à numine diuino dictata sint. Locus Pauli sic habet: ὀργίζεθε, κὴ μὴ ἁμαρτάνετε, ὁ ἄλλος μὴ ἰδὲ δύτω ἰδὲ τῶν πρὸς ὀργισμῶν ὑμῶν, μηδὲ διδότε τόπον τῶν ἁβόλων. Itaque Deus.) Si Lactantius hæc hodie scriberet, pro Lutheranò haberetur. Obserua quòd nullã missæ aut ceremoniarum mentionem hic faciat, ubi Dei ira placanda est: usq; adeò nouam religionem ignorauit antiquitas.

De peccatis: deq; ijs recitati uersus Sibylle. CAP. XXII.

20 Hæc habui quæ de ira Dei dicerem, Donate charissime, ut scires quem admodum refelleres eos, qui Deum faciunt immobilem. Restat, ut Ciceronis utamur epilogo ad perorandum, sicut ille in Tusculanis de morte disserens fecit: ita nos in hoc opere testimonia diuina, quibus credi possit, adhibere debemus, ut illorum persuasionem uincamus, qui sine ira Deū esse credēs dissolunt omnē religionē, sine qua (ut ostēdimus) aut immanitate bellicus, aut stulticia pecudibus adæquamur: in sola enim religione, id est in Dei summi notione sapientia est. Prophetæ uniuersi diuino Spiritu repleti nihil aliud, quàm de gratia Dei erga iustos, & de ira eius aduersus impios loquuntur. quorū testimonia nobis quidem satis sunt: uerūm his, quoniã nō credunt

30 isti, qui sapientiam capillis & habitu iactant, ratione quoq; & argumentis fuerant à nobis refellendi. Sic enim præposterè agitur, ut humana diuinis tribuant autoritatē, cūm potius humanis diuina debuerint. Quæ nūc sanè omitramus, ne nihil apud istos agamus, & in infinitum materia procedat. Ea igitur quæramus testimonia quibus illi possint aut credere, aut certè nō repugnare. Sibyllas multas fuisse, plurimi & maximī autores tradiderunt: Græcorum, Aristo Chius, & Apollodorus Erythræus: nostrorū, Varo, & Fenestella. Hi omnes præcipuam & nobilem præter cæteras Erythræam fuisse commemorant: Apollodorus quidem ut de ciui ac populari sua gloriatur. Fenestella uerò etiam legatos Erythras à Senatu esse missos refert, ut huius Sibylle carmina Romam deportarentur, & ea Coss. Curio, & Octauius in Capitolio, quod tunc erat curante Q. Catullo restitutum. ponenda curarent. Apud hanc de summo & conditore rerum Deo huiusmodi uersus reperiuntur:

ἄφθαρτος ἑστίν αἰῶνι αἰὼν ὅρα ναίων,
 τοῖς τ' ἀνέμοις ἀνεκὸς πρὸ φέρον πολὺ μείζονα μῦθον·
 τοῖς δὲ κερκοῖς, ἀδίνοις τε χόλον κὴ θυμὸν ἀγείρων.

Rurfus alio loco enumerans, quibus maximè facinoribus incitetur Deus, hæc intulit:

φθῆγε δὲ λατρείας ἀνόμως θεῶ ζῶντι λάτρεθνε·
 μοιχείας τε φύλασσε & ἄρσενος ἀκείτομ δινύω,
 ἰδιαν γήμεαι παιδῶν τριφε. μήδε φόνονε.
 κἄν γάρ ὁ ἀθάνατος ἑλεχολώσεται ὅσκη ἁμαρτίη.

Indignatur ergo aduersus peccatores.

Epilogi uice colligit oracula prophetica, sed ea quæ etiam philosophis sint acceptabilia, seu authentica, nempe Sibyllarum: ideoq; ad imitationem Ciceronis. In Tusculanis.) Tusc. prima. Adscribam uerba. M. Num igitur etiam Rhetorum epilogum desideramus, an iam hanc artem reliquimus. A. Tu uerò istā ne reliqueris, quam semper ornasti, & quidem iure: illa enim, si uerè loqui uolumus, te ornauerat. Sed quis nā est iste epilogus? Aueo enim audire, quicquid est. M. Deorum immortalium iudicia solent in scholis proferrī de morte, &c. Capillis & habitu.) Philosophos personatos Gell. & Lucianus sæpe dignis excipiunt modis. & nos in Diuinis Inst. alicubi nonnihil de his diximus. Sibyllas multas.) De his dictum est cap. 6. libri primi. Sed tum temporis nec Sibyllas uiderā unquā, nec poteram quicquam Lactantio repugnare, tot tantorumq; scriptorum testimonijs stipato. Confirmabant eam sententiam, quæ plurima memorat Suidas, haud dubiè ex uetustissimorū autorum monumentis collecta. Affirmat is, decē fuisse, diuersis temporibus & locis. Verum Sebastianus Castalio (uir singulari iudicio, & eruditione rara præditus, quem mihi Sibyllæ amicū summū conciliarunt, ut qui editas à me Græcè primū, illas Latinis fidei dexteritate, numeris. pro argumenti angustia, concinne fluentibus legendas exhibuit) Is inquam Castalio, quicquid Sibyllarum nomine fertur, ab una profectum affirmat: ac in suam me propemodum traxit sententiam, argumentis non in speciem modò probabilibus sed iustis quibusdā rationibus roboratis. Ad argumentorum probabilitatem accedit incomparabilis, quam de homine concepi, admiratio, quam apud animum meum excitarunt luculentissimæ ipsius lucubrationes, quas utraq; lingua, utroq; dicendi genere, soluto nimirum & ligato, non sine magna rei literariæ, sacræ potissimū, utilitate in lucem edidit. Accedunt liquidissima bonorum uiro- rum testimonia, qui de ipsius eruditione quæ omnibus nota est, integritate, cādore, sinceritate, pie

tateq; testantur, in quibus præcipuè commemorandi sunt ipsius hospites Bernardinus Ochinus Senensis. purioris Theologiæ professor, & Ioannes Oporinus Basiliensis typographus, uterq; uir fide dignissimus. Accedit Francisci Stancari Mantuani commendatio & præconium. Hæc omnia ad fidem faciendam plurimum momenti habent. sed interim uetustatis autoritas faciebat, ut rationes diligentius expenderem: nec erat opus ut rationes, inquirerem, nam ultro se mihi offerrebant, & impediabant, ne omnino in amici sententiam pedibus irem. obstitit primū incredibilis Sibyllæ, quam ex multis unam facit, longæ uitas, à Diluuiō nimirum usq; ad Tarquimiorum tempora: quod spaciū cōplectitur annos circiter 1770. Et quanquam Sibyllæ uiuacitas olim in proverbiam abiit, fidem tamen excedit ætas ita prodigiosa, ut à nullo scriptore tanta commemoretur. Esto, uixerit Ouidiana illa mille annis, sed adhuc 700, & amplius supersunt. Inde obstat nominum uarietas, non ex gentibus uarijs uariantium, sed priorum maxime. postremo adduci uix potero ut credam, Noæ numerum Græcè scripsisse, & quidē numeris heroicis, tam facile ad Homeri uel Hæstodi (uel si maius antiquioris Orphæi) suauitatem fluentibus. Hæc profectò faciunt, ne concedam prorsus in hominis charissimi sententiam. Et ut facile credo, decem non extitisse Sibyllas, ita malim subscribere illis, qui duas solum posuerunt, aut quatuor. Sed nolo de his in præsentiarum pluribus agere, ne quid nimis, præsertim cū ipso Castalio fateatur aliquādo multas extitisse, uictus fortassis circumstantiarum ratione.

αφθαρτος.) Citantur à Theophilo. τοῖς ἀνθρώποις.) Hic uersus legitur à Theophilo in hunc modum:

τοῖς ἀγαθοῖς ἀγαθῶν πρὸ φθάρου πολὺ πλεονέχοντα μὲν δὲ.

Hæc retulit.) Sermone 3. Potest Sibyllinus 40 codex hinc aliquando emendari: sincerior enim & minus corrupta mihi uidetur Lactantiana lectio.

De Dei ira, & punitione: deq; ea Sibyllarum carmina recitata: castigatio præterea, & ad horatio. CAP. XXIII.

Verum quia plures (ut ostendi) Sibyllæ à doctissimis authorib. fuisse traduntur, unius testimonium satis non sit ad confirmandam, sicut intendimus, ueritatem. Cumeæ quidem uolumina, quibus Romanorum fata conscripta sunt, in arcanis habentur: cæterarum tamen ferè omnium libelli, quominus in usu sint omnibus, non uetantur. ex quibus alia denunciāns uniuersis gentibus

his gentibus iram Dei ob impietatem hominum, hoc modo exorsa est:

Ερχομένης ὀργῆς μεγάλης ὑπὸ νόσμον ἀπειθῆ
 ἔχοντος εἰς αἰῶνα θεῶν μωλύματα φαίνο,
 ἴασι πῶφρητ δὲ σάσα Ἰπὸ λίω ἀνθρώποισι.

Alia quoque per indignationem Dei aduersus iniustos cataclysmum priore seculo factum esse dixit, ut malitia generis humani extingueretur.

Ἐξ ὧ μωλύσαντο ἔπιδρανίω θεοῖο
 Ἀνταῖσι πολέοσι καὶ ἀνθρώποισι ἀπασιν,
 ἰλὴ ἐκάλυψε θάλασσα κατὰ κλυσομοῖο ῥα γῆντο.

Simili modo deflagrationem postea futuram uaticinata est, qua rursus impietas hominum deleatur.

Καὶ ποτε ἰλὴ ὀργῆν θεοῦ ἐκ ἔτι πρᾶννοντα,
 Ἀλλ' ἔξεμβελθοντα, καὶ ἐξολώντα τε γῆναι
 Ἀνθρώπων ἀπασιν ἰπὸ ἐμπρησμοῦ ὄρθοντα.

Vnde apud Nasonem de Ioue ita dicitur,

Esse quoque in fati reminiscitur, affore tempus,
 Quo mare, quo tellus, correptaq; regia cæli
 Ardeat, & mundi moles operosa laboret.

Quod tunc fiat necesse est, cum honor & cultus Dei summi apud homines interierit. Eadem tamen placari eum poenitentia factorum, & sui emendatione contestans, hæc addidit:

Ἀλλ' ἔλπει μετὰ θεοῦ Βροτοὶ δὴ, μὴ δὲ πρὸς ὀργῆν
 ἴκανοῖλω ἀγάγῃτε θεοῦ μέγαν.

Item paulo post:

ἐκ ὀλέσει, πῶσαι δὲ πῆλιω χόλον ἐν τ' αὐτῶ ἀπαντῶ
 εἰσβέλειω πόδι θυμῶ, γῆ φρεσὶν ἀσκήσειτε.

Deinde alia Sibylla, cœlestium terrenorumque genitorem diligere oportere denunciat, ne ad perdendos homines indignatio eius insurgat:

Ἄπο ποτε θυμῶθεὶς θεοῦ ἀφθιτο ἔξαπολίωσῃ
 ἰπὸ γῆντο ἀνθρώπων βίωτου καὶ φύλον αἰαυδῆς.
 Δαῖσῶ γῆν γῆν πῆρα θεοῦ σφοδρὸν αἰγνῶντα.

Ex his apparet, uanas esse rationes philosophorum, qui Deum putant sine ira & inter ceteras laudes eius id ponunt, quod est contra ipsam maiestatem. Regnum hoc imperiumque terrenum nisi metus custodiat, soluitur. Aufer iram regi, non modo nemo parebit, sed etiam de fastigio precipitabitur: imò uerò culibet humili eripe hunc affectum, quis eum non spoliabit? quis non deridebit? quis non afficiet iniuria? Ita nec indumenta, nec sedem, nec uictum poterit habere, alijs quicquid habuerit diripientibus: nedum putemus cœlestis imperij maiestatem sine ira & metu posse consistere. Apollo Milesius de Iudæorum religione consultus, responso hoc indidit:

Ἡ δὲ θεοῦ βασιλῆα καὶ γῆν πῆρα πῶ πάντων,
 ὄν τρεῖ μετα καὶ γαῖα, καὶ ἕρανός, ἢ δὲ θάλασσα,
 τὰρ τὰ φεοὶ τε μυχοὶ, καὶ δαίμονες ἐκ φεῖησιν.

Si tam lenis est, quam philosophi uolunt, quomodo ad nutum eius non modo demones, & ministri tantæ potestatis, sed etiam cœlum, & terra, & rerum natura omnis contremiscit? Si enim nullus aliter seruit, nisi coactus, omne igitur imperium metu constat, metus autem per iram: nam si non moueatur quis aduersus parere nolentem, nec cogi poterit ad obsequium. Cōsulat unusquisque affectus suos: iam intelliget, neminem posse sine ira & castigatione imperio subjugari. Vbi ergo ira non fuerit, imperium quoque non erit. Deus autem habet imperium: ergo & iram, qua constat imperium, habeat necesse est. Quapropter nemo

nemo uanisloquencia philosophorum inductus, ad contemptum se Dei erudit, quod est maximum nefas. Debemus hunc omnes & amare, quod pater est: & uereri, quod dominus: & honorificare, quod beneficus: & metuere, quod seuerus: utraq; persona in eo uenerabilis. Quis salua pietate non diligat animæ suæ parentem: aut quis impune contemnat eum, qui rerum dominator habeat in omnes ueram & æternam potestatem? Si patrem confideres, ortum nobis ad lucem qua fruimur, subministrat: per illum uiuimus, per illum in hospitium huius mûdi intrauimus. Si Deum cogites, ille nos innumerabilibus copijs alit, ille sustentat. in huius domo habitamus, huius familia sumus: & si minus obsequens quàm decebat, minusq; officiosa, quàm domini & parentis immortalia merita poscebant: tamen plurimum proficere ad ueniam consequendam, si cultum eius notionemq; teneamus, si abiectis humilibus, terrenisq; tam rebus quàm bonis, cœlestia & diuina sempiterna meditemur: quod ut facere possimus, Deus nobis sequendus est, Deus adorandus, quoniam in eo est materia rerum, & ratio uirtutum, & fons honorû. Quid enim Deo aut potentia maius est, aut ratione perfectius, aut claritate luculentius? Qui quoniam nos ad sapientiam genuit, ad iusticiam procreauit, non est fas hominem relicto Deo, sensus ac uitæ datore, terrenis fragilibusq; famulari, aut quærendis temporalibus bonis inhaerentem, ab innocentia & pietate discedere. Non faciunt beatum uitiosæ ac mortiferæ uoluptates, non opulentia libidinum incitatrix, non inanis ambitio, non caduci honores, quibus illaqueatus animus humanus, & corpori mancipatus, æterna morte damnatur: sed innocentia sola, sola iusticia: cuius legitima & digna merces est immortalitas, quam statuit à principio Deus sanctis & incorruptis mentibus, quæ se à uitijs & ab omni labe terrena integras inuolatas que conseruant. Huius præmij cœlestis, ac sempiterni participes esse nō possunt qui fraudibus, rapinis, circumscriptionibus conscientiam suam polluerunt, quiq; iniurijs hominum nefarijs commissis, ineluibiles sibi maculas inusserunt. Proinde uniuersos oportet, qui sapientes, qui homines merito dici uolunt, fragilia contemnere, terrena calcare, humilia despiciere, ut possint cum Deo beatissima necessitudine copulari. Auferatur impietas, discordiæ, dissensionisq; turbulentæ ac pestiferæ sopiantur, quibus humane societates, & publici fœderis diuina coniunctio dirumpitur, dirimitur, dissipatur: quantum possumus, boni ac benefici esse meditemur: si quid nobis opum, si quid superpetit copiarum, non uoluptati unius, sed multorum saluti impartiat. Uoluptas enim tam mortalis est, quàm corpus cui exhibet ministerium. Iusticia uerò & beneficentia tam immortales, quàm mens & anima, quæ bonis operibus similitudinem Dei assequitur. Sit nobis Deus nō in templis, sed in corde nostro consecratus. Destructibilia sunt omnia, quæ manu fiunt. Mundemus hoc templum quod non fumo, non puluere, sed malis cogitationibus sordidatur, quod non cereis ardentibus, sed claritate ac luce sapientiæ illuminatur. In quo si Deum semper crediderimus esse præsentem, cuius diuinitati secreta mentis patent, ita uiuemus, ut & propitium semper habeamus, & unquam uereamur iratum.

C O M M E N T A R I V S.

Cumana Sibyllæ testimonijs edocet, Deum iniustis irasci: & Apollinis testimonio indicat, totam uniuersitatem Diuinam maiestatem contremiscere. Deinde rationibus quibusq; ostendit, irā ad imperium necessario requiri. cuius fauore ne excidamus, dehortatur nos à uoluptatibus, hortatur pietatis studiū, ὀφθαλμῶν.) Ser. 8. 25. 8.)

Ser. 4. αὐταῖσι.) In cod. Sibyllino legitur αὐταῖσι πόλει τε. ἢ ποτε.) Ser. 4. In Sibyllino cod. hi uersus nō modò alijs uerbis, sed etiam alio sensu leguntur, numeris neutriubi iuste correptis. Expectam⁹ emēdatoria Sibyllina à Castalione nostro, q pro eruditiōe sua minime uulgari, aliorū exemplarium collatiōe adiuuus efficiet, ut illa

ut illa aliquando sine offensione legamus. Na-
sonem de Ioue.) Lib. Metamorph. 1. ubi Iu-
piter consultat, quo supplicij genere uelit morta-
lum genus delere. ἀλλ' ἐλέσθ'.) Sunt hæc
quoque ex Oratione quarta, mirabiliter à codice
Sibyllino uariantia. μη ποτε.) Ex libro quin-
to hæc sunt, quæ & ipsa nonnihil à Græco libro
uariant. Interpretationem si queris, pete à Casta-
lione: & nos eo breuius hæc agimus, quia in An-
notationibus Sibyllinis non Lactantium modò,
sed Theophilum quoque, Eusebium, & alios cum
Sibyllino codice cõtulimus. Regnum hoc.)

Atqui stabiliora sunt imperia, quæ beneuolentia,
quàm quæ metu reguntur: quod non modò Plato
& Demosthenes, sed etiã Terentius nõ ignorauit.
(Apollo Milesius.) De hoc lib. 4. cap. 13.
(ὁ δὲ θεὸς.) Sensus huius oraculi talis esse potest:
Sive Deum regem, diuùmquẽ hominũquẽ parentem.
Quẽ tremunt & tellus, & cœli, & æquora ponti,
Tartareasquẽ domũ, et dæmonas occupat horror.
Bonis operibus.) Bona uerò operã nemo ni-
si regeneratus facere potest, regenerati soli simi-
litudinem Dei habent. Sed in corde no-
stro.) 1. Cor. 3. & 6.

COMMENTARIORVM XYSTI BET. IN LIB.
Lactantiij de Ira Dei, FINIS.

PRÆSTANTISSIMO VIRO ADOLPHO
20 OCCONI MEDICO, DOCTORIS ADOLPHI,
uiri clarissimi Famico suo incomparabili, Xystus Be-
tuleius Augustanus S. D.



RECTE creditur, Ornatissime Vir, atque humanis-
sime D. Doctor, ὅτι γινώσκεισθαι ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐκείνου.
Recte item à Cicerone putatur, non ad arrogan-
tiam minuendam solum esse dictum, uerum etiam
30 ut bona nostra norimus. Verè inquam Roma-
nus ille Orator censuit. Nam quicquid ab homini-
bus peccatur, peccatum inde nascitur, quòd homo non suo se pede
meretur. Aut enim arrogantior plura sibi sumit quàm ipsius con-
ditio ferat. hinc Dei contemptus, peccatorum omnium grauissim-
um, hinc rerum diuinarum neglectus: hinc tyrannides, uis, bella,
cædes, seditiones, iniuriæ: æquiboniquẽ, iuris, legum, naturæ adeò
40 ipsius subuersio & antiquatio: aut non satis magnificè de se sentit,
non cogitat originem suam cœlitus esse, ad imaginem conditoris
sui se ab initio creatum esse: quem honorem, inquit Dauid, cum
non intelligeret, factus est similis iumentis & animantibus brutis. Et
quemadmodum sathan propter superbiam & factum sua felicitate
excidit: ita homo cum sua bona nõ agnouisset, de summo dignita-
tis gradu præcipitatus est. Ex illa animi submissione nata est idolo-
latria: nam dæmonis suauis, ligno, lapidi, æri, argento, auro se pro-
uoluunt. Alij turpissimis affectibus, spurcissimis libidinibus se man-
cipant. Quod cum Lactantius noster animaduertisset, uoluit, quan-
tum in se esset, miserum mortalium genus, in caliginosissimis erro-
rum tenebris uersantium, ad sui cognitionem reducere: ut uel ex
corporis

corporis situ, & animæ immortalis conditione disceret, quanto ceteris animantibus generositate præstaret: quibus intellectis, agnosceret sese, & meliorem suæ conditionis iniret rationem: nempe se ad rerum diuinarum studium, & ad rerum fortuitarum contemptum esse natum: ut animi, uel spiritus potius diuini imperio cōtremaces corporis affectiones subiicere assuesceret. Nam quæ rogo in Repub. esset insania, si uel leno, uel carnifex, uel alij homines abiectissimi gubernacula ciuitatis administrarent? Si homines cordati, prudentes, & naturalibus bonis diuinitus instructi, feci ciuitatis pareant? Quare si quis sanio rem conditionis humanæ rationem iniuerit, facile intelliget, quod animi, quod singulorum membrorum officium sit. Hanc itaq; philosophiæ Christianæ partem cum intelligerem, mi ornatissime Adolphe, à iustissimis tuis studijs alienam non esse, nec tuorum studiorum rationem ab instituto Lactantij nostri non ualde dissimilem (scribit enim de partibus humani corporis, & officium membrorum, scribit & Plato in Timæo, & Theologi quidam ex uetustate doctissimi) nuncupare tibi isthæc, & nomine tuo ornatum libro quærere uolui. Rogo autem ut boni consulas: non enim dignum te habui aliud, quod ue tibi magis placitum sperarem, sed admonitus argumento, à tua illud professione (ne quid aliud dicam) minimè alienum iudicauit: simulq; uolui significationem dare animi erga te minimè ingrati, qui tanto studio, tanta diligentia, tanta deniq; fide in mea perplexia curanda incubuisti, ut tuis meritis quo respondeam, diu quærando nihil efficiam. Vale, Augusta Vindeliorum, Anno &c. 1552.

L. C. OE.

L. COELII LACTANTII FIR-
MIANI DE OPIFICIO DEI LIBER
unus, ad Demetrianum auditorem
suum.

DE TITULO LIBRI.

IN alijs exemplaribus hic liber inscribitur,
De opificio Dei: in alijs, De opificio hominis:
ita ut non facile pateat, utra inscriptio magis ge-
nuna sit. Ipse quidem Lactantius huius libri men-
tionem facit lib. De origine erroris capite 11. sed
sine tituli nuncupatione. Hieron. geminum hunc
titulum ad imitationem Platonicam ponit, De
opificio Dei, uel, De formatione hominis. Sophro-
nius, τὸ δὲ ἀντικείμενον ἐστὶν. Sanè rationabilius
est, opificiū Dei actiue dici, ab opifice Deo. Sic e-
nim Cic. eum opificem aedificatoremq; mundi ap-
pellauit: Ouidius, opificem rerum. Opificium au-
tem aliud est nihil, quam opus opificis. Fabrica ta-
me hominis, utpote operis, rectius dicitur, quam

Cicero fabricam naturæ actiue in Officijs dixit.

ARGUMENTVM LIBRI.

Argumentum huius libri maiori ex parte
Protrepticum est: constat enim potissimum hone-
nesto & utili. Docet autem ex corporis humani
situ & fabrica, quod cuiusq; membri sit officium.
Habet interim propter incomparabilem rerum
cognitionem, suas etiam ἀποδείξεις. Est præte-
rea hic liber egregium ἐκφοδῶς exemplum,
constans genere demonstratiuo. Laudat enim in
primis opus ab artifice, laudat elegantem fabri-
cæ rationem, ipsam nimirum honestatem & utili-
tatem. Admiscet obiter ex genere iudiciali quas-
dā disputationes, aduersus Epicuri hæresim pro-
uidentiam diuinam asserens.

Quæ instituti operis causa fuerit. CAP. I.

QUAM minimè sim quietus, etiā in summis necessitatibus, ex hoc
libello poteris existimare, quem ad te rudibus penè uerbis, prout
ingenij mediocritas tulit, Demetriane, perscripsi: ut & quotidiana
studium meum nosset, & non deessem tibi præceptor etiam
nunc, sed honestoris rei, meliorisq; doctrinæ. Nam si te in literis nihil aliud
quàm linguam instruentibus, auditorem satis strenuum præbuissem: quanto
magis in his ueris, & ad uitam pertinentibus, docilior esse debebis: apud
quem nunc profiteor nulla me necessitate uel rei uel temporis impediri, quo
minus aliquid excudam, quo philosophi nostræ sectæ, quam tueamur, instru-
ctiores doctioresq; in posterum fiant: quamuis nunc malè audiant, castigen-
turq; uulgò, quòd aliter quàm sapientibus conuenit uiuant, & uitia sub ob-
tentu nominis celent: quibus illos aut mederi oportuit, aut ea prorsus effuge-
re, ut beatum atq; incorruptum sapientiæ nomen uita ipsa cum præceptis
congruente, præstarent. Ego tamen, ut nos ipsos simul, & cæteros instruam,
nullum laborem recuso. Neq; enim ut non possum obliuisci mei, tum præser-
tim, cum maximè opus sit meminisse: sic ne tu quidem tui, ut spero & opto.
Nam licet te publicæ rei necessitas à ueris & iustis operibus auertat: tamen
fieri non potest, quin subinde in cœlum aspiciat mens sibi conscia recti. Ego
quidem lator, omnia tibi quæ pro bonis habentur, prosperè fluere: sed ita, si
nihil de statu mentis immutent. Vereor enim, ne paulatim consuetudo uel
iucunditas earum rerū (sicut fieri solet) in animum tuum sensim repat. Ideoq;
te moneo, repetens iterūq; iterumq; monebo, ne oblectamēta ista terræ pro-
magnis aut ueris bonis habere te credas, quæ sunt nō tantū fallacia, quia du-
bia, uerū etiam insidiosa, quia dulcia. Nā & ille colluctator & aduersarius
noster, scis quàm sis astutus: & idem ipse uiolentus, sicuti nunc uidemus. Is
hæc omnia quæ illicere possunt, pro laqueis habet, & quidem tā subtilibus
ut oculos mentis effugiant, nec possint hominis prouisione uitari. Summa
ergo prudentia est, pedetentim incedere, quoniam utrobicq; salus insidet,
& offensa cula pedibus latenter opponit. Itaq; res prosperas, in quibus nunc
agis, suadeo ut pro tua uirtute aut contempnas, si potes: aut non magnopere
S mireris;

miseris. Memento & veri parentis tui, & in qua ciuitate nomen dederis, & cuius ordinis fueris: intelligis profectò quid loquar. nec enim te superbia ar-
guo, cuius in te ne suspicio quidem ulla est: sed ea quæ dico, ad mentem refe-
renda sunt, non ad corpus, cuius omnis ratio ideo comparata est, ut animo
tanquam domino seruiat, & regatur nutu eius. Vas est enim quodammodo
fictile, quo animus, id est homo ipse uerus continetur, & quidem non à Pro-
metheo fictum (ut poetæ loquuntur) sed à summo illo rerum conditore ac
artifice Deo, cuius diuinam prouidentiam, perfectissimamq; uirtutem nec
sensu comprehendere, nec uerbo enarrare possibile est, tentabo tamen, quo-
niam corporis & animi facta mentio est, utriusq; rationem, quantum pulsil-
litas intelligentiæ meæ peruidet, explicare. Quod officium hac de causa ma-
ximè suscipiendum puto, quòd M. Tullius, uir ingenij singularis, in quarto
de Republica libro, cum id facere tentasset, nihil prorsus effecit, & materiam
latè patentem angustis finibus terminauit, leuiter summamq; decerpens.
Ac ne ulla esset excusatio, cur eum locum non fuerit executus, ipse testatus
est, nec uoluntatem sibi defuisse, nec curam. In libro enim de Legibus primo,
cùm hoc idem summam perstringeret, sic ait: Hunc locum satis (ut mihi ui-
detur) in ijs libris quos legistis, expressit Scipio. Postea tamen in libro de Na-
tura deorum secundo, hoc idem latius exequi conatus est. Sed quoniam ne-
ibi quidem satis expressit, aggrediar hoc munus, & sumam mihi audacter ex-
plicandum, quod homo disertissimus penè omisit intactum. Forsitan repre-
hendas, quòd in rebus obscuris coner aliquid disputare, cùm uideas tanta te-
meritate homines extitisse, qui uulgò philosophi nominantur, ut ea quæ ab-
strusa prorsus atq; abdita Deus esse uoluit, scrutarentur, ac naturam rerum
cœlestium terrenarumq; conquirent, quæ à nobis longè remotæ, neq; ocu-
lis cõrectari, neq; tangi manu, neq; percipi sensibus possunt. & tamen de il-
larum omnium ratione sic disputant, ut ea quæ asserunt, probata & cognita
uideri uelint. Quid est tandem, cur nobis inuidiosum quisquam putet, si ra-
tionem corporis nostri inspicere & contemplari uelimus? Quæ planè obsecu-
ra non est: quia ex ipsis membrorum officijs, & usibus partium singularum,
quanta ui prouidentia quidq; factum sit, intelligere nobis licet.

C O M M E N T A R I V S.

Quamminimè.) Reddit hoc proœmio
instituti operis rationem. Exordium legitimum.
Beneuolentia conciliatur ab utriusque persona:
attentio & docilitas à libri ueritate, utilitateq;
Rudibus penè.) Neq; enim philosophicum
hoc genus tantum orationis splendorem admit-
tit, quantum theses oratoricæ, rhetorumq; cam-
pi. Prout ingenij.) $\pi\alpha\pi\epsilon\upsilon\omega\sigma\iota\varsigma$ mode-
sta. Nam si te.) A' minori ad maius.
Quò philosophi nostræ sectæ.) Chri-
stianæ nimirum. Sectæ uocabulum apud Cicero-
nem frequentius in bonam partem accipitur, si-
cut etiam apud Græcos $\alpha\iota\pi\epsilon\sigma\tau\epsilon\omega\varsigma$. Pullulantibus
post in Ecclesia uarijs dogmatibus, odiosa fieri
ceperunt: ijsq; tribuuntur, qui ab orthodoxa &
catholica doctrina descuerunt. Et fuerunt sanè
istis temporibus philosophi, qui licet Christo iam
sua nomina dederint, Platonis tamen quoq; no-
men professi sunt: sicut Aeneas ille, cuius de im-

mortalitate animæ Dialogus extat: sicut Pantæ-
nus Stoicus, sicut Ammonius, sicut Iustinus, quæ
philosophico habitu incessisse Hieronymus memo-
rat. Animaduertendum hic est, philosophiam di-
uinarum rerum studio sæpe caliginem obducere.
Non est huius loci commemorare philosopho-
rum exempla, quorum professioni uita parum
respondit. Quam uerò praua uita doctrinæ sa-
næ officiat, dictum est in Diuinis Institutioni-
bus libro quarto, capite uigesimotertio. Sa-
pientiæ.) A' coniugatis & professione.
Neq; enim.) A' suo exemplo, quod præ-
ceptorem decet. Publicæ rei.) Anastro-
phe uel metathesis. Mens sibi conscia
recti.) Hemistichium. Quæ pro bo-
nis.) $\alpha\delta\iota\alpha\phi\omega\gamma\alpha$, quæ (ut Comicus ait) eius-
modi sunt, qualis is est qui ijs utitur. Lu. 50
Prosperè fluere.) Cic. Off. 1. de Fortitud.
Aiq;

Atq; etiam in rebus prosperis, & ad uoluntatem nostram fluentibus superbiam, fastidium, arrogantiam, magnopere fugiamus. A' statu mentis.) Sic Cic. in Off. dixit, à naturæ statu discere. Fallacia.) Schefis ὄνομαζω, cum ἀνοήσις. Collocutor.) Periphrasis cum emphasi. Astutus.) quia serpens. Violentus.) quia leo rugiens. Laqueis.) Quorum meminit Paul. 2. Timoth. 2. Offensacula.) Diminutiuum insolens, ab offensa, quod actiue significat. In qua ciuitate.) cœlesti Hierusalem. Nomen dederis.) Ut poetæ.) Hesiodus in per baptismum. Ergis. De hoc lib. 2. cap. 11. Diuinarum Institutio num. Pusillitas.) Est & hæc uox probatis autoribus parum usitata. Quod M.

Tull.) Platonem forte imitatus, qui in Timæo, quem de Natura inscripsit, ex singulis humani corporis partibus officia ducit. Idem argumentum cum Lactantio ex Orthodoxis tractant Basilius Magnus & Ambrosius, quæ τὸ ἐξ ἀνοήσις. Basilij opus deficiens cōtinuauit eius frater, Gregorius Nyssenus. Post hos Theodoretus Cyri episcopus, ut copiosissime, ita doctissime quoq; idē negocium prosequutus est in sermonibus de Pro uidentia Dei, quos iam Latini quoq; Rodolphi Gualtheri Tigurini, doctissimi iuuenis beneficio legere possunt. Scripserunt etiam de hac re ex recentioribus doctissime Ludouicus Viues & Philip. Melanchthon, Ianocius, Cælius, & si qui præterea sunt alij istius præclari opificij, admiratores.

De generatione belluarum & hominis. CAP. II.

Dedit enim homini artifex ille noster, ac parēs Deus sensum atq; rationem, ut ex eo appareat, nos ab eo esse generatos, quia ipse intelligentia, ipse sensus atq; ratio est. Cæteris animantibus quoniam rationalem istam uim non attribuit, quemadmodum tamē uita eorum tutior esset, antè prouidit, omnes enim suis ex se pelibus textit, quo facilius possent uim pruinarū ac frigora sustinere. Singulis autem generibus ad propulsandos impetus externos sua propria munimenta constituit, ut aut naturalibus telis repugnent fortioribus: aut quæ sunt imbecilliora, subtrahant se periculis pernitate fugiendi: aut quæ simul & uiribus & celeritate indigent, astu se protegant, aut latibulis sepiant. Itaq; alia eorum uel plumis leuibus in sublime suspensa sunt, uel suffulta unguibus, uel instructa cornibus. quibusdam in ore arma sunt dentes, aut in pedibus adunci ungues, nulliq; munimentum ad tutelam sui deest. Si qua uerò in prædam maioribus cedunt, ne tamen stirps eorum funditus interiret, aut in eam sunt relegata regionem, ubi maiora esse non possunt, aut acceperunt uberem generandi fœcunditatem, ut & bestiis quæ sanguine aluntur, uictus suppeteret ex illis, & illatam tamen cladem, ad conseruationem generis multitudo ipsa superaret. Hominem autem ratione concessa, & uirtute sentiendi atq; eloquendi data, eorum quæ cæteris animantibus attributa sunt, fecit expertem: quia sapientia reddere poterat. quæ illi naturæ conditio denegasset: statuit nudum & inermem, quia & ingenio poterat armari, & ratione uestiri. Ea uerò ipsa quæ mutis data, & homini denegata sunt, quàm mirabiliter homini ad pulchritudinem faciant, exprimi non potest. Nam si homini ferinos dentes, aut cornua, aut ungues, aut ungulas, aut caudam, aut uarij coloris pilos addidisset: quis non sentit quàm turpe animal esset futurum, sicut muta, si nuda, & inermia fingerentur? Quibus si detrahas uel naturalem sui corporis uestem, uel ea quibus ex se armantur, nec speciosa poterunt esse, nec tuta: ut mirabiliter, si utilitatem cogites, instructa: si speciem, ornata uideantur. ad eò miro modo consentit utilitas cum decore. Hominem uerò quoniam æternum animal atq; immortale fingebat, non forinsecus, ut cætera, sed interius armauit, nec munimentum eius in corpore, sed in animo posuit: quoniam superuacuum fuit, cùm illi quod erat maximum tribuisset, corporalibus eum tegere munimentis, cùm præsertim pulchritudinem humani corporis impedirent. Vnde ego philosophorum qui Epicurū sequuntur, amentiam soleo mirari, qui naturæ opera reprehendunt, ut ostendant, nulla prouidentia instructum esse, ac regi mundum: sed originē rerum, infecabilibus,

insecabilibus ac solidis corporibus assignant, quorum fortuitis concursioni
bus uniuersa nascantur & nata sint. Præterea, quæ ad ipsum mundum perti-
nentia uitio dant, in quo ridiculè insaniunt: id sumo, quod ad rē, de qua nūc
agimus, pertinet.

C O M M E N T A R I V S.

Hoc capite syncrifi quædam Epideictica de-
monstrat, quid homo à brutis animantibus diffe-
rat. Illa enim foris, hic intus diuinitus armatus
est. De providentia Dei circa mutas animantes,
lege Sermonem Theodoretī quintum. Quo-
niam rationalem.) Alibi uisus est Lactan-
tius astruere uelle opinionem eorum, qui mutis

animantibus rationem tribuunt: hic clarè quid
sentiat, indicat, lib. 2. cap. 3. religionum differen-
tiam posuit. Philosophorum.) Leucippus
& Democritus hoc de atomis dogma ad Epicu-
rum transmiserunt. Quem errorem postea etiam
Lucretius amplexus est, quem hoc loco uidetur
perstringere.

De conditione pecudum & hominis. CAP. III.

Queruntur hominem nimis imbecillum & fragilem nasci, quàm cetera
animalia nascuntur: quæ ut sunt edita ex utero, protinus in pedes suos
erigi, & gestire discursibus, statimq; acri tolerando idonea esse, quòd in lu-
cem naturalibus indumentis munita processerint: hominem contrà, nudum
& inermem, tanquam ex naufragio in huius uitæ miserias proijci & expelli:
qui neq; mouere se loco, ubi effulus est, possit, nec alimentum lactis appete-
re, nec iniuriam temporis ferre: itaq; naturam non matrem esse humani ge-
neris, sed nouercam: quæ cum mutis tam liberaliter se egerit: hominem ue-
rò sic effuderit, ut inops & infirmus, & omni auxilio indigēs, nihil aliud pos-
sit, quàm fragilitatis suæ conditionem ploratu ac fletibus ominari: scilicet,

Cui tantum in uita restet transire malorum.

Quæ cum dicunt, uehementer sapere creduntur, propterea quòd unusquis-
que inconsideratæ suæ conditioni ingratus est. ego uerò illos nunquam ma-
gis desipere contendo, quàm cum hæc loquuntur. Considerans enim con-
ditionem eorum, intelligo nihil fieri aliter debuisse, quàm factum est, ut non
dicam, potuisse: quia Deus potest omnia: sed necesse est, quòd illa prouiden-
tissima maiestas id esse cerit, quod erat melius & rectius. Libet igitur interro-
gare istos diuinorum operum reprehēsores, quid in homine de esse, quia im-
becillior nascitur, credant: num idcirco minus educentur homines num mi-
nus ad summum robur ætatis prouehantur, num imbecillitas aut incremen-
tum impediatur, aut salutem: quoniam quæ desunt, ratio cōpensat. At homi-
nis, inquiunt, educatio maximis laboribus constat. Pecudum scilicet condi-
tio melior, quòd hæc omnes cum foetum ediderint, non nisi partus sui curam
gerunt. ex quo efficitur, ut uberibus sua sponte distentis, alimentum lactis
foetibus ministratur, & id, cogente natura, sine matrum solitudine appetat.
Quid aues: quarum ratio diuersa est: non ne maximos suscipiunt in educan-
do labores: ut interdum aliquid humanæ intelligentiæ habere uideantur. ni-
dos enim aut luto ædificant, aut uirgultis & frondibus construunt, & cibo-
rum expertes, incubant ouis: & quoniam foetus de suis corporibus alere da-
tum non est, cibos conuehant, & totos dies in huiusmodi discursatione con-
sumunt. noctibus uerò defendunt, fouent, protegunt. Quid amplius facere
homines possunt: nisi hoc solum fortasse, quòd non expellunt a dultis, sed
perpetua necessitudine ac uinculo charitatis adiunctos habēt. Quid quòd
auium foetus multo fragilior, quàm hominis: quia non materno corpore ip-
sum animal edunt, sed quòd materni corporis fotu & calore tepesactum, ani-
mal efficiat: quod tamē cum spiritu fuerit animatum (id uerò implume ac
tenerū) non modò uolādī, sed ambulādī quoq; usu caret. Nū ergo ineptissi-
mus sit, si quis putet malè cū uolucris, egisse naturā. primū quòd bis nascit,
deinde quòd tā infirmæ, ut sint quæ sitis per laborē cibis, à parētibus, nutriēdet.
Sed illi

Sed illi fortiora eligunt, imbecilliora prætereunt. Quæro igitur ab ijs, qui conditionem pecudum suæ præferunt, quid eligant, si Deus his deserat optionem, utrum malint humanam sapientiam cum imbecillitate, an pecudum firmitatem cum illarum natura? Scilicet non tam pecudes sunt, ut non malint uel fragiliorem multo quàm nunc est, dummodo humanam, quàm illam irrationabilem firmitatem. Sed uidelicet prudentes uiri neque hominis rationem uolunt cum fragilitate, neque mutorum firmitatem sine ratione. Quare nihil est tam repugnans, tamque contrarium, quod unumquodque animal aut ratio instruat necesse est, aut conditio naturæ. Si naturalibus munimentis instruat, superuacua ratio est. quid enim excogitabit? quid faciet? aut quid molietur? aut in quo lumen ingenij ostendet, cum ea quæ possunt esse rationis, ultrò natura concedat? Si autem ratione sit præditum, quid opus erit sepimentis corporis? cum semel concessa ratio naturæ munus possit implere, quæ quidem tantum ualet ad ornandum tuendumque hominem, ut nihil potuerit maius ac melius à Deo dari. Denique cum & corporis non magni homo, & exiguarum uirium, & ualitudinis sit infirmæ: tamen quoniam id quod est maius accepit, & instructior est cæteris animalibus, & ornator. Nam cum fragilis imbecillisque nascatur, tamen & à mutis omnibus tutus est: & ea omnia quæ firmiora nascuntur, etiam si uim cœli fortiter patiuntur, ab homine tamen tuta esse non possunt. Ita fit, ut plus homini cõferat ratio, quàm natura mutis: quoniam in illis nec magnitudo uirium, neque firmitas corporis efficere potest, quò minus aut opprimantur à nobis, aut nostræ subiecta sint potestati. Potest ne igitur aliquis, cum uideat etiã boues & uaccas, cum immaturnissimis corporibus seruire homini, queri de opifice rerum Deo, quòd modicas uires, quòd paruum corpus acceperit, nec beneficia in se diuina pro merito aestimat, quòd est ingrati, aut (ut uerius loquamur) insani. Melius igitur Platonem, ut hos (credo) ingratos refelleret, naturæ gratias egit, quòd homo natus esset: quòd & ipsum quale sit, nõ est huius materiæ pòderare. Quãto melius & sanius, qui sentit conditionem hominis esse meliorem, quam isti qui se pecudes natos esse maluerunt. Quos si Deus in ea fortè cõuerterit animalia, quorum sortem præferunt suæ, iam profectò cupiant remigrare, magnisque clarioribus conditionem pristinam flagitent: quia non est tanti robur, ac firmitas corporis, ut officio linguæ careas, aut aurum per aerem libera discursatio, ut manibus indigeas. plus enim manus præstant, quàm leuitas, ususque penna rum: plus lingua, quàm totius corporis fortitudo. Quæ igitur amentia est, ea præferre, quæ si data sint, accipere detrectes.

COMMENTARIUS.

Hoc caput instituit contra Plinium maxime atque Lucretium, quorum hic in 5. Naturam in fabricando homine iniquitatis insinulat; ille in præfatione lib. 7. eandem tanquam noueram conuicijs proscindit. Quos qui legerit, nec prolixo habebit opus commentario, nec mirabitur Lactantium iustissimam, breuissimam licet, contra eos hanc instituisse actionem. Plutarchus quoque iustitiam hac in re, sed argumento adoxo, Gryllum aduersus Vlysses bruta hominibus potiora facientem inducens. Plato.) De hoc dictum est lib. 3. cap. 19.

De imbecillitate hominis. CAP. IIII.

Idem queruntur, hominem morbis & immaturæ morti esse subiectum. Indignatur uidelicet, nõ Deos se esse natos. Minimè, inquiunt: sed ex hoc ostendimus, hominem nulla prouidentia esse factum, quòd aliter fieri debuit. Quid si ostendero, id ipsum magna ratione prouisum esse, ut morbis uexari posset, & uita sæpe in medio cursus sui spacio ruperetur? cum enim Deus animal, quod fecerat, sua sponte ad mortem transire cognouisset, ut mortem ipsam, quæ est dissolutio naturæ, capere posset, dedit ei fragilitatem, quæ morti aditum ad dissoluendum animal inueniret. Nam si eius roboris fieret, ut ad eum morbus, & ægritudo adire nõ posset; ne mors quidem posset, quoniam mors sequela morborum

borū est. Immatura uerò mors quomodo abesset ab eo, cui esset cōstituta natura? Nempe nullū hominē mori uolunt, nisi cū centesimū ætatis cōpleuerit annū. Quomodo illis in tanta repugnantia rerū ratio poterit constare? Vt enim ante annos centū mori quisq; non possit: aliquid illi roboris, quod sit immortale, tribuendū est. Quo concessio, necesse est cōditionē mortis excludi. Id autē ipsum cuiusmodi potest esse, quod hominē cōtra morbos & ceteros extraneos solidū atq; inexpugnabilē faciat? Cū enim constet ex ossibus, & neruis, & uisceribus, & sanguine: quid horū potest esse tā firmū, ut fragilitatē repellat ac mortē? Vt homo indissolubilis sit ante illud tēpus, quod illi putant oportuisse constitui, ex qua ei materia corpus attribuent? *Fragilia*¹⁰ sunt omnia, quæ uideri ac tangi possunt. Superest, ut aliquid ex cœlo petant: quoniā in terra nihil est, q̄ nō sit infirmū. Cū ergo homo sic formādus esset à Deo, ut mortalis esset aliquando, & res ipsa exigebat, ut terreno & fragili corpore fingeretur. Necesse est igit, ut mortē recipiat, quando liber: quoniā corporalis est: corpus enim quodlibet solubile atq; mortale est. Stultissimi ergo sunt, qui de morte immatura queruntur: quoniā naturæ cōditio locū illi facit. Ita consequens erit, ut morbis quoq; subiectus sit: neq; enim patitur natura, ut abesse possit infirmitas ab eo corpore, q̄ idcirco nō solidū firmūq; natū est, ut aliquando soluendū sit. Sed putemus fieri posse, quæ admodū uolunt ut homo nō ea cōditione nascatur, qua morbo, mortē ue subiectus sit, nisi p̄cto ætatis suæ spacio, ad ultimā processerit senectutē. Nō igitur uident si ita sit constitutū, quid sequatur, hominē utiq; nisi certo tēpore mori nullo modo posse: sed, si prohiberi ab altero uictu potest, mori poterit. Res igitur exigit, ut homini qui ante certū diem mori nō potest, ciborū alimētis, quia subtrahi possunt, opus nō sit. Si opus cibo nō erit, iā nō homo ille, sed Deus fiet. Ergo (ut superius dixi) q̄ de fragilitate hominis queruntur, id potissimum querūtur, q̄ nō immortales & sempiterni sint nati: nemo em̄ nisi senex mori debet. nē p̄ deo mori debet, quia Deus nō est. Atq; mortalitas nō potest cū immortalitate coniungi. si enim mortalis est in senectute, immortalis esse in adulescētia nō potest: nec est ab eo cōditio mortis aliena, qui quādoq; moriturus est: nec ulla immortalitas est, cui sit terminus cōstitutus. Ita fit, ut & immortalitas exclusa in perpetuū, & ad tēpus recepta mortalitas, hominē cōstituat in ea cōditione, ut sit in qualibet ætate mortalis. Quadrat igitur necessitas undiq; nec debuisse aliter fieri, nec fas fuisse. Sed isti rationē sequentiū nō uident, quia semel errauerūt in ipsa summa. Exclusa enim de rebus humanis diuina prouidētia, necessariō sequebat, ut omnia sua sp̄te sint nata. Hinc inuenerūt illas minorū seminū plagas, & cōcursiones fortuitas: quia rerū originē nō uidebant. In quas se angustias cum cōiecissent: iam cogebat eos necessitas existimare, animas cū corporibus nasci, & itē cū corporibus extingui. assumpserant enim, nihil fieri mente diuina. quod ipsum nō aliter probare poterant, quā si ostenderent, esse aliqua in quibus uideretur prouidētiæ ratio claudicare. Reprehenderūt igitur ea, in quibus uel maxime diuinitatē suā prouidentia mirabiliter expressit: ut illa quæ retuli, de morbis, & immatura morte: cū debuerint cogitare, his assumptis, quæ necessariō sequerentur, sequuntur autē illa quæ dixi, si morbū nō reciperet: neq; tectis neq; uestibus indigeret. quid em̄ uentos, aut imbres, aut frigora metueret: quorū uis in eo est, ut morbos afferant? Idcirco em̄ accepit sapientiā, ut aduersus nocētia fragilitatē suā muniat. Sequitur necessariō, ut quoniā retinendæ rationis causa morbos capit etiā mortē semper accipiat: quia is ad quē morbus non uenit, firmus sit necesse est. infirmitas autē habet in se mortis conditionē: firmitas uerò ubi fuerit, nec senectus locū potest habere, nec mors, quæ sequitur senectutem. Præterea si mors certæ cōstituta esset ætati, fieret homo insolentissimus, & humanitate omnī careret. Nā ferē iura omnia humanitatis, quibus

internos cohaeremus, ex metu & cōscientiā fragilitatis oriuntur. Deniq; imbecilliora, & timidiora quæq; animalia congregantur, ut quoniā uiribus tue-
ri se nequeunt, multitudine tueantur: fortiora uerò solitudinem appetunt,
quoniam robore uiribusq; cōfidunt. Homo quoq; si eodem modo haberet
ad propulsanda pericula suppetens robur, nec ullius alterius auxilio indige-
ret: quæ societas esset? quæ reuerentia inter se? quis ordo? quæ ratio? quæ
humanitas? aut quid esset tetrius homine? quid efferatius? quid immanius?
Sed quoniam imbecillis est, nec per se potest sine homine uiuere, societatem
appetit, ut uitia communis & ornatior fiat, & tutior. Vides igitur omnē ho-
minis rationē in eo maximè stare, quòd nudus fragillisq; nascitur, quòd mor-
bis afficitur, quòd immatura morte multatur. Quæ si homini detrahantur, ra-
tionem quoq; ac sapientiam detrahi, necesse est. Sed nimis diu de rebus aper-
tis disputo, cum sit liquidū, nihil sine prouidentia, nec factū esse unquā, nec fieri
potuisse. De cuius operibus uniuersis si nunc libeat disputare p̄ ordinē, infi-
nita materia est. Sed ego de uno corpore hominis tantū institui dicere, ut in
eo diuine prouidentie potestatem, quāta fuerit, ostendā, hisduntaxat in rebus
quæ sunt cōprehensibiles & apertæ: nā illa quæ sunt animæ, nec subijci oculis,
nec comprehēdi possunt. Nunc de ipso uase hominis loquamur, q̄ uidemus.

COMMENTARIVS.

20 Disputat contra eosdem, hominem summa cū in præfatione Iugurthina. Quid si.) Soluit
Dei prouidentia esse conditum, neq; illi obesse per instantiam. Sed putemus.) Concessio.
imbecillitatem & fragilitatem, ad ea quæ in hu- Minutorum seminum.) ἢ τὸ μωπ. De
mana conditione desiderari uel debeant uel pos- quibus lib. 3. cap. 17. de Ira Dei, cap. 10. ubi de hac
sint. Cum his consentiunt quæ Sallustius differit re non nihil annotauimus.

De figura animalium, & membris. CAP. V.

PRincipiò cū Deus fingeret animalia, noluit ea in rotundā formæ speciē
cōglobare atq; colligere, ut & moueri ad ambulandum, & flectere se in
quamlibet partē facile possent: sed ex ipsa corporis summa produxit caput:
item produxit membra quædam longius, quæ uocantur pedes, ut alternis
30 moribus solo fixa perducerent animal quò mens tulisset, aut quò petendū
cibi necessitas prouocasset. Ex ipso autē uasculo corporis quatuor fecit ex-
tantia: bina posterius, quæ sunt in omnibus pedes: item bina capiti & collo
proxima, quæ uarias animantibus usus præbent. In pecudibus enim ac feris
sunt pedes posterioribus similes: in homine autē manus, quæ non ad ambu-
landū, sed ad faciendū temperandumq; sunt natæ. Est & tertium genus, in
quo priora illa neq; pedes neq; manus sunt, sed alæ, in quib. pennæ p̄ ordinē
fixæ, uolādī exhibent usum. Ita una fictio diuersas species & usus habet. Atq;
ut ipsam corporis crassitudinē firmiter comprehenderent, maioribus & bre-
uioribus ossibus inuicem colligatis, quasi carinam compegit, quam nos di-
40 cimus spinam: eamq; noluit ex uno perpetuoq; osse formare, ne gradiendū
flectendūq; se facultatem animal non haberet. Ex eius parte quasi media co-
stas, id est transuersa & plana ossa porrexit in diuersum: quibus clemēter cur-
uatis, & in se uelut in circulū penē cōductis, interna uiscera cōtegantur: ut ea
quæ mollia & minus ualida fieri opus erat, illius solidæ cratis amplexu pos-
sent esse munita. In summo uerò cōstructionis eius, quam similē nauis carinæ
diximus, caput collocauit, in quo esset regnū totius animātis. datūq; illi hoc
nomē est, ut quidē Varro ad Ciceronē scribit, quòd hinc capiāt initiū sensus
ac nerui. Ea uerò quæ diximus de corpore uel ambulādī, uel faciendī, uel uo-
landī causa esse producta, neq; nimium longis propter celerē mobilitatē, neq;
50 nimium breuib; propter firmitatem, sed & paucis & magnis ossibus con-
stare uoluit. Aut enim bina sunt, ut in homine: aut quaterna, ut in quadrupe-
de: quæ tamen non fecit solida, ne in gradiendo pigritia & grauitas retarda-
ret: sed cauata, & ad uigorem corporis conseruandum medullis intrinsecus

plena: eaq; rursus non æqualiter porrecta finiuit, sed summas eorum partes crassioribus nodis cõglobauit, ut & substringi neruis facilius, & uerti tutius possent: unde sunt uertibula nominata. Eos nodos firmiter solidatos leni quodã operculo texit, quod dicitur cartilago, scilicet ut sine attritu, & sine sensu doloris aliquo flecterent. eosdẽ tamẽ nõ in unũ modũ formauit: alios enim fecit simplices, & in orbẽ rotundos: in ijs duntaxat articulis, in quibus moueri membra in omnes partes oportebat, ut in scapulis. quoniam manus utrolibet agitari & cõtortuari necessariũ est: alios autẽ latos & æquales, & in unam partẽ rotundos: & in his utiq; locis, ubi tantummodo curuari membra oportebat, ut in genibus, & in cubitis, & in manibus ipsis. Nam sicut manus ex loco, unde oriuntur à corpore, ubique uersus moueri, speciosum simul & utile fuit: sic profectò, si hoc idem etiam cubitis accederet, & superuacuum esset huiusmodi motus & turpis. Iam enim manus amissa dignitate quã nunc habet, mobilitate nimia proboscidi similis uideretur, essetq; homo planẽ anguimanus. quod genus in illa immanissima bellua mirabiliter effectum est. Deus enim qui prouidentia & potestatẽ suã multarũ rerũ mirabili uarietate uoluit ostendere, quoniã caput eius animalis nõ tam longẽ porrexerat, ut terrã posset ore cõtingere, quod erat futurũ horribile, atq; tetrũ: & quia os ipsum profundis dentibus sic armauerat, ut etiã si cõtingeret, pascendi tamẽ facultatẽ dentes adimeret: produxit inter eos à summa fronte molle ac flexibile membrũ, quo prendere, quo tenere quidlibet posset: ne rationem uictus capiendi, uel dentium prominens magnitudo, uel ceruicis breuitas impediret.

C O M M E N T A R I V S.

Superius generalia quãdã dixit de diuina in humani corporis fabrica prouidentia: nũc incipit hoc idem fusius per partes & mēbra corporis singulatim enumerãdo edocere. in qua enumeratione mirabilis est prouidentia, quod corporis humani dispositionẽ cũ multorũ animalũ formis et membris cõfert. Varro.) Argumentũ ab etymologia, Varronis autoritate fulciũ. Desideratur hodie Varronis locus. Sextus è Græco dictum putat, quod illi interdũ ἄρα dicunt. Proboscidi.) πρὸσκόπισ, Latinis etiã promuscis, elephantorũ nasus, qua manũ uice utuntur: & Plinius aliquoties & Solinus manũ nominat. Sed audiamus Aristotelẽ, qui de hac lib. 2. τῶν μοσείων sic scribit: ὁ δὲ ἐλέφας ἰδίω τὰ τοῦ ἔχει τὸ τοῦ

μοσείου, τῶν ἄλλων ζώων. τὸ τε γὰρ μίγεθαι, καὶ τὸ δῶναι μὴ ἔχει τὸ τοῦ πλῆθους γὰρ ὄντι, ὡς τὸ τροφὴν προσάγειται, καὶ ἀπὸρ χερσὶν ἔχει πρὸς τὸ σῶμα, τὸ τε ἔχει καὶ ἡ γὰρ ἡ χερσὶν, καὶ τὰ δὲ ἄλλα πρὸς τὸ σῶμα, καὶ χερσὶν καὶ ἀπὸρ ἂν εἴη χερσὶν. Haec tenus ille. Anguimanus.) Notat Lucretiũ, qui elephantum anguimanum cognominat lib. 2. Sicuti quadrupedum cum primis esse uidemus In genere anguimanos elephantos. — eo quod proboscis, anguium instar in omnes partes circumflectitur. Cæterum descriptionem elephantum inuenies apud Plin. copiosissimã, lib. 8. capitibus prioribus duodecim: apud Solin. cap. 38. apud Ioan. Tzet. Chil. 4. Variæ hist.

De Epicuri errore: & de membris, eorumq; usu. C. A. P. VI.

Non possum hoc loco teneri, quo minus Epicuri stulticiam rursus cõarguam. illius enim sunt omnia quæ delirat Lucretius. qui ut ostenderet animalia nõ artificio aliquo diuinẽ mētis, sed, ut solet, fortuitò essentata: dixit, in principio mũdi alias quãsdã innumerabiles animãtes mirãda specie & magnitudine fuisse natas, sed eas permanere nõ potuisse, quod illas aut summi cibi facultas, aut coeũdi generãdiq; ratio defecisset. Videlicet ut & atomis suis locũ faceret, per infinitũ & inane uolūtãtib; diuinã prouidentia uoluit excludere. Sed cũ uideret, in omnibus quæ spirãt, mirabilem prouidentia inesse rationẽ: quæ (malũ) uanitas erat, dicere, fuisse animalia prodigiõsa, in quib; ratio cessasset? Quoniã igit omnia quæ uidemus cũ ratione nata sunt (id enim ipsum nasci efficere nisi ratio non potest) manifestũ est nihil omnino rationis expers potuisse generari. Atenim prouisum est in singulis quibusque fingendis, quatenus ministerio membrorum ad necessaria uitæ uteretur, & quatenus adiugatis corporib; elata soboles, uniuersas generatim conseruaret.

conseruaret animantes. Nam si peritus architectus, cum magni aliquod ædificium facere constituit, primo omnium cogitat quæ summa perfecti ædificij futura sit, & antè emetitur, quem locum leue pondus expectet: ubi magni operis statura sit moles: quæ columnarum interualla, qui aut ubi aquarum cadentium decursus & exitus & receptacula. hæc in quâ prius peruidet, ut quæcunq; sunt perfecto operi iam necessaria, cum ipsis fundamentis pariter ordiatur: cur Deum quisquam putet machinandis animalibus non antè prouidisse, quæ ad uiuendum necessaria essent, quàm ipsam uitam daret? Quæ utique constare non posset, nisi prius effecta essent quibus constat. Videbat igitur Epicurus in corporibus animalium diuinæ rationis solertiam: sed ut efficieret, quod antè imprudenter assumpserat, adiecit aliud deliramentum superiori congruens. Dixit enim, neq; oculos ad uidendum esse natos, neq; aures ad audiendum, neq; pedes ad ambulandum: quoniam membra hæc prius nata sunt, quàm esset usus uidendi & audiendi & ambulandi: sed horum omnia officia ex natis extitisse. Vereor ne huiusmodi portenta & ridicula refutare, non minus ineptum esse uideatur. Sed libet ineptire, quoniam cum inepto agimus: ne se ille nimis argutum putet. Quid ais Epicure? Non sunt ad uidendum oculi nati? Cur igitur uident? Postea, inquit, usus eorum apparuit. Videndi ergo causa nati sunt, siquidem nihil possunt aliud quàm uidere. Irè membra cætera cuius rei causa nata sint, ipse usus ostendit: qui utiq; nullo modo posset existere, nisi essent membra omnia tam ordinate, tam prouidenter effecta, ut usum possent habere. Quid enim si dicas aues non ad uolandum esse natas, neq; feras ad sæuendum, neq; pisces ad natandum, neq; homines ad sapiendum, cum appareat ei naturæ officioq; seruire animantes, ad quod est quæq; generata? sed uidelicet qui summam ueritatis amisit, semper erret necesse est. Si enim non prouidentia, sed fortuitis atomorum concursioni bus nascuntur omnia: cur nunquam fortuito accidit, sic coire illa principia, ut efficierent animal eiusmodi, quod naribus potius audiret, odoraretur oculis, auribus cerneret? Si enim primordia nullum genus positionis inexpertum relinquunt: oportuit eiusmodi quotidie monstra generari, in quibus membrorum ordo præposterus, & usus longè diuersus existeret. Cum uerò uniuersa genera, & uniuersa quoq; membra leges suas, & ordines, & usus sibi attribuit os tueantur: manifestum est, nihil fortuito esse factum, quoniã diuinæ rationis dispositio perpetua seruatur. Verùm aliàs refellemus Epicurum: inunc de prouidentia (ut cœpimus) differamus.

COMMENTARIUS.

Quæ hoc capite contra Lucretium dicuntur, in secundo potissimum libro continentur. Dixit enim. De quo etiam supra dictum est, lib. 3. qui est De falsa Sapientia. capite 3. Lege præterea de his Galenum de foetuum formatione. Cæterum quæ ex Lucretio citantur, sunt li. 4. Nil ideo quoniam natum est in corpore, ut uti Possimus: sed quod natum est, id procreat usum, Nec fuit antè uidere oculorum lumina nata, et quæ sequuntur.

De omnibus corporis partibus. CAP. VII.

Deus igitur solidamenta corporis, quæ ossa dicuntur, nodata & adiuncta inuicem neruis alligauit atque constrinxit: quibus mens si excurrere aut resistere uelit, tanquam retinaculis uteretur: & quidem nullo labore, nulloq; conatu, sed uel minimo nutu totius corporis molem temperaret ac flecteret. Hæc autem uisceribus operuit, ut quenque locum decebat, utq; solida ossa conclusa tegerentur. Item uisceribus ipsis uenas admiscuit, quasi riuos per corpus omne diuisos, per quas discurrens humor & sanguis uniuersa membra succis uitalibus irrigaret: & ea uiscera formata in eum modum, qui unicuique generi ac loco aptus fuit, superiecta pelle contexit: quam uel sola pulchritudine decorauit, uel setis operuit, uel squamis muniuit,

mun iuit, uel plumis insignibus adornauit. Illud uerò commentum Dei mirabile, quod una dispositio & unus habitus innumerabiles animantium præferat uarietates. Nam in omnibus ferè quæ spirant, eadem series & ordo membrorū est. Primum enim caput, & huic annexa ceruix. Item collo pectus adiunctum, & ex eo prominentes armi, adhærens pectori uenter. Item uentri subnexa genitalia. Ultimo loco femora, pedesq̃. Nec solùm membra suum tenorem ac situm in omnibus seruant, sed etiam partes membrorum. Nam in unò capite ipso certam sedem possident aures, certam oculi, nares item, os quoque, & in ore dentes, & lingua. Quæ omnia cùm sint eadem in omnibus animantibus, tamen infinita & multiplex diuersitas figurarum est: quòd ea quæ dixi aut productiora aut cōtractiora lineamentis uariè differentibus cōprehensa sunt. Quid illud? Non ne diuinū, quòd in anta uiuētū multitudinem unū quodq̃ animal in suo genere & specie pulcherrimū est? ut si quid uicissim de altero in alterum trāsferatur, nihil impeditius ad utilitatē, nihil deformius ad aspectum uideri necesse sit: ut si elephāto ceruicem proluxā tribuas, aut camelo breuem, uel si serpentibus pedes aut pilos addas, in quibus porrecti æqualiter corporis longitudo nihil aliud exhibeat, nisi ut maculis terga distincti, & squamarum leuitate suffulti, in lubricos tractus sinuosis flexibus laberentur. In quadrupedibus autem idem opifex contextum spinæ à summo capite deductum longius extra corpus eduxit, & acuminauit in caudam, ut obscenæ corporis partes uel propter fœditatem tegerentur, uel propter teneritudinem munirentur: ut animalia quædam minuta & nocentia motu eius arcerentur à corpore. quod membrum si detrahes, imperfectum sit animal, ac debile. Vbi autem ratio & manus est, non est id tam necessariū, quàm indumentum pilorum. adeò in suo quæq̃ genere aptissimè congruunt, ut neque nudo quadrupede, neq̃ homine tecto excogitari quicquam turpius possit: cum tamen ipsa nuditas hominis mirè ad pulchritudinem ualeat, nō tamen etiā capiti congruebat. quanta enim in eo futura deformitas esset, ex caluitio apparet. textit ergo illud pilo, & quia in summo futurum erat, quasi edificij culmen ornauit, quia ornatus non est in orbem coactus, aut in figuram pilei teres factus, ne quibusdam partibus nudis esset informis: sed alibi effusus, alibi retractus pro cuiuslibet loci decentia. Frons ergo uallata per circuitum, & à temporibus effusi ante aures capilli, & earum summæ partes in coronæ modum cinctæ, & occipitium omne contactum, speciem miri decoris ostentant. Iam barbæ ratio incredibile est quantum cōferat ad dignoscendam corporum maturitatem, uel ad differentiam sexus, uel ad decorem uirilitatis ac roboris: ut uideatur omnino non constatura fuisse totius corporis ratio, si quicquam aliter esset effectum.

C O M M E N T A R I V S.

Hactenus Epicureorū, & maximè Lucretij dogmata destruxit, qui negāt diuinā in fabricandis corporib. providentiā. Nūc ex opificij solertia, quæ ex singulis humani corporis partib. colligit, providentiā diuinā statuit: & id ordine aliquot Capitibus, sed hoc 7: in singulis quibusq̃ animantū generib. Deū summa usum esse providentiā probabilib. demonstrat argumētis. Neruis alligauit.) ὀσφυ, inquit Galen. εἰς τὸ αὐτὸ τὸ σῶμα καὶ αὐτὸ διδρασι τὰς ψυχικὰς ἐνδρῆσεις. At qui Galen. duo neruorū genera dicit: unum, τὸ σπυρῶν τὸ δὲ αὐτὸ: alterū, τὸ αὐτὸ δὲ τὸ ἐπιπρωσιῶν τὸ δὲ σῶμα, καὶ πρὸς τὸ αὐτὸ τὸ κῆλυ λί-

υνοσι. De neruis præterea uide Arist. lib. 3. de 40
Inst. animalū, cap. 5. Visceribus.) Viscera nō intestina magis, quàm quicquid carniū est cute tectū. Sic utitur Ouid. in epist. Pen. Viscera nostra tuæ dilacerantur opes. Vnde uiscerationes, de quibus apud Cic. in Off. à nobis dictum est. Adeò in suo quoq̃.) Quæq̃ legendum censeo. Caluitio.) Quod tamen hominis propriū est, nisi innatū sit. Plin. De caluitij deformitate passim apud auctores. Hinc Caluitij laus, & ὀσφυ argumentū. Cæterum de comæ de 50
coro lege cap. 11. epist. prioris ad Corinth. Episcopos nō multis retrò temporib. barbaros fuisse, in animis

imagines & picturae docent. Lege de his Epiph.
 contra Massalianos. Summa uel in pilis Dei pro-
 uidentia adparere, uox ipsius Christi testatur, cum
 ait, ne pilu quide capitis sine uoluntate Patris ca-
 dere. Theodoretus, magnus ille prouidentiae di-
 uinae admirator, Sermone de prouidentia Dei 4.
 piloru rationem considerat his uerbis: εβιασμέ-
 θα γάρ κείν ὅτι βραχυτάτω μορίῳ τῷ σώ-
 ματι, τὴν τῷ θεῷ ἰσχυρότατον πνεύματι
 10 θεῶν. τί δὲ τριῶν ὀπίσθεν ὄρον; τί δὲ ὄρον
 ἔστι τοῖς τῷ σώματι μορίοις ἀδιδήσεως ἄμοι-
 ροῦ; ἀλλ' ὁ μὲν καὶ τῶν τῶν χεῖρα ἀναγ-
 κῆ καὶ ἰσχυρῶν ὁ λόγος, καὶ μαρτυροῦσιν ὀφρῦδον
 καὶ βλεφαρίδας, μαρτυροῦσι δὲ καὶ τὴν λε-
 φαλίαν ἡνωσασαί τε ὄμοι καὶ καλύπτειν αὐ-
 τήν.
 Et haec quide de capilloru usu ornatu. Deinde

subdit de caluicie dedecore: καὶ γὰρ ἡ τῶν
 τῶν χεῖρα οἱ τῶν ἑπιώμων διδάσκουσι.
 πρῶτον μὲν γὰρ ὀφρῦδον, ὡς κάλλος ἐστὶ
 ῥημῶν, ἐπειτα δὲ καὶ ἑτέρα ἰδιότης καλῶ-
 ματα, τὴν ἐκείνων χεῖρα ἀπὸ πληροῦτα.
 Et mox subiungit etiā uerba dignitate: ὅτι οὐ
 εἰς ἀνδρας λοιπὸν τελευτῶν, καὶ τὴν μει-
 ρακίῳ δὲ ἡ πόρθησιν ἡλικίαν, τὴν γῆρας
 κατὰ κροσμί, καὶ μοῖραν τινὰ τῶν πρῶτων σὺν
 τῷ ἀνθρώπῳ. πρῶτον μὲν ἡ ἰσχυρὸς ἀνθε-
 μετὰ δὲ ταῦτα κόμη μετρία καλύπτει, ἵνα
 τῆ προδήκῃ διδάξῃ τῶν ἡλικίῳ τὸ διάφο-
 ρον, καὶ πείσῃ ἵνα τὴν γῆματι, τῶν παιδι-
 κῶν μὲν ἀθυροῦσιν ἀπέχεσθαι, τὰ δὲ
 ἀποδείξῃ τῶν ὀφρῶν πλε-
 οῦσθαι.

De hominis partibus, oculis, & auribus. CAP. VIII.

NVnc rationem totius hominis ostendam, singulorumque membrorum
 quae in corpore aperta aut operta sunt, utilitates & habitus explicabo.
 20 Cum igitur statuisset Deus ex omnibus animalibus solum hominem facere
 caelestem, caetera uniuersa terrena, hunc ad caeli contemplationem rigidum
 erexit, bipedemque constituit, scilicet ut eodem spectaret, unde illi origo est:
 illa uero depressit ad terram, ut quia nulla his immortalitatis expectatio est,
 toto corpore in humum proiecta, uentri pabuloque seruirent. Hominis ita-
 que solius recta ratio, & sublimis status, & uultus Deo patri communis ac
 proximus, originem suam fictoremque testatur. Eius prope diuina mens, quia
 non tantum animantum quae sunt in terra, sed etiam sui corporis est sortita
 30 dominatum, in summo capite collocata, tanquam in arce sublimis specula-
 tur omnia & contuetur. Hanc eius aulam Deus non obductam porrectamque
 formauit, ut in mutis animalibus, sed orbi & globo similem: quod orbis ro-
 tunditas perfecta rationis est, ac figura. Eo igitur mens & ignis ille diuinus
 tanquam caelo tegitur: cuius cum summum fastigium naturali ueste texisset,
 priorem partem quae dicitur facies, necessarijs membrorum ministerijs &
 instruxit pariter, & ornauit. Ac primum oculorum orbis concauis foramini-
 bus conculit, a quo foratu frontem nominatam Varro existimauit: & eos ne-
 que minus, neque amplius quam duos esse uoluit, quod ad speciem nullus est
 perfectior numerus, quam duorum, sicut & aures duas: quarum duplicitas in-
 40 credibile est quantam pulchritudinem praese ferat, quod tum pars utraque si-
 militudine ornata est, tum ut uenientes aliters fecus uoces facilius colligantur.
 nam & forma ipsa mirandum in modum ficta, quod earum foramina noluit
 esse nuda & inobsepta, quod & minus decorum, & minus utile fuisset: quo-
 niam simpliciū cauernarum angustias praeteruolare uix posset, & spargi, nisi
 perceptam per cauos sinus, & repercussu retenta foramina ipsa cohaerent,
 illis similia uasculis, quibus impositis solent angustiora uasa compleri. Eas igitur
 aures, quibus est inditum nomen a uocibus hauriendis (unde Vergilius:

—Vocemque his auribus hausi:

quia uocem ipsam Graeci ἀκούω uocant ab auditu, per immutationem literae,
 aures uelut audes sunt nominatae) noluit Deus artifex mollibus pelliculis in-
 formare, quae pulchritudinem demerent pendulae atque flaccentes: neque duris
 50 ac solidis ossibus, ne ad usum inhabiles essent, immobiles ac rigentes: sed
 quod esset horum mediū, excogitauit, ut eas cartilago mollior alligaret, ut ha-
 berent aptam simul & flexibilē firmitatē. In his audiendi tantum officium constitutum
 est, sicut

est, sicut in oculis uidendi, quorum præcipuè inexplicabilis est ac mira subtilitas, quia eorum orbis gemmarum similitudinem præferentes, ab ea parte, qua uidendum fuit, membranæ perlucens textit: ut imagines rerum contrà positarum, tanquam in speculo refulgentes, ad sensum intimum penetrarent. Per eas igitur membranas sensus ille, qui dicitur mens ea, quæ sunt foris transpicit: ne fortè existimes aut imaginum incurfione nos cernere (ut philosophi differunt) quoniã uidendi officium in eo debet esse quod uidet, non in eo quod uidetur: aut intentione aeris, cum acie aut effusione radiorum: quoniam, si ita esset, tardius quàm oculis aduertimus, uideremus, donec intentus aer cum acie, aut effusi radij ad id quod uidendum esset, peruenirent. Cùm autem uideamus eodem momẽto temporis, plerumque uerò aliud agentes, nihilomnibus tamen uniuersa quæ contrà sunt posita intueamur uerius: & manifestius est mentem esse, quæ per oculos ea quæ sunt opposita, transpicit quasi per fenestras lucente uitro, aut speculari lapide obductas. Et idcirco mens & uoluntas ex oculis sepe dignoscitur. Quod quidẽ ut refelleret Lucretius, ineptissimo usus est argumento. Si enim mens, inquit, per oculos uidet, erutis & effosis oculis magis uideres: quoniã euntia cum postibus fores plus inferunt luminis, quàm si fuerint obductæ. Nimirum ipsi, uel potius Epicuro, qui eum docuit, effossi oculi erant, ne uiderent, & fossos orbis, & ruptas oculorum fibras, et fluentem per uenas sanguinem, & crescentes ex uulneribus carnes, & obductas ad ultimum cicatrices nihil posse lucis admittere: nisi fortè auribus oculos similes nasci uolebat, ut non tam oculis quàm foraminibus cerneremus, quo nihil ad speciem sædius, ad uisum inutilius fieri potest. Quantulum enim uidere possemus, si mens ab intimis penetralibus capitis per exiguas cauernarum rimulas attenderet: ut si quis uellet transpicere per cicutam, non plus profectò cernat quàm cicutæ ipsius capacitas comprehendat. Itaq; ad uidendum membræ potius in orbẽ conglobatis opus fuit, ut uisus in latum spargeretur: & quæ in primori facie adhererent, ut liberè possent omnia contineri. Ergo ineffabilis diuinæ providentiæ uirtus fecit duos simillimos orbis: eosq; ita deuinxit, ut non in totum conuerterentur, sed moueri tamen, ac flecti commodè possent. Orbis autem ipsos humoris puri ac liquidi plenos esse uoluit: in quorum media parte scintillæ luminum conclusæ tenerentur, quas pupillas nuncupamus: in quibus puris ac subtilibus cernendi sensus ac ratio continetur. Per eos igitur orbis seipsam mens intendit, ut uideat: miracè ratione in unum miscetur & coniugitur amborum luminum uisus.

C O M M E N T A R I V S.

Ipsa propositio summam capitis ostendit. Constitueramus anatomicen hoc libello aliquo modo diligentius persequi, causasq; partium corporis humani accuratius inquirere. Verum quia nec ipse Lactantius hoc agit, ut singulas humani corporis particulas rimetur, nec à Vuilichio neglecta sunt, quæ hac de re in hoc libello uiro illi uidebantur obseruandas illam operam reseruabimus in quartum Cosmographiæ Hontericæ librum. interim si quid studiosæ iuuentuti (cui nostram operam mancipauimus) notatu dignum uidebitur, annotabimus. Cum igitur.) Argumentum ἐπεὶ τὸ συγκεῖσθαι. De quo lib. 2. Diuin. Instit. ca. 1. abunde dictum quidem est: facere tamen nõ possum, quin Theodoreti uerba eadem de re adscri-

bam. ἀπόχρησι καὶ τὸ τὸ μόνου εἰς ὑμῶν δυνάμει τὸ λιπῶντι. ἢ εἰς γλῶσσαν ἀκύνῃσιν τοῖς ἀλόγοις πᾶσι πλοῖσι, ἢ εἰς γαστέρα εἰς ἄνδρας καὶ εἰς χεῖρας. ἀνάελετε μόνου, καὶ βλέπετε τὴν πᾶσι πλοῖσι. ὀφθαλμοῦ σε μόνου τὴν ζωὴν ἐδιδυμῶσιν ἡδὲ δύο ποδῶν ὀχρῶσιν. Sed nõ mirum est piorum mentes in hanc admirationem erigi. Gentilis ille Peripateticus rapitur in huius cõtemplationem lib. 4. cap. 10. de Partibus animalium. Eius propè diuina mens.) Platonicum hoc est, ex Phædone, ubi τὸν νοῦν ἢ ψυχῆς λεγόντων facit, quem locum Cicero non semel, sed iterum expressit, menti re. 50. gium in affectus & corporis motus imperium tribuens. Memini me de hoc alibi dixisse. Orbi

Orbi & globo similem.) Sūt & hac Platonica ex Timæo: τὰς ἄνω θείας ποδιδόξας ἄνω ὕψους, τὸ τῶν πάντων χῆμα ἀερίμηστοί μιν ποδιδόξες ὅν εἰς σφαιροειδῆς σῶμα γινέσθαι. τῶ τὸ δὲ ἀνω κεφαλῶ ἐπονομάζονται, ὁ θεῖοτάτῳ τί ὄσι, καὶ τῶν γὰρ ἡμῶν πάντων δεσποτοῦ. Ignis.) Vnde apud Verg. Igneus est illis vigor. Frontem.) Alii a ferendo deducūt. Hæc Græcis μετώπου, illa προσωποῦ. De hac differētia vide Arist. lib. 1. cap. 8. de Historia animalū. Vergil.) Aen. 4. Verba Aeneæ ad Didonem. αὐδῶ.) Est enim αὐδῶ, ut Phavorinus testatur, non qualibet vox, sed hominum proprie. Inde αὐδῶ, ἀνθρώπινως λαλεῖν. Componitur ab αὐῶ, id est φωνῶ, καὶ ὀέω: ut intelligas uocem articulātā. Hinc fortassis est, quod Cicero auribus uocis & numerorum censuram tribuit. Quoniam uidentī.) Aristot. ποδιδόξας αἰδησεως. cap. 2.

contra Democritum contendit, uim uidentī, quā ipse emphasim nominat, γὰρ τῶν ὀρῶντι εἶν. Rationem subdit, ἀνάκλιση εἶν τὸ πάθος. Et in lib. de Anima 3. cap. 3. τὸ, inquit, αἰδητήριον δεκτικὸν τῶ αἰδητῶ ἀνδρῶν ἔστι ἕλκος ἐκαστοῦ, διὸ καὶ ἀπελθόντων τῶν αἰδητῶν, γίνεσθαι αἰ καὶ αἰδησεις καὶ φαντασίαι γὰρ τοῖς αἰδητῆσι εἶσις. Lucretius.) Per parecbasin aliquos Lucretij errores retundit, hic locus est ex libro tertio. Versus hi sunt: Præterea si pro foribus sunt lumina nostra, Iam magis exemptis oculis debere uideatur Cernere res animus, sublatis postibus ipsis. Humoris puri.) Aristot. eodem loco, quem supra de Sensu citauī: ἢ κῶρη καὶ τὸ ὄμμα ὕδατος ὄσι. Et hoc probat multis rationib⁹ quas, breuitatis studio intermitto: τὸ μὲν ὄμμα τῶ ὄρατικῶν, ὕδατῶ ὕποληπτοῦ.

De sensibus, eorumq; usu. CAP. IX.

Lbet hoc loco illorum reprehendere uanitatē, qui dum uolunt ostendere sensus falsos esse, multa colligunt, in quibus oculi fallantur. inter que illud etiam, quod furiosis & ebrijs omnia duplicia uideantur: quasi uerò eius erroris obscura sit causa. Ideo enim fit, quia duo sunt oculi. Sed quomodo id fiat, accipe. Visus oculorum intentione animi constat. Itaque quoniam mēs (ut supra dictum est) oculis tanquam fenestris utitur: non tantum hoc ebrijs aut insanis accidit, sed etiam sanis ac sobrijs. Nam si aliquid nimis prope ad moueas, duplex uidebitur. certum est enim interuallum ac spacium, quo acies oculorum coit. Item si retrorsum auoces animum, quasi ad cogitandum, & intentionē mentis relaxes, cum acies oculi utriusq; diducitur, tunc singuli uidere incipiunt separatim. Si animum rursus intenderis, aciemq; direxeris, coit in unum, quicquid duplex uidebatur. Quid ergo mirum, si mens ueneno, ac potentia uini dissoluta, dirigere se non potest ad uidendum, sicut ne pedes quidē ad ambulandum, neruis stupescētib⁹ debiles: aut si uis furoris in cerebrum seuiens, concordiam dissiungit oculorum: Quod ad eò uerum est, ut luscis hominibus, si aut insani aut ebrii si ant, nullo pacto possit accidere, ut aliquid duplex uideant. Quare si ratio apparet, cur oculi falluntur: manifestum est, non esse falsos sensus: qui aut non falluntur, si sint puri & integri: aut si falluntur, mens tamen non fallitur, quæ illorum nouit errorem.

COMMENTARIUS.

Est & hoc caput contra Lucretium institutum, qui per totum serè quartum librum disputat, non sensuum modò, sed etiam animi ex sensibus errores esse. Horum errorem consutat Lactantius, ita ut quicquid istius uitij sit, non in uniuersum sensum corporis & animi esse dicat, sed eorū aliqua affectione corruptorum. Philosophorū de his ἀρεσκοντα, si uoles, quære apud Plut. lib. 4. Ebrijs.) De hoc lege problema Aristotelis Sect. 3. problema 6. 10. 20. Sect. 31. 11. 17. 18.

De exterioribus membrīs hominis, eorumq; usu. CAP. X.

Sed nos ad Dei opera reuertamur. Ut igitur oculi munitiores essent ab iniuria, eos cilsorum tegminibus occultuit: unde oculos dictos esse, Varro ni placet. Nam & ipsæ palpebræ, quibus mobilitas inest, palpitatio uocabulū tribuit: pilis in ordinē sitatibus uallatē, septū oculis decentissimū præbent.

T Quarum

Quarum motus assiduus incomprehensibili celeritate concurrens, & uidentem tenorem non impedit, & reficit obtutum. Acies enim, id est membrana illa perlucens, quam siccare & obarescere non oportet, nisi humore assiduo terfa pure niteat, obsolescit. Quid ipsa superciliorum fastigia pilis breuibus adornata: non ne quasi aggeribus & munimentum oculis ne quid supernè incidat, & speciem simul præstant? Ex quorum confinio nasus exortens, & ueluti æquali porrectus iugo, utranq; aciem simul & discernit, & munit. Inferius quoque genarum non indecens tumor, in similitudinem collium leuiter exurgens, ab omni parte oculos efficit tutiores: prouisumq; est ab artifice summo, ut si quis fortè uehementior ictus extiterit, eminentibus repellatur. Nasi uerò pars superior usque ad medium solida formata est: inferior autem cartilagine adhæret molli, ita ut ad usum digitorum possit esse tractabilis. In hoc autem quamuis simplici membro, tria sunt officia constituta: unum ducendi spiritus, alterum capiendi odoris, tertium ut per eius caverinas purgamenta cerebri defluant: quas ipse Deus tam mirabili quam diuina ratione molitus est, ut tamen hiatus ipse nasi oris speciem non deformat. Quod erat planè futurum, si simplex foramen pateret. At id uelut pariete per medium ducto intersepsit atque diuisit, fecitq; ipsa duplicitate pulcherrimum. Ex quo intelligimus, quantum dualis numerus una & simplici cõpage solidatus, ad rerum ualeat perfectionem. Nam cum sit corpus unum, tamen totum ex simplicibus membris consistere non poterat, nisi ut essent partes uel dextræ, uel sinistræ. Itaque ut pedes duo, & item manus, non tantum ad utilitatem aliquam usumq; uel gradiendi uel faciendi ualent, sed & habitum decorq; admirabilem cõferunt: sic in capite, quod totius diuini operis quasi culmen est, & auditus in duas aures, & uisus in duas acies, & odoratio in duas nares à summo artifice diuisa est: quia cerebrum, in quo sentiendi ratio est, quauis sit unum, tamen in duas partes membrana interueniente discretum est: sed & cor, quod sapientie domiciliū uidetur, licet sit unum, duos tamè intrinsicus sinus habet, quibus fontes uiui sanguinis continentur, septo intercedente diuisi: ut sicut in ipso mundo summa rerum uel de simplici duplex, uel de duplici simplex & gubernat, & cõtinet totum: ita in corpore de duobus uersa compacta, indissociabilem prætenderent unitatem. Oris quoque species & rictus ex transuerso patefactus quam utilis, quam decens sit, enarrari non potest: cuius usus in duobus constat officijs, sumendi uictus, & eloquendi. Lingua intus inclusa, qua uocem motibus suis in uerba discernit, & est interpretis animi, nec tamen sola potest per se eloquendi munus implere, nisi acumen suum palato illerit, nisi adiuta uel offensione dentium, uel compressione labiorum. Dentes tamen plus conferunt ad loquendum. nam & infantes non antè incipiunt fari, quam dentes habuerint: et senes amissis dentibus ita balbutiunt, ut ad infantiam reuoluti denuò esse uideant. Sed hæc ad hominem solum pertinet, aut ad aues, in quibus acuminata & uibrata certis motibus lingua, innumerabiles cantuum flexiones, & sonorum uarios modos exprimit. Habet præterea & aliud officium, quo in hominibus, non tamen solo in mutis utitur, quod contritos & cõmolitos dentibus cibos colligit, & cõglobatos uis sua deprimit, & transmittit ad uentrem. Itaque Varro à ligando cibo putat linguæ nomen impositum. Bestias etiã potu adiuuat. protèta enim cauataq; hauriunt aquam, eamq; cõprehensam linguæ sinu, ne tarditate ac mora defluat, ad palatum celeri mobilitate comploidunt. Hac itaque palati concauo tanquam testudine tegitur: eamq; dentium ordine sepiens Deus, quasi muro circumuallauit. Dentes autem ipsos, ne nudi ac restricti magis horrori quam ornamento essent, gingiuis mollibus, quæ à gignendis dentibus nominantur, ac deinde labiorum tegminibus honestauit. quorum durities, sicut in molari lapide, maior est, & asperior

asperior: quam in cæteris ossibus, ut ad conterendos cibos, pabulumq; sufficerent. Labra ipsa, quæ quasi antea cohærebant, quam decenter intercidit, quorum superius sub ipsa medietate narium, lacuna quadam leui, quasi ualle signauit, inferius honestatis gratia foras molliter explicauit. Nam quod attinet ad saporem capiendum, tallitur, quisquis hunc sensum palato inesse arbitratur: lingua est enim, qua sapores sentiuntur, nec tamen tota: nam partes eius quæ sunt ab utroq; latere teneriores, saporem subtilissimis sensibus tranunt. & cum neq; ex cibo quicquam, neq; ex portione minuatur, tamen inenarrabili modo penetrat ad sensum sapor eadem ratione, qua nihil de quacuncq; materia odoris decerpit. Cætera quam decora sint, uix exprimi potest. Deductum clementer à genis mentum, & ita inferius conclusum, ut acumẽ eius extremũ signare uideatur leuiter impressa diuisio: rigidum, ac teres collum, quo scapulæ: uelut mollibus iugis à ceruice demissæ: ualida & substricta neruis ad fortudinem brachia: toris insignibus extantium lacertorum ingens robur: utilis ac decens flexura cubitorum. Quid dicam de manibus, rationis ac sapientiæ ministris: quas solertissimus artifex plano ac modicè concauo sinu fictas, ut si quid tenendum sit aptè possit insidere, in digitos terminauit: in quibus difficile est expedire, utrum ne species, an utilitas maior sit. Nam & numerus perfectus ac plenus, & ordo ac gradus decentissimus, & articuloꝝ parium curuatura flexibilis, & forma unguium rotunda, concanuis tegminibus digitorum fastigia comprehendens, atq; firmans, ne mollitudo carnis in tenendo cederet, magnum præbet ornatum. Illud uerò ad usum miris modis habile, quòd unus à cæteris separatus, cum ipsa manu oritur, & in diuersum maturius finditur: qui se uelut obuium cæteris præbens, omnem tenendi faciendiq; rationem uel solus, uel præcipue possidet, tanquam rector omnium atq; moderator: unde etiam pollicis nomen accepit: quòd uinò, ut alij, ternos: sed unus ad manus carnem neçtitur pulchritudinis gratia. Si enim fuisset tribus articulis & ipse discretus, foeda & indecora species ademisset manibus honestatẽ. Nam pectoris latitudo sublimis, & exposita oculis mirabilem præferi habitus sui dignitatem. Cuius hæc causa est, quòd uideatur hominem solum Deus ueluti supinum formasse (nam ferè nullum animal iacere in tergum potest) mutas autem animantes quasi alterno latere iacentes finxisse, atq; ad terram cõprensisse. Idcirco illis angustũ pectus & ab aspectu remotũ, & ad terrã uersus subiectũ: homini autẽ patens & rectũ, quia plenũ rationis à cælo datũ, humile, aut indecẽs esse nõ debuit. Papillæ quoq; leuiter eminentes, & fuscioribus, ac paruís orbibus coronatæ, nonnihil addunt uenustatis, feminis ad alendos foetus datæ, maribus ad solum decus, ne informe pectus, & quasi mutilum uideretur. Huic subdita est planicies uentris, quam mediam ferè umbilicus non indecenti nota signat ad hoc factus; ut per eum foetus, dum est in utero, nutriatur.

COMMENTARIVS.

Pergit in exegesi exteriorum corporis humani partium: in quibus describendis mirabili utitur uerborum & sententiarum elegantia copiaq;. Expendit situm, quæ causa formalis est: officium & usum, id est causam finalem & effectum. & ad eam rem rimatur uocum etymologias, quarum autorem citat Varronem. Vnde oculos dictos.) Sequuntur Varronem reliqui etiam Grammatici, pugnante interim descriptionis et quantitatis ratione. Nam oculus simplici c pri

mam breuem habet: occulere uerò eandem geminato ce positione producit. Græcæ deriuationes Lucretij opinioni magis seruiunt. Nam οὐρα & ὀφθαλμοῦ passiuæ deriuationis sunt. Palpebræ.) Nonio Marcello dicitur etiam palpebrum, in sing. neut. Palpitando.) id est tremendo, interprete Perotto, qui tamen à palpando, id est prætentando. Sunt autem palpebræ, tunicæ, quæ tegunt oculos, græcis βλέφαρα. Vnde pili palpebrarũ cilia, græcè βλέφαρι

ὄβρ dicuntur, quasi βλέποντες φᾶρος, id est
 uidentis (oculi scilicet) tunica. uel πῆρα τὸ γν τῶ
 βλέπειν αἰρεῖται, id est, quod inter uidendum at
 tolluntur. Ego tamē non dubitauerim, etiam sim-
 plex esse deducticiū, à præterito πῆρα, sub
 tracto augmento. Vallatæ.) Cic. de Natu-
 ra deorum 2. Munit αἶ; sunt palpebræ, tanquam
 uallo pilorū, quibus et apertis oculis, si quid inci-
 deret, repelleretur, et somno conuiuentibus quū
 oculis ad cernendū non egeremus, ut tanquā in-
 uoluti quiescerēt. Hic locus apud Noniū Marcel.
 falso ex 2. de Oratore citatur. Eodē modo Plato
 τῆ πῆρα βλέφαρῶν φύσιν τ' ὄψεως σωτηρίαν
 dicit. Galenus item duo palpebrarum officia de-
 scribit, his uerbis: τὸ πῆρα δὲ τὰ μὲν σκέπονται
 τῆ γνδρ πῆρα χιτόνων σύστασι βλεφαρα κα-
 λῆται, τὸ μὲν ἄνω, τὸ δὲ κάτω, συμβάλλον-
 τα ἀλλήλοις πικρῶς, καὶ ἀκροκυῶς εἰς ἀν-
 αληψίαν ὄψεως, καὶ εἰς τὸ ἀπερῆσαι τὰ πλε-
 κτικῶς πρὸς ἰσθμῶν τῶν ὀφθαλμοῖς. ἐπ'
 ἀκροῦ δὲ ὡσπερ γν τῶν ὑπνοῖς εἰς ἀρρο-
 φῶν τ' ὀρατικῆς διαμέμεως, πρὸς τὸ κάψου
 χάσαι τ' ἀνθρώπων. In ordine.) συμβολῆ,
 hoc est commissura, τέρους illas ualuarū extreni-
 tates Galenus nominari dicit, cilijs uestitas, quæ
 coeunt, oculos ab omni iniuria defendunt.
 Acies.) γλῶσσιν intelligo: hæc enim est ἡ
 γλῶσσιν. Atqui sic nec acies, nec γλῶσσιν mem-
 brana est. Galeno enim teste, ἡ γλῶσσιν τὸ
 ὄρεν σιωπεῖται, nisi per synecdochen alterū
 pro altero uelis intelligere. Fastigia.) Hinc
 metaphora etiā à corpore humano ad montes du-
 citur, et apud Græcos etiā ὄρεα, loca editiora
 et aprica dicuntur. Basilius eodē modo πρὸς
 λαοῦ nominat. et eidē τειχίσσι, id est muri
 loco sunt. Supercilijs philosophi etiā partē animi
 tribuūt; de quo quia Lactānius tacet, nos nihil di-
 cemus. Pars superior.) εἰθμός Polluci, per
 quē uidelicet spiritus trahitur. Cauernas.)
 Nares μυκτῆρες καὶ μυξωτῆρες, καὶ θαλάμια:
 quorum latera πρὸς ὄρεα, id est alæ siue pinnulæ
 dicuntur, εἰθμός Polluci. Veluti parie-
 te.) quasi murus interiectus oculis, Cicero.
 ὡσπερ τειχίον, Pollux: ἄλωρ, διάφραγμα, καὶ
 στήλη, colūna et interseptū. Cæterū de Dyade,
 cōsule Macrobiū et Martianū. In duas par-
 tes.) κοιλίας, id est uentriculos nominauit Ga-
 len. κοιλίας δὲ ἔχει ὀγκέφαλος ὄβρ. Fatetur
 tamē duas secundū quosdā esse, ubi nimirū animi
 principatus residet. Vesalius certē etiā tertiuū uen-
 triculu addit, figurā 5. et 6. lib. 7. Aristoteles in
 1. de Hist. animalū cap. 16. ὄβρ δὲ τὸ πῆρα
 σμῆρι ὀγκέφαλος, καὶ ἂν τὸ πῆρα ἡ κοιλία

μὲν πῆρα κεφαλῆς. Cerebellū uertūt hęc ter-
 tiā partē. Cor quod sapientia domici-
 lium.) Hinc Latini sapientes etiā cordatos ap-
 pellāt, uel Cicerone teste. Hinc fortassis est, quod
 Homerus θυμὸν γνὶ σὺδδριμ ponere solet.
 Duos tamen intrinsecus sinus.) Adsci-
 bam etiā de hac re Aristotelis uerba ex tertio de
 Animalū historia, cap. 3. ἔχουσι δ' αἰ πᾶσαι
 καρδία κοιλίαν γν καὶ τὰς αἰμῶν αἰμῶν
 ἡμῶν μικρῶν ζώων μόλις φανερὰν τῆ μεγί-
 στῶν ἔχουσι τὰ δὲ μέγιστα τῶν μεγίστων
 καὶ τῆ ἔσθραν, τὰ δὲ μέγιστα πᾶσαι τὰς
 Monitoribus Plinio et Theodoro, κοιλίαν πρὸς
 πλάκα, aut aliquid tale apud Aristotele legendū
 censeo. Nā Plinius etiā li. 11. cap. 37. hunc locum
 πῆρα φρασικῶς translulisse uidetur, his uerbis:
 Prima domicilia intra se animo et sanguine pra-
 bet sinuoso specu, et in magnis animalib. triplici,
 in nullo nō gemino: ibi mēs habitat, et c. Hipp. in
 lib. de Corde, hos sinus ὄρεας nominat. καὶ δύο
 γαστρίας, inquit, ἔχει ἡ καρδία, καὶ ἡ
 εἰθμός, τὸν γν ἡ γν, καὶ τῆ δὲ γν. Iulius Pollux
 κοιλίας appellat. Qui fontes uini.) Hinc
 Platoni in Timæo: ἡ δὲ καρδία αἰμα τῆ φλε-
 βῶν καὶ πρὸς τὸ πρὸς ὄρεας ἡ γν
 τα τὰ μέλη σφοδρῶς αἰματ. Accedit ad
 hęc ὄρεας ἐπὶ ἐπὶ ἐπὶ ἐπὶ ἐπὶ ἐπὶ ἐπὶ ἐπὶ ἐπὶ ἐπὶ ἐπὶ
 duas grandes uenæ in priora et terga discurrūt,
 spatiaq; ramorū serie per alias minores, omnib.
 membris uitale sanguinē rigāt. Plin. Hi rami de-
 scribuntur à Vesalio prima et secunda 15. capitis
 figuris, lib. 3. Lingua.) Lingua comoda facta
 ab Erasmo celebrata sunt. Quasi muro cir-
 cumuallauit.) Hinc Homero ἔρετ' ὄβρ
 τῆ. De quo Gell. lib. 1. cap. 15. Gingiua.)
 Gingiua, ὄβρ πολυφύες, σαρκινῶν. Arist.
 Molari lapide.) Vnde dentes molares, ad
 quos uidetur alludere, eos etiā maxillares uocat.
 Græci γομφίους, μύλοις etiā. Dentiu porro qua-
 tuor anteriores dicuntur τομῆς, καὶ δὲ γομφίους, 40
 καὶ ἑτέροις, καὶ γομφίους. Priora duo nomina
 à secundo habent, tertium à similitudine pedi-
 nis: siue (ut Polluci placet) ab occidendo: quar-
 tum, ab eo, quod ridendo detegantur. Proximi
 duo κοιλίους, id est canini. hinc molares.
 postremi λεγάτηες, Varroni genuini. De quo
 uide Prouerb. Genuino mordere. Vide præter
 Pollucem, Aristot. et Pliniū: etiam Volaterrani
 Philologiam, et Calij lectiones. Sensum
 palato.) Fallitur ergo Aristot. Lactani: 10
 fallitur Plinius, fallitur cum his tota (et qui-
 dem docta) antiquitas uniuersa. Nam hæc uox
 metonymicōs, sicut etiam gula, pro uoluptate

ab autorib. crebro usurpatur. apud Ciceronem enim ubi de Finib. lib. 2. de Laelij sapientia uerba facit: Non sequitur, ut cui cor sapiat, ei non sapiat palatus. Quintil. lib. 1. cap. 2. ægrè fert, quòd antè palatus puerorum, quàm os instituitur. Phaurionus apud Gell. lib. 15. cap. 8. reprehèdit præfectos Popinæ, qui aiunt, eos palatū nō habere, qui superiorē partē auium atq; altitū edūt. Hor. 2. Epist. Tres mihi conuiuæ propè dissentire uidentur, Poscentes uario multum diuersa palato. Philosophi tamen linguæ iuxta, palatoq; sine gulae saporis sensum tribuunt. Arist. in Probl. sect. 28. et apud Gell. lib. 19. cap. 2. τὸ δὲ τῆ τροφῆς, ἢ τῆ γλώττης τὸ ἴδιον, ἢ τῆ γλώττης. Et λαρυγγί, hoc est gulae siue gutturi sensum saporis inesse, docet exemplum quod in eodem problemate ab Aristotele de Philoxeno ponitur, qui sibi gruis collum à dijs immortalib. dari optabat. Plin. Intellectus saporum est cæteris in prima lingua, homini et in Palato. Aristoteles tamen in 1. de Hist. animalium, in oris descriptione, soli linguæ saporis iudicium tribuere uidetur. eius hæc uerba sunt: τὸ δὲ γίνεσθαι σίμα σιαι γόνωμ ἰχ χειλῶν, τὸ τῶ μὲν, τὸ δὲ ἰσθμῶα. τὸ δὲ φάρυγγ, τὸ δὲ αἰδοῦν ἰσθμῶα γλῶττης. ἢ δὲ αἰδοῦσθαι γὶ τῶ ἀκρω, ἰσθμῶα δὲ ἰσθμῶα πλάττει ὠπιτὴν ἢ ἴσθμ. Mentum.) Grammatici ab eminento dictum putant. Cui derivationi fidem mea sententia derogo. Plinius mentum nulli animantium præterquam homini assignat. Græci γυγίου nominant, à Barba uidelicet, adeoq; à prima lanugine, quæ γυγίαις dicitur. Est autem γυγίου, ut est in Hiatio Galeni, τὸ πρῶτον τὸ ἰσθμῶα τὸ χεῖλος γὶ πρὸ φάρυγγος ἢ ἀμειναι γυγίαις, id est, quicquid inferiori labro oblongo circuitu subiacet. Vel, si Aristotelicam maui descriptionem, qui σιαι γόνωα diuidit in anteriorem partem γυγίου, et posteriore γυγίου: ut maxilla partes sint, mentum et mandibula. Sed apud Græcos non solius est hominis, sed etiam brutorum. nam λῆς ἢ γυγίαις, καὶ πτέρωδα λῆς ἢ γυγίαις dicitur. quanquam id à iuba deductum uideri potest, quæ et ipsa γυγίου dicitur, q. d. iubatus leo, seu pardus. Diuilio.) Apparet enim lacuna quædam in maxillarū compagine, omnibus conspicua. Collum.) Collum, inquit ibidem Arist. est quod inter pectus et faciem est, αἰχλῶ, τὸ μετὰ γὶ πρὸ σῶπτος καὶ ὠγακ. Cuius prior pars λαρυγγί, id est guttur: posterior, σῶμαχ. Gulam hanc Theodorus interpretatur, Galenus πρῶτον λῆσιν nominat, quod intra caput et humeros est, αἰχλῶα alij cet

uicem dicunt: sed Aristoteli posterior pars αἰχλῶν, ἢ πρῶτος. Mihi non probabilis eorū uidetur derivatio, qui collum à colendo, id est torquibus ornando dictū putant. partim quia syllabæ thesis pugnat, partim quia mihi non fit uerosimile, colli ornamenta ante colli nomenclationem extitisse. Et licet nō aliam commodiorem deductionem adducam, meminisse tamen te uelim, non omnes uoces esse deductitias. nam quis alioquin primogenijs locus esset relictus. Quod si omnino quis deducendum putat, malim dictum quod colli instar ab humeris paulatim assurgit. Teres.) Siat. in Achill. Ut uero atereti demisit nebrida collo. Scapulæ.) ὠμοπλάτη. Nam ὠμοι humeri, quorum cacumen ἀκρωμῖα. Neruis.) quos τένοντες Græci, Latini tendines nominant. Toris.) Docti etiam thoris scribunt. Vesalius cap. 2. secundi libri, ubi de Musculis agit, dicit, thorum simplicem carnem fibris obductam esse. Nondum inuenio quod nam apud Græcos nomen huic respondeat. Grammatici dicunt, Laceratum iam brachij partē esse, quæ à cubito ad manus uertebam pertingit, quam Medici λαρυγγίου nominare solent. Citant inter reliqua testimonia duo ex Cicerone, quibus tamen nihil probabūt. Vnus locus est in Senectute, in altera cōfutatione, ubi uocem Milonis Crotomatæ refellit: qui cum senex iam esset, athletasq; se in curriculo exercētes uideret, ea spexisse lacertos suos dicitur, illachrymansq; dixisse, At hi quidē iā mortui sunt. Alter locus est in 2. Tusc. quæ st. ex Sophocle traductus: O pectora, o terga, o lacertorum tori. Atqui tori potissimum in ea parte brachij sunt, quæ ab humeris incipit, in cubitum desinit. Versus Sophoclis est: ὠμῶτα καὶ σόρνα, ὠμῶτα βραχίωνος. et Theodorus ex Senectute Ciceronis uerba sic transfert: ὅς γὰρ ὠμῶν ἢ ἰσθμῶα, αὐτὸ ἀβλητὰς γυμναζομένων γὶ τῶ σπῆλαι δειώμεν ἢ ἰσθμῶα βλέψαι εἰς αὐτὸ βραχίονας αὐτῶ λέγει, καὶ φῶσαι δεικνύων, ἀλλ' ἔστι γινε ἢ δὲ τεθυμῶασι. Cicero itaq; ex Sophocleo loco, βραχίονας lacertos trāstulit: et uicissim Theodorus ex Cicerone, lacertos βραχίονας. Quamquā interea dissimulare nō possum, eundē Theodorū in 4. de Partibus αὐτῶ γυγίαις, id est interiorē brachij flexurā, lacertos apud Aristotele trāstulisse. Nā Attici, teste Galeno, ἰσθμῶν ἢ ὠλεκρανον nomināt. Atqui Galeno (quod etiā Philippus noster admonuit) τὸ ἀπὸ τῶ ὠμοῦ καὶ γὶ ἀγκῶν βραχίον καλεῖται: et Polluci τὸ ἰσθμῶα

το βραχίονος, ἀκρωτία. Relinquitur ergo, cōtra Grammaticos, lacertos superiorē brachij partem esse. Lacertos ab animali eiusdē nominis, quod σαῦρος Græcis dicitur, denominatos esse, Vesalius etiā censet. Obseruandū etiā uel ex locis superius iam citatis est, & tori & lacerti ratio apud autores fieri mentionē, nisi robur significetur: sicut etiā brachij uoce in Biblijs, quo nomine ὁ βραχίονος apud LXX est. **Rationis & sapientiæ ministris.**) Ut quod est ὄργανον τῶν ὀργάνων. Cic. multarū artium ministros nominat, atq; hoc etiā exemplis demonstrat. Anaxagora est sententia, ἔστι τὸ χείρας ἔχειν φρονιμώτατον εἶναι τὸ ζῶον τὸ ἀνθρώπου. Sed Aristoteles inuertit, ὄλογορον δὲ τὸ φρονιμώτατον εἶναι τὸ ζῶον, χείρας ἔχειν. lib. 4. de Partibus animalium, cap. 10. Nam & numerus perfecti.) De quinario digitorū numero uide Aristotelem. Ac modicē concaui.) Græcis κοίλον χεῖρος, Latinis uola, gauff. metaphora siquidē à uentre ducta; nam manus etiā σῦβος habet. **Articulorū.**) τῶν κοινῶν ὀστέων. quoniam οἱ κοινῶν ὀστέων nodi sunt, à quibus digiti incipiūt. sed ipsi articuli iuxta Pollucē σκευαλίδια, & Aristophani Phalanges dicuntur. **Curuatura.**) πτερύγα δακτύλων Aristoteli. Ceterum de unguibus uide Pollucē. **Concauis tegminibus.**) Hinc Aristoteles ἀδικαλυπτησιον ἢ σκέπασμα unguē hominis cognominat. **Finditur.**) Fissuras nō pollicis magis, q̄ aliorū etiā digitorū, elegantissima antimetabole describit Aristoteles. Malo autē Theodori q̄ Arist. uerba adscribere, ut quæ euidētiora sunt, & magis perspicua, quibus syncrisi quadā docta & disertamannuum commoditatem omnibus omnium animantium armis naturalib. præfert: quippe quæ omnium uices subeat. Quoniam (inquit) omnia sumere potest, & tenere, cui manus naturæ formæ etiam adhibita est cōgrua. Diuisa enim & multifida est. nā in eius diuisione cōponēdi facultas est, quod in cōpositione uis diuidēdi nō esset, &c. **Qui se uelut obuiam.**) ἀντίχειρ ob id dicitur. Galen. δακτύλων ἢ ὁ μὲν χεῖρας ἀντίχειρ καλεῖται, ἔστι τὸ ὅλον τῆς χειρὸς ἀκροσύνδρου ὀστέον, ἵσον αὐτῷ δυνάμει. Quam rē plurimis etiā uerbis describens, magnū ob id dici affirmat, quantumuis paruus sit. Si uerō studiosus puer digitorū nomina requirit, ad ponam.

De intestinis in homine, eorumq; usu. CAP. XI.

SEquit̄ necessariō, ut de internis quoq; uisceribus dicere incipiā: quib. nō opus fuerat, ut terrenum hoc corpus succo aliquo, de cibis ac potib. aleretur, sicut

1. ἀντίχειρ, μέγας pollex. (ris etiā Latinis.
 2. Index, λίχανος ab hianso dicitur: saluata
 3. Medius, μέσος, impudicus & infamis.
 4. τῆς αἰσῆτος, ἰατρικός, id est medicus, annularis etiā, ab usu δακτύλων.
 5. μῖνός, minimus, auricularis.
- Adscribere etiā huc Theodoretū uerba, q̄b. sermo νεποδὲ τῶν τοῖας 4. manuū structurā solertissimā, et usum multiplicē Græcē nō minus elegāter quā Lactātius Latine descripsit, nisi prolixior illa descriptio breuitatis studiū impediret. Nam si uellemus omnia quæ huc quadrant, hisce Commentarijs inserere, essent nobis tertius & quartus sermo integri describēdi. Et licet hi sermōnes paucis sint uisi. extāt tamē à Gualthero nostro Latino nati. Nam pectoris latitudo.) Aut nūc uel iā legendū est: aut multa desunt. Aristoteles item, Galenus & Pollux manuū tractationē pectus subiiciūt, τὸ σῦβος. Ceterum cur hominilatum pectus cōditor tribuerit, Lactātij rationes longē quā Aristotelis meliores sunt. At uerō pectus à thorace differt, quod pars à toto. Pollux: Tota illa pars quæ à collo ad coxēdices est, & thorax uocatur, & ὄλμος: quod uerō subclauibus, pectus, Aristoteli in 4. de Partibus τὸ μαστῶν τῶν ἀγκῶνων τοῖς ἀσπῶν τοῖς σῦβος ὄσται. Sed hæc religiosius inquirēda nobis hoc loco nō sunt, alioqui nasceretur nobis quæstio nunquā finēda. **Papillæ.**) Mamille siue mammae, τῶν θοιῶν μαστῶν, officina lactis materni, & sanctissimus generis humani fons, ut apud Gell. Phavorinus nominat. Sed papillæ (θῆλας, unde etiā sexus muliebris nomē habet) neruus ille uenustior, & quasi uberū epistomū decentissimū, unde infans suā alimonia haurit: quæ tamē in humano genere mares cū fœminis cōmunē habēt. solo. **Mamas,** inquit Plin. homo solus è marib. habet, cetera animalia mammarū notas tantū, &c. Arist. etiā in marib. lac fieri posse ait, ceterū ijs carnem esse spissam, cū fœminis sit fungosa, et foraminulota. Sic enim Arist. τῆς στήθους. Græca, si requiris, hæc sunt: ἔγχυμα ἢ ἢ ἢ τῶν ἀσπῶν γάλα, ἀλλὰ τὸν κνῆν ἢ σπῆρ τῶν ἀσπῶν, τῶν ἢ γυναικῶν σπῆρ ἢ τῶν ἀσπῶν. **Planicies uētris.**) Vnde æquor etiā quandoq; Latinis. **Vmbilicus.**) Arist. μετὰ δὲ τῶν ὀστέων ἢ τῶν πλεθῶν γαστῆρ, ἢ τῶν πλεθῶν ἢ ὀμφαλός. Per eā fœet? Lege Arist. li. 7. de Hist. animal. ca. 8.

sicut terra ipsa imbris ac pruinis. Prouidentissimus artifex in medio eius
 receptaculū cibis fecit, quibus cōcoctis & liquefactis, uítales succos mēbris
 omnibus dispertiret. Sed cū homo cōstet ex corpore atq; anima, illud qđ
 suprà dixi, receptaculum soli corpori præstat alimentum: animæ uerò aliam
 sedem dedit. Fecit enim genus quoddam uiscerum molle atq; rarum, quod
 pulmonem uocamus, in quod spiritus reciproca uicissitudine comearet:
 eumq; non in uteri modum finxit, ne effunderetur simul spiritus, aut inflaret
 simul, ideoq; ne plenū quidem uiscus effecit, sed instabile atque aeris capax,
 ut paulatim spiritum reciperet, dum uitalis uentus per illam spargitur rari-
 10 tatem, & eundem rursus paulatim redderet, dum se illo explicat. ipsa enim ui-
 cissitudo flādi, & spirandi respirandiq; tractus, uitā sustētat in corpore. Quo-
 niam ergo duo sunt in homine receptacula, unum aeris quod alit animam,
 alterum ciborum quod alit corpus, ut flecti ceruix ac moueri faciliē possit:
 20 duas esse per collum fistulas necesse est, cibalē ac spiritalē: quarū superior ab
 ore ad uentrem ferat, inferior à naribus ad pulmonē. Quarū natura & ratio
 diuersa est. Ille em̄ qui est ab ore trāsitus, mollis effectus est, & qui semper clau-
 sus cohæreat sibi, sicut os ipsum: quoniam potus & cibus dimota & patefa-
 cta gula, quia corporales sunt, spaciū sibi trāsmeādi faciūt. Spiritus cōtrā, qui
 est incorporealis ac tenuis, quia spaciū sibi facere non poterat, accepit uia pa-
 30 tentē, quæ uocatur gurgulio. Is constat ex ossibus flexuosis ac mollibus, qua-
 si ex anulis in cicuta modum inuicem compactis & cohærentibus: patetq;
 semper hinc trāsitus. Nullā enim requiē meādi habere spiritus potest: quia
 is qui semper cōmeat, demissa utiliter de cerebro mēbri portione, cui uua no-
 men est, uelut occursum quodā refrenatur: ne aut teneritudinē domicilij cū im-
 petu ueniēs attracta pestilēti aura corrūpat, aut totā nocēdi uiolētiā internis
 receptaculis perferat. ideoq; etiā nares breuiter sunt apertæ: quæ idcirco sic
 nominātur, quia per eas uel odor, uel spiritus nare non desinit. Tamen hæc fi-
 stula spiritalis nō tantum ad nares, uerūm ad os quoq; iter patet in extremis
 40 palati regionibus, ubi se colles fauciū spectātes uua tollere incipiūt in tumo-
 re. Cuius rei causa & ratio nō obscura est. loquēdi enim facultatē non habe-
 remus, si sicut gulæ iter ad os tantum, ita gurgulio ad nares tantum pateret.
 Aperuit igitur uia uoci diuina solertia ex illa fistula spiritali, ut posset lingua
 ministerio suo fungi, & uocis ipsius inoffensum tenorē, pulsibus suis in uerba
 cōcidere. Qui meatus si aliquo modo interceptus sit, mutū faciat necesse est.
 Errat enim profectō quisquis aliā causam putat, cur homines muti sint. Nō
 enim (ut uulgō creditur) uinctā gerūt linguā: sed ij uocalē illū spiritū per na-
 res, quasi mugientes profundūt, quod uoci trāsitus ad os aut nullus omnino
 est, aut nō sic patēs, ut plenā uocē possit emittere. Quod plerūq; natura fit:
 aliquādo etiā casu accidit, ut morbo aliquo hic aditus obseptus uocē nō trās-
 50 mittat ad linguā, faciatq; de loquentibus mutos. Quod cūm acciderit, auditū
 quoq; obstrui necesse est: ut qā uocē emittere nō potest, ne admittere quidē
 possit. Loquēdi ergo causa patefactus est hic meatus. Illud quoq; præstat,
 ut in laucris celebrandis, quia nares calorē ferre non possunt, aer feruēs ore
 ducatur. Item si fortē spiramēta nariū frigoris pituita præcluserit, per os au-
 rā trahere possumus, ne obstructa meādi facultate, spiritus strāguletur. Cibi
 uerò in aluū recepti, & cū potus humore permisti, cū iā calore percocti fue-
 rint, eorū succus inenarrabili modo per mēbra diffusus irrigat uniuersum cor-
 pus, & uegerat. intestinorū quoq; multiplices spiræ, ac lōgītudo in se cōuolu-
 ta, & imo tamen substricta uinculo, q̄ mirificū Dei opus est: Nā ubi macera-
 60 tos ex se cibos aluus emiseric, paulatim per illos internorū anfractus extrudū-
 tur, ut quicquid ipsis inest succi quo corpus alit, mēbris omnib. diuidat. Et ta-
 mē ne qui fortē obhæreāt ac resistāt, qđ fieri poterat ppter ipsorū uoluminū
 flexiones,

flexiones in se saepe redeunt, & fieri sine pernicie non poterat: obleuit ea intrinsecus crassiore succo, ut purgamenta illa uentris ad exitus suos facilius per lubricum miterentur. Illa quoque ratio subtilissima est, quod uesica, cuius usum uolucres non habent, cum sit ab intestinis separata, nec ullam habeat fistulam, qua ex illis urinam trahat, completur tamen, & humore distenditur. Id quomodo fiat, non est difficile peruidere. Intestinorum enim partes, quae ab alio cibum potumque suscipiunt, patentiores sunt quam caeterae spirae, & multo tenuiores. Haec uesicam circumplectuntur & continent, ad quas partes cum potus & cibus mista peruenerint, fimum quidem crassius fit, & transmeat: humor autem omnis per illam teneritudinem percolatur, eumque uersica, cuius aequae tenuis subtilisque membrana est, absorbet & colligit, ut foras, qua natura exitum patefecit, emittat.

COMMENTARIUS.

Duo sunt quae corporis uitam prouehunt ac uegetant: spiritalis nimirum aura, & cibus potusque utrumque. *Ἡ διαίτης* nomine Graeci medici comprehendunt. Quae ex interioribus membris rei utriusque ueluti instrumenta, et quomodo inseruiat, hoc capite disertè explicat. Sed cum homo consistet corpore & anima.) Per animam hic non rationalem, qua homo à caeteris animantibus differt, intelligo, multo minus animam spiritalem quae aeternorum bonorum haeres est: sed tantum uitalem auram, ut poeta nominat, quam cum caeteris animantibus homo communem habet. Nam illius in pulmone sedes est, quamquam & ipsam philosophorum quidam per totum corpus dispergunt. **Receptaculum.**) Nam Platoni etiam *ἡ ἀνομασμίη καὶ τὸ κοιλίαν ὑποδοχὴν* nominatur: stomachus, siue uentriculus Latinis, Ciceroni alius. Huius officium est, cibi concoctio. *γαστρὸς φυσικὴ ἰσθμύσια πρὸς τὴν πνευματικὴν προφύω.* Caeterum stomachi officium est appetere. *σμάχθ φυσικὴ ἰσθμύσια ἔχει τὴν ὀρεκτικὴν δυνάμειν. κοιλίαν* alij nominant. **Molle.**) *μαλακίω*, Plato. **Ouid.** Cernis ut è molli sanguis pulmone remissus Ex leuibus enim & asperis arterijs constat. & ut Plinius & Celsus inquit, spongiosus est. Plato in *Phae. εἶτα σὺ εἰργασθὲν ἔχουσαν, οἷον ἀσφύγου ἢ τε τριμυρία,* &c. quem locum, ut pleraque, Cic. de Nat. deorum 2. transtulit: quod ij facile obseruant, qui utrumque diligenter conferunt. **Pulmonem.**) apud Graecos melior aliqua nominis ratio subest, quibus à spirando *πνεύμων* nominatur. **Quod spiritus.**) Hinc Plinio spiritus officina. **Vicissitudo flandi.**) Ob id folli confertur, uel potius humana industria naturalem solertiam in hoc imitata est. **Theodoretus** Sermone 3. de prouidentia Dei: *ὡς ὑποκατα μὲν ὁ πνεύμων δίνω ἄσκησιν, ἀπὸ θλίψεσιν ἢ αὐτὸ ὁ πνεύμων ἀνθεώπιδος, ἀλλ' οἱ πνεύματι*

*μυνοὶ τῶ δώσανι μῦθον, συστέλλοντες αὐτῶν καὶ διατέλλοντες ἀναπέμπει δὲ ἄσπιδος ἐστὶν ἡ τραχέια ἀρτηρία τὸ πνεύμα. σωματικὴ μὲν ἀσπίς μὲν τὴν ἀσπιδίω, φέρειται ἐπὶ τὸ φάρυγγον ὑπὸ τὸ σῶμα. Vita sustentat.) Ita tamen, ut quicquid utile ac necessarium in pulmonibus elaboratum est, ad finem strum cordis uentriculum deferatur: quicquid inutile, illac, quae inspirauimus, effletur. Audiamus uerò de hoc etiam Theodoretum, cum admiratione differentem: *τίς δὲ ἄσπιδος ἀρχὴ τῶν ἀσπίδων φύρεται πνεύματι καὶ τῶν πνεύματι τῶν οἰκίαις ὑποδοχῶν, ὅθεν αἱ τὰς εἰσόδους τῶν πνεύματων, ὡς ὁ ἀριστέχνης θεός, καὶ τὸ κατὰ τὸν καὶ λιγνυῶν ἀσπίδων ἐκ τῶν σωματικῶν ἀσπίδων καὶ τὸ καθαρόν ἐστὶν καὶ ἡ ἀσπίς ἐστὶν ἀσπίσας τὰς ἀρτηρίας ἐμμηχανήσασα. Duae esse per collum fistulas.) Quam cibalem Lactantius nominat, ea gula est, quae οἱ σφαιρῶδες Graecis nominatur. Atque etiam quibusdam *σώματις*, & adeò ab ipso etiam Celso & Galeno. Spiritus uerò, Graecis *τραχέια ἀρτηρία*, aspera arteria, eo quod cartilagineis annulis constat. **Noster** gurgulionè uocat, sicut & nos nostrae lingua gurgel, & uerbum gurglen. **Gurgulio** Galeno *γαστρῶν* est. **Nates.**) Numerat Galenus spiritus instrumenta, nares, os, fauces, aspera arteria et pulmonem: nutrimenti uero uasa, os, dentes, stomachum, uentriculum, ieiunum & tenuina intestina. Caeterum alia narium est, secundum Festum, deriuatio: nempe quod per ea nasi formina, odoris cutiusque gnari sumus, secundum alios per literarum *μετὰ τὸν ἕρπον* ex Graeco, pro *ἕρπον*: sicut *μορφῆ* forma, *τὸ πλῶ* tener **Vuam.**) *σφύρα* etiam Aristoteli, & *σφύρα* Polluce teste. **Errat.**) Errat igitur princeps medicorum Hippocrates, qui Aphorif. 59. libri 7. ait, eos quibus cerebrum aliqua ex causa concussum fuerit, necessesse esse**

se esse statim mutos fieri. & Aphor. 5. lib. 5. ex ebruitate hoc malum etiam euenire subindicat: & id lætale adeo esse, si conuulsus fuerit, nisi febris corripiatur. Vide ad hæc Vullichium. Ut qui uocem emittere.) Viceuersa, qui natura surdi, iidem & muti sunt. Causas reperies apud Alexand. Aphrodis. proble. 138. In aluū.) Sic uentriculum, more Ciceronis et Plinij, nominat. Borum succus.) Non aliu hoc officium est, sed intestinorum, quæ exceptum ex uentriculo succum tantisper fouent, dum per uenā meseraicam in iecur euectus, in sanguinem conuertitur, indeq; uniuersa corporis membra nutriuntur. Intestinorum quoq; multiplices spicæ.) Maxime illius quod εἰλωοῖ uocatur, gracile nimium illud, flexuosissimos orbes Plinius nominat: Celsus uerò, sinus. Polluci ελιγματα, q. d. inuolutiones: Galeno ελιγμοι, καὶ ελικες. Nam etiā apud Platonem in huius rei descriptione uerbum ελιγεῖσθαι, & apud Arist. participium ελιγμωδύς, scilicet ὑπότροπον, ὑπότροπον autem intestinū significat. Hinc etiā ειλωός, colici doloris focus.

Intestina Galenus lib. 6. de Anatomicis demonstrationibus numerat his uerbis: πρῶτον μὲν οὐδὲν ἢ ἐκφροσις, μετὰ δὲ ταύτων ὄτρυνον ὀνομαζομένην ἢ ἰστίον, ὁ πικρὸν αἰεὶ τροφὴν ἐπέσεικε. τὸ τῶν ἐπιφύων ὄτρυνον. ἂν τὸ τῶν δὲ ὄτρυνον τὸ ἰσφύον καλεῖται, εἶτα τὸ ἰσφύον. ἐφ' ᾧ ἡ ψυχρὰ ἀρχὴ ἐστὶν ἰσφύον ἐκτέτατον ἢ ἀπὸ θυσοῦ μόνον ὀνομαζομένην ὑπότροπον. Quorū nominū rationes diligēter explicat Philippus in lib. de Anima, & Bastianus Landus lib. 2. de Historia humana. Horū ἀπὸ ἐπιφύων euidentissimas reperies apud Vesaliū li. 5. fabricæ humanae. Vesica, cuius usum uolucres.) Plin. Infra aluum à priore parte uesica, quæ nulli oua gignentium, præter testudinem (hactenus ex Arist.) nulli nisi sanguineum pulmonem habenti, nulli pedibus carentium, &c. Quæ ab aluo.) Orificium inferius intelligo, quod πωλωρὸς uocatur. nam superius οἰσοφάγος nominatur. Per illam teneritudinem.) Meatus illos ab officio ὑποπνεύσας, ὑποπνεύσας et πύρρος ὑποπνεύσας appellat. De his uide omnino cap. 11. li. 5. apud Vesaliū.

De utero, & conceptu, & sexibus. CAP. XII.

De utero quoque & conceptione, quoniam de internis loquimur, dici necesse est, ne quid præterisse uideamur. quæ quanquam in operto latent, sensum tamen atque intelligentiam latere non possunt. Vena in maribus, quæ seminium continet, duplex est, paulo interior, quàm illud humoris obseceni receptaculum. Sicut enim renes duo sunt, itemq; testes: ita & uenæ feminales duæ, in una tamen compage coherentes: quod uidemus in corporibus animalium, cum interfecta patefiunt: sed illa dexterior masculinum continet semen, sinisterior foemininum: & ideo in toto corpore pars dextra masculina est, sinistra uerò foeminina. Ipsum semen quidam aiunt ex medullis tantum, quidam ex omni corpore ad uenam genitalem confluere, ibiq; concrefcere. Sed hoc humana mens quomodo fiat, non potest comprehendere. Item in foeminis uterus in duas se diuidit partes, quæ in diuersum diffusæ, ac reflexe circumplicantur, sicut arietis cornua. Quæ pars in dextram retorquetur, masculina est: quæ in sinistram, foeminina. Conceptū igitur Varro & Aristoteles sic fieri arbitrantur. Aiunt enim, non tantum maribus in esse semen, uerum etiam foeminis: & inde plerumq; matribus similes procreari, sed earum semē sanguine esse purgatum. quod si recte cum uirili mistum sit, utraq; concreta & simul coagulata informari. & primum quidem cor hominis confingi, quod in eo sit & uita hominis & sapiētia: deniq; totum corpus quadragesimo die consummari. Ex abortionibus hæc fortasse collecta sunt. In autum tamen foetibus primum oculos fingi, dubium non est: quod in ouis sæpeprehendimus. Vnde fieri non posse arbitror, quin fictio à capite sumat exordium. Similitudines autem in corporibus filiorum sic fieri putant. Cum semina inter se permista coalescunt, si uirile superauerit, patri similem provenire, siue marem, seu foeminam: si muliebri præualuerit, progeniem cuiusq; sexus ad imaginem respondere maternam. id autem præualeat è duobus, quod fuerit uberius. alterum enim quodammodo amplectitur ac includit. Hinc plerumq; fieri solet, ut unius tantum lineameta prætedat. Si uerò æquā fuerit ex pari semine permistio, figuras quoq; miserit: ut soboles illa communis aut neu-

aut neutrum referre uideatur, quia totum ex altero non habet, aut utrumque quia partē de singulis mutuata est. Nam in corporibus animalium uidemus aut confundi parentum colores, ac fieri tertium neutri generantium simile, aut utriusque sic exprimi, ut discoloribus membris per omne corpus cōcoloris mixtura uarietur. Disparēs quoque naturæ hoc modo fieri putantur. Cū forte in læuam uteri partem masculinæ stirpis semen inciderit, marem quidem gigni, opinatio est: sed quia sit in fœminina parte conceptus, aliquid in se habere fœmineum, supra quàm decus uirile patiat, uel formam insignem, uel nimium candorem, uel corporis læuitatem, uel artus delicatos, uel staturam breuem, uel uocem gracilem, uel animum imbecillum, uel ex his plura. Item si partem in dextram semē feminini sexus influxerit, feminam quidem procreari: quoniam in masculina parte concepta sit, habere in se aliquid uirilitalis, ultra quàm sexus ratio permittat, aut ualida membra, aut immoderatam longitudinem, aut fuscum colorem, aut hispīdam faciem, aut uultum indecorum, aut uocem robustam, aut animum audacem, aut ex his plura. Si uero masculinum in dextram, fœmininum in sinistram peruenerit, utroque fœtus rectē prouenire, ut & fœminis per omnia naturæ suæ decus constet, & mari bus tam mente, quàm corpore robur uirile seruetur. Illud uero ipsum quàm mirabile institutum Dei est, quòd ad cōseruationem generum singulorum, duos sexus maris ac fœminæ machinatus est, quibus inter se per uoluptatis illecebras copulatis, successiua soboles pareretur, ne omne genus uiuētium conditio mortalitatis extingueret. Sed plus roboris maribus attributum est, quo facilius ad patientiam iugi maritalis feminæ cogerentur. Vir itaque nominatus est, quòd maior in eo uis est, quàm in femina, & hinc uirtus nomen accepit, Irē mulier (ut Varro interpretatur) à mollicie est dicta, immutata, & detracta litera, uelut mollīer, cui suscepto fœtu, cū partus appropinquare iam cœpit, uirgescētes mammae dulcibus succis distēduntur, & ad nutrimentum nascentis fontibus lacteis fœcūdum pectus exuberat. Nec enim decebat aliud, quàm ut sapiens animal à corde alimoniam duceret. Idē ipsum solertissimē comparatum est, ut candens, ac pinguis humor teneritudinem noui corporis irrigaret, donec ad capiendos fortiores cibos & dentibus instruitur, & uiribus roboretur. Sed redeamus ad propositum, ut cetera, quæ super sunt, breuiter explicemus.

C O M M E N T A R I V S.

Superiore capite interiora uictus organa pertractauit, nunc tractabit interiora generationis instrumenta, de quibus quia Vuilichius abundē dixit, & plenam quasi messem conuexit: nos pauca quæ dā spicilegia, reliqua per ipsum nobis facta colligemus, nec reliquisset quicquam, nisi aliud ipsi quàm nobis institutum fuisset. Venæ seminales.) Quæ sic in Medicorum definitionibus describuntur: πρῶτον τῶν (uasa assistentia Philippus trāstulit) εἰσὶ οἱ συγκείμενοι ἐκ φλεβῶν καὶ ἀρτηρίας εἰς τὸ αὐτὸ συμπεφύγον, ποδὲ πρὸς τὸ σπέρμα. Obserua obiter, quòd rursus dualem urget numerū. Sed ex Vesalij descriptione duos in pene feminis meatus non inuenio. Sed illa dexterior.) Plutarchus & Censorinus huius sententiæ autores faciunt Anaxagoram & Empedoclem. Lege tu Arist. lib. 4. de Generat. animal. cap. 1. Aphorif. Hipocra-

tis est, 48. ἐμβρυα τὰ μὲν ἀρσενία ἐν τοῖσι δεξιοῖσι, τὰ δὲ θήλια ἐν τοῖσι ἀριστεροῖσι μέλλουσι. Quidam putant ex medullis.) Plato uidelicet, ut Plutarch. in Placitis refert, μὲν δὲ τὸ νοτιαῖον ἀπὸ ῥοῖου dicit. Platonis hæc sententia est in Timæo pauculis uerbis delibata, nimirum ob aliud agente. Censorinus Hipponi hoc dogma tribuit. Sicut arietis cornua.) De nominib. matricis prius Plinij audimus: Feminis, inquit, ea omnia, preterquam uescicæ iunctus utriculus, unde dicitur uterus, quod alio nomine Locos appellat. Hoc in reliquis animalibus uulua: de Græcis quæ re etius, ἢ Pollucē: ἢ γυναικῶν μεσση ἀρχόντε ἢ λένεως λένε τὸ μῆτρον χωρίον, ὃ μῆτρον τε καλεῖται, ἢ ἴσθμον, ἢ δὲ φλὴν ἀφ' ἧς ἢ ἀδελφοὶ, ἢ ἀφ' ἧς μῆτρας αὐτῆς. Idē rursus: ἢ πποκοράτης δὲ δὲ φλὴν μόνου, ἀλλὰ ἢ γυναικῶν τῶν μῆτρον καλεῖται.

ἢ τὸ πρὸς ἐμβρυον σωίσαι τὰ ἐν τριφύτῳ,
 καὶ τὸ ἐμυλωθῆναι αἷμα σωαθροῦν. Cate-
 rium de cornibus arietinis, adeoq; de uteri for-
 ma, praeter alios lege Vesalium lib. 5. cap. 15. &
 eiusdem libri figuram 25. cum aliquot ordine se-
 quentibus. Varro & Arist. De Varrone,
 quod ego sciam, nihil tale extat. Certum tamen
 uel ex Censorino est, Varronem librum de ori-
 gine humana scripsisse, cui Titulum indidit Tu-
 beronis nomine. Aristot. haec non dissimulante-
 negat in primo de Generatione, cap. 20. Fuit de
 hoc olim inter autores controuersum. Adscri-
 bam autem Censorini uerba: Illud quoq; ambi-
 guam facit inter autores opinionem, utrum ne
 ex patris tantummodo semine partus nascatur,
 ut Diogenes & Hippon, Stoicq; scripsere: an e-
 niā ex matris, ut Anaxagorae & Alcmaoni, nec
 non Parmenidi Empedocliq; & Epicuro uisum
 est. Quae differens non definitē se scire Al-
 cmaon confessus est, ratus neminem posse per-
 spicere. Variat nonnihil Plut. Pythagoras (in-
 quit) Democritus, Epicurus, feminam quoq; se-
 men emittere putarunt. Seminales enim meatus
 uentos habere (ἔχει γὰρ ἀεστείας ἀπὸ σπέρ-
 ματος) propter quod ab usu (inquunt) coitus
 appetentiam habet. Aristoteles Platoq; materi-
 am quidem uuidam (ὕλην ὑγραν) emittere,
 tanquam sudorem à colluctatione, sed haudqua-
 quam seminalem. Hippo emittere quidem femi-
 nas semen, non minus maribus, sed quod ad gene-
 rationem non conferat, ut quod citra uulua-
 excidat, ἔστι τὸ ἐκτὸς τῆς μήτρας ἄνευ ὄσσης: un-
 de nonnullas saepenumero citra coitū illum semen
 emittere, praesertim quae niduae degant. Sunt qui
 à mare ossa, carnes uero à femina esse contē-
 dunt. Hippocrates in libro de Genitura (sive is
 Polybis ipsius discipuli est) asserit, mulieres etiā
 semen generationi idoneum eiaculari. Pri-
 mum quidem cor hominis. Censori-
 nus de die Natali cap. 5. multas multorum opinio-
 nes recensens in hac Empedoclis dogma fuisse se-
 quutum Aristotelem ait. Aristotelis locus alius
 mihi non est in promptu, nisi ille fortassis, qui
 est in in 3. de Partibus animalium, cap. secundum
 Theodori demissiones 4. ubi quidem non pri-
 mam partium corporis humani facit, ἀλλὰ ἐν αἵ-
 ματι πρῶτον γινώσκον τὴν μοσίου ἀπὸ τῆς
 probat id rationib; probabilibus, nepe quod fons
 sanguinis sit, & ob hoc ipsum quia corporis ferē
 medullum in totum se corpus diffundat. Ari-
 stotele fortassis etiam Plin. pro more secutus est.
 cuius uerba sunt: Cor primum nascentib; forma-

ri in utero tradit: deinde cerebrum, sicut tradit-
 sime oculos. Sed apud Plut. & Gal. ὁ σπῆν, id
 est lumbos, sicut carinam nauis, primum forma-
 ri Aristoteli tribuitur: cor autem, secundum me-
 dicos, in quo uidelicet uenarum arteriarūq; prin-
 cipium est. Sed Gal. in li. de Foetuum formatione
 post iecur formari ait, Chrysippi & Stoicorum
 dogmata refellens. Quadragesimo die
 consummari. Dispar est tamen in utroque
 sexu ratio. Nam Plin. libro 7. cap. 6. masculis
 motum in utero quadragesimo die tribuit: femel-
 lis, nonagesimo. haec fortassis ex Arist. (ut ple-
 raq;) transtulit, amputatis tamen quibusdam, uel
 mutatis, ut furtum dissimularet: ἀδὴ μὲν τῶν ἀρ-
 ρένων ὡς ἡδικοπολὺν γὰρ τῶν δεξιῶν μᾶλλον
 ποδὶ τὰς τετάρκοντα γίνεται ἢ κένουσι,
 τῶν δὲ θηλειῶν γὰρ τῶν ἀριστερῶν ποδὶ γίνε-
 ται ἢ μὲν ἡμέρας. Hippocrates tamen dissent. t. Nam
 cum alibi, tum ποδὶ φύσεως παιδὸς, masculis
 30 dies tribuit, puellis 42. Inter caetera sic scri-
 bit: τὸ μὲν θῆλυ τὴν πρῶτην ὡρίστη γὰρ τρι-
 σαράκοντα ἡμέρας, καὶ δύο, τὸ μακρότα-
 τόν· τὸ δὲ ἀρσεν γὰρ τριάνκοντα ἡμέρας, τὰ
 μακρότατον. Vide etiam Plut. lib. 5. Placit. cap.
 23. Caeterum missas hic faciemus opinionēs eo-
 rum, qui foetum negant ob id uiuere uitam anima-
 lem, etiā si moueatur: uel an foetus uētris sit pars.
 de quibus uide ca. 15. lib. 5. Placitorū apud Plut.
 Philippus de Anima foetus tempora breuiter &
 disertē explicat, τῆς γονῆς sex dies tribuens; duo-
 decim formando embryo: quod à βρῦον, id est
 pullulando dictum ait. Vide ipsam Philip. A-
 uium tamen foetib; Arist. de Generat. 2.
 ait omnium animantium oculos sero nasci, sine
 omni exceptione. Quin fictio à capite. Quae
 Alcmaonis est iuxta Plutarch. & Gale-
 num, sententia: iuxta uerò Censorinū, Hipponis.
 Teste item eodem, Anaxagoras cerebrum, unde
 omnes sunt sensus, primum formationis originem
 habere autumat. Similitudines. De
 hoc lege praecipue Hippocratem ποδὶ τὸ γόνυ
 Galen. de formatione foetuum: Aristotelem lib.
 4. de Generatione animalium, capite tertio. Phi-
 losophorum de hac re dogmata quere apud Cen-
 sorinum, Plutarchum & Galenum, locis iam su-
 pra citatis. Vir itaq; nominatus est. Idem etiam
 affirmat Cic. Tusculanarum quaestio-
 num secundo: Viri, inquit, propria maxime
 est fortitudo: cuius munera duo maxima sunt;
 mortis dolorisq; contemptio. Utendum est igitur
 his, si uirtutis compotes, uel potius, si uiri
 uolumus esse: quoniam à uiris uirtus non est
 mutuata.

mutuata: sic etiam Græcis ἢ αὐτοῦ ἀπὸ τῆς ἀν-
 ἰσῶς. Mollier.) Ad Varronem omnes hęc
 derivationem referunt. maior tamen usus istius
 uocis est, ut uirō poita, à uirgine discernatur. præ-
 fertim apud Iureconsultos. eadem ferè differen-
 tia quæ est apud Græcos, qui τῶ ἀφροῦ dicunt
 eam quæ uirum non gestauit: νόμφω, quæ gu-
 stauit quidem, sed ex eo non peperit: γυναικῶ,

quæ etiam peperit: sed γυνῶ, quæ iam parere
 desijt. quæ differentia est apud Isacium Tzer-
 zam in Lycophronis commentario. In Sacris li-
 teris ἢ γυνῶν ferè αὐτῶν τῶ ἀλόχῳ usurpatur.
 Fontibus lactis.) De hoc paulo Superius à
 nobis dictum est. Arist. περὶ ἀνθρώπων, id est
 liuidius, quàm ἀδυνῶν, magis
 probat.

De membris inferioribus. CAP. XIII.

POteram nunc ego ipforum quoque genitalium membrorum mirificam ra-
 tionem tibi exponere, nisi me pudor ab huiusmodi sermone reuoca-
 ret. itaq; à nobis indumento uerecundiæ, quæ sunt pudēda, uelentur. Quod
 ad hanc rem attinet, queri satis est, homines impios ac profanos summū ne-
 fas admittere, qui diuinū & admirabile Dei opus ad propagandam successi-
 onē inexcogitabili ratione prouisum, & effectum, uel ad turpissimos quæ-
 stus, uel ad obscenæ libidinis pudenda opera conuertunt: ut iam nihil aliud
 ex re sanctissima petant, quàm inanem: & sterilem uoluptatem. Quid reli-
 liqui corporis partes, num carent ratione ac pulchritudine? Conglobata in
 nates caro, quàm sedēdi officio apta, & eadem firmior, quàm in cæteris mem-
 bris, ne premente corporis mole ossibus cederet. Item feminum deducta & io
 latioribus toris ualida longitudo, quo facilius onus corporis sustineret: quā
 paulatim deficientem in angustum genua determinant, quorum decentes
 nodi flexuram pedibus ad gradiendum sedendumq; aptissimam præbent.
 Item crura non æquali modo ducta, ne indecēs habitudo deformaret pedes:
 sed teretibus suris clementer extantibus, sensimq; tenuatis, & firmata sunt,
 & ornata. in plantis uerò eadem quidem, sed tamen longè dispar: quàm in
 manibus, ratio est. quæ quoniam totius operis quasi fundamenta sunt, mirifi-
 cus eas artifex non rotunda specie, ne homo stare non posset, aut alijs ad stā-
 dum pedibus indigeret, sicut quadrupes: sed porrectiores, lōgioreq; for-
 mauit, ut stabile corpus efficerent planicie sua: unde illis inditum nomen est. 40
 Digiti equè totidem quot in manibus, specie magis quàm usum præferētes:
 ideoq; & iuncti, & breues, & gradatim cōpositi. quorum qui est maximus,
 quoniā illum sicut in manu discerni à cæteris opus non erat, ita in ordinem
 redactus est, ut tamen ab alijs magnitudine ac modico interuallo distare ui-
 deatur. Hæc eorum speciosa germanitas, non leui adiumento nisum pedum
 firmat: concitari enim ad cursum non possumus, nisi digitis in humum pres-
 sis, soloq; nitētibus, impetū saltūq; capiamus. Explicasse uideor omnia quo-
 rum ratio intelligi potest. Nunc ad ea uenio, quæ uel dubia, uel obscura sunt.

COMMENTARIUS.

Habet & hoc caput membrorum inferiorum
 piam exegetin: quæ hoc agit, ut edoceat cu-
 iusq; officium & usum. Ex quo apparet incre-
 dibilis Dei providentia. Quæ sunt pudē-
 da.) Pudēda, uirilia: ad imitationem Græcorū,
 qui ἀδύια nominant. Arist. in 1. de Hist. anima-
 lium, uirilia propria sic uocari ait: sceminina autē,
 ὄσπρω. Verba ipsius sunt: τὸ δὲ θήλειον ἰδίου
 μέρους ὄσπρω, καὶ τὸ ἀφροῦ ἀδύιοι. Sed
 Medicorum schola differentiam hanc non obser-
 uat, utriusq; sexus pudenda ἀδύια nominans,
 sicut etiam Iulius Pollux. Velamento ue-
 recundiæ.) ut quæ Deus conditor pilis, &

(ut cum Theodoro loquar) αὐτοῦ ἢ φῶ- 40
 σις ποδῶν καὶ καλύματα. Silenno præteri-
 mus Adami περιζωματα. Conglobata.)
 Eisagoges uerba huc pulchrè quadrat: ἡδὴ
 ἰσχυρῶν αὐτοῖς σώματα σαρκῶν δὲ, ὡς τὰ
 λευγῶματα ἐκ τῶ ποδῶν εἶναι σφαιρωτά
 τὰ πρὸς ἀφροῦ, &c. Sed magis quadrat,
 quæ Theodoretus ille Cyri episcopus de his dis-
 seruit: ὅρα δὲ καὶ ἐτέρου (inquit) λευκῶν
 εἶδος. ἵνα γὰρ μὴ δυσχεραίνῃς ἀπὸ γυνῶν
 τῶ ἀφροῦ καὶ θήλειον, ἀλλ' ἐπ' ἐλάφῳ ἢ
 λίθῳ τῶ καὶ θήλειον ποιεῖται ἄλλοι ἢ
 μὲν, οἷα πινῶ σοι σφαιρωτῶ αὐτοῦ ἢ τῶ
 γλετῶ

γλῶσσοι ποδὶ τε θύκε σῶμα. A sedendi officio.) Vnde ἐπίδρανα Græcis, teste Pol- luce. Sunt qui nō sēsioni tantum seruire dicunt, sed etiā arcendo ab anu frigori, & abscondendo loci excrementorij dedecori. Deduc̄ta.) à coxis uidelicet. Toros.) qui τῶαμῆτα καὶ μεσομήλαια, teste Polluce dicuntur, ἀπὸ τοῦ

μυρῶ, id est à femine siue femore. Nodi.) τῶ ἀφῶ. Suris teretibus.) Vnde Græcis γαστροκνήμη, et γαστροκνήμια dicitur, quasi uenter Ἰλνῆμυς, id est tibiæ, nam prior tibiæ pars ἀντικνήμιον dicitur. Planicie.) Inde Grammatici etiam plantas germinantes dici au- tumant.

De intestinorum quorundam ignorata ratione. CAP. XIII.

10 **M**ulta esse constat in corpore, quorum uim rationemq; perspicere ne- mo, nisi qui fecit, potest. An aliquis enarrare se putat posse, quid utili- tatis, quid effectus habeat tenuis membrana illa perlucens, qua circumreti- tur aliuis, ac tegitur? Quid renum gemina similitudo? quos ait Varro ita di- ctos, quasi riui ab his obscœni humoris orientur. quod est longè secus: quia spinæ altrinsecus supini cohærent, & sunt ab intestinis separati. Quid splen? quid iecur? quæ uiscera quasi ex coagulato sanguine uidentur esse concreta. quid fellis amarissimus liquor? quid globus cordis, qui unus san- guinis fons est? Nisi fortè illis credendum putabimus, qui affectum iracun- diæ in felle constitutum putant, pauoris in corde, laticiæ in splene. Ipsius au- tem iecoris officium uolunt esse, ut cibos in aluo concoquat amplexu & ca- 20 lesactu suo. quidam libidines rerum uenerearum in iecore cōtineri arbitran- tur. Primùm ista perspicere acumen humani sensus non potest, quia horum officia in operto latent, nec usus suos patefacta demonstrant. nam si ita esset, fortasse placidiora quæq; animalia uel nihil fellis omnino, uel minus habe- rent quàm seræ: timidiora plus cordis, salaciora plus iecoris, lasciuiora plus splenis habuissent. Sicuti igitur nos sentimus, audire auribus, oculis cernere, naribus odorare: ita profectò sentiremus nos felle irasci, iecore cupere, sple- ne gaudere. Cùm autem unde affectus isti ueniant, minimè sentiamus: fieri potest, ut aliunde ueniāt, & aliud uiscera illa quàm suspicamur, efficiāt. Nec tamen conuincere possumus falsa illos qui hæc disputant, dicere: sed omnia 30 quæ ad motus animi animæq; pertineāt, tam obscuræ abditeq; rationis esse arbitror, ut supra hominem sit, ea liquidò peruidere. Id tamen certum & in- dubitatum esse debet, res tot, tantaq; uiscerum genera, unum & idem habe- re officium, ut animam contineant in corpore. Sed quid proprij muneris sin- gulis sit iniunctum, quis scire, nisi artifex, potest, cui soli opus suum notū est?

C O M M E N T A R I V S.

Reliqua sunt quædam interiora corporis hu- mani membra, quorum conditio non tam manife- sta est, quàm admirationi esse potest. Te- nuis illa membrana.) ποδὶ τῶναι. ὁ δὲ ἕρ- 40 ὄξῃ τῶ νεφρῶν ἰδί πᾶν τῶ τῶ ἕρῶ χυρῶ μῶν χιτῶν, ποδὶ τῶναι οὐ καλεῖται: Pollux. Huius nomenclatione Latini carentes, Græco nomine ut suo utuntur: nisi quod aliqui abdomi- nis membranam nuncupant: à circummuniendo uidetur nomen esse deductum. Potissimus enim hic istius usus est. Qua circumnectitur aliuis.) Complectitur uentriculum, intestina, omentū, mesenteriū, iecur, lienem, renes, utramq; 50 uesicam, uterum, & uasa demum quæcunq; inter septum transversum & crura situm habent. Et li- cet Lactantium latuerit usus huius membranae, medicos tamen minimè latuit, quorum haud pce-

nitendos aliquot enumerat Andreas Vesalius in præclaro de Humani corporis fabrica opere, lib. nempe 5. cap. 2. Renum gemina.) Vr- get rursus diada, quæ ab eodem Vesalio pulchrè demonstratur. Quali riui.) ἀπὸ τοῦ ῥέειν fortassis, si Grammaticorū deductioni credimus. Sed mihi parum placent deriuationes ex Græ- cis, ubi ipsi alias istius rei nomenclationes habet: sicut ipsis ῥῶ ouem, Latinis ren idem quod illis νεφρῶ significat. Obscœni humoris.) Fæculentum & serosum humorem medici nomi- nant urinam. Vrinam autem definiunt, quod sit superfluitas sanguinis in magna uena, delata per renes & uasa urinaria in uesicam. Quod est longè secus.) Atqui secus demonstrat Vesa- lius li. 5. cap. 10. Poterāt ergo renes cū coctionis instrumentis rectè numerari. Quia spinæ.)

Aliter Arist. sub finem primi de Hist. animalium: εκ μίσης ἢ τῆ νεφροῦ ἐκείνου φλέψ, καὶ ἡ γινώσκουσα ὁμοιωμένη τῆς φλέψ, τείνειται πρὸς αὐτὴν τῆς φλέψ, ἢ τῆς φλέψ. ἔτα εἰς ἐκείνου τὸ ἰχθύου ἀφανίζον. ἢ πάλιν δὴ λέγει γίνονται, τεταμέναι πρὸς τὸ ἰχθύου. αὐτοὶ δ' αἱ ἀρτηρίαι δὴ φλεβίων εἰς τὴν λέγουσιν καὶ θήκοσι.

Quid splen.) Latuit te Lactanti, splenis usus et officium. Sed audi magistrum Melanchthonem, qui te hoc bona fide docebit. Nec uerò, inquit, nulla est actio splenis, sed cum in eo multæ sparsæ sint arteriæ, calorem recipit à corde, quo illum feculentum et limosum sanguinem magis coquit, & aliquid assumit inde quo nutritur. Deinde quidam rami propagantur à splene, qui sanguinem illū ad nutriendas etiam uicinas partes uehant. Sed unus à splene præcipuæ utilitatis causa deducitur ad os uentriculi, quod haurit & emulget inde melancholicam: quæ cum sit acerbæ, corrugat orificiū uentriculi, cum ut irriter appetentiam, tum ut claudat orificium, et infusa in uentriculum confirmat uim retentricem. Iuuat fortassis audire aliquē ex uetustissimis. Audias ergo Platonem, qui sic in Timæo scribit: διὸ δὴ καὶ ὅταν τις ἀκαθάρσια γίνωνται ἐν τῷ σώματι, πρὸς τὸ ἦπυρ, πένεται ἢ ἀλλωδὸς καθαίρειται αὐτὰ δὲ χεῖμαυότης, &c. Quid iecur.) Quid Lactanti? Nescis hoc membrum esse generosum? nescis hoc inter organa nutritiuæ potentia præcipuum esse? nescis officinā esse sanguinis? nescis hepar in hoc ipso cordi tradere mutuas operas? nescis id quod Plato dicit, ὅτι τὸ ἦπυρ κείναι χεῖμαυότης; Rectè interim facis, quod agnoscis, quod iuuat concotionem in uentriculo, uirtute nimirum caloris. Quasi ex conturbato.) Verum hoc quidē est, quod iecoris substantia sit sanguini nuper concreto similima, unde etiā apud Iulium Pollucē νεαρὸν αἷμα describitur. sed hoc interim etiā uerum est, quod per uniuersam hanc carnē, ad humilio rē eius sedē uenæ portæ propagines innumeræ diffunduntur, in superiore uerò ipsius sedē uenæ cauæ soboles numerosæ sparguntur. Vnde ἦπυρ φλεβῶν δὲ dicitur medicis. Felis amariss.) Flaua bilis (cuius uesicula bilis folliculus Latinis, Graecis χοληδόχον appellatur) incredibiliter quidē sanitatē infestat, habet tamen etiā sua cōmoda. Nā ut sanguis purificetur, opus est derinari aliquō flauā bilē copiosiorē. Est enim, ut inquit Plin. fel nihil aliud q̄ purgamentū personi sanguinis. Est igitur opus (inquit Philippus noster) receptaculo, in quo bilis & calefacit hepar, & cōseruat ne putrescat, Pellit itē nutrimentū in

intestinis, & abstergit intestinorū sordes. Vide de hoc Vesalium copiosè differentē, cap. 8. lib. 3. Plin. lib. 28. cap. 9. medicinas ex animalib. enumerans: Inter omnia, inquit, animalium fel præstans in effectu. Est enim uiseius excalfacere, mordere, scindere, extrahere, discutere, &c. Quid globus cord.) De corde alibi satis dictū est. Nisi forte.) De his etiā dictū nobis est in li. de Vero cultu, cap. 15. Vesalius lib. 6. cap. 15. colligit, excutit, & confert uarias uariorū de his sententias: quas ob id nos breuitatis studio præterimus. Placidiora quæcūq;.) Quæ animalia fel habeant, docet Arist. lib. de Hist. animal. 1. cap. 18. lib. 2. cap. 17. Item lib. de partib. Animal. 4. cap. 2. Plin. in Chersoneso fel nō omnibus datū animalib. esse scribit, in Euboeæ Chalcide nullū pecori, in Naxo prægrande geminumq; &c. sed hæc, ut alia, ex Aristotele habet. Timidiora plus cordis.) Imò ob id cerui maxime timidi, de quo alibi opinor diximus. Plin. Cæteris corruptis uitalitas in corde durat. Bruta existimantur animalium, quibus durū riget: audacia, quibus paruū est: pauidum, quibus prægrande. Maximum autē est portione omnibus, lepori. asino, ceruo, pantheræ, mustelis, hyenis, & omnibus timidis, aut propter metum maleficis, &c. Iecore cupere.) Galenus non dicit nos iecore cupere, sed hepar facit sedē τῷ ἀδιδυμῶν, sicut cor τῷ θυμοειδῶν, sicut ἡγεμονικῶν in capite. Item alibi non ipsas δυνάμεις, sed τῶν δυνάμεων ἀρχὰς nominat, his uerbis: ἵστα δὲ αὐτῶν ἦπυρ τῆς καρδίας, ὅτι τῆς αὐτῆς δυνάμεως πινυρ ἀρχὴσιν ἀρχαί, τὸ μὲν ἀδιδυμῶν ψυχῆς, τὸ δὲ θυμοειδῶν. & Democrit. ad Hippocratē scribens, καρδία dicit Βασιλῆα ὄργης τὴν καρδίαν, nec defunt exempla Poetarum. Quæ ad motus animi.) Difficilior fiet hæc disputatio ipsi, qui philosophica sacris cōfundūt. Apud Paulum lex membrorū repugnat legi mētis, & ob id conturbat etiā sæpe, sicut in Rep. sex ciuitatis contra magistratū turbas cōcitat. Hoc tunc opinor apud philosophos fit, cum τὸ θυμοειδῶν, ἢ τὸ ἀδιδυμῶν τῶν ἡγεμονικῶν nō obteperat. Paul. ἡ ψυχὴ ἀνθρώπου planè eundē nominat, quæ θυμοειδῶν τῶν μέλει. μέλει autē sunt sedes illæ affectiuū. Motus autē animi non τῶν ἡγεμονικῶν, sed θυμοειδῶν ἢ τῶν ἀδιδυμῶν intelligēdos esse. quæ & ipsa philosophi & medici animas nominat, nō minus quam Apostolus ψυχῶν ἀνθρώπων. Accedit, q̄ θυμὸς (unde duo illi perturbationū fontes deducuntur et cōponuntur) animā etiā significat, sed affectiuū scaturginē, τὰ μέλη uidelicet

videlicet cor, hepar, lienem, renes etiam secundū
Propbetarum testimonia. Quis scire.) Pos-
sunt etiam homines grati. Nemesius cap. 17. di-

serte demonstrat, quædam propter se genita esse,
quædam propter alia: quædam partim propter se, &
propter alia. deinde etiã alia, per accidēs assistere.

De uoce. CAP. XV.

DE uoce autem quam rationem reddere possumus? Grammatici quidē
sunt philosophi uocē esse definiunt, aerem spiritu uerberatū: unde uerba
sed intra. & ideo uerisimilior est illa sententia, stipatum spiritum, cum obstan-
10 tia faucium fuerit illisus, sonum uocis exprimere: ueluti cū in patentem ci-
cutam, labroq̄ subiectam demittimus spiritum, & is cicutæ concavo reper-
cussus ac reuolutus à fundo, dum descendentem occurso suo reddit, ad exi-
tum nitens sonum gignit, & in uocalem spiritum resiliens per se uentus ani-
matur. Quod quidem an uerum sit, Deus artifex uiderit. Videtur enim non
ab ore, sed ab intimo pectore uox oriri. Deniq̄ & ore clauso ex narib. emit-
titur sonus, qualis potest. Præterea maximo spiritu quo anhelamus, uox non
efficitur: & leui ac non coartato spiritu, quoties uolumus, efficitur. Non est
igitur comprehensum, quomodo fiat, aut quid sit omnino. Nec me nunc in
Academiæ sententiam delabi putes, quia non omnia sunt incomprehensibi-
20 lia. Vt enim fatendū est multa nesciri, quæ uoluit Deus intelligentiam homi-
nis excedere: sic tamen multa esse quæ possint & sensibus percipi, & ratione
comprehendi. Sed erit nobis contra philosophos integra disputatio. Confi-
ciamus igitur spacium, quo nunc decurrimus.

COMMENTARIUS.

Impugnat uocis definitionem, quam Gram-
matici & Philosophi posuerunt: asserens uocem
non ex ore, sed ex pectore proficisci. Aerē
spiritu uerberatum.) Seneca in 2. Natur.
quest. de tonitruis agens: Præter hæc, inquit, na-
30 turæ est aptus aer ad uoces. Quid ni? cum uox
nihil aliud sit quàm ictus aer. Idē paulo superius:
Quid enim est uox, nisi intensio aeris ut audia-
tur, lingua formata percussu? Hæc philosophus,
& quidē Stoicus. Ex Grammaticis Diomedes li.
2. Vox est (ut Stoicis placet) spiritus tenuis, au-
ditu sensibilis, quantum in ipso est. Fit autem uel
exilis auræ pulsū, uel uerberati aeris ictu. Priscia-
nus: Philosophi definiunt uocem esse aerem te-
nuissimum ictum, uel suum sensibile aurii: id est,
40 quod proprie auribus accidit. Plutarch. in Musi-
ca: ἐπεὶ δὲ οὐδὲν τῶν φωνῶν οἱ ἀριστοὶ γραμ-
ματικοὶ, ἀόρατα πνευματικῶν ἀέρος, & αἰσθη-
&c. Gell. li. 5. cap. 15. hoc dogma Stoicis tribuit.
& Stoicorum definitio apud Laert. in uita Ze-
nonis est: δὲ φωνὴ αἰσθητὴ πνευματικῶν. Sed idē
Laertius Archelaum primum huius definitionis
autorem facit: πρῶτος (inquit) εἶπε φωνῆς
ἡγεμονίαν τῶν ἀόρατων πνευματικῶν. Aristot. in 2. de
50 ἄνιμῳ τῶν ἀόρατων πνευματικῶν ἀέρος, ὡς τε ἡ πνευ-
ματικὴ μορφή, & τῶν ἀόρατων πνευματικῶν ἀέρος
τῆς αἰσθητικῆς φωνῆς ὅτιν.

dissimilem quandam ex Platone citat: πλάτῳ,
inquit, τῶν φωνῶν οὐδὲν τῶν πνευματικῶν ἀέρος
ματὸς ἀπὸ τῆς ἀνοίας ἡγεμονίᾳ, ἢ πνευμῶν ὑπὸ
ἀόρατῶν δὲ αἰσθητῶν ἢ ἡγεμονίᾳ, ἢ αἰματῶν, ἢ
ἢ ψυχῆς ἀπὸ διδρακτικῶν. Sed diuersam quan-
dam ex eodem Platone citat A. Gell. Noct. Att.
5. cap. 15. ὅτι αἰσθητῶν πνευμῶν ἀόρατῶν ὅτιν ἢ φωνῶν
ἢ πνευμῶν γὰρ τῶν ἀόρατων ἢ ἀόρατων πνευμῶν
γόνυ, ἢ ὁσέτις ποιεῖ φωνῶν ἀπὸ τῆς πνευ-
ματικῆς ἢ πνευμῶν, ἢ σφόδρα, ἢ τόση δὲ, ὡς τε ἀκα-
στω γόνυ. Sed neutram harum definitionū ho-
die apud Platonē inuenimus. Missam hic facimus
quæstionem illam ueterem, & (ut Gellius no-
minat) perpetuam, Corpus ne sit uox, an incorpo-
rea. Quidā Grammaticorū uocem ἀπὸ τῶν βοῶν
deducūt, quod uerbū magis boatum præ se fert,
quàm uocem humanā, cum φωνῶν Grammaticis
sit quasi φωνῶν τῶν νότων. Vnde uerba sunt
nuncupata.) Subscribunt tibi Lactanti Priscianus &
Diomedes, inter Latinos Grammaticos coryphæi. Sed
Quintilianus exhibet. Varro à ueritate deduci mauult.
Græci τὸ φῶμα ἀπὸ τῶν φωνῶν deducūt. Vnde Epicurei, teste Gellio,
uocē φῶμα λόγων dixerūt. Quinquā Moscho-
polus à præterito passiuo εἶρημα dictū mauit,
cuius thema est εἶρηω ὦ. Non enim uox
extra.) Hæc ratio huic definitioni coniuanda
non sufficit. nam hæc uerberatio non extra os,
V 2 sed

sed intra fauces fit. Neq; enim illa uerberatio in auribus audientis, sed in gutture loquētis fit. Sed ab intimo pectore.) Sic Homer⁹ Vlyfsem, uirum sapienti facundia præditum, uocem mittere ait non ex ore, sed ex pectore, *Il. γ. ἀλλ' ὅτε δ' ἠρ' ὄππα τε μεγάλλω ἐκ στήθεος ἴει.* Vide Gell. loco supra citato. Sed ego non huc refero, quanquam interim uerba sensu tincta esse exoptem, & ut Plut. ex Platone retulit, ἀπὸ Σηνοίας ἡγυμνία: & ut Medicorū definitio habet, καὶ ὄργων τῶ ἡγυμνικῶ ἐκτανομίας. Cicuta.) Fistula, ut apud Ver. in Aeg.

Est mihi disparibus septem compacta cicutis
Fistula.—

Theodoretus in Ser. 3. de Prouidentia Dei, artē naturæ uel ipsius adeo sapientiæ diuinæ imitatricem esse dicit in eo, quod organa musica ad uocis humanæ modulationem exprimendam industria humana effinxerit. Adscribam itaq; similitudinē istam elegantissimam, eo quod hic autor paucis hæcenus est uisus: ἀρκεί δὲ καὶ ὅσο μόνου τὸ μῦσιον (linguam dicit) λέγειται τῷ πεποιηκῶ τῷ, ὃ τῷ σφίλαι μόνου, ἀλλὰ ἢ τῷ ἀπλησῶν Φιλανθρωπίαν ὄργανον γὰρ ἔοικεν ἀπὸ χελῶν συγκειμένον καλάρων, καὶ τῶ ἀσκήων ἐκφυσσμένων, καὶ λινυμένων ὑπὸ τῶ τῶ πεκνίτη διακίβλων, καὶ ἀπτελουῶν τῶ φάρμονιον ἐκείνω ἡχῶ. ἀλλ' ὅχ ἢ φύσις παρὰ τὴ τέχνης. ἢ τέχνη δὲ πρὸς τὴ φύσεως ἐδιδάχθη τὴ τέρπνης ἐκείνης ἡχῆς τὸ μηχανήμα ἀρχέτυπον ἢ τὴ τέχνης ἢ φύσις, ἢ διαμα δὲ τὴ φύσεως ἢ τέχνης. Non est igitur

Demente, & eius sede. CAP. XVI.

Mentis quoq; rationem incomprehensibilem esse quis nesciat, nisi qui omnino illam non habet: cum ipsa mens quo loco sit, aut cuiusmodi nesciatur? Varia ergo à philosophis de natura eius, ac loco disputata sunt. At ego non dissimulabo, quid ipse sentiam: non quia sit etiam affirmē (quod est insipientis in re dubia facere) sed ut exposita rei difficultate intelligas, quā ta sit diuinorum operum magnitudo. Quidam sedem mentis in pectore esse uoluerunt. Quod si ita est, quanto tandem miraculo dignum est, rem in obscuro ac tenebroso habitaculo sitam, in tanta rationis atq; intelligentiæ luce uersari? tum ad eam sensus ex omni corporis parte conueniunt, ut in quacumque regione membrorum præsens esse uideatur. Alij sedem eius in cerebro esse dixerunt: & sanè argumentis probabilibus usi sunt. Oportuisse scilicet quod totius corporis regimen haberet, potius in summo, tanquam in arce habitare: nec quicquā esse sublimius, quā id quod uniuersum ratione moderetur, sicut ipse mundi dominus & rector in summo est. Deinde quod sensus omnis, id est audiendī, & uidendī, & odorandī ministra membra in capite sunt locata: quorum omnium uia non ad pectus, sed ad cerebrum ferant. alioqui necesse nos esset tardius sentire, donec sentiēdi facultas longo itinere per collum ad pectus usque descenderet. Si uerò aut non multum, aut fortasse non errant. Videtur enim mens quæ dominatum corporis tenet, in summo

tur comprehensum.) Imò satis cōprehensum. Nam animalium uox, quæ ἐμψυχῶ dicitur, aut est ἡγυμνία: atq; hæc est sermo uel loquela, διαλέκτις Galeno: aut est ἀρτεμια, quam homo cum animantibus pulmonē habentibus communem habet. Vtraq; fit respiratione, ut nos Aristorelis definitio docuit. ἡγυμνία, hoc est, sermonis instrumenta Galenus de locis affectis primū assignat linguā, quam λευκώτατον ὄργανον nominat: deinde nares, labra & dentes. hæc enim suis illistionibus uocem alioquin hiantem consonantibus stridere facit, et reddit ἡγυμνίαν καὶ ἡγυμνίαν. Ceterum φωνητικὰ ὄργανα, idem Galenus λαρυγγία, id est guttur, & musculos ipsū mouentes, & neruos uim ipsis ex cerebro deferentes. Adscribam, si placet, ipsius Galeni uerba: ἀλλὰ ἢ μὲν φωνητικῶν ὄργων ἢ διαλέκτις τῶ φωνητικῶν ὄργων ἢ λευκώτατον δὲ τῶ Σηλοικτικῶν. ὡν τὸ μὲν λευκώτατον ἔλω ἢ γλωττῆ σιωτελεῖ ὃ σμικρὸν ἢ τε φῆς, καὶ τὰ χεῖλη, καὶ οἱ ὀδόντες, καὶ ὁ ἀπὸ τῶ πῶ τῶ φωνητικῶν ὅτε λαρυγγί, ἐτι καὶ οἱ νομῶντες αὐτῶ μῦσ, ὅσα τε τῶ τοῖς ὀδόντες τῶ ἡγυμνίαν πρὸς αὐτῶ μῦσ, ἢ δὲ ἡγυμνίαν πρὸς αὐτῶ μῦσ, ἢ δὲ ἡγυμνίαν πρὸς αὐτῶ μῦσ. Arist. guttur & pulmonem respirationis instrumenta facit, his uerbis: ὄργανον δὲ τῶ ἀναπνοῦ ὁ φάρυγγ, ὃ δὲ ἡγυμνία καὶ τὸ μῦσιον ὃ δὲ ὀδόντες καὶ τῶ μῦσιον τῶ μῦσιον πρὸς αὐτῶ μῦσ, ἢ δὲ ἡγυμνία καὶ τῶ μῦσιον πρὸς αὐτῶ μῦσ. Academia.) De Academia ἀναπαύσει nobis alibi in Div. 30 uinis Institutionibus dictum est.

summo capite constituta, tanquam in cœlo Deus: sed quando in aliqua sit cogitatione, commeare ad pectus, & quasi ad secretum aliquod penetrare secedere, ut consilium tanquam ex thesauro recondito eliciat ac proferat: ideoq; cum intenti ad cogitandum sumus, & cum mens occupata in altum se abdidit, neque audire quæ circumsonant, neque uidere quæ obstant, solemus. Id uerò siue ita est, admirandum profectò est quomodo id fiat, cum ad pectus ex cerebro nullum iter pateat: sin autem non est, hoc tamen nihilominus admirandum est, quòd diuina nescio qua ratione fiat, ut ita esse uideatur. An potest aliquis admirari, quòd sensus ille uiuus atque cœlestis, qui mens uel animus nuncupatur, tantæ mobilitatis est, ut ne tum quidem, cum sopitus est, cõquiescat: tantæ celeritatis, ut uno temporis puncto cœlum omne collustrat: & si uelit, maria peruolet: terras ac urbes peragret: omnia denique quæ libuerit, quamuis longè lateq; summoa sint, in conspectu sibi ipse constituat: Et miratur aliquis, si diuina mens Dei per uniuersas mundi partes intenta discurrit, & omnia regit, omnia moderatur, ubique præsens, ubique diffusa: cum tanta sit uis ac potestas mentis humanæ intra mortale corpus inclusa, ut ne septis quidem grauis huius ac pigri corporis, cui illigata est, coerceri ullo pacto possit, quo minus sibi liberam uagandi facultatem quietis impatiens largiatur. Siue igitur in capite mens habitat, siue in pectore: potest ne aliquis comprehendere, quæ uis rationis efficiat, ut sensus ille incomprehensibilis aut in medulla cerebri hæreat, aut illo sanguine bipartito, qui est inclusus in corde: ac non ex eo ipso colligat, quanta sit Dei potestas, quòd animus seipsum non uidet, aut qualis, aut ubi sit: nec si uideat, tamen perspicere possit, quo pacto rei corporali res incorporalis adiuncta sit. Siue etiam mentis locus nullus est, sed per totum corpus sparsa discurrit: quòd etiam fieri potest, & à Xenocrate Platonis discipulo disputatum est, si quidem sensus in qualibet parte corporis præstò est: nec quid sit mens, nec qualis intelligi potest, cum sit natura eius tam subtilis ac tenuis, ut solidis uisceribus infusa, uiuo & quasi ardente sensu membris omnibus misceatur. Illud autem caue, ne unquam simile ueri putaueris, quòd Aristoxenus dixit: Mentem omnino nullam esse, sed quasi harmoniam in fidibus ex constructione corporis, & compagibus uiscerum uim sentiendi existere. Musici enim intentionem concetumq; neruorum in integros modos sine ulla offensione consonantium harmoniam uocant. Volunt igitur animum simili ratione constare in homine, qua & concors modulatio constat in fidibus: scilicet ut singularum corporis partium firma coniunctio membrorumq; omnium consentiens in unum uigor motum illum sensibilem faciat, animumq; concinnet, sicut sunt nerui bene intenti ad cõspirantem sonum. Et sicuti in fidibus, cum aliquid aut interruptum, aut relaxatum est, omnis canendi ratio turbatur & soluitur: ita in corpore, cum pars aliqua membrorum duxerit uitium, destrui uniuersa, corruptisq; omnibus atq; turbatis, occidere sensum, eamq; mortem uocari. Verum ille, si quicquam mentis habuisset, non harmoniam de fidibus ad hominem transtulisset. Non enim cauere sua sponte fides possunt, ut sit ulla in his comparatio ac similitudo uiuentis. Animus autem sua sponte & cogitat, & mouetur. Quòd si quid in nobis harmoniæ simile esset, ictu moueretur exterò, sicut nerui manibus, qui sine tactu artificis, pulsusq; digitorum muti atq; inertes iacent. Sed nimirum pulsandus ille manu fuit, ut aliquando sentiret, quia mens eius ex membris malè compacta torpebat.

COMMENTARIUS.

50 Quid mens sit, & ubi sit eius sedes, in corde, ac in capite, uarias philosophorum sententias & citat, & refellit: in eam ipse inclinans partem,

ut in capite sedem suam ueluti regina in arce habeat. Negat tamen expeditam istius ratione esse, aut explicabilem. Mentis tamen uocabulum pro

animæ nomine aliquoties usurpat, & partem cū toto confundit: uel, iuxta Plotini doctrinā, confundit partes inter se. Is enim hominem cōstare dicit, corpore, anima, & intellectu: id est mente. Nam quæstiones, quas Philosophi de anima mouēt, ipse ad unā mentem refert. Dogmata, quæ taxat, apud Aristotelē in 1. de Anima potissimū excutiuntur & attinguntur apud Plutarch. in Placitis li. 4. apud Cic. 1. Tusc. et à Nemesio ca. 2. de Natura hominis. Macr. 1. de Som. Scip. ca. 14. Quia uerò hæc de Anima disputatio, ut multo fufissimā, ita difficilima quoq; dulcissima tamen, omnes omnium ætatū eruditos exercuit: ita ut plurimi de hac libri, & quidem præclari, nō à gentiliū modò Philosophis olim, sed etiam Christianis in utraq; lingua sint scripti, et scribuntur hodie non pauci, longè doctissimi: nos nostri muneris memores, gratæq; breuitati studentes, à prolixiorib. disputationib. uacubimus: ea modò annotaturi, quæ ad explicationē textus Lactāiani seruire uidebuntur. Incomprehensibilē.) Aristoteles nō quidē ἀκατάλητον prorsus, sed χαλεπώτατον tamē hęc tractationē esse fatetur: idq; trib. potissimū causis. Primum, quòd singularis: in nullo siquidē alio mortale cum immortalī iungitur, præterquā in homine: ideoq; exemplo caret, & cōparatione. Secundo, quia immaterialiū essentiam tractat, quæ à nostris sensibus est remotissima. Tertio, propter nouitatē, quæ in elementarib. clarā causam habet, in æternis deest. Sed neq; opere precium est in essentia inquirenda curiosiores esse: satis menti humanæ fuerit, si cœleste illud γυνώσκειται ita teneat, ut intelligat se ad diuinā naturā, ad sui originē tāto proprius accedere, quanto studiosius ius suum aduersus seditiosos affectus dignitatē & maiestātē suā tuebitur. Satis, inquam, fuerit, si mens humana intelligat, Deum (iuxta Christi testimoniū) spiritū esse: & ob id se quoq; quia particula quædam & quasi tradux diuinitatis est. spiritū esse. nam sic Nemesius exponit ἐπιφανέως ἀνθρώπου, qui Domino in cœlis similis est. 1. Cor. 15. Mens itaq; spiritus, ut eā frequēter Scripturæ nominat, de quo inferius suo loco uerbosius fortè. Quidā sedē mētis.) Parmenides et Epicurus, uidelicet γυνώσκειται τὸ δῶρακι: Stoici ad unū, toto in corde, uel in cordi, ob uersante spiritu: Diogenes in arteriaco cordis uētriculo, qui animalis, id est spiritabilis est Plutarcho. Si Græca requiris, apponam ipsa quoq;: σπινθηρὸν πάντων γυνώσκειται τὸ καρδίαν, ἢ τὸ πῶδον καρδίας πνεύματι: διοργάνος γυνώσκειται ἀπὸ τοῦ κέντρου τῆς καρδίας, ἢ τῆς δὲ πνεύματι. Lucretius lib. 3.

Consilium, quod nos animū mentemq; uocamus. Idq; situm media regione in pectoris hæret. Et in hac sententiā fuisse apparet eos, qui prudentes cordatos appellarūt. De quo audiamus Ciceronē in 1. Tusc. quæst. disserentē: Quid sit porro ipse animus, aut ubi, aut unde magna, dissensio est. Alijs cor ipsum animus uidetur: ex quo excordes, uecordes, concordēsq; dicuntur. & Nasica ille prædēs bis Cor. Corculū appellatus est: & Egregiē cordatus homo catus Aelius Sextus. Empedocles aut animū esse censet, cordi fuffissimū sanguinē. Alijs pars quædā cerebri uisa est animi principatū tenere. Alijs nec cor ipsum placet, nec cerebri quādā partē esse animū: sed alij in corde, alij i cerebro dixerūt animi esse sedē et locū, etc. Plurimæ sunt passim apud autores locutiones, quibus cōsiliū & cogitatio in pectore & corde ponuntur. Sed missis illis, uideamus quid Sacra litteræ dicant, in quib. uocabulū vōs uariē usurpatur. Paulus etiā utitur pro animi principatu, quē ἡγεμονίαν appellat. Rom. 7. Βλέπω τὸ ἐπιθυμῶν γυνώσκειται τοῖς μέλεσί μου, ἀντιστρατεύου τὸ νόμον τοῦ νοός μου. Mentē Christus Matih. 6. lumen appellat, ubi ait: εἰ οὖν τὸ φῶς, τὸ γυνώσκειται τὸ σκότος, ὅτι τὸ σκότος οὐκ οἶσκειται τὸ φῶς. Et est tenebrī cosa mēs humana, nisi caliginē illā lux cœlestis discutiatur, iuxta illud Lucæ 24. τότε δὴ ἠώσκειται τὸ φῶς τοῦ νοῦ, τὸ σπινθηρὸν τῆς καρδίας. Anima nō semel & spiritus mentem significat, ut in hoc diuæ uirginis apud Lucam: μεγαλειὰ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, ἢ ἡγαλιὰ τοῦ πνεύματος τοῦ θεοῦ τὸ σπινθηρὸν μου. vōs pro intellectu ponitur 1. Cor. 14. πῶς οὐκ οἶσκειται τὸ πνεύματι, πῶς οὐκ οἶσκειται δὲ καὶ νοῦ. Καὶ τὸ πνεύματι, καὶ τὸ νοῦ. Et rursus paulo post: ἀλλ' ὅτι ἐκλήθη δὲ ἡ γυνώσκειται λόγος τοῦ νοός μου λαλῆσαι. Cæterum quòd Scripturæ phrasis cor mētis sedē, et cogitationū cōsistoriū: quasi officinā quandā faciat, minime obsecrari se potest ijs, qui in ea non oscitanter uersantur. Corde creditur ad iusticiā, inquit Paulus. Crede re autē mentis officinū est, & quidē defecata, & per spiritū S. illuminata. Foret infiniti negotiū huius rei testimonia colligere, sufficiat ergo unū hoc, quòd Dominus λαλῆσαι τὸ πνεύματι appellatur. Act. 1. & 15. ita ut immeritò eum Momus reprehenderit, quòd cor ei nō fenestratū reddidit. Obtrudenda itaq; & obijciēda Scripturæ autoritas ijs est, qui rationibus nixi, dogmatibus inter se pugnant. Theodoret. Ser. 3. de Prouidētia, cordi totius corporis imperiū ceu regi assignat, & Hieronymym. multis in locis hoc asserit. Atqui nō deficiunt Scripturæ testimonia, quib. demonstrari potest, cor affeatum

effectū sedē esse. Nā Dominus nō minus renes
 quā cor scrutatur: & cū cor explorat, probat
 an cōcritū satis, & humiliatū sit, an aestuet liuo-
 re seu odio. Nam hic maiori ex parte dominatur
 lex carnis. In cerebro.) Plutarch. πλάτῃν,
 δ' ἰμώκεται, ὅτι ὅλη τῆ κεφαλῆ σπλάτῃν γν
 μισοφρένω φρασίσαται ποδι τῶ μύω γα
 τῶ ἐγκεφάλω, ὡ ἀδικραυία λέγει ἠρόει-
 λος γν τῆ ἐγκεφάλω κοιλία, ἡ τις δὲ ἡ βα
 σις. Vide disputationē bene longā in Vesalij Ana-
 tomico lib. 6. Tanquā in arce.) Platon-
 cum hoc est. Vide, quæ superius cap. 8. annotata
 sunt. Cū ad pectus ex cerebro.) Ergo,
 Laetij, tua censura Pythagoras longē aberravit,
 qui animæ imperio fines seu terminos cor & ce-
 rebrū cōstituit. Verba Laertij sunt: εἰν ἡ ψυχῆ
 κῶν τῆ ψυχῆς ἀπ καρδιάς μέχρι ἐγκεφάλω.
 ἡ γν τῆ καρδιάς μὲν τῶ παρῶν
 δυνάμει φρενίας δὲ καὶ νοῦ τῆ γν ἐγκεφά
 λω. Plut. πῶτα γόρας τὸ μ ζωτικὸν ποδι τῆ
 καρδιάς, τὸ δὲ λογικὸν ἡ νοσὸν ποδι τῆ κε-
 φάλω. Deus spiritus est: mens diuinū quiddam
 est. Vnde sequitur, mentē seu animā esse ἀσωμα-
 τῶν. Ergo circūscriptione locorū mēs opus mini-
 me habet. Taceo iam, quod cerebrū mētis sedes,
 nō modō spiritū animalē ita tenuē parat, ut rebus
 diuinis exequendis sit idoneus: sed etiam sensuum
 instrumēta per nervos, ueluti per funiculos distri-
 buit. Vtrilibet animæ parti nō sensus modō parēt
 dictanti, sed ad ipsarū nutum omnes corporis par-
 ticulæ excubias agunt, iussam expectantes. Nam
 oculi, siue uoluntas, id est rectæ rationis dicta-
 men aliquid uidere iubeat, in promptu eorū offi-
 cii est: siue libidinis impetus aliquid inspicere mo-
 neat, rapiuntur ad exequium. Eadem ratio in cæ-
 teris quoq; sensuū organis, artubus, &c. mem-
 bris est. Animus seipsum non uidet.)
 purgatus & defecatus hoc secundū Plotinū po-
 terit: sed iuxta Catholicos, anima natalib. restitui-
 ta. Quāquā Cic. quoq; in Tusc. quæst. Apollin-
 nis τὸ γνῶσι σαυτοῦ non aliō refert, quā ut
 animū noscamus, animo uidelicet ipso. Xeno-
 crates.) Cic. 4. Academ. quæst. uarias uariorū
 sentētiās enumerās: An (inquit) ut Xenocrates,
 mēs nullo corpore, quod intelligi quale sit uix po-

test, &c. Cæterum Xenocratis argumentum,
 ut à Nemesio refertur, est hoc:
 Omne corpus alitur, Anima non alitur,
 Anima itaq; corpus non est.
 Missam hic facimus Xenocratis definitionem,
 quam Aristoteles 1. de Anima (non quidem nun-
 cupatim) & citat & refellit: nempe quod anima
 sit numerus seipsum mouens. Quæ opinio ad Py-
 thagoram primū autore referitur, teste in Tusc.
 q. Cic. Meminit etiam Nemesius. Aristoxe-
 nus dixit mentem omnino nullam.)
 Priora huius dogmatis pars Dicaërcho magis
 adtribuitur, quā Aristoxeno: tribuitur tamen
 utriq; Cic. in 1. Tusc. quæst. Dicaërchus quidem
 & Aristoxenus, quia difficilis erat animi, quid
 aut qualis esset, intelligentia, nullum omnino ani-
 mum esse dixerunt. Sed in eodem paulo antè: Di-
 caërchum uerò cum Aristoxeno, æquali & con-
 discipulo suo, doctos sanè homines, omittamus,
 quorum alter ne condoluisset quidem unquam ui-
 detur, qui animum se habere non sentiat: alter ita
 delectatur suis cātibus, ut eos etiam ad hanc trās-
 ferre conetur, &c. Dicaërchi uerò partem, non
 procul hinc idem Cic. explodens recitat his uer-
 bis: Dicaërchus autem, in eo sermone quem Co-
 rinthi. habitum trib. libris exponit, doctorum ho-
 minum disputantium primo libro multos loquen-
 tes facit: duobus Phæcratem quendam Phithio-
 tam senem, quem ait à Deucalione ortum, disse-
 rentem inducit, nihil esse omnino animū: & hoc
 esse nomē totū inane, frustra q; et animalia & ani-
 mantes appellari, neq; in homine inesse animum
 uel animam, nec in bestia. Sed utrū anima sit har-
 monia, quæsitum est etiam Aristotelis (qui utri-
 usq; præceptor fuit) tempore: id quod liber 1. de
 Anima testatur. nam totum ferè quæritur Caput
 in ista disputatione occupatur. Agitata iam antè
 hæc eadem quæstio fuit ab Aristotelis magi-
 stro Platone, in Phædone: cuius ipse etiam Cice-
 ro mentionem facit. Vnde fortè hæc desumpta ui-
 deri possent, nisi Aristoxeni nomen expressè cita-
 retur: est enim mirabilis etiam illic animæ cum
 lyra synchronis. Vide an de hac quæstione nonni-
 hil dictum sit lib. 7. diuin. Inst. cap. 13. Vide præ-
 terea Vuilichij obseruationes.

De anima, deq; ea sententiæ philosophorum. CAP. XVII.

SVperest de anima dicere: quanquam percipi ratio eius & natura nō pos-
 sit. nec ideo tamen immortalem esse animam, nō intelligimus: quoniam
 quicquid uiget, moueturq; per se semper, nec uideri aut tāgi potest, æternū
 sit necesse est. Quid autem sit anima, nondum inter philosophos conuenit,
 nec unquam fortasse conueniet. Etenim alij sanguinē esse dixerunt, alij ignē,
 alij uentū: unde anima, uel animus nomē accepit, quod Græcè uētus ἀνιμὸς
 dicitur:

dicitur: nec florum tamē quisquam dixisse aliquid uidetur. Non enim, si anima sanguine aut per uulnus effuso, aut februm calore consumpto, uidetur extingui, continuō in materia sanguinis animę ratio ponenda est: ueluti si ueniat in quæstionem, lumen quo utimur, quid sit, & respondeatur oleum esse: quoniam consumpto illo, lumen extinguitur: cū sint utiq; diuersa, sed alterum sit alterius alimentum. Videtur ergo anima similis esse lumini, quæ non ipsa sit sanguis: sed humore sanguinis alatur, ut lumē oleo. Qui autem ignem putauerunt, hoc usi sunt argumento, quōd præsentē anima corpus caleat, recedente frigescat. Sed ignis & sensu indiget, & uidetur, & tactu cōburit. Anima uerō & sensu aucta est, & uideri non potest, non adurit. Vnde apparet, animam nescio quid esse Deo simile. At illi qui uentum putant, hoc falluntur, quōd ex aere spiritum ducentes, uiuere uideamur. Varro ita definit: Anima est aer cōceptus ore, deferuefactus in pulmone, tepesfactus in corde, diffusus in corpus. Hęc apertissimē falsa sunt. Neque enim tam obscuram nobis huiusmodi dico esse rationem, ut ne hoc quidem intelligamus, quid uero esse non possit. An si mihi quis dixerit æneum esse cœlum, aut uitreum, aut (ut Empedocles ait) aerem glaciatum: statim ne assentiar, quia cœlum ex qua materia sit ignorem? Sicut enim hoc nescio, ita illud scio. Anima ergo non est aer ore conceptus, quia multo prius gignitur anima, quā cōcipi aer ore possit. Non enim post partum insinuatur in corpus, ut quibusdam philosophis uidetur, sed post conceptum protinus, cū fœtum in utero Neceſſitas diuina formauit quia adeō uiuit intra uiscera genitricis, ut & incremento augetur, & crebris pulsibus gestiat emicare. Deniq; abortum fieri necesse est, si fuerit animal intus extinctum. Cæteræ definitionis partes eō spectant, ut illis nouem mensibus, quibus in utero fuimus, mortui fuisse uideamur. Nulla ergo ex his tribus uera sententia est. Nec tamen in tātum eos falsos esse dicendum est: qui hæc senserunt, ut omnino nihil dixerint, nam & sanguine simul, & calore, & spiritu uiuimus. Sed cū constet anima in corpore his omnibus adunatis, non expresserunt propriē quid esset: quia tam non potest exprimi, quā uideri.

C O M M E N T A R I V S.

Superiore capite disputatum est de animæ siue mētis sede: hoc capite de animæ essentia quaeritur, excutiunturq; uariæ uariorum philosophorum definitiones, & confutatur Varronis. Sanguinem.) Criticæ hæc, teste Nemesio, sententia est. Vnde illud Vergilij:

Purpuream uomit ille animam.—

Empedocles, si Plutarcho credimus, animam quæ τὸ αἷμα τὸ σπλάγχιον possit: si Ciceroni, animam dixit cordi suffusum sanguinē. Sunt qui ob hoc putant Iudæis sanguine interdictum. Leuit. 17. Ex antiquis Theologis Epiphanius contra Samaritanos scribens, negat quidem animam sanguinem esse, sed sedem in sanguine habere fatetur.

Alij ignem.) Zenoni uidelicet, ut supra ex Cicerone citauimus: unde Stoicis ἰσχυρὸν τὸ πῦρ. Sed apud Nemesiū Democrito ignis est anima, apud Plutarchum Demetrio, apud Macrobiū Hipparcho, sicut Hipponi aqua. Hinc illud Verg. in 6.

Ignis est ollis uigor & cælestis origo.

item in 4.

—Hanc uocem extremam cum sanguine fundam. Super hac quæstione nonnihil dictum est lib. 2. cap. 10. de Orig. Erroris. Alij uentum.) Aera uel spiritum, Anaxagoræ eorum hæc, teste Plutarcho, est sententia. Anaximenes, teste Macrobio, animam aera dixit: Zeno, spiritum corpori concretum: Hippocrates, spiritum tenuem per corpus omne dispersum. Spiritū esse, sacrae quoque literæ testantur. nam in Genesi Dominus homini recens creato inspirauit spiraculum uitæ: hoc est, spiritum uerē uitalem. Cæterum animæ deriuari ἀπὸ τοῦ αἵματος, et uditis parum placet: cū animæ uocabulum Cicero planē Latinum faciat. Interea cōcesserimus facile, animas aliquoties pro spiritibus seu uentis à Poetis usurpari: ut Verg.

Quantum ignes animæq; ualent.—

Et Plutarchus in uita Homeri, exemplis docet, poetam spiritus uoce pro animæ, & uicissim animæ pro spiritus usurpasse. Sed alterum

alterum sit alterius alimentum.) Atqui supra didicimus, animam non ali. quod quidem de anima immortali seu æterna intelligo. nam uitalis anima cōtroversiam alitur & fouetur, de qua hæc intelligi debent. Aut uitreum, ut Empedoclis.) Remoue parenthesin, si remotum cupis amphibolon. Apud Laertium est λευκάλος ὄψις. Plut. uerò in Placitis, Empedoclis senten-

tian pluribus refert: nempe, solidum esse cœlum, ex aereq; constans, in crystalli duritiâ ab igne compacto, igneam aereamq; immensitatem in utroque hemisphærio continens. *σφραγισμὸν αἰθέρος τοῦ οὐρανοῦ, ἃς αἰθῆρ συμπαγῆται ὑπὸ τῶν πρὸς λευκαλῶσι δῶς, τὸ πῦρ ἰδὲν ἢ αἰθῆρ ἰδὲν γὰρ ἕνα τὸ πῦρ ἴν' ἡμῖσ φαιδῶν ποδείχοντε.*

De anima & animo, eorumq; affectionibus. CAP. XVIII.

SEquitur alia, & ipsa inextricabilis quæstio: Idem ne sit anima, & animus: Non uerò aliud sit illud, quo uiuimus, aliud autē, quo sentimus & sapimus. hanc rationem sequuntur, quòd neq; uiui sine sensu possit, nec sentiri sine uita: ideo op̄ esse non posse diuersum id quod non potest separari: sed quicquid est illud, & uiuendi officium, & sentiendi habere rationem. idcirco animum & animam indifferenter appellant duo Epicurei poetæ. Qui autem dicunt esse diuersa, sic argumentantur: Ex eo posse intelligi, aliud esse mētem, aliud esse animam: quia incolumi anima mens possit extinguī, quod accidere solet infans. item quòd anima morte sopiatur, animus somno: & quidem sic, ut non tantum quid faciat, aut ubi sit ignoret: sed etiam rerum falsarum cōtempatione fallatur. Quod ipsum quomodo fiat, non potest peruideri: cur fiat, potest. Nam requiescere nullo pacto possumus, nisi mēs uisionum imaginibus occupata teneatur. Latet autē mens oppressa somno, tanquam ignis obducto cinere sopitus: quem si paululum commoueris, rursus ardescit, & quasi euigilat. Auocatur ergo simulacris, donec membra sopore irrigata uegetentur: corpus enim uigilante sensu licet iaceat immobile, tamen nō est quietum: quia flagrat in eo sensus, & uibrat ut flamma, & artus omnes ad se adstrictos tenet: Sed postquam mens ad contemplandas imagines ab intentione traducta est: tunc demum corpus omne resoluitur in quietem. Traducitur autem mens cogitatione cæca, cum cogentibus tenebris secum tantummodo esse cœperit: dū intenta est in ea, de quibus cogitaret, repente somnus obrepit, & in species proximas sensim ipsa cogitatio declinat: sic ea quæ sibi ante oculos posuerat, uidere quoque incipit. Deinde procedit ulterius, & sibi auocamenta inuenit, ne saluberrimam quietem corporis interrumpat. Nam ut mens per diem ueris uisionibus auocatur, ne obdormiat: ita falsis nocte, ne excitetur. Nam si nullas imagines cernat, aut uigilare illam necesse est, aut perpetua morte sopiri. Dormiēdi ergo causa tributa est à Deo ratio somnandi, & quidem in commune uniuersis animantibus: sed illud homini præcipue, quod cum eam rationem Deus quietis causa daret, facultatem sibi reliquit docendi hominem futura per somnium. Nam & historiæ sæpe testantur, extitisse somnia, quorum præsens & admirabilis fuerit euentus, & responsatum nostrorum ex parte somnijs constiterunt. Quare neque semper uera sunt, neq; semper falsa, Vergilio teste, qui duas portas uoluit esse somniorum. Sed quæ falsa sunt, dormiēdi causa uidentur: quæ uera, immituntur à Deo, ut imminens bonum aut malum hac reuelatione discamus.

COMMENTARIUS.

Queritur hoc capite, Vtrum anima & animus idem sint, quid inter se differant, quæ uera utriusque sint. Item quid mens ab anima differat, atque de insomnijs & phantasys præclare differit. Quod neq; uiui sine sen-

su.) Atqui ob hoc *ἀντιστοιχίαν* hæc quæstio inexplicabilis non est. Nam utrumque homo cum animantibus mutis non modò commune habet, sed animantes utroque hominem sæpe superant. Quæstio hæc de anima rationali est, quæ

quæ cœlitus originem habet. Duo Epicuri rei Poetæ.) De Lucretio constat, cuius uersiculos ex lib. 3. adscribam:

Nunc animum atq; animam dico cõiuncta teneri Inter se, atq; unam naturam conficere ex se:

Sed caput esse quasi, et dominari in corpore toto, Consilium quod nos, animũ mentemq; uocamus.

Quis autem ille alter sit, non est proclive pronunciatu. Sunt qui Actianam hanc sententiam huc referunt: Sapimus animo, fruimur anima; sine animo anima est debilis. Sed hæc sententia adeo non confundit animæ & animi differentiam, ut maxime statuere uideatur. Deinde nondum apud quenquam legi, Actium Epicureæ disciplinæ sectatorem fuisse. Cicero pri. Tusc. quæst. philosophorum de anima dogmata recitans, inter cætera sic scribit: Animum autem, animam etiam ferè nostri declarant nominari. nam & agere animam, & efflare dicimus, & animosos, & bene animatos, & ex animi sententia. Ipse autem animus ab anima dictus est. Actianæ sententiæ similem Nonius Marcellus effert his uerbis: Animus est quo sapimus, anima qua uiuimus. Cornelius Fronto: Animus qualitas uiuentis, anima causa uitæ. Sed audiamus ex Catholicis aliquem, & quidem Augustinum, diu in philosophicis studijs uersatum. Is in libro de Spiritu & anima cap. 34. sic scribit: Spiritus pro spiritali anima, uel pro eo quod spirat in corpore. Item animum idem dicimus quod animam: sed anima uitæ, animus consilij. unde aiunt philosophi, & sine animo uitam manere, & sine mente animam durare, sicut in amentibus, ad mentem enim pertinere uidetur, ut sciat: ad animum, ut uelit. Aliud esse mentem.) Mentem, eodem Augustino teste, alij ab eminendo, alij à memini deriuari dicunt. Cæterum quædam quæ hoc loco commodè dici possent, dicta sunt lib. septimo, capite duodecimo. Nisi mens uisionum.) Est enim, ut Cicero alicubi docet, mentis incredibilis uidendi ueri cupiditas. Vnde Plato in quæstionem uocat, utrum d vōs idem sit, quod ἡ ἀδύβεια, siue ὁβία ἀδύβεια. Sed ea pars quæ φαντασία Græcis, Latinis imaginatio dicitur, erroribus obnoxia, mentem sepe secum in errores trahit. Est enim imaginationis (ut Aristoteles in 3. de Anima, & ibidem eius commentator Aphrodiseus docent) non magis ἀλλόθεν, quam ἄδύδου. quia hanc, sicut sensus quoque, cum mutis animalibus communem homo habet. Hæc propterea libuit hic

commemorare, quia Lactantius ait, animum rerum falsarum contemplatione falli, falli etiam in somnijs. Ponamus itaque huc definitiones utriusque, ex eo philosophi libro, qui πρὸς ἑνὸν πνεῦμα ἴκται, scribitur: ἐστὶ δὲ φαντασία, ἡ ἰδέσθαι τὰ οὐκ ὄντα, ἢ τὰ ὄντα ἄλλοθεν ἢ ἀδύδου. Hoc phantasma Lactantius cogitationem cæcā nominat. Sopore irrigata uegetentur.) Quod caret alterna requie, durabile non est: inquit Ouidius. necesse est etiam mentē quiescere: quæ quies somnus dicitur, cum prænus nihil aliud sit quàm animi quies. Extat præclarus Aristotelis liber πρὸς ἑνὸν πνεῦμα ἐκ τῆς σέως inscriptus. Ex eo de hac re uerba subiicitur: πρὸς ἅ τινι μὲν οὐκ ἐστὶ δὲ λέγονται πρὸ φύσει γινέσθαι ὡς ποιεῖν, τὸ δὲ ἐγγράδιον τὸ δὲ ἀνάπαυσιν παύσι, τὸ δὲ ἀνάπαυσιν μὴ δυνάμεως δ' αἰεὶ καὶ ἀνάπαυσιν μὴ δυνάμεως μετ' ἡδονῆς, ἀνάγκαιον ἐστὶ καὶ ἀνάπαυσιν, τὸ δὲ ἑνὸν πνεῦμα δὲ αὐτῶν τὸ ἀλλόθεν πρὸς ἀνάπαυσιν ὄντι, ὡς τὸ σωτηρίας γινέσθαι τῆ ζωῆς ὑπαρχε. Resoluitur in quietem.) Vergilius in quarto: — Phœnissa nec unquam

Soluitur in somnum. — Ante oculos posuerat.) Hoc Arist. de Anima uocat εἰδωλὸς ποιεῖν. Futura per insomnium.) Vt Iosephus & Daniel, somnorum interpretes fuerunt. & Dominus per Iohannem hoc diuinationis genus mortalibus promissit: οἱ πρὸς ἑνὸν πνεῦμα ἴκται, ἢ τὰ ὄντα ἄλλοθεν ἢ ἀδύδου. Sed et in Gentiliũ historijs sepe insomnium minime uana occurrunt: qualia Valerius lib. 1. aliquot collegit. quanquam Peripatetici omnem ferè diuinationem ex somnijs tollunt. Horum tamen quædam δὲ ὄνειρος nominat, diuinitus nimirum immissa. Circumfertur Artemidori liber de somniorum interpretatione, meris referentis, quas tamen apud autores parum obseruari animaduerto. Delineabo negotium totũ quàm potero breuissimè: nam apud Valerium hoc pleniori manu tradidimus, sequenti Macrobiũ, qui cap. 3. lib. 1. de somnio Scipionis, quinq; somniantia genera disertè & copiosè prosequitur, Omnium

{ ὄνειρος, ab ὄν & εἶρω. Latinis proprie somniū, uelut ambagibus, }	{ Proprium Alienum Commune Publicum Generale }	{ Pro uarietate cir- cumstātiarum, ma- ximē personæ. }
--	---	---

Diuinatio-
nis hæc sunt: ὄραμα, uisio proprie: quum quid eodem modo eueniet, quæ
apparuerat.
 χηματισμός, quod oraculum nuncupatur, quando in somno
uel parens, uel grauis alioqui persona, uel numen apparet.

10
 Omnium quæ
 uidere sibi dormiē-
 tes uidentur, quin-
 que sunt diuersita-
 tes & nomina:

Hæc diuinatio-
ne carent: {
 Animi, ut cum amans si-
 bi somnia fingit.
 Corporis, ut quod uel ex
 crapula uenit, uel ex fa-
 me. ἀγρυπνία.
 Fortunæ, ut cum thesau-
 rum reperisse somniat.

φαντάσμα, Cicero uisum solet uertere, cum sensibus non
proffus consopitis, menti se quiddā ueluti per nebulam offert.

Vergilio teste.) Aeneidos 6. circa finem:
 Sunt geminae somni portæ, quarum altera fertur
 Cornea, quæ ueris facilis datur exitus umbris
 Altera candenti perfecta nitens elephanto.
 Sed falsa ad cælum mittunt in somnia manes.
 30 Sed falsa ad cælum mittunt in somnia manes.
 elegans topothestice exemplum. Corneam portā
 ueris insomnijs ideo tribuit, quia cornu attenua-
 tum perspicuum sit: eburneam falsis, quia ebur
 densum est & fragile. Atqui non Maronis hæc
 prima fictio est, sed Homeri, Odys. τ. ubi Pene-
 lopes insomnium describitur. Versus Homericī
 sunt:

διὰ γὰρ τὴν πύλαι ἀμυλων εἰσὶν ὄνει-
 ρων.
 αἰ μὲν γὰρ λεράσσι τετιχέται, αἰ δ' ἐλε-
 φαντι.
 τῶν οἱ μὲν κ' ἐλθῶσι εἴα πρὶς οὐ ἐλέφαν-
 τῶν.
 οἱ δ' ἐλεφαίρονται ἐπὶ ἀκράντα φορέω-
 τῶν.
 οἱ δὲ εἴα φρεσῶν λεράων ἐλθῶσι δύραζε·
 οἱ δ' ἐτυμα λεράινσαι βροτῶν ὅτε λυγὴ τις ἴδῃ-
 ται.

De origine animæ. CAP. XIX.

40 Illud quoque uenire in quæstionem potest: Vtrum ne anima ex patre, an
 potius ex matre, an uerò ex utroq; generetur. Sed ego id meo iure ab anci-
 piti uendico. Nihil enim ex his tribus uerum est: quia neque ex utroq;, neq;
 ex alterutro feruntur animæ corporibus. Corpus enim ex corporibus nasci
 potest, quoniam confertur aliquid ex utroque: de animis anima non potest,
 quia ex re tenui & incomprehensibili nihil potest decedere. Itaq; serēdarum
 animarum ratio unī ac solī Deo subiacet.

Deniq; cælesti sumus omnes semine oriundi:
 Omnibus ille idem pater est,

50 ut ait Lucretius. nam de mortalibus non potest quicquam nisi mortale ge-
 nerari, nec putari pater debet, qui transfudisse aut inspirasse animam de
 suo nullo

suo nullo modo sentit: nec si sentiat, quando aut quomodo id fiat, habeat animo comprehensum. Ex quo apparet, non à parentibus dari animas, sed ab uno eodemq; omnium Deo patre, qui legem rationemq; nascendi tenet solus: siquidem solus efficit. nam terreni parentis nihil est, nisi ut humorem corporis, in quo est materia nascendi, cum sensu uoluptatis emittat uel recipiat. Circa hoc opus homo resistit, nec quicquam amplius potest: ideo nasci sibi filios optant, quia non ipsi faciunt. Cætera iam Dei sunt omnia, scilicet conceptus ipsi, & corporis informatio, & inspiratio animæ, & partus incolumis, & quæcunq; deinceps ad hominē conseruandū ualēt: illius munus est quod spiramus, quod uiuimus, quod uigemus. Nam præter quàm quod ipsius beneficio incolumes sumus corpore, & quod uictum nobis ex uarijs rebus subministrat: sapientiã quoq; homini tribuit, quam terrenus pater dare nullo modo potest. Ideoq; & de sapientibus stulti, & de stultis sapientes sepe nascuntur, quod quidam fato ac sideribus assignant. Sed non est nunc locus de fato disserendi. Hoc dicere satis est, quod etiamsi astra efficientiam rerum contineant, nihilominus omnia à Deo fieri certum est, qui astra ipsa & fecit & ordinauit. Inepti ergo, qui hanc potestatem Deo detrahunt, & operi eius attribuunt. Hoc igitur Dei munere cœlesti atq; præclaro an utamur, in nostra uoluit esse potestate. Hoc enim concessio, ipsum hominem uirtutis sacramento religauit, qua uitam posset adipisci. Dedit ei & constituit aduersariū, nequissimum & fallacissimum spiritum, quo cum in hac terrestri uita sine ulla securitatis requie dimicaret. Cur autem Deus hunc uexatorem generi hominum constituerit, breuiter exponam.

C O M M E N T A R I V S.

Confutat hoc capite illorum dogma, qui animos ex traduce oriri, & quasi per propaginem ex parentibus procreari putarunt. Multa est huius traduce apud Patres mentio, præsertim apud Augustinum. Lactantius in hac Quæstione longè melius sapit quàm eius præceptor Arnobius, qui ait eam, fragilitatem infirmitatemq; nostram transire. At multo rectius Arist. qui cõfessus est animam forinsecus in corpus humanum commigrare. Quod tamen de æterna & rationali uolumus intelligi. nam animam sentientē & uegetatiuã confitemur ex traduce in progeniē propagari. Deniq; cœlesti.) Hi Lucretiani uersi culi citati sunt etiam lib. 6. cap. 10. ex lib. 2. Pudere rectè cõfunduntur Christiani illi, qui ignorāt, spiraculum uitæ à demiurgo hominis plasmati recens condito fuisse infusum, cum tale quiddam etiã Promethei fabula gentilibus adumbret. Audi Arnobi, Lucretium Epicureū tibi rē tam arduam liquidè pronunciantem. Atqui professio fidem derogat. Derogat obsecro? Audies autem doctorē gentium Arati autoritatem tibi obtrudentem,

quam Atheniēsis olim obtrusit? Audia, inquit. το γαρ κει ψι & σμυ. Humorē corporis.) το σπμα, quod in loculos matris infusum sit γονι: quod hic materiam nascendi uocat. inde sit εμβρυον. Homo resistit.) Physi uarias sepe causas sterilitatis & fecunditatis adferunt, & inter has calorem potissimum, & frigus: cui uitio sepe thermis aut alijs rebus openferunt. Atqui sacra litera Sara Elizabethaq; exemplis pulchrè docent, quæ causa plurimis fecunditatis sterilitatisq; sit. Fato ac sideribus.) Non alium uidi, qui doctius, quid satis ac sideribus tribuendum sit, disseruerit, quam Huldreichū Zuinglium, in præclaro illo de Providentia diuina opere. In nostra uoluit potestate.) Tribuit libero arbitrio nimium: de quo in Diuinis institutionibus est à nobis disputatum. Dicitum est etiam in iisdem, de satanae aduersus mortalium genus odio, atq; adeo de militia Christiana, de qua præclari libri nostra ætate ab hominibus doctis & pijs scripti sunt.

De anima, & diabolo, & corpore. CAP. XX.

Ante omnia diuersitatem uoluit esse: ideoq; uulgò non aperuit ueritatem, sed eam paucissimis reuelauit: quæ diuersitas omne arcanum mundi continet. Hæc est enim quæ facit esse uirtutem, quæ scilicet sine ipsa non modò nō esse, sed ne apparere quidē posset: quia uirtus esse nō poterit, nisi fuerit

fuerit compar aliquis, in quo superando uim suam uel exerceat, uel ostendar. Nam ut uictoria cōstare sine certamine nō potest, sic nec uirtus quidem ipsa sine hoste. Itaq; quoniam uirtutem dedit homini, statuit illi ex contrario inimicum, ne uirtus ocio torpens naturam suam perderet. Cuius omnis ratio in eo est, ut concussa & labefactata firmetur, nec aliter ad summum fastigium possit uenire nisi prudenti manu semper agitata, se ad salutem suam dimicandi tenore fundauerit. Noluī enim Deus hominem ad immortalem illam beatitudinem delicato itinere peruenire. Daturus ergo uirtutem, dedit hostem prius, qui animis hominū cupiditates & uitiā immitteret: qui esset autor errorū, malorūq; omniū machinator: ut quoniā Deus hominē ad uitā uocat, ille contrā, ut rapiat & traducat ad mortē. Hic est qui aut inducit, aut decipit eos qui ueritati studēt: aut si dolo & studijs nō quieuerit, uirilē gerit animū, quo sublimiū uigorē labefactare conetur, infanda dictu, & execrabilia molitens: uexat, interficit: & tamē ut prostrenit multos, sic à multis uictus prostratusq; discedit. Magna est enim uis hominis, magna ratio, magnū sacramētū. A quo si quis non defecerit, nec fidē suā deuotionēq; prodiderit, hic beatus, hic deniq; (ut breuiter finiam) similis Deo sit, necesse est. Errat enim quisquis hominem carne metitur. Nam corpusculum hoc quo induti sumus, hominis receptaculum est. Nam ipse homo neq; tangi, neq; aspici, neq; comprehendī potest, quia latet intra hoc quod uidetur. Qui si delicatus magis ac tener in hac uita fuerit quā ratio eius exposcit, si uirtute cōtempta, desiderijs se carnis addixerit: cadet, & premetur in terram: sin autem (ut debet) statum suū, quem rectū rectē fortitus est, promptē constanterq; defenderit, si terrā quā calcare ac uincere debet, non seruerit: uitam merebitur sempiternam.

COMMENTARIUS.

Hoc capite differit de regno Christi, & tyrannide sathanica. Exemplum συγκελευσεως est. Huius typus exprimitur apud Lucam, de fortiore domum occupante. Diuersitatem.) Diuersitatis uocabulo utitur hic, uel abutitur potius, pro dissidio, quod alioquin ἀμοιότης significat. Arcanum mundi.) Hoc mysteriū intelliget is, qui intelligit usum τρωοπίας Pauline, quæ est Eph. 6. Hæc est enim.) Sic Achilles, Hector, sic Scipio, Hannibal, uirtutes suas exeruerunt. Locus est à relatione, ex actionibus uoluntatis nata. Qui esset autor errorum.) Non antiquis opus est exēplis. Erroribus hucusq; Antichristus Sathanicæ ecclesie antistes, maiorem mundi partē obcæcauit & subegit, errores tuetur tyrannide plus quā Bar-

barica. Hic est mundus, hic est principatus huius mundi. Magnum profectō arcāum est, uirtutem in infirmitate perfici. Delicato itinere.) Alludit ad literam Pythagoricā, de qua supra in Diuinis Institut. lib. 6. cap. 3. Errat enim.) πλατωνίσει uideri posset, cum Tertulliano & alijs, qui hominem ex solo animo metiuntur, quā interim Catholici carnis resurrectionem statuunt. Sed autor nunc hic nihil de carne sepulta, olim excitanda, sed de lege carnis, de lege membrorum loquitur, quæ in hoc corpusculo non ad libertatē modō, sed etiā ad tyrannidē aspirat. Vitam merebitur sempiternā.) Meritorius aliquis hic fortassis aures arrigit: parum memor, quod paulo antē pactus est, ne quis fidem, deuotionēq; prodat. Nā collapsa fide, collabentur omnia;

Operis conclusio: & ueritatem superari non posse.

CAP. XXI.

Hæc ad te, Demetriane, interim paucis, & obscurius fortasse quā de se debebis, plura meliora lecturus, si nobis indulgentia cœlitūs uenerit. tunc ego te ad ueræ philosophiæ doctrinam & planius & uerius cohortabor. Statui enim, quā multa potero literis tradere, quæ ad uitæ beatæ statum spectant: & quidem contra philosophos, quoniam sunt ad perturbandam ueritandī, differendīq; subtilitas quemuis facile deceperit: quos partim nostris

armis, partim uerò ex ipsorum inter se cōcertatione sumptis reuincemus: ut appareat eos induxisse potius errorē, quàm sustulisse. Fortasse mireris, quòd tantū facinus audeam. Patiēmur ne igitur extingui aut opprimi ueritatem: Ego uerò libentius uel sub hoc onere defecerim. Nam si M. Tullius eloquentiē ipsius unicum exemplar, ab indoctis & ineloquentibus, quia tamen pro uero nitentur, sæpe superatus est: cur desperemus, ueritatem ipsam contra fallacem captiosamq; facundiam, sua propria ui & claritate ualituram? Illi quidem se patronos ueritatis profiteri solent. sed quis potest eam rem defendere, quam non didicit: aut illustrare apud alios, quam ipse non nouit? Magnū uideor polliceri: sed cœlesti opus est munere, ut nobis facultas ac tempestiua ad proposita cōsequēda tribuatur. Quòd si uita est optāda sapienti, profectò nullā aliā ob causam uiuere optauerim, quàm ut aliquid efficiam, quod uita dignum sit, & quod utilitatem legētibus, etsi non ad eloquentiam, quia tenuis in nobis facundiæ riuus est, ad uiuendum tamen afferat: quod est maxime necessarium. Quo profectò satis me uixisse arbitror, & officium hominis implese, si labor meus aliquos homines ab erroribus liberatos, ad iter cœleste direxerit.

C O M M E N T A R I V S.

Hic Epilogus nec recapitulationem, nec affectus habet, sed purgationem quandam, reddens rationem instituti absolutiq; operis: nempe sibi simplici ueritatis orationi nexo, contra philoso-

phos eloquentes negotium susceptum esse. Quare de re alibi in Diuini institutionibus, præsertim in exordio libri de Falsa sapientia.

C O M M E N T A R I O R V M I N L I B R V M D E
de Opificio Dei FINIS.L. COELII LACTANTII
FIRMIANI LIBRI ACEPHALI
Epitome.

De Iusticia, Sapientia, & Stultitia. CAP. I.



AM si iusticia est ueri Dei cultus (quid enim tam iustum ad æquitatem, tam pium ad honorem, tam necessariū ad salutem, quàm Deum cognoscere ut parentem, uenerari ut Dominum, eiusq; legi aut præceptis obtemperare?) nescierunt ergo iusticiam philosophi, quia nec ipsum Deum agnouerunt: & ideo refelli potuerunt à Carneade, cuius hæc fuit disputatio, nullum esse ius naturale: itaq; omnes animantes ipsa ducente natura commoda sua defendere: & ideo iusticiam, si alienis utilitibus consulat, suas negliget, stulticiam esse dicendam. Quòd si omnes populi, penes quos sit imperium, ipsiq; Romani qui orbem totum possederent, iusticiam sequi uelint, ac suum cuiq; restituere, quod ui & armis occupauerunt, ad casas & egestatem reuertentur. quod si fecerint, iustos dicemus quidem, sed tamē stultos iudicare necesse est: qui ut alijs prosint, sibi nocere cōtendāt. Deinde si reperiat aliquis hominem, qui aut aurū pro aurichalco, aut argentum pro plumbo uendat per errorem, atq; id emere necessitas cogat, utrū dissimulabit, & emet paruo, an potius indicabit: iustus utiq; dicit, quia nō sefellit: sed idē stultus, qui alteri fecerit lucrū, sibi damnū. sed facile de dāno est. quid si uita eius in periculū ueniet, ut eum aliquādo necesse sit aut occidere, aut mori: quid faciet? pōt hoc euenire, ut naufragio facto in ueniat aliquē imbecillē tabulæ inhaerentē: aut uicto exercitu fugiēs, reperiat aliquē uulneratū equo insidentē: utrū ne aut illū tabula, aut hunc equo deturbabit, ut ipse pos-

tit ipse possit euadere: Si uolet iustus esse, non faciet: sed idem stultus iudica-
 bitur, qui dum alterius uitæ parcat, suam perdet. Si faciet, sapiens quidē uide-
 bitur, quia sibi cōsulet: sed & idem malus, quia nocebit. Acuta ista sanē: sed re-
 spōdere ad ea facile possumus. Imitatio enim nominū facit, ut sic esse uideat.
 Nam & iustitia imaginem habet stultitiæ, non tamen est stultitia: & malitia
 imaginem sapientiæ, non tamen sapientia est. Sed sicut malitia ista in conser-
 uandis utilitatibus suis intelligens redargui uidetur, quia nō sapiētia, sed cal-
 liditas, & astutia est, ita & iustitia non debet stultitia, sed innocētia nominari,
 quia necesse est, iustum esse sapientem, & eum, qui sit stultus, iniustum. Nam
 nec ratio, nec natura ipsa permittit, ut is, qui iustus est, sapiens non sit: quo-
 niam iustus nihil utiq; facit, nisi quod rectum, & bonum est: prauum, & ma-
 lum semper fugit. Quis autem discernere bonum & malum, prauum & re-
 ctum poterit, nisi qui sapiēs fuerit? Stultus autē male facit: quia bonum, & ma-
 lum quid sit, ignorat: ideo peccat, quia nō potest praua, et recta discernere: igi-
 tur nec stulto iustitiā, nec iniusto sapientiā conuenire. Ergo stultus nō est:
 qui nec tabula naufragū, nec equo sauciū deiecerit: quia se abstinuit à nocen-
 do, quod est peccatum: peccatum autem uitare, sapiētis est. Sed ut stultus pri-
 ma facie uideatur, illa res efficit, quod extingui animam cum corpore existi-
 mant. idcirco omne cōmodum ad hanc uitā referunt. Si enim post mortē ni-
 hil est, utiq; stultē facit, qui alterius animæ parcat cum dispendio suæ, aut qui
 alterius lucro magis, quam suo, consulit. si mors animam delet, dāda est ope-
 ra, quod iucundius, commodiusq; uiuamus: si autem uita post mortem super-
 est æterna, & beata, hanc utiq; corporalem cum omnibus terræ bonis iustus
 ac sapiens contemnet, quia sciet, quale à Deo sit præmiū recepturus. Tenea-
 mus igitur innocentiā, teneamus iustitiā, subeamus imaginē stultitiæ, ut ue-
 ram sapientiā tenere possimus. Et si hominibus uidetur ineptus, ac stultum,
 torqueri, & mori uelle, cū liberē liceat abire sine noxa: nos tamen omni uir-
 tute, omniq; patientia fidem Deo exhibere nitamur. Non mors terreat, nec
 dolor frangat, quo minus uigor animi & constantia incōcussa seruetur. Stul-
 tos notet, dūmodo ipsi stultissimi sint, & cæci, & hebetes, & pecudibus æqua-
 les, qui non intelligūt esse mortiferum, relicto Deo uiuo prosternere se, atq;
 adorare terrena: qui nesciunt ex illis æternam pœnam manere, qui figmenta
 insensibilia fuerint uenerati: & eos, qui nec tormēta, nec mortem pro cultu,
 & honore ueri Dei recusauerint, uitam perpetuam consecuturos. Hæc est fi-
 delissima, hæc est uera sapientia, hæc perfecta iustitia. Nihil ad nos attinet,
 quid iudicent stulti, quid hōmunculī sentiant. Nos iudicium Dei expectare
 debemus, ut eos postmodum, qui de nobis iudicauerint, iudicemus.

De uero sacrificio.

CAP. II.

40 **D**ixi de iustitia, quid esset: sequitur, ut ostendam, quid sit uerū sacrificium
 Dei, quis iustissimus ritus colendi: ne quis arbitretur, aut uictimas, aut
 odores, aut dona presentia desiderari à Deo: à quō si fames, si sitis, si al-
 gor, si omnium rerum terrenarum cupiditas abest, non ergo utitur ijs omni-
 bus, quæ templis, alijsq; fictilibus inferuntur: sed sicut corporalibus corpora-
 le, sic utiq; incorporalibus incorporale sacrificium necessariū est. Illis, quæ in
 usum tribuit homini Deus, ipse non indiget: & est omnis terra sub potestate
 ipsius. non indiget templo, cuius domicilium mūdus est. nō indiget simula-
 cro, qui est & oculis, & mente incōprehensibilis. nō indiget terrenis lumini-
 bus, qui solem cum cæteris astris in usum hominibus potuit accēdere. Quid
 50 igitur ab homine desiderat Deus, nisi cultum mētis, qui est purus, & sanctus:
 Nam illa, quæ aut digitis fiunt, aut extra hominem sunt, hoc sacrificium ue-
 rum non est, nec quod ex arca, sed quod ex corde profertur, nō quod manu

sed quod mente libatur. hæc acceptabilis uictima est, quã de seipso animus immolat. Nam quid hostiã? quid thura? quid uestes? quid aurũ? quid argentum? quid pretiosi lapides conferunt, si colentis pura mens est? Sola ergo iustitia est, quam Deus expetit: in hac sacrificium, in hac Dei cultus est: de quo nunc mihi differendum est, docendumq̃, in quibus operibus iustitiam necesse sit contineri.

De vijs uitæ, deq̃ iustitiæ officijs, et primis mundi temporibus.

CAP. III.

DVas esse humanæ uitæ uias, nec philo sophis ignotum fuit, nec poetis: sed eas utiq̃ diuerso modo induxerunt philosphi: alteram industria, alteram inertia esse uoluere, sed hoc minus recte, cum eas ad solius uitæ commoda retulerunt. melius poetæ, qui alteram iustorum, alteram impiorum esse dixerunt. Sed in eo peccant, quod eas non in hac uita, sed apud inferos esse aiunt. Nos utiq̃ rectius, qui alteram uitæ, alteram mortis, & hic tamē has uias esse dicimus. sed illa dexterior, qua iusti sunt gradiētes, non in Elysium fert, sed in cœlũ, immortales enim fiunt. sinisterior ad tartarum: æternis enim cruciatibus addicuntur iniusti. Veneranda est à nobis iustitiæ uia, quæ ducit ad uitam. Primũ autem iustitiæ officium est, Deum cognoscere, ut patrem: eumq̃ metuere, ut dominum: diligere, ut patrem. Is est enim qui nos genuit, qui uitali spiritu animauit, qui alit, qui saluos facit. Habet in nos non modò ut pater, uerum etiam ut dominus licentiam uerberandi, & uitæ, ac necis potestatem, unde illi ab homine duplex honos, id est, amor cum timore debetur. Secundum iustitiæ officium est, hominẽ agnoscere uelut fratrem. Si enim Deus fecit, & uniuersos ad iustitiam, & ad uitam æternam conditione generauit: fraterna utiq̃ necessitudine cohæremus: quã qui non agnoscit, iniustus est. Sed origo huius mali, q̃ societas inter se hominum, quo necessitudinis uinculũ dissoluitur, est, quod ab ignorantia ueri Dei nascitur. Qui enim fontẽ illum benignitatis ignorat, bonus esse nullo modo potest. Inde est, quod ex eo tempore, quo multi Dij consecrari ab hominibus, coliq̃ cœperunt, fugata est (sicut poetæ aiunt) iustitia. sic diremptũ est omne fœdus, dirempta societas iuris humani, cum sibi quisq̃ cõsulere, ius in uitibus commutare, nocere inuicẽ, fraudibus aggredi, dolis circũscribere, cõmoda sua aliorum incõmodis adaugere, nõ cognatis, non liberis, nec parentibus parcere, ad necẽ hominũ pocula temperare, obsidere cum ferro uias, maria infestare, libidini autẽ, quo furor duxerit, fræna laxare, nihil deniq̃ sancti habere, quod cupiditas infanda non uiolaret. Cũ hæc fierẽt, tum leges sibi homines condiderũt pro utilitate cõmuni, ut se interim tutos ab iniurijs facerent. Sed metus legum non scelera comprimebat, sed licentiã submouebat. Poterãt enim leges delicta punire, conscientiam munire non poterant. Itaque quæ anteq̃ palàm fiebant, clàm fieri cœperunt: circumscribi etiam iura: siquidem ipsi præsidēs legum præmijs, muneribũsque corrupti, uel in remuneratio debant dissensiones, & bella, & mutua deprædationes, & oppressis legibus sæuendi potestas licenter assumpta. In hoc statu cum essent humanæ res, misertus est nostri Deus, reuelauit se nobis, & ostendit, ut in ipso religionem, fidem, castitatem, misericordiam disceremus, legemq̃ diuinam, quæ humana cum cœlestibus copulat, tradente ipso Domino sumeremus: quæ lege uniuersi, quibus irretiti sumus, errores cum uanis, & impijs superstitionibus tollerentur. Quid enim homini debeamus, eadem illa lex præscribit, quæ docet, quicquid homini præstiteris, Deo præstare. Sed radix iustitiæ, & omne fundamentum æquitatis est illud, Vide ut ne facias ulli, quod pati nolis: sed alterius animum de tuo metieris. si acerbum est iniuriam ferre, & qui eam fecerit, uidetur iniustus, transfer in alterius personam, quod

quod in te sentis, & in tuā quod de altero iudicas: & intelliges tam te iniuste facere, si alteri noceas, quam alterū, si tibi. Hæc si mente uoluemus, innocentia tenebimus: in qua iustitia uelut in primo gradu consistit, primus est enim, non nocere proximo, sed officiosè prodesse. Et sicut in rudibus agris prius quam serere incipias, euulsis sentibus, & omnium stirpium radicibus amputatis, arua purganda: sic de nostris animis prius uitia detrahenda, & tunc deum uirtutes inferendæ, de quibus seminata per uerbū Dei fruges immortalitatis oriantur.

De Affectibus. CAP. IIII.

Tres affectus, uel (ut ita dicā) tres furia sunt, quæ in animis hominū tantas perturbationes ciunt, & interdū cogunt ita delinquere, ut nec famæ, nec periculi sui respectū, aut curā habere permittāt: Ira, quæ uindictā cupit: Auaritia, quæ desiderat opes: Libido, quæ appetit uoluptates. His uitijs resistendum est, hæc stirpes erudæ, ut uirtutes seri possint. Hos affectus Stoici amputandos, Peripatetici tēperādos putāt. Neutri eorū rectè quia neq; detrahi possunt, siquidē natura insiti habēt certā magnāq; rationē: neq; minui, quoniam si mala sunt, carendum est etiā temperatis, & mediocribus, si bona: integris utendū est. Nos uerò neq; detrahendos, neq; minuendos esse dicimus. Nō enim per se mala sunt, quæ Deus homini rationabiliter inseuit, sed cum sint utiq; natura bona, quoniā ad tuendā uitā sunt attributa, male utendo fiunt mala: sicut, si fortissimè pro patria dimices, bonum est: si contra patriam, malum. Sic & affectus, si ad usus bonos habeas, uirtutes erunt: si ad malos, uitia dicentur. Ira igitur ad coercionem peccatorum, id est, ad regendam subiectorum disciplinam data est à Deo, ut metus licentiam comprimat, & compescat audaciam. & qui terminos eius ignorat, irascitur paribus, aut fortioribus. Inde ad immania facinora prosilitur: inde ad cædes, inde ad bella cōfurgitur. Cupiditas ad desideranda, & conquirenda uitæ necessaria tributa est. Sed qui nesciunt fines eius, insatiabiliter opes congerere nituntur. Hinc uenena, hinc circūscriptiones, hinc falsa testimonia, hinc omniū fraudum genera erupere. Libidinis autem affectus ad procreandos filios insitus, & innatus est: sed qui limites eius animo non tenent, utuntur eo ad solam uoluptatem. Inde illicitæ nuptiæ, inde adulteriæ & supra, inde omnes corruptelæ oriuntur. Redigendi ergo sunt isti affectus intra fines suos, & in uiam rectam redigendi: in qua etsi sunt uehementes, culpam tamen habere non possunt:

De Voluptatibus sensuum coercendis. CAP. V.

Cohibēda est ira cū patimur iniuriam, & ut malum comprimā, quod ex certamine impendet, & ut duas maximas uirtutes innocētiam, & patientiam teneamus. Auaritia frangitur, cum habemus, quod satis est. Quis enim furor est, in his congerendis laborare, quæ aut latrocinio, aut furto, aut proscriptione, aut morte ad alios facile sit peruenire: Libido extra legitimum torum non euagetur, sed creandis liberis seruiat: appetentia enim nimia uoluptatis, & periculum parit, & insaniam generat, & (quod est maximè cauendum) mortem incurrit æternam. Nihil est enim tam inuisum Deo, quam mens incesta, & animus impurus. Nec hac sola uoluptate abstinendū sibi putet, quæ capitur ex fœminei corporis copulatione, sed & cæteris uoluptatibus reliquorum, quia & ipsæ sunt uitiosæ, & eiusdē uirtutis est, eas contemneret. Oculorum uoluptas percipitur ex rerum pulchritudine: aurium, de uocibus canoris, & suasionibus: narium, de odore iucundo: saporis, de cibis dulcioribus, quibus omnibus uirtus repugnare fortiter debet, ne his illecebris irretitus animus, à cœlestibus ad terrēna, ab æternis ad temporalia, à uita immortalī ad perpetuam pœnam deprimatur. In saporis, & odoris uoluptate

hoc periculum est, quod trahere ad luxuriam poterit. Qui enim fuerit his deditus, aut non habebit ullam rem familiarem: aut si habuerit, absumet, & ager postmodum uitam detestabilem. Qui autem rapitur auditu, (ut taceam de cantibus, qui sensus ita saepe deliniunt, ut etiam status mentis furore perturbentur, compositis certis orationibus, numerosisque carminibus, aut argutis dispositionibus) ad impios cultus facile traducitur. Inde est, quod scriptis caelestibus, quia uidentur incompta, non facile creditur, quia aut ipsi sunt disertissimi, aut diserta legere uolunt, nec quaerunt uera, sed dubia: imò illis haec uidentur uerissima esse, quae auribus blandiuntur. ita respuunt ueritatem, dum sermonis uarietate capiuntur. Voluptas uero, quae spectat ad uisum, multiformis est. Nam quae percipitur ex rerum pretiosarum pulchritudine, a ueritate concitat, quae aliena esse debet a sapiente, atque iusto: quae autem capitur de specie mulierum, in alteram rapit uoluptatem, de qua iam superius locuti sumus.

De innocentia, & precepta eorum quae uelantur.

CAP. VI.

Superest de spectaculis dicere, quae quoniam potentia sunt ad corrumpendos animos, uitanda sapientibus, & cauenda sunt totaliter: quod ad celeberrimos Deorum honores inuenta memorantur. Nam munerum editioes Saturno factae sunt. Scena, Liberti patris est. Ludi uero Circenses Neptuno dicati putantur, ut iam qui spectat, uel interest, relicto Dei cultu, ad profanos ritus transisse uideatur. Sed ego de re malo dicere, quam de origine. Quid tam horribile, tam tetrum, quam hominis trucidatio? Ideo seuerissimis legibus uita nostra multatur, ideo bella execrabilia sunt. inuenta tamen consuetudo, quatenus homicidium sine bello, ac sine legibus faciant, & hoc ut scelus uindictent. Quod si interesse homicidio, sceleris conscientia est, & eodem facinore spectator obstrictus est, quo & admissor: ergo & his gladiatorum sceleribus non minus cruore perfunditur qui spectat, quam ille, qui facit: nec potest esse immunis a sanguine, qui uoluit effundi: aut uideri non interfecisse, qui interfectori & fauet, & praemium postulauit. Quid scena? num sanctior: in qua Comaedia de stupris & amoribus: Tragoedia de incestis, & parricidijs fabulatur. Histrionici etiam impudici gestus, quibus infames foeminas imitantur, libidines, quas saltando exprimunt, docent: an non mimus corruptela disciplinae est: in quo fiunt per imaginem, quae non sunt, ut fiant sine pudore, quae uera sunt. Spectant haec adolescentes, quorum lubrica aetas, quae frenari, ac regi debet, ad uitia, & peccata his imaginibus eruditur. Circus non innocentior aestimatur, sed maior hic furor est, siquidem mentes spectantium tanta feruntur insania, ut non modo in conuitia, sed etiam in rixas, nec non in praeha, & contentiones saepe consurgant. Fugienda igitur omnia spectacula, ut tranquillum mentis statum tenere possimus, renuntiandum noxijs uoluptatibus, ne delenti suauitate pestifera, in mortis laqueos incidamus. Placet sola uirtus, cuius merces immortalis est, cum uicerit uoluptatem. Suppositis autem affectibus, & perdomitis uoluptatibus, facilis in comprimendis ceteris labor est ei, qui sit Dei, ueritatisque sectator: non maledicet, inquam, qui expectabit a Deo benedictionem. Hic uitabit, ne Deum ludibrio habeat: sed ne iurabit quidem, ne quando uel necessitate, uel consuetudine in periurium cadat. Nihil subdole, nihil dissimulanter loquetur: neque abnegabit, quod sponderit: neque promittet, quod facere non possit: non inuidebit cuiquam, qui de suo contentus: nec detrahet, aut male alteri uolet, in quem forsitan beneficentia Dei proniora sunt. Non furabitur: nec omnino quicquam concupiscet alienum: non dabit in usura pecuniam. Hoc est enim, de alienis malis lucra captare: nec tamen negabit, siquidem necessitas cogit mutuari. Non erit asper

asper in filium, nec in seruum: meminerit, quod ipse patrem habeat, ac dominum. Ita cum his aget, quemadmodum secum agi uellet. Munera superabundantia non recipiet à tenuioribus: nec enim iustum est augeri patrimonia locupletum per damna miserorum. Vetus præceptum est non occidere: quod sic accipi debet, non tanquam iubeamur ab homicidio tantum, quod etiam legibus publicis iubetur, manus abstinere, sed nec iussione interposita, nec uerbo licebit periculum inferre, nec infantem necare, aut exponere, nec seipsum uoluntaria morte damnare: item non adulterare. sed hoc præcepto non solum corrumpere alienum matrimonium prohibetur, quod etiam communi generum iure damnatur: uerum etiam prostituta corporibus abstinere. Supra leges enim lex Dei est, ea quoque, quæ pro licitis habentur, uetat: ut iustitiâ consummet. Eiusdem legis est, falsum testimonium non dicere: quod & ipsum latius patet, si mendacium nocet ei, contra quem dicitur: & fallit eum, apud quæ dicitur. Nunquam igitur mentiendum est: quia mendacium semper aut fallit, aut nocet. Non est uir iustus, qui non sine noxa uitioso sermone mentitur. Hinc uero nec adulari licet, perniciofa est enim, ac deceptrix adulatio: sed ubique custodiat ueritatem, quæ licet, ad præsens sit insuaui: tamen cum fructus eius, atque utilitas apparuerit, non odium pariet (ut ait poeta) sed gratiam.

Præcepta eorum quæ iubentur: & de misericordia. CAP. VII.

Dixi de ijs, quæ uetantur: dicam nunc breuiter, quæ iubentur. Innocentiæ proxima est misericordia. Illa enim malum non facit, & hæc bonum operatur: illa inchoat iustitiam, hæc complet. Nam cum imbecillior sit hominum natura, quam cæterarum animantium, quas Deus instructas ad inferendam, & munitas ad uim repellendam figurauit: affectum nobis misericordiam dedit, ut omne præsidium uitæ nostræ in mutuis auxilijs poneremus. Si enim facti ab uno Deo, & orti ab uno homine, consanguinitatis iure sociamur: omnem igitur hominem diligere debemus. itaque non tantum inferre iniuriam non oportet, sed ne illatam quidem uindicare: ut sit in nobis perfecta innocentia. Ideo iubet nos Deus etiam pro inimicis preces facere semper. Ergo animal commune, atque consors esse debemus: ut nos inuicem præstādis, recipiendisque auxilijs muniamus. In multis enim casibus, & incommodis fragilitas nostra subiecta est. Speres tibi accidere, quod alteri accidit. ita demum excitaberis ad opem ferendam, si sumpseris eius animum, qui opem tunc in malis constitutus implorat. Si quis uictu indiget, impertiamur. Si quis à potentiori iniuriam sustinet, eruamus. Pateat domicilium nostrum uel peregrinis, uel indigentibus tecto. Pupillis defensio, uiduis tutela nostra non desit. Redimere ab hoste captiuos, magnanimi opus est: item agros pauperes uisitare, atque fouere. inopes, aut pauperes (si obierint) non patiamur insepultos iacere. Hæc sunt opera, hæc officia misericordiam: quæ si quis perfecit, uerum, & acceptum sacrificium Deo immolabit. Hæc libatior uictima est apud Deum: qui non pecudum sanguine, sed hominis pietate placatur: quem Deus (quia iustus est) sua & ipsum lege, sua & conditione persequitur, miseretur ei, quem uiderit misericordem: inexorabilis est ei quem precantibus cernit imitem. Ergo ut hæc omnia, quæ Deo placent, facere possimus, contemnenda est pecunia, & ad cælestes transferenda thesauros, ubi fur non effodiet, nec rubigo consumet, nec tyrannus eripiet: sed nobis ad æternam opulentiam Deo custode seruabitur.

De Fide in religione, & fortitudine: deque fide in matrimonio. CAP. VIII.

Fides quoque, magna iustitiæ pars est: quæ maximè à nobis, qui nomen fidei gerimus, cõseruanda est, præcipuè in religionem: quia Deus prior est, & potentior, quam homo. Et si est gloriosum pro amicis, pro parantibus, pro

liberis, id est, pro homine suscipere mortem, & qui hoc fecerit, diuturnam memoriam, laudemque consequitur: quanto magis pro Deo, qui potest æternam uitam pro temporali morte præstare: Itaque cum inciderit huiusmodi necessitas, ut discedere à Deo, atque ad ritus gentium trāsire cogamur: nullus nos metus, nullus terror inflectat, quo minus traditā nobis fidē custodiamus. Deus sit ante oculos, sit in corde, cuius interno auxilio dolor uiscerum, & adhibita corpori tormenta superent. Nihil tunc aliud, quam uitæ immortalis præmia cogitemus. Ita facile, etiā si dissipandi, aut urendi artus fuerint, tolerabimus, quā in nos tyrānicæ dominationis amētia molietur. Postremō ipsam mortē nō inuiti, aut timidi, sed libentes, & interriti subire nitamur, ut qui scimus, quali apud Deum gloria sumus functuri, triumphato seculo ad promissa ueniētes. Quibus bonis quanta beatitudine breuia hæc pœnarum mala, & huius uitæ damna pensemus. Quōd si facultas huius gloriæ deerit, habebit fides etiā in pace mercedem: teneatur ergo in omnibus uitæ officijs, teneat in matrimonio. Non enim satis est, si alieno thoro, aut lupinari abstineas. Qui habet coniugem, nihil querat extrinsecus: sed cōtentus ea sola, carnē castiget: inuolacubilibus sacramēta custodiat. Adulter enim Deo est, perinde atque incestus, qui abiecto iugo, uel in liberā, uel in seruā peregrina uoluptate luxuriat. Sed sicut fœmina castitatis uinculis obligata est, & ne aliud cōcupiscat: ita uir eadē lege teneatur, quo Deus & uiro uxorem unius corporis compage solidauit. Ideo præcepit non dimitti uxorem, nisi crimine adulterij deuictam, & nunquam conjugalis fœderis uinculum, nisi ruperit, resoluator. Illud quoque ad cōsummandam pudicitiam iungit, ut non modō peccatum absit, uerum etiam cogitatio. Pollui enim mentem, quamuis inani cupiditate, manifestum est. Itaque iustum hominem, qui scit se nec facere oportere, nec uelle. Purganda est igitur conscientia: quam Deus peruidet, qui falli non potest. Euacuetur omni labe pectus, ut templum Dei esse possit: quod non auri, nec eboris nitor, sed fidei, & castitatis fulgor illustrat.

De Pœnitentia, deque anime immortalitate.

CAP. IX.

Sed enim hæc omnia difficilia sunt homini, nec patitur conditio fragilitatis naturæ, esse quenquam sine macula. Vltimū ergo remediū illud est, ut confugiamus ad pœnitentiam: quæ non nimium locū inter uirtutes habet: quia sui correctio est, ut cum forte aut re, aut uerbo lapsi fuerimus, statim resipiscamus, aut nos deliquisse fateamur, oremusque à Deo ueniam: quæ pro sua misericordia non negabit: nisi perseverabimus in errore. Magnū est pœnitentiæ auxiliū, magnum solatiū illa est uulnerū, peccatorūque sanatio: illa spes, illa portus salutis, quæ qui tollit, uiam uitæ sibi amputat: quia nemo esse tam iustus potest, ut nunquam sit ei pœnitentia necessaria. Nos uerō, etiam si nullum sit peccatum, confiteri tamen debemus, & pro debitis nostris identidē deprecari, gratias agere etiam in malis. hoc enim semper obsequium domino deferamus. humilitas enim tam chara, & amabilis Deo est, ut cum angelis suscipiat peccatorem confidentē, quem in regnis cœlestibus faciat pro humilitate sublimari. Hæc sunt, quæ debet cultor Dei exhibere: hæc sunt uictimæ, hoc sacrificium placabile: hic uerus est cultus, cum homo mentis suæ pignora in aram Dei confert: summa illa maiestas hoc cultore latatur: hunc ut filium suscipit sibi: quia donum immortalitatis impartitur, de qua nunc mihi differendum est: & arguenda est persuasio eorum, qui extingui animas cum corporibus putauerunt. quia nec Deum sciebant, nec arcanum mundi perspicere potuerant, ne hominis quidem, animæque rationem comprehenderunt. Quo modo enim possent sapientia prouidere, qui scientiā nullo modo habebant? Negantes ergo prouidentiā, utique Deū, qui fons, & caput eius est, negauerunt: sequebantur.

sequebatur, ut ea, quæ sunt, aut semper fuisse dicerent, aut sua sponte esse nata, aut minorum seminum conglobatione concreta. semper fuisse, dici non potest, quia quicquid est, esse sine aliquo initio non potest. sua sponte autem nihil nasci potest: quia nulla est sine ratione natura. semina enim principalia quomodo esse potuerunt, cum & semina exordiis oriuntur, & vicissim res ex seminibus? Nul- lum igitur semen est, quod originem non habeat. Sic factum est, ut cum puta- rent, mundum nulla providentia factum, ne hominem quidem putarint aliqua ratione generari. Quod si nulla esset in fingendo homine ratio uersata, morta- lem igitur animam esse posse. Alii uero ex aduerso, & Deum esse unum, & ab eo mundum & hominem esse factum, & animas immortales existimauere. Sed cum ea senserunt, non tam diuini operis, atque consilii nec causas, nec rationes, nec exitus perspexerunt, ut omne ueritatis arcanum consummarent, atque ueluti sine concluderent. Sed quod illi facere non potuerunt, quia ueritatem perpetuo non tenebant: nobis faciendum est, qui eam cognouimus, Deo annunciate. Consideremus igitur, quæ ratio fuerit huius tanti, tamque immensi operis fabricandi. Fecit Deus mundum, sicut Plato existimauit: sed cur fecit, non ostendit. Quia bonus, inquit, & inuidens nulli: fecit quæ bona sunt. Atqui uidemus in rerum natura & bona esse, & mala. Potest ergo existere puerus aliquis, qualis fuerit *æbe* & ille Theodorus, & Platoni respondere: Immo, quia malus est, fecit quæ mala sunt. Quomodo illum redarguet? Si quæ bona sunt, Deus fecit: unde igitur tanta mala eruperunt? quæ plerumque etiam bonis præualent. In materia, inquit, conti- nebatur. Bona igitur, & mala, aut nihil fecit Deus: si bona tantum fecit, æternio- ra sunt mala, quæ facta non sunt, quam bona, quæ habuerunt exordium. Fi- nem igitur habebunt, quæ aliquando coeperunt: & permanebunt, quæ semper fue- runt. Mala igitur potiora sunt. si autem potiora esse non possunt, ne æterniora qui- dem possunt. Ergo aut utraq; semper fuerunt, & Deus otiosus, aut utraq; ex uno fonte fluxerunt. Est enim conueniens, ut Deus omnia fecerit potius quam nihil. ergo, secundum sententiam Platonis, ideo Deus, & bonus est, quia bona facit: & malus, quia mala. Quod si fieri non potest, apparet, non ideo factum esse mun- dum, quia mundus bonus est, quoniam enim complexus est bona, & mala, nec fecit propter se quicquam, sed propter aliud. Domus enim ædificatur non ad hoc solum, ut sit domus, sed ut suscipiat, & tueatur habitantem. Item nauis fabri- catur non ad hoc, ut nauis uideatur, sed ut in ea possint homines nauigare. Va- sa autem fiunt non ut uasa sint solum: sed ut capiant, quæ sunt usui necessaria. Sic & mundum Deus ad usum aliquem fecerit, necesse est. Stoici autem causa hominum factum esse: & recte. Homines enim fruuntur his omnibus bonis, quæ mundus in se continet. Sed, ipsi homines cur facti sint, aut quid in illis habeat illa fabri- catrix providentia, non explicant. Immortales esse animas, idem Plato affir- mat: sed cur, aut quando, aut quomodo, aut per quem immortalitatem asse- rantur, aut quidnam tantum illud mysterium: cur non, qui sunt immortales futu- ri, prius mortales nascentur, deinde decurso temporis uitæ spatio, atque abiectis fragilibus corporum exuuiis, ad æternam illam beatitudinem transferantur, non com- prendit. denique nec iudicium Dei, nec discrimen iusti, & iniusti explicauit, sed animas, quæ se sceleribus immiserint, hactenus condemnari putauit, ut in pe- cudibus renascantur, & ita peccatorum suorum luere poenas, donec rursus ad figuras hominum reuertantur, & hoc fieri semper, nec citra finem transmeandi, ludum mihi nescio quem inducit somno similem, cui nec ratio ulla, nec Dei gubernatio, nec consilium aliquod inesse uidetur.

De Deo, mundo, homine, deque anime immortalitate.

CAP. X.

Dicam nunc quæ sit illa sententia, quam nec non quidem, qui uera dixerunt, collatis in unum causis, atque fictionibus connectere potuerunt. Factus à Deo

à Deo mundus, ut homines nascerentur, nascuntur autem homines, ut Deum
 patrem agnoscant, ut colant, in quo iustitia est. colunt, ut mercedē immortali-
 tatis accipiant. accipiunt immortalitatem, ut in æternū Deo seruiant. Videt-
 ne, quemadmodū sibi connexa sint & prima cum medijs, & media cum extre-
 mis: Inspiciantur singula: & uideamus, utrūne illis ratio quoq; subsistat. Fe-
 cit ergo Deus mundum propter hominē. Hoc qui non uidet, non multū di-
 stat à pecude. quis cœlū suspicit nisi homo: quis solem: quis astra: quis ope-
 ra Dei miratur, nisi homo: quis colit terrā: quis ex ea fructum capit: quis na-
 uigat mare: quis pisces, quis uolatilia, quis quadrupedes habet in potestate,
 nisi homo: Cuncta igit̃ propter hominē Deus fecit: quia usui hominū cūcta
 cessere. Rectē ergo uiderūt philosophi: sed illud, quod sequit̃, non uiderūt, q̃
 ipsum hominē p̃pter se fecerit. Erat enim consequēs, & necessariū, & p̃iū: ut
 cūm hominis causa tantā operā molitus sit, cūm tantū illi honoris, tantū illi
 potestatis tribuerit, ut dominef̃ mūdo: homo agnosceret dominū, tantorū be-
 neficiorū authorē, qui fecit mundū p̃pter ipsum, & ei cultū, & honorē debitū
 redderet. Hic Plato aberrauit: hic perdidit, quā primū arripuerat, ueritatem:
 cūm de cultu eius Dei, quē conditorē rerum, ac parentem fatebatur, obticu-
 it, nec intellexit, hominē Deo potestatis uinculis esse religatū: unde ipsa reli-
 gio nominat̃. Et hoc est solum, propter quod immortales animæ fiunt. sensit
 tamen æternas esse: sed non per gradus ad eam sententiā descēdit. Amputa-
 tis enim medijs, incidit in totius rei ueritatē, quasi per abruptū aliquid præ-
 cipitium: nec ulterius progressus est: quoniā casu ad eam nō ratione peruene-
 rat. Colendus est igit̃ Deus, ut per religionē, quæ eadem iustitia est, accipiat
 homo à Deo immortalitatē: nec est ullum aliud præmiū piæ mētis, quæ, si est
 inuisibilis, non potest ab inuisibili Deo nisi inuisibili mercede donari. Pluri-
 mis uerō argumētis colligi potest, æternas esse animas. Plato ait, Quod per
 se ipsum mouetur, neq; p̃ncipiū motus, neq; finē posse habere: animam autē
 hominis per se semper moueri, quia sit ad cogitandū mobilis, ad inueniendā
 solers, ad percipiendum facilis, ad discendū capax, ut q̃ præterita teneat, præ-
 sentia cōprehendat, futura prospiciat, multarumq; rerum, & artium sciētiam
 cōplectatur: immortalē esse, siquidē nihil habeat in se terreni pōderis labe cō-
 cretum. Præterea, ex uirtute, an uoluptate intelligit̃ æternitas animæ: uolu-
 ptas omnis, cōmunis animalibus: uirtus solius est hominis: illa uitiosa est,
 hæc honesta: illa secundū naturā, hæc aduersa naturæ. nisi anima immortalis
 est. uirtus enim pro fide, p̃ iustitia nec egestatē timet, nec exilium metuit, nec
 carcerē perhorrescit, nec dolorē reformidat, nec mortē recusat: q̃ quia naturæ
 contraria sunt, aut stultitia est uirtus, si & cōmoda impedit, & uitæ nocet: aut
 si stultitia nō est, ergo anima immortalis est, & ideo præsentia bona contem-
 nit, quia sunt alia potiōra, quæ post dissolutionē sui corporis assequat̃. Illud
 autē maximum argumētum immortalitatis: quod Deum solus homo agno-
 scit. In mutis nulla suspicio religionis: quia terrena prospiciunt. Homo ideo
 rectus cœlū aspicit, ut Deum quærat. An potest ergo esse mortalis, q̃ immor-
 talē desiderat: Non potest esse solubilis, qui cum Deo & uultu & mēte com-
 munis est. Deniq; cœlesti elemēto, quod est ignis, homo solus utit̃. Si enim
 lux per ignē, uita per lucē: apparet eum, qui usum ignis habet, non esse mor-
 talem, quoniā id illi proximū, id familiare est, sine quo nō potest nec lux, nec
 uita cōstare. Sed quid argumētis colligimus æternas esse animas, cūm habea-
 mus testimonia diuina: id enim sacræ literæ, ac uoces Prophetarum docent.
 Quod si cui parum uideat̃, legat carmina Sibyllarum: Apollinis quoq; Mi-
 lesij responsa consideret, ut intelligat delirasse Democritum, & Epicurum, & ro
 Dicearchum, qui soli omnium mortalium, quod est euident, negauerunt.
 Confirmata immortalitate, superest dicere, à quo ei tribuatur, cūm certa, &
 constan-

diuinitus tempora compleri cœperint: & interitum & consumationem rerum fieri necesse est, ut innouetur à Deo mundus. Id uerò tempore in proximo est, quantum de numero annorum, deq; signis, quæ prædicta sunt à philosophis, colligi potest. Sed cum sint innumerabilia quæ de fine seculi, & consummatione temporum dicta sint: ea ipsa quæ dicuntur, nuda ponenda sunt: quoniam ut testimonijs utamur immensum est, si quis illa desiderat, aut nobis minus credit, adeat ad sacrarium cœlestium literarum: quarum fide instructior, errasse philosophos sentiat, qui aut æternum esse hunc mundum, aut infinita esse annorum millia putauerunt, ex quo fuerit instructus. Nondum enim sex millia completa sunt: quo numero consummato, tum demum malum omne tolletur, ut regnet sola iusticia: quod quatenus euenturum sit, paucis explicabo.

De postremis temporibus. Cap. XI.

HAec à prophetis, & à uatibus futura dicuntur. Cum cœperit mundo finis ultimus propinquare, malicia inualescet: omnia uitiorum & fraudum genera crebrescent: iusticia interibit: fides, pax, misericordia, pudor, ueritas nonerit: uis & audacia præualebit: nemo quicquã habebit, nisi male partum, manuq; defensum: si qui erunt boni, prædæ ac ludibrio habebuntur: nemo pietatem parentibus exhibebit: nemo infantis aut senis miserebitur: auaricia, libido uniuersa corrumpet. erunt cædes & sanguinis effusiones: erunt bella non modò externa & finitima, uerum etiam intestina: ciuitates inter se belligerabunt: omnis sexus & omnis ætas arma tractabunt: non imperij dignitas conferuabitur, non militiæ disciplina, sed more latrocinij prædatio & uastatio fiet: regnum multiplicabitur, & decem uiri occupabunt orbem, & partientur, & uorabunt: & existet longè potentior ac nequior, qui tribus ex eo numero deletis Asiam possidebit: cæteris in potestate sua reductis, & abscissis, uorabit omnem terram: leges nouas statuet, ueteres abrogabit. Rempublicã suã faciet: nomen imperij sedemq; mutabit. Tunc erit tempus infandum & execrabile, quo nemini libeat uiuere. Deniq; in eum statũ res cadet, ut omnes uiuos lamentatio, mortuos gratulatio sequatur. Ciuitates & oppida interibunt, modò ferro & igni, modò terramotibus crebris, modò aquarũ inundatione, modò pestilentiã & fame. Terra nihil feret, aut rigorib. nimijs, aut calidiorib. sterilis. Aqua omnis partim mutabit in cruorẽ, partim amaritudine uitiabitur: ut nihil sit nec ad cibos utile, nec ad potũ salubre. His malis accident prodigia hominibus ad timorem. Cometae crebro apparebunt, sol perpetuo squalore fuscabitur, lunam color sanguinis obũbrabit, nec amissæ lucis damna reparabit. Stellæ omnes decidẽt, nec temporibus sua ratio constabit, hęc me ac ætate cõfusis. Tũc & annus, & mēsis, & dies breuiabitur: & hanc esse mundi senectutẽ & defectiõnẽ, Trismegistus elocutus est. quæ cum uenerit, adesse tẽpus sciendũ est, quo Deus ad cõmutandũ seculũ reuertat. Inter autẽ hęc mala surget rex impius, nõ modò generi hominũ, sed etiã Deo inimicus. Hic reliquias illius prioris tyrãni cõteret, cruciabit, uexabit, interimet. Tunc etiam lacryme, luctus & gemitus perpetes, & ad eum cassę preces: nulla requies ad formidinem, aut somnus ad quietẽ. Dies cladẽ, nox metus augebit semper. Sic orbis terrarum penẽ ad solitudinem hominum redigetur. Tunc impius iustos homines ac deditos Deo duobus & quadraginta mēlibus persequet, & se colũ iubebit ut Deum. Se enim dicet esse Deũ, cum sit Antichristus, qui ut aduersari ei possit, accipiet potestatem mirabilia faciẽdi, ut ignis descendat de cœlo, ut sol desistat à cursu, ut imago quã posuerit loquat. Quibus prodigijs alliciet multos, ut adorent eũ: signũq; eius in manu, aut fronte suscipiãt. & qui nõ adorauerit, signũq; susceperit, exquisitis cruciatib. morietur. Ita serẽ duas partes exterminabit; tertia in desertas solitudines fugiet. Sed ille proteruia

proteruia implacabili furens adducet exercitum, & obsidebit montem, quo iusti confugerint. Qui cum se uiderint circumfessos, implorabunt auxilium Dei uoce magna: & audiet eos Deus, & immittet eis liberatorem. Tunc cœlum intempesta nocte patefiet, & descendet Christus in uirtute magna: & antecedit eum claritas ignea, & uirtus inestimabilis angelorum: & extinguetur omnis illa multitudo impiorum: & torrentes sanguinis current: & ipse ductor effugiet: atq; exercitu saepe reparato, quartū prælium faciet, quo captus cum cæteris tyrannis tradetur exustioni. Sed & ipse dæmonū princeps, autor & machinator malorum cathenis igneis alligatus, custodia dabitur, ut pacem mundus accipiat: ut uexata seculis terra requiescat. Pace igitur parata, compressoq; omni malo, rex ille iustus & uictor, iudiciū magnū de uiuis & mortuis faciet super terram: & uiuentibus quidem iustis tradet in seruitutem gentes uniuersas, mortuos autem ad æternam uitam suscitabit: & in terra cum his ipse regnabit, & condet sanctā ciuitatem: & erit regnum iustorum mille annis. Per idem tempus stellæ candidiores erunt, & claritas solis augebitur, & luna nō patietur diminutionem. Tunc descendet à Deo pluuia benedictionis matutina & uespertina: & omnem frugem terra sine labore hominum procreabit. Stillabunt mella de rupibus: lactis & uini fontes exuberabunt: bestia deposita feritate mansuescent: lupus inter pecudes errabit innoxius: uitulus cum leone pascetur: columba cum accipitre congregabitur: serpens uirus non habebit: nullum animal uiuet ex sanguine. omnibus enim Deus copiosum atq; innocentem uictum dabit. Peractis uerò mille annis, ac resoluto dæmonum principe, rebellabunt gentes aduersus iustos, & ueniet innumerabilis multitudo ad expugnandam delendamq; sanctorum gentem. concutiet enim à fundamentis suis terram: & corruent ciuitates: & pluet super impios ignem cum sulphure & grandine: & ardebunt, & se inuicem trucidabunt. iusti uerò paulisper sub terra latebunt, donec perditio fiat gentiū. & exhibunt post diē tertium, & uidebūt cāpos cadaueribus opertos. Tunc fiet terræ motus, & scindent se montes, & subsident in latitudine ualdis profundæ, & congerentur in ea corpora mortuorum: & uocabitur nomen eius *πλουαδισιου*. Post hæc renouabit mundum, & transformabit iustos in figuram angelorum: ut immortalitatis ueste donati, seruiant Deo in sempiternum. Tunc enim impij resurgent non ad uitam, sed ad pœnam: eisq; secunda resurrectio facta Deum excitabit, ut ad perpetua tormenta damnet: æternis ignibus traditi, merita pro sceleribus suis soluant.

Adhortatio. CAP. XII.

HAec omnia uera, omnium consona administratione prædicta, cum eadem Trismegistus, eadem Hydaspes, eadem Sibyllæ concinuerint, dubitari nō potest. Curæ, spes omnes uitæ ac salutis, in sola religione Dei sunt posita. Itaq; nisi homo susceperit, quē Deus ad liberationē misit, qui missus summū Deū per eum cognouerit, mandata eius legesq; seruauerit, in eas incidet pœnas, de quibus loquuti sumus. Proinde fragilia contemnenda sunt, ut solida consequamur: spernenda terrena, ut cœlestibus oneremur: temporalia fugienda, ut ad æterna ueniamus. Erudiat se quisq; ad iusticiam, firmet ad continentiam, præparet ad agonem, instruat ad uirtutem: ut si forte aduersarius indixerit bellum, nulla uī, nullo terrore, nullis cruciatibus à recto & bono diuellatur: non se substernat insensibilibus figmentis: sed uerum & solidum Deum rectus cognoscat: abijciat uoluptates, quarum illecebris anima sublimis deprimitur ad terram: teneat innocētiam: prosit quamplurimis: incorruptibiles sibi thesauros bonis operibus acquirat, ut possit Deo iudice pro uirtutis suæ meritis uel coronam fidei, uel præmium immortalitatis adipisci.

F I N I S.

EMMANUEL BETULEIUS AVGVSTA

N⁷ S, FESTIVISSIMIS ATQVE OPTIMIS ADO-
 leſcentibus, Ioanni Henrico, Io. Baptiſta, Io. Friderico, Io. Iacobo, Io. Ludouico,
 Heinzelijs, Ornatiffimi uiri D. Ioannis Baptiſta Heinzelij, inclyte Reipub.
 Auguſtanae Conſulis prudentiffimi, ſingularis ſpei
 filioli, S. D.



P S E horum L. Coelij Lactantij Firmiani poema-
 matum me lepos admonet, quibus hanc Xyſti Be-
 tuleij, parentis olim mei honorandi lucubrati-
 onem dedicarem, uobis nempe potiſſimum adole-
 ſcentulis lepidiffimis atq; feſtiuiſſimis. Vos in-
 quam deliberati mihi primi occurriftis. Nam cum
 altius ego animo meo uoluerem, quanta humanitate praefantiffi-
 mus ueſter pater (plurima ſane ob ampliffimas quibus praedi-
 tus eſt, uirtutes ueneratione ac honore digniffimus) meum illum
 10 patrem, nihil fere unquam meritum fuiſſet amplexus: cogitauī ſem-
 per haecenus, etiam a iuuenilib. uſq; annis, quibus nam modis bene-
 ficij illius praefantiffimis reſponderem. Et ſane in meam tandem
 uenit mentem occaſiuncula quaedam, qua ſi non gratitudinem, at
 ſtudij certe, ſi non mei, at ſui tandem erga ipſum redderem testimo-
 nium. Atq; eo conſilio ſua fretus inſigni, qua & liberalium ſtudij-
 rum cultores, atq; adeo me Xyſti filium, complecti ſolet, partim
 bonitate, partim uero quam cum parte coluit, familiaritate: La-
 ctantianas Inſtitutiones & ſuo & ornatiffimi fratris nomini inſcri-
 20 ptas, in publicum edere auſus ſum. At cum natorum ſit heroum
 (quod prouerbio dicitur) non in noxas euadere, ſed uirtutem, qui-
 bus ſui luxerint parentes, exempla uiua atq; relucentia, eorum in-
 ſiſtendo ueſtigijſ referre: conuenit & nos utrinq; imitandos parē-
 tum noſtrorum mores ſumere. Quod ergo meum erat, pueri opti-
 mi, ſtatim a pueritia ueſtra, ueſtris me inſinuare hac occaſione ani-
 mis teneris uoluī. Non, inquam, parenti ueſtro laudatiſſimo ingra-
 tum fore iudicauī, ſi qualemcunq; honorem in uos *γυνος* filios
 deriuarem. Neq; dubito, quin ut olim is iuuando atq; ornando pa-
 rente meo nihil fecit reliqui: & uos ſimiliter, Domino uitam largi-
 ente, me commendatum ſitis habituri. Quo autem potiſſimum ar-
 30 gumēto ueſtram uenarer amicitiam, aliud modo nihil ſuppētebat,
 quam hoc in Poemata Lactantij, patris mei Scholion, quib. olim in
 Auguſtana noſtra Schola illa enarrauit. Atq; haec quidem, pueri di-
 lectiffimi, ceu puerile quoddam, & ſtudijſ ueſtris non incōueniens
 munuſculum offerre uobis placuit. Nam dubio procul non alius fi-
 nis in educatione ueſtra, poſtquam ſemel Muſis dediftis nomen,
 prudentiffimo ueſtro patri propoſitus eſt, quam ut a teneris annis
 Y Euangelicas

Euāgelicas & humaniores literas, utraq; lingua ita imbibatis, ut te-
 nelle uestre mētes ad eam sapientiā in prima ætate formētur, cuius
 initium (Ebræo sapiēte autore) sit timor siue metus Domini. Sunt
 deinde studia quædā amœniora & iucundiora, quæ ut plurimum
 animos delectant, & fœcundiora exercent ingenia: sic & homines
 ornant cuiuslibet conditionis, & reliqua studia condiunt: Poetica
 uidelicet, cuius egregia hæc duo nobis à Lactantio nostro sunt re-
 licta monumenta. ex quibus ceu leonē ex unguibus æstimare pos-
 sumus, quantum in ea facultate ualuerit. Quare, adolēcentes opti-
 mi, hoc meum studium, qualecunq; illud quidem, boni consulatis
 rogo: & hoc ita accipiatis, non tanquam uobis satisfacere uoluis-
 sem, quod fieri non potest: sed ut uos pro amore erga uos meo &
 officio, ad studia liberaliora incitamentum quoddam, & quasi cal-
 car adderem. Non enim paterna tantum quotidiana commonitio
 ad officium excitare debet: sed etiam eruditio patris rara, celebri-
 tasq; nominis, qua claret atq; excellit. Quid Hieronymū Vuolfrū-
 dico, uirum Philosophum incomparabilem, ac in Græcis simul &
 Latinis literis toto mundo celebrē: quem formatorē quasi studio-
 rum uestrorum habere, soli digni habitū estis? Hæc inquam do-
 mestica & necessaria exempla uos adhortari debent, ut ad literarū
 studia ita accingamini, ac si in ijs aliquando excellere planē statue-
 ritis. Valete, ex officina Oporiniana. Basileæ, 3. Mar.

tij. Anno incarnati Filij Dei

1563.

Vester additiss. Emmanuel Be-
 tuleius, uerbi Dei Sulz-
 bergæ minister.

GYRALDVS VERONENSIS DIALO-
 go v. de Historia Poetarum.

*Eodem quo Iuuenicus tempore, fuit & Lactantius Firmianus, unus
 eloquentia Ciceroniana inter Christianos præcipuus emulatus, qui
 præter ea quæ multa soluta oratione scripsit, & quæ passim in ma-
 nibus habentur, uersus quoq; composuit, de Christi seruatoris cru-
 ciatu & nece. Idem de eiusdem ab inferis excitatione, item de Phœ-
 nice, quæ ad huc etiam leguntur. Scripsit item itinerariū uersu Hexa-
 metro, quod Græco nomine ὁδοιπορικὸν appellauit: cuius materia
 fuit, digressus ex Africa usq; Nicomediam
 Bithynia, &c.*

IN

531

IN LACTANTII PHOENICEM,
XYSTI BETVLEII AVGVSTANI

Scholion.

IN Scholis olim iuuetus progymnasmatibus quibusdam exercebatur: neque id soluta modo apud Rhetorem oratione, uerum etiam numeris ludebant. In quibus quidem exercitationibus haudquaquam postremum locum obtinet **DESCRIPTIONIO**, hoc est, ambitiosa quaedam rerum expositio: quales passim in iustis tam poetarum quam historicorum scriptis occurrunt. Sed luserunt quoque docti uiri eiusmodi descriptionibus extrastum opus. Quale hoc ipsum Lactantij de Phoenice carmen est: sicut etiam Claudiani hoc, eodem argumento. Definiunt Graeci Rhetores hoc modo: ἐκφρασις ἐστὶ λόγος περὶ ἑκάστου αἰσθητοῦ, ἢ ἀφ' ἑαυτοῦ ἢ ἀπὸ τοῦ ἄλλου. Describuntur autem personae, et uocantur προσωπογραφίαι: uel loca, quae uocantur τοπογραφίαι, si uere sint: uel si fictae, τοποθεσίαι. temporum uero descriptiones sunt, quas χρονογραφίαι appellat. Descri-

buntur etiam res, ut praemia, conuiuia, uenationes: describuntur item, ut Aphthonius inquit, ἀλογα ζωα. Cuius hoc nostrum, ut dixi, egregium exemplum est. ἐκφρασεως uirtutes sunt: σαφής, id est perspicuitas: ὁρατή, id est euidentia, nepe ut propere cernatur quod refertur. ite ne parerga nimis longè producatur. Haec una cum alijs obseruatu dignis, in ipso progressu obseruabimus. De huiusmodi praexercitationibus ex antiquioribus, maxime Graecis scripserunt Theon, Aphthonius, Hermogenes: quos latine hodie legimus, beneficio Prisciani, Rodolphi Agricolae, et Ioachimi Camerarij, attingit etiam Fabius Quintilianus. Ex recentioribus ea de re praeeperunt Erasmus Roterodamus in 2. de Copia libro, Ludouicus Viues de Dicendi ratione, Ioachimus Camerarius in Elementis Rhetoricae, Petrus quoque Mosellanus ad imitationem Aphthonij progymnasmatata scripsit.

L. COELII LACTANTII FIRMIANI
P H O E N I C I X.



EST locus in primo felix oriente remotus,
Qua patet aeterni ianua celsa poli:
Nec tamen aestiuos, hyemisq; propinquus ad ortus:
Sed qua sol uerno fundit ab axe diem.

Illic planities tractus diffundit apertos,
Nec tumulus crescit, nec caua uallis hiat:
Sed nostros montes, quorum iuga celsa putantur,
Per bis sex ulnas eminent ille locus.
Hic solis nemus est, & consitus arbore multa
Lucus, perpetuae frondis honore uiret.
Cum Phaetontaeis flagrasset ab ignibus axis,
Ille locus flammis inuiolatus erat.
Et cum diluuium merisset fluctibus orbem,
Deucalionaeas exuperauit aquas.
Non hunc exanguis morbi, non aegra senectus,
Nec mors crudelis, nec metus asper adit.
Nec scelus infandum, nec opum uasana cupido,
Aut Mars, aut ardens caedis amore furor:
Luctus acerbus abest, & egestas obsita pannis,
Et curae insomnes, & uiolenta fames.
Non ibi tempestas, nec uis furit horrida uenti,
Nec gelido terram rore pruina tegit.
Nulla super campos tendit sua uellera nubes,
Nec cadit ex alto turbidus humor aquae.
Sed fons in medio est, quem uiuum nomine dicunt,
Perspicuus, lenis, dulcibus uber aquis.
Qui semel erumpens per singula tempora mensum,
Duodecies nudis irrigat omne nemus.

Hic genus arboreum procero stipite surgens,
 Non lapsura solo mitia poma gerit.
 Hoc nemus, hos lucos auis incolit unica Phoenix:
 Vnica, sed uiuit morte resecta sua,
 Paret, et obsequitur Phœbo memoranda fatelles,
 Hoc natura parens munus habere dedit.
 Lutea cum primùm surgens aurora rubescit,
 Cum primùm rosea sidera luce fugat,
 Ter quater illa pias immergit corpus in undas:
 Ter quater e uiuo gurgite libat aquam.
 Tollitur, ac summo confedit in arboris altæ
 Vertice, quæ totum despiciit una nemus:
 Et concursa nouos Phœbi nascentis ad ortus,
 Expectat radios, & iubar exoriens.
 Atqui ubi sol pepulit fulgentis limina portæ,
 Et primi emicuit luminis aura leuis:
 Incipit illa sacri modulamina fundere cantus,
 Et mira lucem uoce ciere nouam.
 Quam nec lulææ uoces, nec tibia possit
 Musica Cyrrhæis assimilare modis.
 Sed neq; olor moriens imitari posse putatur,
 Nec Cyllenææ fila canora lytæ.
 Postquam Phœbus equos in aperta refudit Olympi:
 Atque orbem totum protulit usq; means:
 Illa ter alarum repetito uerbere plaudit
 Non errabilibus nocte dieq; sonis.
 Atque eadem celeres etiam discriminat horas,
 Igniferumq; caput ter uenerata silet.
 Antistes nemorum, & luci ueneranda sacerdos,
 Et sola arcanis conscia Phœbe tuis:
 Quæ postquam uitæ iam mille peregerit annos,
 Ac se reddiderint tempora longa grauem,
 Ut repararet lassum spacijs urgentibus æuum,
 Assueti nemoris dulce cubile fugit.
 Cumq; renascendi studio loca sancta reliquit,
 Tunc petit hunc orbem, mors ubi regna tenet.
 Dirigit in Syriam celeres longæua uolatus,
 Phœnicis nomen cui dedit ipsa uetus.
 Secretosq; petit deserta per auia lucos,
 Hic ubi per saltus sylua remota latet.
 Tum legit acrio sublimem uertice palmam,
 Quæ gratum Phoenix ex aue nomen habet.
 Quam nec dente nocens animal perumpere possit,
 Lubricus aut serpens, aut auis ulla rapax.
 Tum uentos claudit pendentibus Aeolus antris,
 Ne uiolent flabris aera purpureum,
 Neu concreta Noto nubes per inania cœli
 Summoueat radios solis, & obsit aui.
 Construit inde sibi seu nidum, siue sepulcrum,
 Nam perit, ut uiuat, se tamen ipsa creat.
 Colligit hinc succos, & odores diuite sylua,
 Quos legit Assyrius, quos opulentus Arabs,

Quos

Quos aut Pygmææ gentes, aut India carpit,
 Aut molli generat terra Sabæa sinu.
 Cinnama dehinc, auramq; procul spirantis amomi
 Congerit, & misto balsama cum folio.
 Non calix mitis, nec olentis uimen acanthi,
 Nec thuris lacrymæ, guttaq; pinguis abest.
 His addit teneras nardi pubentis aristas,
 Et sociat myrrhæ pascua grata nimis.
 Protinus in strato corpus mutabile nido,
 Vitaliq; toro membra quieta locat.
 Ore de hinc succos membris circumq; supraq;
 Inijcit, exequijs immoritura suis.
 Tunc inter uarios animam commendat odores:
 Depositi tanti nec timet illa fidem.
 Interea corpus genitalem morte peremptum
 Aestuat, & flammam parturit ipse calor.
 Aerioq; procul de lumine concipit ignem,
 Flagrat, & ambustum soluitur in cinerem.
 Hos uelut in massam cineres in morte coactos
 Conflat, & affectum seminis instar habet.
 Hinc animal primum sine membris fertur oriri.
 Sed fertur uermis lacteus esse color.
 Crevit in immensum subito, cum tempore certo
 Scq; oui teretis colligit in speciem.
 Inde reformatur qualis fuit ante figura.
 Et Phoenix ruptis pullulat exuujs.
 Ac uelut agrestes, cum filo ad saxa tenentur,
 Mutari pennæ papilionem solent.
 Non illi cibus est nostro concessus in orbe,
 Nec cuiquam implumem pascere cura subest.
 Ambrosios libat cœlesti nectare rores,
 Stellifero teneri qui cecidere polo.
 Hos legit, his medijs alitur in odoribus ales,
 Donec maturam proferat effigiem.
 Ast ubi primæua cœpit florere inuenta,
 Euolat ad primas iam reditura domos.
 Antè tamen, proprio quicquid de corpore restat,
 Ossaq; uel cineres, exuuiasq; suas.
 Vngue balsameo, myrrhaq; & thure soluto
 Condit, & in formam conglobat ore pio.
 Inq; ara residens, ponit in æde sacra.
 Mirandam sese præstat, præbetq; uidenti,
 Tantus ibi decor est, tantus abundat honor.
 Principio color est, qualis sub sidere cœli,
 Mitia quem croceo punica grana legunt.
 Qualis inest folijs, quæ fert agreste papauer,
 Cum pendens uestit sole rubente polus.
 Hoc humeri, pectusq; decens uolamine fulgent,
 Hoc caput, hoc ceruix, summaq; terga nitent.
 Caudaq; porrigitur fuluo distincta metallo,
 In cuius maculis purpura mista rubet.

Clarum inter pennas insigne est desuper, Iris
 Pingere ceu nubem desuper alta solet.
 Albicat insignis misto uiridante smaragdo,
 Et puro cornu gemmea cuspis hiat.
 Ingentes oculos credas, geminosq; hyacinthos,
 Quorum de medio lucida flamma micat.
 Aequatur toto capiti radiata corona,
 Phœbei referens uerticis alta decus.
 Cura tegunt squamæ flauo distincta metallo,
 Ast unguis roseus pingit honore color.
 Effigies inter pauonis mista figuram
 Cernitur, & mistam Phalidis inter auem.
 Magniciem, terris Arabum quæ gignitur ales,
 Vix æquare potest, seu fera, seu sit auis:
 Non tamen est tarda, ut uolucres, quæ corpore magno
 Incessus pigros per graue pondus habent:
 Sed leuis & uelox, regali plena decore,
 Talis in aspectu se exhibet usq; hominum.
 Conuenit Aegyptus tantæ ad miracula uisus,
 Et raram uolucrem turba salutat ouans.
 Protinus in scalpunt sacrato in marmore formam,
 Et signant titulo remq; diemq; nouo.
 Contrahit in cœtum sese genus omne uolantum,
 Nec prædæ memor est ulla, nec ulla metus.
 Alitum stipata choro uolat illa per altum,
 Turbaq; profequitur munere læta pio.
 Sed postquam puri peruenit ad ætheris auras,
 Mox redit ista, suis conditur ille locis.
 Hæc fortunatæ sortis, fatiq; uolucris,
 Cui de se nasci præstitit ipse Deus.
 Femina, uel mas hæc, uel neutrum sit mage felix:
 Felix, qua Veneris fœdera nulla colit.
 Mors illi Venus est, sola est in morte uoluptas:
 Ut possit nasci, hæc appetit antè mori.
 Ipsa sibi proles, suus est pater, & suus hæres,
 Nutrix ipsa sui, semper alumna sibi.
 Ipsa quidem, sed non eadem: quia & ipsa, nec ipsa est,
 Aeternam uitam mortis adepta bono.

C O M M E N T A R I V S.

TRitenhemius Spanheimensis abbas hoc Car-
 men de Paradiso inscribit. Hieronymus in
 Catalogo prorsus non meminit, sicut nec carmi-
 nis de Resurrectione. D. Erasmus per Musas iu-
 rat, hoc carmē nec inconcinnū esse, nec fastidien-
 dum. Ergo Lactantius ut orator disertus, ita poe-
 ta quoq; solers habendus est. id fortassis melius te-
 staretur ὀδδὶ πρὸς τὸν, si extaret. Phœnix.)
 Ex Polysemis hoc nomē est, & multi iugā signifi-
 cationem habentib. Est enim Phœnix Thesaliæ
 fluius. Atq; rursus montis & oppidi nomē apud
 Strab. Item Phœnix Homericus, institutor Achil-
 lis. Sed ποῖνις scribitur. ποῖνις uerò ὁ πῶνις,
 & palmæ nomen, & huius nostræ auis.

Est locus.) Orditur à topothesia. Est enim
 ecphrasis hæc mixta. Mixtas namq; Rhetores
 quoq; tradunt, cuius exemplū ponūt nocturnum
 præliū ex Thucydidis secundo. Sic nostra hæc
 Descriptio nō nudū nobis Phœnicē representat,
 sed circumstantias multo uiuacius quàm ullus Apel-
 les exprimit. In locis describēdis pictores ad mi-
 raculū usq; solertes sunt: fabulosum tamē est, cur-
 rentes rotas ipsos, cantātesq; gallos purxisse. Nā
 in rerū actionūq; descriptione poetis longè cedit.
 In quib. Lactantius noster eū ipsa natura certamē
 suscepisse uideri potest: tamq; studiosus argumētū
 obseruator est, ut dicēdi characterē pulcherrimē
 rei præsentī accommodarit. τῶν δὲ πρῶτων τῶν δὲ

λελυθὸν γὰρ ἄνθρωπος, ἢ φῶς ἢ πῦρ, οὐρανίου.
 Primo oriēte.) Scriptores ferè omnes Phœ-
 nicem in Arabia felici ponūt, Mela, Plinius, Soli-
 nus, atq; etiam ex theologis Epiphanius & Am-
 brosius. nā Cyprianus & Tertul. in oriente tra-
 dūt. Inuolant etiā Aegyptū, Plinio & Solino au-
 torib. Et Statius Phariā uolucrē appellat. Pharos
 autē insula proxima Aegyptō est, olim Alexan-
 drie ponto iuncta. Ausonius Gangeticū alitem
 uocās, in Indiā ponit. est enim Ganges Indiæ flu-
 uius. Quod quidē epitheton Lactantiij & Clau-
 diani descriptioni propius accedit, nec tamē pro-
 ximē. Claudianus autē, quē cū Lactantio ubiq; lo-
 corū cōferre instituit, hoc modo loci suū describit:
 Oceani summo circumfluus æquore lucus
 Trans Indos Eurumq; uiret, qui primus anhelis
 Sollicitatur equis, uicinq; uerbera senit,
 Humida roranti resonant cum limina curru.
 Vnde rubet uentura dies, longēq; coruscis
 Nox afflata rotis refugo pallescit amictu.
 Loci qui pugnare uidentur, conciliantur hoc mo-
 do, ut uita in oriente peragat, regenerationem in
 Arabia conficiat: id quod ex ipso Lactantio intel-
 ligetur. Qua patet.) Solis regiā elegantissi-
 mē describit Ouid. in principio secundi Transfor-
 mationū: quo loco etiā Phaetontis incendiū canit-
 tur. Ianua celsa.) Macrob. lib. 1. cap. 12. de
 Som. Scip. duo Tropica signa solis portas facit,
 per quas physici dicunt animas de cælo in terras
 30 meare, & de terris in cælū remerare. Poli.)
 Polus et axis per metonymiā: pars pro toto, id est
 cælo. Nec tamen estiuos.) Satis notū est,
 limites, regionesq; esse cæli quatuor, exortū, oc-
 casum, meridiē, septentrionē. Arabia, qua de dixi-
 mus, ultra tropicum cancri meridiē aspicit, qua
 parte oceano alluitur, ab oriente & septentrio-
 ne sinu Persico: ab occidente, rubro mari. Lactā-
 tius autē phœnicis regione in oriēte uerno ponit,
 id est æquinoctiali: unde uenit uentus qui Eurus
 40 uocatur, & πῦρ ἢ φῶς, quasi tu dicas, ab orien-
 te sole fluens: id quod etiā Claudianus dixit. Ori-
 tur enim sol nō indidem semper, sicut nec in eun-
 dem semper locū cadit: sed aut æquinoctiale Ori-
 ens dicitur, cum in circulo currit qui appellatur
 ἰσημερινός, aut ἰσημερινός: uel solstitialis aut
 brumalis, quæ sunt ὀπίσθεν τῶν πῶν, ἢ χειμῶ-
 ναίων. Dicit ergo Lact. nec in solstitiali, nec bru-
 mali ortū, sed uernali, quando nimirū sol in arie-
 te itinera sua conficit. phœnicem sedem suam ha-
 bere. De triplici solis ortu uide Gell. lib. 2. cap.
 22: Martianum Capellam lib. 8. cap. de cursu so-
 lis: Plin. lib. 2. cap. 19. Proclum cap. 19. hypoty-
 poseos Astronomicæ. Septentrio.) Cleo-

medes lib. 1. Sed qua sol.) Hinc Claudiano
 Titianus ales dicitur. Tractus.) plagas,
strich/strom/gelengenhayt. Geo-
 graphicū uocabulū. Est elegantissima hæc ἡρώδης
 γῆσις, quæ unā cū descriptione luculenta laudes
 continet. Nec tumulus.) Et per cōsequens,
 tuta omnia. Est enim curuo anfractu uallis accō-
 moda fraudi, ut ait Verg. in 11. Bis sex.) &
 per metalepsim tutus. Sic Claud.
 Solusq; plaga defensus iniqua.
 Nemus.) Nemus amœnitatē, lucus religionē
 præ se fert. Honor.) Sūt enim frondes honor,
 id est pulchritudo arboris. Sic etiam Verg. utitur
 Geor. 2. ἀντὶ τῆς κέλλης:
 Frigidus & syluis Aquilo decussit honorē. Ouid.
 Tu quoq; perpetuos semper gere frondis honores.
 Cum Phaetōteis.) Fabula notior est, quàm
 quæ memorari debeat. Sed si requiris, inuenies
 apud Ouid. 2 Metamorph. & apud Boccac. li. 7.
 cap. 41. Et cum diluuiū.) Hæc fabula lib.
 11 est apud eundē Ouidiū, per hysteron proteron
 posterior priori præmittitur. Non huc ex.)
 Sic Claudianus:
 Possidet intactas agris animalibus oras,
 Sæua nec humani patitur contagia mundi.
 Exāgues.) epithetū ab affectu. Sic Ouid. in 15.
 Pallidāq; exanguisquallebāt corpora morbo.
 Non ægra senect.) Ouid. in 14.
 Tremuloq; gradu uenit ægra senectus.
 Cato autem apud Cic. negat senectutem auferre
 uires. Mors crudelis.) Verg.
 Dū furit incautū crudeli, morte sodalis Excipit.
 Usq; ad eō inops humana & ratio & lingua est,
 ut quid res bonæ sint, citra bonorum steresin ne
 intelligere quidē, nedū exprimere queāt. non po-
 test salubritas huius loci expediri. Quia bona
 cuncta unius sunt generis, mala multiplicium.
 Nec metus asper.) ὀφθαλμῶν, uel ὀφθαλμῶν. Metus
 enim horrorē quendā paroxysmo febrili nō disti-
 milē metuētib. adfert. Sic Verg. ater dicitur in 3.
 Præcipites metus acer agit.—
 Illū horrorē Seneca sic describit: Omnis frigido
 exanguis metu uenator horret. Id eo fit, ut in pro-
 blematis testatur Aphrodisæus, q̄ animalis uir-
 tus naturæ cōsensu heruos destituit. Nec scel-
 infandū.) Felicior ergo hic locus paradiso est,
 quō uetus serpens penetrās, malū omne in mortaliū
 uitā inuexit. Credo Vtopiam nō procul inde sitā
 esse, quæ et ipsa sub meridionali circulo est. Nihil
 enim Lactantius eorum credit, quæ de anipodi-
 bus traduntur. Lucius acerb.) Sic Ouidio
 amarus. Oblita pannis.) Terentiana ἰσ-
 χυσις: Annis pannisq; obsitus. Et Curæ in-
 somnes.)

Somnes.) Epitheta ferè à causis sumuntur. No-
ctu quum obiectis animus non impeditur, cura di-
uersos ducit, atq; ut Verg. dicit,

—Nunc huc nunc diuidit illuc,

In partesq; rapit uarias, perq; omnia uersat.

Violenta fames.) Sic Verg. Dira, malesua-
da, rabida; Claudiano imperiosa. Vis horri-
da uenti.) Sen. in 5. Nat. quæst. ait, uentū uim

aeris esse naturalem, quæ se ipsam moueat. Nō
gélido.) Plin. quoq; pruinam gigni ex rore ge-
lido, lib. 2. cap. 6. Aristot. de Mundo: πάχυν δὲ

σπόσος περιγυῖα, σπόσος πύχυν ἢ ἡμίπαχυν

σπόσος. Cæterum de roris & pruinæ differen-
tia, uide eundem Aristotelem in Meterologicis, li.

1. cap. 10. Capella:

Tunc candens tenero glaciatur rore pruina.

Item Verg. 2. Georg.

Frigora nec tantum cana concreta pruina.

Sua uellera nubes.) Ex opinione puerili,
pellib. enim suspensis nubes non dissimiles appa-
rent. Turbidus humor aquæ.) περιφρα

σις pluuia. Est enim pluuia, ut in Meterologicis
Arist. describit, ἀναγόμενον ὑγρὸς αἰὲρ ἔστι τῷ

δρόμῳ δυνάμει, ἢ πάλιν φερόμενον κατὰ

ἔξω τῷ ὑψίῳ πρὸς τῷ γλῶ. ἢ τὸς appellatur,
sive stillam fiat, sive masculis partibus descen-
dat. Sed fons.) ἐκφρασις alia fontis, quæ pri-

mum nomen, deinde perspicuitas, postea lenitas,
tandem dulcedo aquæ commendat. Hic fons non

re tantum, sed etiam nomine uiuus est, **Qui**

quellender brunn. Ouidius:

Et petere è uinis libandas fontibus undas. Perspi-
cuis, ut in 1. Sylvarum Statius:

Perspicui uiuunt in marmore fontes.

Lenis, id est placidus. aliquando striduli murmu-
rantesq; magis probantur. Dulcis, Lucretius:

Quod genus inde mari spirat fons dulcis aquai.

Lenis.) Quidā hoc loco lucēs legūt. Men-
sum.) per crasin, pro Mensū. Duodecies.)

Duodecies, proceleusmaticus est. Sed poetæ duas
priorēs syllabas breues per synecphonesin, in unā

longā contrahunt, ut dactylus fiat, Duodecies:
sicut apud Vergiliū, Genua labant. Procerō

stipite.) Proceritate siquidem arbores maximè
cōmendatur. Solo.) Octauī casus. Hoc

nemus.) Redit ad Phœnicē. Vnica Phœ-
nix.) Anadyptosis assenerationē cōtinet, et quasi

carmims cursum impellit. Vnica.) Illa raritas
prouerbio locū fecit, Phœnicē rarior, φοίνικος

πρωσιώτερος. Plin. quoq; scribit, unū i toto orbe,
nec usum magnopere. Quāuis ambigat, nū fabu-

losum sit li. 10. ca. 2. Melali. 3. ca. 9: De uolucris.

præcipuè referenda Phœnix, semper unica, nō. n.

coitu concipitur, partu' ue generatur, &c. Ouid.
Vna est quæ reparat, seq; ipsa resemet ales.

Claudianus:

Vnicus extremo Phœnix procedit ab Euro.

Seneca lib. Epist. 5. epist. 42. Stoicorū uirū bonū

ob raritatē phœnicē cōparat: Scis, inquit, quæ nūc

uirū bonū dicam? Huius secundæ notæ. Nam ille

alter, fortasse tanquam phœnix semel anno 500.

nascitur. Sed uiuit morte refecta sua.)

Antithesis ista ænigmatodes quiddā in se conti-
net. Extat de hoc Symphosij cuiusdā ænigma, in

hunc modum:

Vita mihi mors est, morior si cæpero nasci:

Sed prius est fatum leti quā lucis origo.

Sic solos manes ipsos mihi dico parentes.

Orthodoxi hoc loco immortalitatem animæ,
adeoq; carnis resurrectionē, probare studēt. Ter-

tullianus in eo libro quem de Resurrectione scri-

psit: Illum dico alitem orientis peculiarē, de singu-

laritate famosum, de posteritate monstrosū, qui
semetipsū libetē funerans renouat, natali sine

decedens atq; succedens iterū phœnix. Vbi iam

nemo iterū ipse, qui nō iā alius idē. Quid exprof-

sus atq; signatus in hanc causam, aut cui aliq; rei

tale documentū? Epiphanius in lib. cui titulus est

ἀγκύρωτος. πρὸς τὸ φοίνικος ἀναθεῖς

ὄρνιθς πρὸς αὐτῷ ἐλέγετο. ἡ δὲ ἐστὶν ἐν ἀκόλι

ἀφῆν πολλῶν πτισῶν τε ἢ ἀπισῶν. ἢ καὶ

αὐτῷ πρὸς τοιαύτῃ φαίνετο. ἡ γὰρ τῆσδε

αὐτῷ περὶ τῆσδε φαίνετο, σπιου μὲν ὄρνιθς ἐστὶν

ἀρωματῆν, ἢ φερω ὄρνιθς ἐστὶν πάλιν ὄρνιθς

πῆσιν, ἢ ἰσὶ πολὺν ὄρνιθς καλεῖται, ὡς δὲ ἐπὶ

μυθολογίῃ ἀπὸ τῆσδε ἀρωματῆσδε φαίνετο ἢ

ἐβραϊδῶν, ἢ τερσῶν ἐν αὐτῷ τῷ σῆνι τῷ αὐτῷ

τῷ μαρτίῃσ πολλὰ, ὡς ἀπὸ τῷ σῶματι ὄρνιθς

ἀπὸ φερόμενος, ἐπιπρῶσι τῷ πρὸς κεῖται

ὑλλῶ τῷ τῷ πῶ, ἢ ὅπως αὐτῷ ὄλοκαυτοῖ, ἢ

πῶσις τῶσδε ὄρνιθς αὐτῷ σῶ ὄρνιθς. ἐπὶ δὲ

οἰκονομίας νεφὸς ἀρσιμέτῃ, ἢ ἐπιπρῶσι, ἢ

ταλφινίσι τῷ τῷ σῶμα ὄρνιθς κατὰ διαπρῶσι

σασαμ φλόγα, νεκρῶ μὲν ἡδὲ ὄρνιθς ὄρνιθς

καὶ ὄρνιθς ὄρνιθς ἀκρότατα, σβῆ δὲ σῶμα

φλογὸς, λείψανα φλογὸς αὐτῷ, ἐπὶ σῶμα

πρὸς ἐπιπρῶσι, ἢ πρὸς μίαν ἡμῶν ἀφῆσδε νεο

τα σκώληκα γυνῶ. ὁ σκώληξ πρὸς φερωί νεο

τῶσδε γυνῶσδε. τῷ δὲ πρὸς ἡμῶν ἀφῆσδε

ἢ ἀφῆσδε τῶσδε τῷ τῷ πῶ ὄρνιθς πρῶσι

νοίς αὐτῷ ἐμφανίσει, ἢ αὐτῷ ἀναπρῶσι ἐπὶ

ἰδῶν παρῖδῶν ἢ ἀναπρῶσι. His uerbis usus est

contra Græcos, carnis resurrectionem pro-

bans. Hæc uerba eo libentius adduxi, quia non

nihil à communi narratione uariant. D. item

Ambrosius

Ambrosius in oratione de Fide & resurrectione: Auis in regione Arabiae, cui nomen est phœnix, rediuitio suae carnis humore reparabilis, quum mortua fuerit, reuiuiscit: solos non creditur homines resuscitari? Item Hexameron li. 5. Phœnix quoque auis in locis Arabiae perhibetur degere, atque ea usque ad annos D. longa aua etate procedere: quae cum sibi finem uitae adesse aduertit, facit sibi thecam de thuri & myrrha, & caeteris odoribus in quamim, pleto uitae suae tempore, intrat, et moritur. De cuius humore carnis uer mis exurgit, paulatimque adolescit, ac processu statuti temporis induit alarum remigia, atque in superioris auis speciem, formamque reparatur. Doceat igitur nos haec auis, uel exemplo sui resurrectionem credere, quae & sine exemplo, & sine rationis perceptione ipsa sibi insignia resurrectionis instaurat. Et utique aues propter hominem sunt, & non homo propter aues. Aeneas item Platonis hic: Praeterea & Phœnix auis ultra quingentos annos uiuere dicitur. Ea uero ubi mortua fuerit ac resoluta, reuiuiscere putatur. Succurrit multitudo animantium, quae ex corruptione coepere principium. Probant item huius alitis exemplo castam D. Virginis conceptionem, & idem Ambrosius in Psal. 118. Phœnix, inquit, coitus corporis ignorat, libidinis nescit illecebras, sed de suo surgit rogo, sibi auis superstes ipsa, & sui haeres corporis, & cineris sui fetus. Cyprianus item in simbolo Apostolico: Et tamen quid mirum uideatur, si uirgo conceperit, quum orientis auem quam phœnicem uocant, in tantum sine coniuge nasci, uel renasci constet, ut semper & una sit, & semper sibi ipsa nascendo uel renascendo succedat. Pythagorici porro hanc auem in μεταμύωσιν suae asseuerationem adhibent. placet igitur etiam ipsius Pythagorae uerba ex Ouidij Metamorphosi adducere:
Una est quae reparat, sequitur ipsa refeminet ales,
40 Aegyptij phœnica uocant, nec fruge, nec herbis,
Sed thuris lachrymis, & succo uiuat amomi.
Haec ubicumque suae compleuit secula uitae,
Ilicis in ramis tremulaeque cacumina palmae,
Vnguibus & duro nidum sibi construit ore.
Quo simulac castas & nardi lenis aristas,
Quas saepe cum fulua substrauit cinnama myrrha
Se superimponit, finitque in odoribus auum.
Inde ferunt totidem qui uiuere debeat annos,
Corpore de patrio paruumque Phœnica renasci.
70 Cum dedit huic aetas onerique ferendo est,
Ponderibus nidi ramos leuat arboris altae,
Fertque pinis, cunaeque suas, patriumque sepulchrum

Perque leues auras Hyperionis aede petitus
Ante fores sacras Hyperionis aede reponit.
Adjiciemus & huius descriptionem ex Varia
Τητρηα historia.
ὁ φοῖνιξ ὄρνειον ἕστιν ὃν πάντι βίω,
παῶν ὡραιότατον, καὶ μέγιστον ἀσυγκρίτως
καὶ χρυσόπεπον ἐστίν, δαίμα κενόν καὶ
ἕνρον.
τὰς καλλιὰς δὲ πηγύσσεται ἀνὰ δροῖς ἐξ ἀρωγῶν
ἐπαύθη θάνοι, γίνετο σκώληξ ἐκ τούτου πάλιν,
ὅς φοῖνιξ πάλιν γίνετο, θαλάττω δὲ ἠλίω.
ἠδὲ θεοὶ δ' εἰς αἰγυπτον, θνήσκουσι δ' αἰθιοπῶν
ὡς ὁ Φιλώστρατος φησὶν, ἀφ' ἡλίου βίω. (πία.
ὡς δ' ὁ αἰγυπτιῶν ἰερογραμματεὺς χειρῶν
μου
ἰδέσθω ὃν διδραγμασι τῶν ἰερῶν γραμματέων,
ὁ φοῖνιξ ἐξ τοῦ ἐπισημοῦ καὶ ἐπικρατοῦ ἠλίου (πία.
θνήσκουσι, ἄρα γινώσκουσι ὃν τόποις τοῖς αἰγυπτιῶν
Sic traſtulit interpres:
Phœnix auis est una in omni uita,
Pauone formosior, & maior citra collationem.
Atque auro decetior, miraculū nouū ac peregrinū.
Nidulos autem cōpingit ex arboribus aromatu.
Postquā autē obierit, nascitur uermis ex hac rura.
Qui rursus Phœnix fit, fatus à sole. (Ius,
Versatur autē in Aegypto, moritur uerō in Aethio
VI Philostratus dicit in Apollonij uita. (πία.
Ut autē Aegyptius sacrarū literarū scriba Chære
Ostendit in disciplinis sacrarū literarum: (mon,
Phœnix sex annis & septem millibus
Moritur, cum fuerit in locis Aegypti.
Paret.) Credit antiquitas uana, Numinibus
ut arbores, ita uolucres quoque consecratas esse.
Nam sicut aquila Ioui, columba Veneri: sic phœnix
Apollini sacer esse fabulatur, forte, quia, ut
Claudian⁹ ait, purior illū solis feruor alit, uel quia
una cum sole anni magni periodum conficere creditur.
Hoc natura parens.) Hoc epitheto eorum damnat
ingratitude, qui Naturā non ueram, non parentē esse dicunt.
Lutea.) Videtur μίμωσις esse Vergiliana, apud quē in 7. est:
Aurora in roseis fulgebat lutea bigis.
Cum primū rosea.) Hinc Græcis ῥοδόδακτυλος.
Fugat.) Imitatio Vergiliana in 3. Iamque
rubescbat stellis aurora fugatis.
Ouid. lib. 2.
— Fulget tenebris Aurora fugatis.
Ratio eadem est. perpetuis enim successibus sibi
inuicem sequuntur. Neque enim stellae recedentibus
tenebris cōspiciuntur, non quod caelo cedant, sed
quod ex se lucē non habent, nisi sol oppositus directos
in eas radios mittat: tantūque solis in bar est, ut

eo lucente reliqua sidera evanescere uideantur. Neq; nox aliud est quam terræ umbra, quæ (ut Cleomedes quoq; testatur) solem sequitur. Ter quater.) Post auroræ descriptionem, τὴν πρῶτην ματὸς ἔκφρασιν cōmodissimè subiungit, in qua ὑποτύπωσις maximam reb. perspicuitatē adfert. Ter quater.) Anaphora elegans. Despicit.) Propriè quidem, sed per metalepsim. nā metaphora, qua hoc uerbū cōtemnere significat, ita inualuit, ut eius quā propriæ significationis frequentior usus sit. Expectat radios.) Plin. soli cum oritur ardentē, postea radiantē colorem tribuit. Si per iubar, luciferum intelligis, fiet hoc per ὑσδρῶν πρόσδρῶν. Ob id enim dicunt iubar, quòd lucis iubar effundat. Fulgētis portæ.) Macrob. cancrum & capricornum solis portas facit. Solis portæ descriptio elegātissima est apud Ouid. lib. 2. Meta. Limina.) horizontem. Est autem οὐρανῶν, ut Proclus desinit, ἡν κληθὲν οὐρανῶν ἡμῶν τὸ, τε φανδρῶν καὶ τὸ ἀφανὲς μὲν τὸ κρύβουσι, ἢ δὲ τομῶν τὸ ὅλῳ σφαιρῶν τὸ κρύβουσι, ὡς ἡμῶν σφαιρῶν ἢ ὑπερὶ γλῶσσοι ἀπὸ λαμβάνουσι, ἢ μῖο σφαιρῶν δὲ ὑπο γλῶ.

Aura leuis.) Ouidius:
Et leuis impulsos retrò dabat aura capillos.
& de Phœnice:

Perq; leues auras Hyperionis æde potitus.
De graui et leuique simpliciter, uel cum respectu, lege Arist. in 4. de Cælo. Quāuis hæc respectu uenti leuis dicatur, qui uehementius aura spirat. Inter auram & uentum Arist. his uerbis differentiam ponit: τὰ ἢ ἢ ἀέρι πνεύοντα πνεύματα, καὶ ἔμω ἀνέμους ὡς αἶρας δὲ, τὰς δὲ ὑπερὶ φεφορμίας ἐκπνοάς. Secundum quam alioqui descriptionē, uentus aura leuior fuerit. Incipit.) Claudianus Phœnicis cantū his uerbis describit: Hic sedet, & solem blando clangore salutat, Debilior, miscetq; preces, & supplice cantu, Præstatura nouas uires incendia poscit. Sed hæc non eodem loco & ordine. Meminit & Callimachus in hymno Apollinis:

— ἐπὶ γένεισιν ὁ δὲ δὴ δὴ ἢ δὴ π φοίνιξ
δὲ ἀπὶ νῆος, ὁ δὲ λυκῶν ἢ ἢ ἢ καλὸν ἀείδει.
Quāq; ad palmā arborē Scholiastes hæc referat, iuxta illud fortassis Homericum, in hymno Apol. ἀμφὶ δὲ φοίνικι Βαλέϊ πῆχθ. γοῶν δὲ ὄρειν λεμῶνι μαλακῶ. — (σε

Fundere cantus.) Sic apud Cic. fundere cātus, fundere carmē, fundere uersus, fundere orationes numerosē, fundere oracula, fundere clāgorē, fundere mendacia. Quam nec ludææ.) Cælius lib. 3. cap. 11. Ecce succurrit mihi Lactantij

carmen, Phœnicis argumento, non utiq; inanimatum, sed quod scriptoris eius genuinam sapientiam, ingenijq; præferat facilitatē haud aspernabilem. In eo lulæas uoces, ut persuasues ac prædulces nominari obseruauimus. sed cur ita, non ferè perspicuum puto: nisi quòd ad Simonidem, cognomento Melicum, ex carminis uicinitate, ut Suidas arbitratur, referri posse non inficiabitur, qui hoc genus scitamentis aures habeat pertritas, cuiq; non sit cornea fibra, siquidem fuit Iulis insulæ Coæ oppidum, in quo Simonides feratur natus. Quod ex Strabone didicimus, & antea cecinerat Theocritus. Sed coactum nimis ac uolentum rebitur id, cuius auris acriori lota aceto sit: magisq; multo arrisurum putabit, quod scribit Apollodorus, cantilenam in lucub. celebrem dici Salemon, in hymnis uerò Iulon: quæ de hominibus sic nominatæ cōperiantur in Phœnice hoc uersu, Quā nec lulææ uoces.) ἴσλθ ergo hoc loco hymnum significat. Significat autem (ut Isatius Tzetzes in Lycophroniano commentario referi) quatuor: οὐρανῶν καὶ πικύπτοιω πῶδὶ τοῖχος ἀνδρῶν, uermiculū multipedē in muris obrepentē: ἢ ἄλλο θόρυθον ἢ γροῖωμ, id est Florē genarū, et primam lanuginem: τὴν συσφορῶν ἢ τὴν τρυφῶν, id est plicas crinium. Zepf: item hymnū, ut inquit Erotosthenes in Mercurio:

ἢ λυκῶν πῆς ὄριδος ἐφ' ὅθεν ὄνυξ ὄνυξ
δανδαῖ πῆς σεχῶσε καλὰς εὐ εἰδ' ἴσλθ.

Cyrrhæis.) Io. Ludouicus Brasicianus, à Bacchilide Melico poeta deductum mauult hoc Polytiani in Nutricijs: Nec uulgare canit dulcis ab Iulide Siren. Bacchilide Parnasijs, Castalijs, hoc est Muscicis. Cyrrhæis quidem oppidum in radice Parnasijs, unde etiam poetæ Cyrrhæos fontes pro Parnasijs dicūt. Cyrrhæa tamen apud Pindarum & alios, Apollinis nomine frequentius celebratur. Politianus in Nutricijs de Pindaro:

Frugibus hunc Libysq; uirum Cyrrhæus ab ara Phœbus, et accubitu mensæ dignatus honore est. Cylleneæ.) q. d. Mercurialis. Cyllene siquidē (ut Mela inquit) quòd Mercurium ibi natum arbitrantur, insignis. Verg. in 8.

Vobis Mercurius pater est, quem candida Maia Cylleneæ gelido conceptum in uertice sudat. Hinc Mercurius ipse Cyllenius. Claud. in pri. de Raptu: — Cyllenius astitit ales, Sōniferā quatiēs uirgā, te Etusq; galero. Nec multū referre arbitror, Orpheine an Apollinis lyrā intelligas. Apollo. n. Mercurio caduceum magicū pro

pro lyra tradidisse fingitur. & Orpheus à Mercurio lyra donatus, qua sylvas et saxa traxit: quæ in cœlū sublata est, ut fabulantur poetæ. De Mercurij lyra Arati uerba adscribemus:
 ὃν χέλυς, ἢ τ' ὀλίγη τ' δ' ἀρ' ἐλὲ κ' ἢ τ' ἀ λίνω
 ἐρμείας ἐτόρμασε, λυγλῶ δὲ μίμ' εἶπε λεγέσθ.
 καὶ δὲ τ' ἔθε το πτοπτοροῖθ' ἄπ' οὐθ' εἰδὼ
 ἄρα μὲν εἰσεγέγορ.— (λοιο,

Cic. sic uerit:
 10 Inde fides leniter posita & connexa uidetur,
 Mercurius paruus manibus quam dicitur olim
 Infirmis fabricatus in alta sede locasse.
 Vide hic Germanicum Cæsarem, & Lucian. in
 libello de Astrologia. Olor.) Lege quæ anno-
 tauit Eras. in Prouer. λυγλῶν ἄσμοα. Cæterum
 apud Claudianum, Sol Phœnici oranti respon-
 det his uerbis:

O senium positure rogo, falsisq; sepulchris
 Natales habiture uices, qui sæpe renasci
 20 Exiit, proprioq; soles pubescere lecto.
 Accipe principium rursus, corpusq; coactum
 Desere, mutata melior procede figura.
 Obseruabis tamē inter conferendū, quod Phœ-

nix in suo etiam nū luco cantare solet: id quod ex
 Claudiano non intelliges. nam ibi canere fingitur
 iam in Sabæo colle moritura. Addemus hic
 nescio an prorsus parergon, reuera fieri, quod
 Pompeius prouerbiali metaphora Cinnæ respon-
 30 debat: plures orientē adorare solē, quam occiden-
 tem. Taceo quōd Aegyptij solē ut Deū coluerūt,
 de quorū errore alibi Lactatius. Pythagoreis re-
 ligio erat, aduersus solem meiere. Nos & templa
 & monumenta nescio qua superstitione uersus or-
 tum construimus. Plinius Atlantes degeneres ab
 humana natura infimulat, quōd solē tum orien-
 tum occidentē dira imprecatione contuerē-
 tur, ut sibi suisq; agris exitialem. Postquam
 Phœbus equo.) Hoc est, postquā sol supra
 40 horizontē ascendit: nam supra crepusculū matu-
 cem. Equos.) Ouidius de Phaetontis incen-
 dio, solis equos his uersibus numerat:
 Interea uolucres Pyroëis, Eous & Aethon,
 Solis equi, quartusq; Phlegon, hinnitibus aurās
 Flamiferis implent, pedibusq; repagula pulsant.
 Germanicus uerō Cæsar alia dat illis nomina.
 ea sunt, Erythraeus, Aetæon, Lampros, & Phlo-
 geus. Vbi Aetæonis nomen ipsius interpretatio-
 ni non cōuenit. Equosq; propterea quatuor fingi
 50 docet, quōd aut quadripartitis temporū uarietati-
 bus anni circulū peragat, aut quōd quadripartito
 limite diei metitur spaciū. Sed quatuor anni tem-

pora Naso comites solis facit. Orbem to-
 tum.) Vtrinq; est apud Silium in 5.
 Donec flammiferum tollentes æquore currum
 Solis equi sparsere diem, iamq; orbe renato
 Diluerat nebulas Titan.—

Plut. in Placitis lib. 2. cap. 2. Anaximādri senten-
 tia solem λύνου, id est orbē esse docet. Posido-
 nio, ut Laert. in Zenone testatur, σφαιροειδής.
 Aristoteli quoq; sphaera est, ex quinta essentia
 cōpacta. Mirabilis tam de forma quā de mate-
 ria & magnitudine uariatio inter Philosophos
 est, de qua uide Plut. loco iam iam citato. Ce-
 leres discriminat horas.) Horas solis co-
 mites facit Ouidius, utriq; Phœbi solio assisten-
 tes: sicut & menses, & annos. Hinc Pyndaro ὕ-
 βρονος forte dictæ. Theodon, referēte Boccatio,
 Solis & Cronidis filias, lib. 4. cap. 4. Homerus
 in Iliad. 6. portarum cœli custodes, his uersibus:
 αὐτόμαται δὲ πόλαι μύλων ἄρα μὲν, αἶς ἐχρη-
 ῶσαι,

ἢ ἰδιτέτρα πῆαι μίγας ἄρα μὲν, ἄλυμπος τε,
 ἢ ἢ ἀνὰ κλίνας πυκινὸν νέφος, ἢ δ' ἰδιθεῖναι.
 Et si Boccatio credimus, equos & currū in tem-
 pore parant soli, & diei uenire uolenti cœli por-
 tas apperit, eo quōd eis sibi inuicē succedentib.
 nox labitur, & dies accedit, in quē sol tanquā in
 præparatū sibi uehiculū à successione horarum
 progreditur: in cuius progressionis initio horæ
 diei aduenienti, cœli portas, id est lucis ortum a-
 perire uidentur. Macr. lib. Sat. 1. cap. 21, testatur
 solē Aegyptij Horū uocari, exq; eo & horas ui-
 ginti quatuor, quibus dies noxq; cōficitur, nomē
 accepisse. Et quatuor tēpora, quib. annuus orbis
 impletur, horas uocari. Hora Platoni uer signifi-
 cat. In Cratylo sic describit: αἶ μ' ἀν ὦραι, ἀπ-
 πικισί. ὡς τὸ πάλαιον ἔργον, εἶπε βάλει τὸ
 εἶκος εἰδέναι ὦραι γὰρ εἰσι, ὅσα τὸ δεῖξεν χει-
 μῶνάς τε κ' ὀρθή, κ' πονδύματα, κ' εὐδ' καρ-
 πὸς ἐκ τ' γῆς. δεῖξασαι ἧ, δικάως αὐ ὄραι κα-
 λῶντο. Celeres dictæ, quia nil est horis fugaci.

Atq; sit Horatio fugientes dictæ, quia 24. horæ
 cū sole ciuili diei periodū cōficiunt. Ouid. in 2.
 Iungere equos Titan uelocibus imperat horis.
 Interim obserua quōd Lactatio discriminare est,
 idem quod Platoni δεῖξεν. Caput igni-
 ferū.) Ex opinione uulgi. pictores enim solem
 pingentes, caput flammeum pingunt. Quæ
 postquā uitæ iam mille.) Mille Claudia-
 nus quoq; ponit:
 Namq; ubi mille uias longinquā retorserit æstas,
 Tot fuerint hyemes, toties uer cursibus actum,
 Quas tulit autumnus dederit cultorib. umbras:

Tum

Tum multis grauior tandem subiungitur annis,
Lustrorum numero uictus, &c.—
Plinio DCLX. Quamuis ipse lib. 7. cap. 48. fa-
bulosum putet. Solin. scribit, probatum eam qua-
draginta & quingentis annis durare. Pomp. Me-
la D. tribuit: cum quo consentit etiam, ut audiui-
mus D. Ambrosius, Seneca & Aeneas Platoni-
cus. Ex huius longæuitate proverbialis hyperbo-
le nata est, Phœnice uiuacior. Video quosdam in
ea esse opinione, ut Phœnicis uita magnum annū
constituat. sed quia de anno magno inter autores
minus conuenit quàm de Phœnice, nos hoc in
medio relinquimus. Dulce cubile. Nidum.
dulce autem, quia cuiusq; sua patria dulcis. Lo-
ca sancta. & per cōsequens, ab omni malo tu-
ta, ut supra. Sublimem palmam. Numerat etiam Plinius hanc inter Syriæ arbores,
cuius uerba adscribam ex cap. 4. lib. 13. Mirumq;
de ea accepimus, cum Phœnice aue quæ putatur
ex huius palmæ argumento nomen accepisse, ite-
rum mori ac renasci ex se ipsa (quod erat prius)
pomis refertā. Theophrastus quoq; lib. 2. cap. 4.
scribit, palmam magis circa Babylonem ac Syriā
fructificare. Dioscorides maxime in Aegypto na-
sci ait. Sed alij nomen habere à colore uolunt, qui
subtracta aspiratione, diphthongoq; in u conuer-
sa puniceus appellatur, q. Phœniceus, cui spadix
& uitelus synonyma sunt, ut apud Gellium Fron-
to testatur, lib. 2. cap. 26. & rursus idem Gell. li.
3. cap. 9. Quem colorem, inquit, nos puniceum,
Græcè partum φοίνικος, alij αραβικόν appellāt:
quoniam palmæ termes ex arbore cum fructu
auulsus spadix dicitur. Quæ de re præter cæte-
ros qui de coloribus scribunt, uidendus est Ruel-
lius, de stirpibus lib. 1. cap. 17. Deinde quidā in ea
sunt opinione, Phœnices nomen ab ea quoq; arbo-
re traxisse, quod palmæ folijs prisca Phœnices
scripserunt. Cæterum eam uim quam Lactantius
palmæ tribuit, nusquam alibi inuenio. Plutarchus
& Gell. eam palmæ uirtutē tribuunt, ut moli im-
positæ renitatur. Fusissimam palmæ descriptionē
habet apud Ruellium lib. 1. ca. 108. apud Cælium
Rhodiginū lib. 2. cap. 6. Eras. in prouer. Palmam
ferre. Tum uentos. Alia rursus γοβο-
γαία. Aeol. Poetarū de Aeolo figmen-
tum ex Verg. notissimū est, lege de hoc Boccat.
lib. 4. cap. 54. lib. 13. cap. 20. Scripsit Ioachimus
Camerarius doctissimum de uentis carmen, cui
Aeoliam titulū fecit. Flabris. id est, flatibus,
uentis. τὸ πρὸς αἰὲρ τῶν ἰοντῶν πνέουσα, κα-
λῶμεθα αὐτὴν μῆτις. Arist. Quamuis Alberto M. nō
propterea uenti sunt dicendi flatus quilibet, sicut

nec aqua qui uis fluius qui fluit, nisi principium
fluendi fontem habeat. Vide Cæl. lib. 11. cap. 18.
Purpureum aera. Credo ad matutinū esse
referendum, sic Lucretio candens. **Noto.**
Nubes colligit, unde Plinius æstuosum appellat.
Verg. — Nubilum in Aetna,
Siue introrsus agunt nubes, & nubilus Ausfer.
Et humidum, in Geor. 1. — Unde serenas
Ventus agat nubes, quid cogitet humidus Ausfer.
Nubifer. Ouid. in epist.

Te dare nubiferis linthea plena notis.
Per inania. Regiones aeris intelligit, quæ in
nis nō est, aere nimirū referta. Inania uocāt, quæ
supra regionem ignis sunt. Sed Poetæ cum uulgo
quandoq; data opera errāt. Sic Verg. in Geor.
Aera per uacuum ferri atq; assurgere in aras.
Construit. ἔκρησις alia nidi uel rogi, con-
stans ex enumeratione partiū, de quib; inter au-
tores nō profus cōuenit. & Lactantius sane uni-
uersas habet, quas ferè singulas singuli, nos figu-
ra quadam complectemur.

Cinnamomum, Ouid. Solin.
Balsamum.
Casia, Ouid, Plin.
Lact. Achantus.
Thus, Plin.
Nardus, Ouid.
Myrrha.

Claudianus in genere modò his uerbis
Arentes tepidis de collibus eligit herbas,
Et cumulum texens preciosa fronde Sabæum
Componit, bustumq; sibi, partumq; futurum.
Atque hoc loco inducit ipse Phœnicen Apollinū
hymnū canentē, de quo supra. Seu nidum.)
Correctio, siue maus dubitatio problematis. Est
enim problematis genus apud Arist. in Top. quod
diuersos cōstituit syllogismos: ἀρεταὶ enim ha-
bent, utrū sic se habeant, an non habeant, quia de
utrisq; sunt rationes probabiles. Nā si nidū dixe-
ris, rectè dixeris, quia in eo incubat Phœnix ui-
uens etiam nū: si sepulchrū uel rogi, nō minus re-
ctè, quia mortua ibi cōburitur, & quasi in cinere
humatur. Nam perit.) Fieri solet, ut causa
finales cū actione nostra pugnet. Sic pax finis bel-
li, & quies laborū. Et sic Do. Christus mortuus
est, ut de morte triumphās mortalib; uita reparat
ret. Creat.) Pugnat hoc cum uerbo Perit.
Quod se ipsum creare potest, habet ex se se mo-
tum nunquā cessantē, quæ ἐξ αὐτῆς αὐτῆς uocāt, et
per consequens perire nequit. Creat aut dicit per
aphæresin, id est, recreat. Colligit hinc.)
Hinc, ordinis est. Et odores. Res odoriferas
effectus

effectus pro efficiente causa uel materia per me-
 tonymiam. Quos legit Assyrius.) Synec-
 dochicis, ex uno multi, sicut, Romanus pro alio ui-
 dor: ita Assyrius & Arabs, pro Assyrijs et Ara-
 bibus. Assyrij dicti sunt ab Asbur, filio Sem, filij
 Noab: qui (ut in Originib. Moses scribit cap. 10.)
 de terra Sine hac produjt. edificauit Ninuen, As-
 syria a se denominata metropolin. De Assyria il-
 lecebris et odorib. lege Solin. ca. 58. De malo As-
 syria lege etiā Plin. li. 12. ca. 3. et Verg. Georg. 2.
 Opulentus Arabs.) ολβίος Arabas Dio-
 nysius simili epitheto uocat. & Horatius alibi,
 oia diuitijs Arabū liberrima cantat. Hoc autem
 epitheton, ut pleraq; differentia causa ponitur.
 Nam iuxta Ptolemæi descriptionem, triplex est
 Arabia: prior Petrea cognominata, a ueteri urbe
 Petra, quæ regia quondam gentis fuit: Nabathea
 Straboni. Alteram alij desertam, Plinius Scenitē,
 & οκλῶν appellauit: quod incolæ rē pecua-
 20 riā faciētes, tabernaculis subinde translatis incer-
 tis uagarentur sedibus. Tertiā, odoriferā illā (ut
 Plinij uerbis utar) ac diuitem, & beatā cogno-
 mine inelytā. Vnde poeta noster hic Arabas opu-
 lentos uocat. Solin. hāc Arabiā Græcis οὐλαίω
 30 να. Latinis beatā nominari ait: idq; eo, ut Mela te-
 statur, quod cinnami et thuris, aliorūq; odorū ma-
 xime ferax est. De hoc Herod. in 3. πῶς ἴ αὐ μὲ
 οὐλαίω ἐστὶν ἡ ἀραβία τῶν οὐκ οὐρανῶν χω-
 ρῶν ὄσι. ἣ δὲ ταῦτα λιβαίνωτος τε ὄσι, ἣ μὲ-
 30 να ἡ οὐλαίω, ἣ λιβαίνωμος, ἣ λιδαίνωμος. Atq; inibi
 de earū lectione multa. Sed quia Plin. lib. 12. cap.
 19. Herodotū antiquitatis principē fabulosa nar-
 rasse testatur, & quia prolixiora sunt, quā ut
 ad ipsum Plinū atq; Solinū, qui cap. 43. cinna-
 momi lectionem Aethiopiū tribuit, & Strabo in
 16. aliā horū collectionē tradit. de quo nos in præ-
 40 sentiarū plura dicere super sedemus. Ad Arabiam
 reuertamur. Solinus Arabiā, id est Sanctā inter-
 pretatur. Hebræis Arab inter ceteras significa-
 tiones etiā amicitatē significat. nā apud Diony-
 siū Afrū ὀπαρτίων epitheton habet. Atq; idem
 rursum Arabiam ἐγλαὰ & ὀλβία φύλα nomi-
 nat. Nec multū ablutū Græcorū deriuatio, qui
 50 ἀραβίω ἢ βίς cōpositū nomē putāt, id est,
 a uita delicata & molli. Claudianus id exprimit:
 Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adorant.
 Quos aut Pygmææ gentes.) Arabia ul-
 60 tra tropicū cancri est: Assyria uerò & Pygmæi,
 citra: & hi magis uersus ortum. Solinus ait, Pyg-
 mæos Indiæ montana tenere. Sed de his. Vadia-
 nus, totius Heluetiæ ornamenti et decus, in præ-

clara illa ad Rod. Agric. epist. sic scribit: Pygmæi
 ergo, ut ad institutū reuertamur, quos Augustin⁹
 cap. 8 lib. 16 Ciuit. Dei, Græcis a cubito, quæ ad-
 modū Eustachius, nomen obtinuisse ait Spitha-
 mæi, id est palmares, ob mirā eorū breuitatē, tres
 dodrantes non excedunt. Græcis certē τριπύου
 cubitus dicitur. Horū illustres scriptores per sæ-
 pē meminērūt, quadā tamē situs diuersitate. Nam
 cū eos inter Indiæ gētes Plinius cēseat, Pōponius
 lib. 3. in ea ponit Arabiæ parte, quæ ultra sinum
 Arabicū in Aethiopiā uergit. Strabo lib. 17. in
 iisdē locis fuisse creditos quidē, sed cōfictos exi-
 stimat: hinc occasione fictionis ducta, quod in in-
 teriori Aethiopia, qua extima eius terræ inhabi-
 tati uidebantur, omnia ferē animalia exigua pro-
 uenire cōpertū sit. Contra uerò Philostratus, qui
 lib. 3. ait, Pygmæos sub terra degentes, suprā Gan-
 gem posita loca incolere, & uiuere, nō uanū esse.
 Cui cū Aristot. in eo quod specus habitari ab eis
 ait, conuenit. Albertus lib. de Animalib. 21. esse et
 uiuere eos quidē, humanæ tamen rationis exactū
 usum habere negat: eamq; ob rē cap. 3. lib. 1. eos
 homines Syluestres nominat, aliquid nostræ natu-
 ræ habentes in quadam, ut ait, deliberatione. &
 cap. 4. 2. tractat. 1. lib. Simiam & Pygmæū homi-
 nis similitudinē habere inquit. Plin. cap. 11. 4. &
 Solin. in Thraciæ descriptione ad Geraniā urbē
 iuxta Hæmū & Strymonem Pygmæos creditos
 fuisse, Catiros Barbaris dictos, et a grubus pul-
 sos ait. Nosti quā eleganter de ipsis Iuuen. &
 Gel. scribāt. Locus ex Arist. citatus est, extat de
 Hist. animalū lib. 8. qui in fine 3. de Generatione
 animalū, de eorum genesi scribit. Gellij locus est
 lib. 9. cap. 4. Iuuenal. Sat. 13. Vide adhæc Lud. Vi-
 uē in eo quē ex Augustino Vadianus citauit loco,
 Terra Sabæa sinu.) Verg. lib. 1. Georg.
 India mittit ebur, molles sua thura Sabæi.
 Val. Flaccus lib. 6.
 Hac quoq; thuriferos felicia regna Sabæos,
 Thus Sabæ assignat. Nec nō etiā propheta Hier.
 cap. 6. Nō debes hæc de antiqua illa Saba intelli-
 gere, quæ Meroe deinceps a Cambyse fuit cog-
 nominata, quam Nilus utrinq; ambiens insulam
 facit: sed hanc quæ pars Arabiæ est, & thurife-
 ra cognominata, ob sylvā centū passuū longitudi-
 nis, latitudinis autē quinquaginta. De qua præter
 Melā, Plinū & Solinū, uide Vadiani Epitomē in
 Arabiæ descriptione. Arabiæ, adeoq; Sabæ opu-
 lentia celebratur a Regio lyrico Psal. 72. Aiuat
 Saba idē significare quod Græcis est μυσνηίου.
 Cinama.) Cinnama legendū est, plur. neut. Di-
 citur enim, teste Plinio, Cinnamū & Cinnamo-
 mum. Et apud Herodotū quidem λιβαίνωμος,
 Z alibi

alibi simplici v, *λευκάμυρον*. Lege de his Theophrastū lib. 9. cap. 4 & 5. Dioscoridē lib. 1. cap. 13. Plin. lib. 12. ca. 19. Gal. lib. 1. de Antidotis: Ruell. lib. 1. cap. 25. Manardū lib. 6. Epist. 3. lib. 8. epist. 1. & 2. & in fine lib. 11. Est autē secundū Plinij descriptionē, frutex duorū cubitorū, altitudine amplissimus, palmiq; minimus, quatuor digitorū crassitudinis, statim a terra sex digitis surculosus, arido similis: cum uiret, nō odoratus, folio origani, siccitate gaudēs, sterilior imbre, ceu dirae naturae. Galeno sex uel septē ramulos habet, longitudine inaequales, sed quorū maximus Romanū semipedem nō excedat. Manardus negat nostrū cinnamomū esse uerū, sed antiquā casia. **Amomi.**) Theophrastus lib. 9. cap. 7. Diosc. lib. 1. cap. 14. Plin. lib. 12. cap. 13. Ruell. lib. 1. cap. 31. Frutex est, uel, ut alij uolunt, uua ex frutice conuoluta. Ruellius negat esse id quod pedē columbinū uocat, & Agricola negat hieriochontis rosam esse. Mihi uidetur nomē habere, ab eo quod reprehensione careat, à steritico α, *μωμόμας*, id est *μωφομας*, et *μωμ* reprehensionis deus, apud Lucian. **Balsama cū folio.**) Huius odor omnib. ceteris praefertur, hoc uni terrae Iudaeae cōcessum, uiti similior quā myrto. Huius succus opobalsamū: *αχ τὸ ὄπρι*, id est succo: sicut *αχ τὸ ξύλον*, id est ligno, sarmen recentia xylobalsamū, de quo hoc intelligendū est. foliū rutae proximū est. Haec ferē ex Plin. lib. 12. cap. 25. Lege cum hoc Theophrastū lib. 9. cap. 6. Diosc. lib. 1. cap. 18. Ruellii lib. 1. cap. 35. Manardus li. 6. epist. 3. negat ueram theriacā cōponi posse: quum uerū opobalsamū ad nos aut nō feratur, uel si maximē afferatur, precii tantū esse, ut theriacae precii superet. **Cassia mollis.**) De cassia, magna cōtrouersia est. Neq; enim docti hanc agnoscunt, qua hodie ad aluum leniendū utimur. Et uerisimile est, Lactantiū eā intelligere quae est aromatides, multiq; cū cinnamomo cōiunctionem habet, ut supra intelleximus. Quare eosdē repete autores, Theoph. lib. 9. cap. 5. Diosc. lib. 1. cap. 12. Plin. lib. 12. cap. 19. Manardus de hac multis in locis. Ruell. lib. 1. cap. 23. qui sequēti cap. ait, Dioscoridis, Plinij & Galeni temporib. eā fuisse incognitā, quae Graecis *σπεργυόδλος*, id est fistularis, Aetuario nigra, alijs *νέλαμ*, id est arundo, alijs canna Indica uocatur, de qua hic Lactantius, ut dixi, nō intelligendus est, sed de illa rubicante, & corallū imitante, quā antiqui autores maximē odoriferam agnouerūt. **Mitis.**) Plinio maximē probatur, quae mollissimo est odore. **Vimen acanthi.**) Ipsa fruticum enumeratio facit, ne credam eam esse herbā quam branchā ursinā uocant, uel *πυρροδωρα*,

uel topiariā. Manifestissima hic Vergiliana imitatio est, ex Georgicis:

—Nec flexi tacuissēm uimen Acanthi.

Sed & in Eclogis diuino Alcimedontis operi insculptā ait. Nec mihi persuadeo, herbas habere uimina. Locus ipse admonet, ut credā esse spinā Arabicā, seu Aegyptiacā, quae frutex est (si Volaterano credimus) unde liquor preciosus emanat. Neq; nomē repugnat, significat enim omnino *ἀκανθ* spinā. Si de his aliorū iudicia queris, potes consulere Ruellii lib. 3. cap. 16. **Nec thuris lachri.**) Thus & frutice & fruticis lachrimas significat, frutex *λίθων* & *λίθων* fruticis *δουλίθων*: fruticis stillicidiū, *λίθων* est. Differentia tamē saepe ab autoribus confunditur, itē *μαίννα λίθων* apud Diosc. *ἀπόσειμα λίθων*, autore Galeno est, & cortex *φλοίσ* apud eundē. Thus putant dictū à Graeco *θεός*, quasi materia sit cultus diuini: uel à ihusis *glebis*. Atqui sic aspiratione carebit. Ego, nisi barbarā uox sit, à *δύω* ducere malim. *λίθων* dictum uolunt à iuuenē in hunc fruticem conuerso. Quo modo in Arabia nascatur, supra dictum est. Est autem thuris lachryma incendio idonea, quia ardet. Nam ita uerum ab adulterino discernitur. Lege de hoc plura apud Theophrastum lib. 9. cap. 4. Diosc. lib. 1. cap. 72. 73. 74. 75. Plin. lib. 12. cap. 14. Ruell. lib. 1. cap. 136. Est item Libanotis apud Dioscor. lib. 3. quam nostri Rosmarinum putant. **Guttaq; pinguis abest.**) Videtur *μυρ* *συχ* periphraſis esse, uel *styracis*, quae & ipsa lachryma est, & odore perseverante. Sed in re incerta pro certa nos affirmare nolimus quicquam. **Nardi pubentis aristas.**) Ouid.

—Et nardi lenis aristas.

Tmesis elegans, aristas per catachresim pro spinis. Est autem nardus frutex, crassa radice, folio paruo ac denso, spargitur in aristas. Spicas & folia celebrant. Nardi duo sunt genera, Indica altera, altera Syriaca: haud sanē quia altera in Syria, altera in India nascitur: sed quod mons in quo nardus nascitur, altera pars Syriam, altera Indiam spectat. Quae apud nos in hortis habetur, fortassis ex Gallijs transplantata est. Vide Diosc. lib. 1. cap. 6. Plin. lib. 12. cap. 12. Ruell. li. 2. ca. 6. & 7. **Myrrhae.**) De myrrha Theophrastus scribit eodem loco, quo de thure. Dioscorides lib. 1. cap. 69. Plin. lib. 12. cap. 15. Ruell. lib. 1. cap. 99. Inter hos Plin. scribit, huic arbori altitudinem esse ad quinq; cubita, nec sine spina, caudice duro & intorto, crassiore quā thuris. Volateranus ait, myrrham spinā Aegyptiacae lachrymam esse: sed apud Dioscor. arboris similitudine, spinā Aegyptiacae:

ptiacæ: Theophrasto arbor similis therebintho. Nasitur in multis Arabiæ locis, teste Plin. Dioscorides primum bonitatis honorem Troglodyti- cæ tribuit. *σμύρα* Græcis, ab ardendo fortas- sis, sunt enim qui dicunt, tum demum odorem sua- uem edere, quum ardet. Manardus negat nostras officinas ueram habere, quæ pro odore suauiter- rimum uirus obolet, & per consequens theria- cæ compositionem esse adulteratam. Proti- nus in strato.) Iam tandem ipsam rei descri- ptionem totis adoritur machinis, hoc est, phœni- cis *πελυγοσίου καὶ μετεψύχου*.
 Vitali toro.) In quo nimirum uitam recupe- raturus sit. & uidetur Lactantius in hoc incum- bere, ut spem resurrectionis hominibus incutiat. Exequijs.) Funeribus enim odores, & maxi- mē myrrha adhibebatur. Depositum.) Alludit ad D. Pauli locum, qui est in altera ad Ti- motheum epistola, cap. i. ubi, ait: *οἱ δὲ γὰρ, ὡς τὸ πνεῦμα καὶ τὸ πνεῦμα, ὅτι διὰ τὸς ὅτι τὸ πνεῦμα καὶ τὸ πνεῦμα, ὅτι διὰ τὸς ὅτι τὸ πνεῦμα καὶ τὸ πνεῦμα*. Quo loco D. Ambrosius *πνεῦμα* τὸ πνεῦμα, id est depositum, salutem interpreta- tur, metaphora ex iure civili sumpta. Ulpianus sic definit. *l. ff. depositi*: Depositum est, quod custo- diendum alicui datum est, dictum ex eo quod po- nitur. Præpositio enim de, auget positum: ut osten- dat totum fidei eius esse commissum, quod ad cu- stodiam rei pertinet. Vnde depositarius is est, apud quem aliquid deponitur: sequester, apud quem plures. Deus ergo depositarius ut homi- num, ita phœnicis quoque fuerit. Et miror sanè, quæ Theophilum religio inuaserit, quod Græcam *πνεῦμα* uocem non ausus fuerit trans- ferre in Institut. s. præterea. Tit. Quibus mod. re- contr. oblig. quum extet in Pandect. in responso Pauli ad filium l. publicæ. s. Lucius. ff. eodem. Simili- schemate semen depositum dixit in carmine de Resurrectione, atq; in eodem sollicitam fidem, de anima Christi. Est autem figura, qua ea quæ du- riora uidentur, molliora fiunt, apud Quintil. lib. 9. cap. 2. Qua Themistocles Atheniensibus per- suasit, ut urbem apud deos deponerent: uel, ut Plut. uerbis utar, *τὴν πόλιν πνεῦμα τὰ θεῶν*. Geni- tali morte.) Antithesis, nequaquam citra para- doxon. Aestuatur.) Planè hoc præter opi- nionem est, quicquid suapte sponte incendio com- moueri, maxime cadauer, quod recedente natura si calore frigidum relinquitur. Et quibus rebus non animatis calor aestuans est aliunde est. Claudianus cadaueri non spontaneum tribuit

aestum, sed forinsecus accedentem, nempe extra go radijs solaribus inflammato: Feruet odoratus telis cœlestibus agger, Consumitq; senem.—
 Aereocq;.) Periphrasis solis. Non quòd sol in aeris regione sit: sed quòd radios per aeris regio- nes tam efficaciter mittit, ut corpora hisce incen- sa in flammam abeant. In massam.) Mela aliter. Deinde, inquit, putrescentium membro- rum tabe concrefcens, ipsa se concipit, atq; ex se rursus nascitur, &c. Seminis instar.) Quod non fructificat, ut Euangelicæ similitudi- nes docent, nisi mortuum prius fuerit. Atq; sic ex his quoque uerbis relucet spes resurrectionis. Nisi hæc de semine generationis intelligere malis.
 Animal sine membris.) *ἐμψυχοῦ* Græ- cis, foetus forma, carnes dicitur, eo quòd intra sese uegetatur & augetur. Sed fertur uer- mis.) De hoc Claud. nihil. Plin. uerò his uerbis: Ex ossibus deinde ac medullis eius nasci primò ceu uermiculum, inde fieri pullum. Secq; ouii.) Atq; sic ambiguum etiam hoc loco relin- quitur, ouum ne an auis prior fuerit, de quo Ma- crob. Apud Claud. ut nihil de uermiculo, ita nihil etiam de ouo. sed statim:
 Victuri cineres nullo cogente moueri Incipiunt, plumaq; rudem uesti- fauillam.
 Qualis fuit.) *ὄστρον ὄστρον*, exuuias si- quidem prius rumpi necesse fuit, quam figura pri- stina rediret. Ruptis.) Id quod pulli faci- unt, in lucem ex ouo prodeuntes. Ac uelut agrestes.) Similitudo, qua perspicuitatem ma- gis exprimit. Cæterum de papilione, quæ Græ- cis idem quod anima nomen habet, *ψυχή* ni- mirum, lege Aristot. de Hist. animalium lib. 5. ca- pite 19. Plin. lib. 11. cap. 32. Est autem non dissimi- lis generandi ratio. Plinij adeò uerba audiemus: Multa, inquit, insecta (*ζῷοντα*) & aliter na- scuntur, atq; in primis ex rore. Insidet hic rapha- ni (quam *λεγαυέλιω*, id est brassicam quidam uo- cant) folio, primo uere, & spissatus sole, in ma- gnitudinem milij (*λέγχεα*) Inde oritur uermi- culus paruus (*μικρὸς σκώληξ*) Et triduo mox eruca (*καμπή*) quæ adiectis diebus crescit: im- mobilis duro cortice, ad tactum mouetur aranei. Hæc eruca, quam *γενεταίω* appellant, quasi tu aureliam dicas, inquit Theodorus, rupto dein- de cortice, uolat papilio, *ψυχή*. Cæterum de ala- rum mutatione nihil dum apud quenquam legi. Quamuis pulli adolescentes alarum colores mu- tant: cuius uel optimus testis est cygnus, qui pul- lus magis nigricat quàm albicat. Nō illi cib.)

Hoc Claudianus sic reddidit:

Non epulis saturare famem, non fontibus ullis
Assuetus prohibere sitim: sed purior illum
Solis feruor alit, uentosq; pabula libat
Thet' yos, innocui carpens alimenta uaporis.

Ambrosios libat.) Hoc ποιητικῶς τῶρου
est. Apud poetas Ambrosia cibus, Nectar potus
deorum est. Martial.

Iuppiter ambrosia satur est, & nectare uiuit.

Dicitur à priuatione α, & βροτος mortalis, ἀρ-
τος βρωσκευ, id est uescendo: uel ἀρ βρο-
τι, id est à muliere. Apud poetas item Ambrosia

una ex hyadibus est, filia Atlantis & Aethrae.
Herba porro est apud Diosc. lib. 3. cap. 120. Plin.

lib. 27. cap. 4. & 8. Atheniensibus hoc nomine

nominabantur, quæ dijs in aris offerri solebant,

ut uinum, oleum, &c. Prouerbialiter Ambrosia

dignum dicimus eum, qui honore quouis dignus

est: sicut sceno dignum, hominem brutum. Nec-

tar rursus potus deorum, à steritica υ, & λ τ ε

υω occido. Poetae fabulantur, nectaris priuatione

deorum per iuria puniri. Est nectarites uini ge-

nus apud Plin. lib. 14. cap. 16. & Nepentes her-

ban Nectarium dici putant, quod curas abigit.

Nec Christiani poetae ambrosia nectarisq; alle-

goria ad corporis sanguinisq; Domini symbola

inepte utuntur: neq; ad pabulum diuini uerbi,

fontisq; in uitam salientis scaturiginem. Stel-

lifero.) Virg.

Et maria & terras, stelliferumq; polum.

Sicut apud Eurip. ἀστροπύρον θεῶνδ' ἄλας χό-
ρον. Polo.) id est Caelo. synecdochicos,

pars pro toto. ἀστρον καλεῖται τὸ νόσμος ἢ δια-

μετρον αὐτῶν, πῶς δὲ λέγεται τὰ δὲ πῶς
ρατα τὸ ἀστρον, πῶς δὲ λέγονται τὸ νόσ-

μος τῶν δὲ πόλων, ὁ μὲν λέγεται βόρεον, ὁ
δὲ νότιον. βόρεον μὲν, ὁ δὲ παυτὸς φανό-

μενον, ὡς πρὸς τὴν ἡμέτερον ἄκυσιν νότιος
δὲ, ὁ δὲ παυτὸς ἀόρατον, ὡς πρὸς τὸν ἡμέ-

τερον δείζοντα. Proclus. Florere.) Sicut

apud Comicum, sedecim anni in puella flos ipse.

Sic enim aetas hominum & florem in uere ha-

bet, & fructus in constante aetate colligit, & in

senectute ueluti in hyeme canescit & friget.

Pythagoræ hæc similitudo est, de qua uidentus

est Laertius, & Ouid. in 15. ibi:

Nam tener, &c. —

Proprio.) Claud. sic expressit:

Protinus ad Nilum manes sacrare paternos,

Auctoremq; globum Phariæ telluris ad oras

Ferre iuuat, uelox alienum pergit in orbem,

Portans gramineo clausum uelamine funus.

Plin. Principioq; iusta funeri priori reddere, et tu-

tum deferre nidum prope Panchaiam, in solis ur-

berem, & in ara ibi deponere. Mela: Cum adole-

uit, ossa pristini corporis inclusa myrtha Aegy-

ptum exportat: atq; in urbem, quam Solis appel-

lant, fragrantibus narodo bustis inferens, memo-

rando funere consecrat. Ore pio.) Sicut

Claudianus:

Vnguibus ossa pijs. —

Mirandam.) Iam ad ipsius auis descriptio. 10

nem deuenit, quam suis ornat coloribus. Nec ta-

men ab omnibus undiquaq; partibus describitur.

Abundat honor.) Sic Solino est capite ho-

norato, & Claudianus:

— Igneus ora Cingit honor. —

Qualis sub sidere cœli.) Sidus cœli per

antonomasiam & exochen, solem significat: &

Crocei adiectione, aurore orientis uel solis color-

rem indicat. Est enim omnino croceus color so-

laris, splendore obtusior, & magis rubicans. 20

Cæterum de malo Punico, quod Græci ποικύλο

cant, & iuxta Plin. Latini uel Galli etiam malum

granatum, cuius grana uel acini inueniuntur ru-

bentes, purpurei & nigricantes: uide Theoph.

multis in locis, Diosc. lib. 1. cap. 131. Plin. libro 13.

capite 19. Ruell. lib. 1. cap. 11. & 122. Agre-

ste papauer.) Sunt qui αὐτὸν ποικύλον Diosc.

hos flores dictos putant. Adonis poetae fabulan-

tur in hunc florem mutatum, qui αὐτὸν ποικύλον Gre-

cis dicitur, quæ fabula est apud Ouid. in fine dei 30

mi, apud Aphthonium in Progymnasmatibus. Boc-

catus lib. 2. cap. 53. Fabulæ mysterium est apud

Macrobius lib. 1. cap. 21. qui Adonis solem esse phy-

sicis & mythologicis rationibus ostendit. Quod

si heliochryson intelligas? de quo Plin. lib. 21. ca-

pite 11. Huc enim & uocis deriuatio & compos-

sitio quadrat. Et hæc quàm fieri potest, maxime

ad solem referenda sunt. Hoc humeri.)

Claudianus, Plin. & Solin. caput humeros, col-

lum, pectus, non eodem profus colore tradunt. 40

Conferendi gratia singulas horum descriptiones

contemplabimur. Claudianus:

Arcanum radiant oculi iubar, igneus ora

Cingit honos, rutilo cognatum uertice sidus

Attollit cristatus apex, tenebrasq; serena

Luce secat, Tyrio pinguntur crura ueneno.

Plin. Aquilæ narratur magnitudine, auri fulgore

circa colla, cætera purpureus, ceruleam roseis

caudam pennis distinguuntibus, cristis faciem, ca-

putq; plumeo apice honestante. Solin. Aquilæ ma-

gnitudine, capite honorato, in conum plumis ex-

tantibus, cristatis faucibus, circa colla fulgore

aureo,

aureo, postera parte purpureus, absq; cauda, in
 quaroseis pennis caeruleus interscribitur nitor.
 Fuluo metallo.) Periphrasis auri, per genus
 & differentiam. Et hæc cõstituunt definitionem,
 ut pleræq; periphrases. Purpura.) De pur-
 pur nihil est quod post Lazarũ dicam. Iris.)
 Iridis fabulam hic ceu superfluum præterimus.
 Cæterum quomodo solis per nubium inæqualita-
 tes transuerberatio, obliquo radiorum flexu disco-
 10 lores arcus uarietates describat, lege ex Græcis
 Arist. lib. 2. $\tau\omega\lambda\omega\lambda\omega\gamma\iota\kappa\omega\upsilon$ 3. Plut. in Placi-
 tis lib. 3. cap. 5. Laert. in Zenone & Epicuro: ex
 Latinis, Senecam lib. 1. Nat. quaest. Plin. lib. 2. ca.
 59. Viridante smaragdo.) Non est alia
 uel apud poetas uel oratores docendi ratio magis
 perspicua, quam quæ sit per similitudines et com-
 parationes, si eæ tales sint, ut ex manifestioribus
 obscuriora declarentur. Cuius hic euidentißima
 20 exempla habes: De huius colore, præter cæteros,
 Plinium lege, lib. 37. cap. 5. Solin. cap. 25. & lon-
 ge ante hos Theophrastus de eius uiribus & mi-
 rabili magnitudine in libello $\tau\omega\delta\iota$ $\tau\omega$ $\lambda\iota\theta\omega\upsilon$ tra-
 didit. Extat Marbodæi cuiusdã Galli de gemmis
 carmen, qui aut primum de smaragdo uersum La-
 ctantio sustulit, si minor ætate fuit: aut Lactãtius
 ipsi, quod non credo. Sic ille:
 Omne uirens superat penna uiridate smaragdus.
 Cuspis.) Rostrum cornu quidem esse dicit, sed
 ita pellucidũ, ac si gemma sit. Hyacintho.)
 30 De hoc uidendus est idem Theoph. Plin. lib. 37.
 cap. 9. Solin. cap. 42. Marbodæus loco 17. Ruti-
 liat, inquit Solinus, inæqualiter, cum aut nubilosus
 est, aut serenus dies. Phœbæi.) Nam supra
 Phœbum flammiferũ caput appellauit: lam, phœ-
 nicis corona radios habet ueluti solares. Atq; ita
 quam fieri potest maxime, Phœbo, cui sacra est,
 accommodatur, eiusq; naturam, habitum, adeoq;
 officia refert, imitatur & exprimit. Flauo
 metallo.) Auri alia periphrasis, ex genere &
 40 differentijs. Ast ungues.) Hoc est quod
 Claudianus dicit:

— Tyrio pinguntur crura ueneno.
 Crura aurea sunt, ut aquila: sed ungues puniceï,
 uel purpurei. Tyrius enim color idẽ est qui purpu-
 reus uel puniceus, à Tyrio murice, quo Hercules
 primus ouem candidam infecit. fabula est apud
 Tylesum. Pauonis.) Pavo $\tau\omega\omega\iota\varsigma$, uel $\tau\omega\omega\upsilon$
 $\tau\omega\omega\upsilon$ & græcè, notior nobis quam ut descriptio-
 ne opus habeat. De hoc uide Arist. li. 6. Hist. ani-
 50 malium, ca. 9. Plin. lib. 19. cap. 20. Aelian. lib. 14.
 cap. 34. Phalidis.) flumij Colchici, apud Or-
 pheum in Argonauticis celeberrimi. Inde enim

translati ad nos per Argonautas phasiani. de quo
 Martialis:
 Argea, primum sum transportata carina:
 Antè mihi notum nil nisi phasis erat.
 Vide de hoc Athenæũ lib. 9. Plin. lib. 10. cap. 48.
 Atq; rursus idem Plin. lib. 11. cap. 37. has aues in-
 ter se confert his uerbis: In capite paucis anima-
 lium, nec nisi uolucris, apices, diuersi quidẽ ge-
 neris. Phœnici plumarum serie, medio eo exeun-
 te alio: pauonibus crinitis arbusculis, stymphali-
 dæ cirro, phasianæ corniculis, præterea parræ.
 Magniciem.) De hac alite nihil inuenio, nisi
 ex stymphalidum genere sit. Nam cõiecturæ hu-
 ius sunt, quod Gylj apud Aelianum descriptio La-
 ctantio non dissimilis est. Pausaniam is allegat.
 Deinde quod Plinius (ut uidimus) easdem aues
 inter se confert. Albertus Magnus, Suenus ille di-
 ligens naturæ indagator, lib. de Animalib. 23. aues
 quasdam Magnales nomine populis Orientalibus
 tribuit: hominibus ut minime noxios, ita esu ne-
 quaquam inutiles. Sed hic præter nomen nihil si-
 mile. De cinnamomo, uel cinnamolgo (ut Soli-
 nus appellat) Arabiæ aue, nescio quid affirmem.
 nam illi & natura & natio cum phœnice simi-
 lis est. Nescio quid de gryphis sit sentiendum, qui
 & ipsi sunt soli sacri. Locum nos in medio relin-
 quimus. Non tamen est tarda.) Antè-
 uolat enim Zephyros, ut ait Claudianus. Con-
 uenit Aegyptus.) Continens pro contento.
 Volucrem.) Ut boni ominis, felicisq; auspicij.
 Ouans.) tripudians, & cum applausu. Sa-
 crato in marmore.) Diligentia commenda-
 bilis. Et uidetur hoc quoq; pertinere ad id quod
 Plin. de anno magno annotauit. Visus enim Ae-
 gyptum inuolare VIII anno ante ludos secula-
 res à Claudio Cæsare habitos, qui fuerunt octa-
 ui: & captus, in urbem sexennio post, ut apud Pli-
 nium legitur. Annum conuersionis ibi Plin. fuisse
 ait, P. Lucinio, M. Cornelio Coss. ubi annorum
 numerus corruptus legitur, CCXV. quum se-
 cundum Glar. DCLVII legendum sit. Quid
 si DXLIX legas? Nam sicut illic Cn. ita hic
 Pub. Cor. legitur in Breuiarijs. Contrahit.)
 Claudianus hoc modo:
 Innumera comitantur aues, stipatq; uolantem
 Alituum suspensa cohors, exercitus ingens
 Obnubit uario latè conuexa meatu.
 Nec quisquam tantis è millibus obuius audet,
 Ire duci, sed regis iter flagrantis adorant.
 Non ferus accipiter, non armiger ipse Tonantis
 Bella mouent, commune facit reuerentia sædus.
 Idem rursus Claud. in Panegyrico Stiliconis prim
 Z 3 cipis

cipis pompam describens, Phœnicis similitudine
uitur his uerbis:

Sic ubi fecunda reparauit morte iuentam,
Et patrios idem cineres, collectaq; portat
Vnguibus ossa pijs, Nilq; ad littora tandem
Vnicus extremo Phœnix procedit ab Euro,
Conueniunt aquila, cunctaq; ex orbe uolucres,
Ut solis mirentur auem: procul ignea lucet
Ales, odorati redolent cui cinnama busti, &c.

Nec prædæ.) Quia Claudianus accipitrem
& aquilam nominauit, uidetur respexisse ad bel-
lum interneciniū, quod accipiter alioqui perpetuū
cū aquila gerit, cohærentesq; sæpeprehenduntur.
de quo Plin. lib. 9. cap. 8. Caterum de accipitris
uenatione Arist. lib. 9. cap. 36. de Hist. animaliu:
de Aquilæ uenatione cap. 34. eiusdem libri, Et de
concordia discordiaq; non auiū modò, sed omniū
adeò animaliu, lege eundem Arist. cap. 1. eiusdem
libri. Plin. lib. 10. cap. 74. Alituum.) pro
alitu, per epenthesis siue epetasin, quæ epenthe-
seos species est, quæ integram syllabam dictioni

interferit. Verg. Aen. 8.

Alituum pecudumq; genus sopor altus habebat.
Munere.) Officio comitatus. Aetheris
auras.) ἀδωατοϋ, uel ἑαταξγοϋς. Neq; e-
nim aura est in æthere, qui quia uacuis, aura
quoq; caret: nec turba uolucru ignis regionem pe-
netrare potuit, sed superior aeris regio intelligen-
da, mea quidem sententia, est: de quoru situ Arist.
præter cæteros in lib. de Mundo uidentus est.
Possunt hūc locū aliquo modo Pliniana ueruer
ba. Namq; hoc cœlū (inquit) appellauere ma-
iores, quod alio nomine æra: omne quod inamfi-
mle, uitalem hunc spiritum fundit. lib. 2. cap. 38.
Præstitit ipse Deus.) Christiana sententia,
quæ quicquid huius miraculi est, diuinæ prou-
dentia adscribit. Femina.) Sum etiam hæc
enigmatica. Felix felix.) αὐαδωατοϋς.
Veneris fœdera.) Conugij periphraſis.
Ut possit nasci.) Enigmatica serē antithe-
si conficiuntur: cuius hic euidētissima
exempla habes.

EIVSDEM DE RESURRECTIO-

NIS DOMINICAE DIE.



Alue festa dies, toto uenerabilis æuo,
Qua Deus infernum uicit, & astra tenet.
Tempora florigero rutilant distincta sereno,
Et maiore poli lumine porta patet.
Altius igniuomum solem cœli orbita ducit,
Qui uagus Oceanas exit & intrat aquas:
Armatus radijs elementa liquentia lustrans,
Hac in nocte breui tendit in orbe diem.
Splendida sincero producunt æthera uultu,
Leticiamq; suam sidera clara probant.
Terra ferax uario fundit munuscula cultu:
Cum bene uernarit, reddit & annus opes.
Mollia purpureum pingunt uiolaria campum:
Prata uirent herbis, & micat herba comis.
Paulatim subeunt stellantia lumina florum:
Floribus arrident gramina cuncta suis.
Semine deposito late seges exilit aruis,
Spondens agricolæ uincere posse famem.
Caudice deserto, lachrymat sua gaudia palmes:
Vnde merum tribuat, dat modò uitis aquam,
Cortice de matris tenera lanugine surgens
Præparat ad partum turgida gemma sinum.
Subq; hyemis tempus foliorum crine refuso,
Iam reparat uiridans frondea tecta nemus.
Mista falix, abies, corylus, filer, ulnus, acer, nux,
Plaudit quæq; suis arbor amœna comis.
Constructura fauos apīs hinc aluearia linquens,
Floribus instrepitans poplite mella rapit,

Ad cantus

Ad cantus reuocatur auis, quæ carmine clauso
 Pigror hyberno frigore muta fuit.
 Hinc philomela suis attemperat organa cannis:
 Fitq; repercusso dulcior aura melo.
 Ecce renascentis testatur gratia mundi,
 Omnia cum Domino dona redisse suo.
 Namq; triumphanti post tristia tartara Christo,
 Vndiq; fronde nemus, gramina flore fauent.
 Legibus inferni oppressis, super astra meantem
 Laudant ritè Deum lux, polus, arua, fretum.
 Qui crucifixus erat, Deus ecce per omnia regnat:
 Dantq; creatori cuncta creata precem.
 Mobilitas anni, mensum, lux alma dierum,
 Horarum splendor, stridula cuncta fauent.
 Hinc tibi sylua comis, plaudit quoq; campus aristis:
 Hinc grates tacito palmite uitis agit.
 Hinc tibi nunc auium resonant uirgulta susurro,
 Has inter nimio passer amore canit.
 Christe salus rerum, bone conditor, atq; redemptor,
 Vnica progenies ex deitate patris:
 Irrecitabiliter manans de corde parentis,
 Verbum subsistens, & patris ore potens.
 Aequalis, concors, socius, cum patre coæuus,
 Quo sumpsit mundus principe principium:
 Aethera suspendis, sola congeris, æquora fundis,
 Quæq; locis habitant, quæ moderata uigent.
 Qui genus humanum cernensmersum esse profundo:
 Vt hominem eriperes, es quoq; factus homo,
 Nec nostro tantum uoluisti è corpore nasci:
 Sed caro, quæ nasci pertulit, atq; mori.
 Funeris exequias pateris nouus autor, & orbis,
 Intra mortis iter dando salutis opem.
 Tristia cessarunt infernæ uincula legis:
 Expauitq; chaos luminis ore premi.
 Depereunt tenebræ Christi fulgore fugatæ:
 Aeternæ noctis pallia crassa cadunt.
 Sollicitam sed redde fidem precor, alma potestas,
 Tertia lux redijt, surge sepulte meus.
 Non decet, ut uili tumulo tua membra tegantur:
 Non precium mundi uilia saxa premant.
 Indignum est cuius clauduntur cuncta pugillo,
 Vt regat inclusum rupe uetante lapis.
 Lintea tolle precor: sudaria linque sepulchro:
 Tu satis es nobis, & sine te nihil est.
 Solue catenatas inferni carceris umbras,
 Et reuoca sursum quicquid ad ima ruit.
 Redde tuam faciem, uideant ut secula lumen:
 Redde diem, qui nos te moriente fugit.
 Sed planè implesti remeans piè uictor Olympum:
 Tartara pressa iacent, nec sua iura tenent,
 Inferus infaturabiliter caua guttura pandens,
 Qui raperet semper, fit tua præda Deus.

Eripis innumerum populum de carcere mortis:
 Et sequitur liber, quò suus autor abis.
 Euomit absorptam pauide fera bellua plebem,
 Et de fauce lupi subtrahit agnus oues.
 Hinc tumulum repetens post tartara carne resumpta,
 Belliger ad cœlos ampla trophæa refers.
 Quos habuit pœnale chaos, iam reddidit iste:
 Et quos mors peteret, hos noua uita tenet.
 Rex facer ecce tui radiat pars magna trophæi,
 Cùm puras animas sacra lauacra beant.
 Candidus egreditur nitidis exercitus undis,
 Atq; uetus uitium purgat in amne nouo.
 Fulgentes animas uestis quoq; candida signat,
 Et grege de niueo gaudia pastor habet.
 Additur hac felix concors mercede sacerdos,
 Qui dare uult domino dupla talenta suo.
 Ad meliora trahens gentili errore uagantes:
 Bestia ne raperet, munit ouile Dei.
 Quos prius Eua nocens infecerat, hos modò reddit
 Ecclesiæ pastor ubere lacte sinu.

C O M M E N T A R I V S.

Veri iam Phœnicis, filij nimirum Dei, primogeniti illius ex mortuis renascentiâ descripturus, in ipsa statim propositione prosopopœiam temporis facit. Deinde facit idem quod solertissimi pictores solent, qui rei quam pingunt, emblemata pro argumenti decoro affingunt multo splendidissima, sed ociosa plerumq; quemadmodum imperitus etiam ille semper cupressum addebat. Noster autem Poeta non parerga prorsus, splendidissima tamen illustrandæ rei gratia emblemata adiecit, ex lege naturæ sumpta. Appingit tempora, cœli terræq; habitum, tempestates. Hæc omnia gloriâ triumphantis de morte, de tartaro, de satana autocratoris enunciantia. Hæc omnia ingrato mortalium generi meritum pudorem incutient, cui benesicij agnoscendi instrumentum rationis acumen, igniculus ille diuinus cœlitus immissus est. Cœli enarrant gloriâ Dei, ut regalis cythara cecinit, & opera manuum eius annunciat firmamentum. Male gratus homo cunctatur in illius phœnicis laude celebranda, qui ut sua morte spontanea mortem nostrâ interfecit, ita ex mortuis resurrectione uitam nobis nunquam morituram reparauit. *Salve festa.*) Prosopopœia temporis propositionem in se continet. *Toto xuo.*) ut olim Iudæis propter phasem, id est transitum angeli: sic Christianis nunc maximè propter transitum à morte ad uitam. *Qua Deus.*) Hoc uersu & omnipotentiam, & deitatem Christi triumphantis coplectitur. *Tempora florifero.*) Chronographia ueris, non docta minus quam elegans, Sic solent Poetæ pij quiduis per occasionem ad laudem Dei celebrandam rapere. *Qua in re mirabilis artifex est Prudētius cum alibi sepe, tum in hoc maximè, quū puero Iesu recens nato solem obuiam properare miratur. Quid est quod actū circulum soliam recurrens deseris, &c.* Eodē modo noster quoq; poeta animaduertit, sub Christi resurrectione solem multis iam gradibus à tropico brumali digressum, magnis iumentibus ad æquinoctialem contendere. *Sereno.*) Pro serenitate, substantiuè. *Porta.*) De porta, in Phœnice dictum est. *Maiori lumine.*) die longiore. Sole siquidē in ariete uersante, dies una ferè hora nocte superat. Atq; ita præscripta corporum cœlestium officia pietati tribuit. Nam pio nihil nō pium esse potest. Atq; istiusmodi poetices candidatis sunt studiosissime obseruanda. *De inæqualitate dierum, uide Plin. lib. 2. ca. 19. Proclum, Cleomedem & alios.* *Orbita.*) Totū illud spacium intelligit, quod inter utrumq; tropicum est situm, quod signifer obliquo complexu ambit: *ωροπόδον* Proclus uocat, quod etiam *Lina* cer orbitam transtulit. Respicit autem ad curru solis, adeoq; Phaetontis fabulam. Sic apud Ouid. *Apollo Phaetontem alloquitur:*
 Nec tibi directos placeat uia quinque, per arcus
 Sectus in obliquum est lato curuamine limes,
 Zonarumq; trium contentus sine polamq;
 Effugit australē, iunctumq; Aquilonibus arcton.
 Hac sit iter, manifesta rotæ uestigia cernes.
 Exit & intrat.) Ex opinione uulgi, qui credit solem

solem ex Oceano prodire, et in Oceanum rursus mergi. **Liquentia.**) Vel de aquis, uel aere. Virg. enim hoc epitheton à Poetis tribuitur, diuersa tamen ratione. **Vultu.**) Vultum tempestati per prosopopoeiam tribuit, ut uicissim uultu serenitatem solent, per metaphoram. **Terra ferax.**) Vniuersalis fit, si partes plenè enumeraueris. Superiora, inferioraq; suum faciunt officium. Ergo tota mundi machina suum officium facit. Sequitur ergo iam altera pars. & in primis ueris descriptio. **Vario cultu.**) Quis cultus in uere fieri debeat, docet Varro lib. 1. ca. 28. **Quamuis cultu hic pro ornatu accipi possit.** Cum bene uernarit.) id est, si uer suo officio probè perfunctu fuerit, καὶ καλῶς ἐαείσῃ. **Argumentum ab antecedentibus. Annus.**) hoc est, reliquæ partes anni, messis frumentum, uindemia uinum, &c. totu pro partib. **Opes.**) fructus, per metalepsim. **Violaria.**) ἰώβου. hoc nomen est, ut salicetum, laureticubi multæ uiolæ sunt, locus. **Purpureu.**) Per metallagen colorem campo tribuit, qui uiolarum est. Sic ut etiam apud Verg. Ver purpureu, in Buccolis alicubi. Varij coloris uiolæ ab autorib. memorantur, & præsertim à Plinio: purpurea, alba, lutea, quæ etiam apud nos sunt, sed purpurea sola Græco nomine à cæteris discernitur, appellata ἰώβου, ut ab his ianthina uestis. lib. 21. ca. 6. Et florum prima uer nunciat alba quidem uiola, deinde purpurea: ut idem Plin. asserit cap. 11. eiusdem lib. **Prata uirent.**) Gradatio. λαλιμαξ. De uiolis porro lege Diosc. lib. 4. cap. 117. Tarentinum ad Constantinum lib. 11. cap. 24. **Stellantia lumina.**) Quod in cælo stellæ sunt, idem sunt in gramine flores. Sic etiam **Quantilianus** flores orationis, schemata nimiru & tropos, stellæ alicubi simili metaphorâ appellat. **Seges.**) Seges dicitur, quod aratum satum est: aruu, quod aratum, nec satum est. Varro de re Rust. li. 1. cap. 19. **Caudice deserto.**) De secto alij, & melius. Sic etiam Amb. Calepinus legit, et mihi magis probatur. Caudice, pro uite dixit. Palmites sunt uitium rami. Caudex cuiusq; uel arboris, uel fruticis pars inferior, crassiorq; proxime radicè: nisi corticem intelligere malis. De uitibus putandis Cato de Re rustica ca. 32. Pal. li. 1. ca. 1. **Lachrymat sua.**) Imitatio Terentiana. De uitium lachrymis Theoph. lib. 9. cap. 1. Plin. in Prologo lib. 23. De uitium cultu in uniuersum præter Catonem scribit Varro li. 1. Verg. 2. Georgicorum, Columella lib. 4. Plinius lib. 14. multis capitibus. Et ex Græcis Theophrastus de causis plan-

tarum li. 3. Et qui ad Constantinum Casarem de Agricultura scripserunt, lib. 5. Quod subinde rebus non sentientibus sensum tribuit, ad gratitudinem & congratulationem languentia hominum pectora excitat. **Gemma.**) Metaphora necessaria, teste Fabio. Quid enim dicerent aliud? Sicut Cic. Gemmare uites, sicut agros, &c. Plin. libro 17. capite 21. Hæc uocatur in uite gemma, cum ibi cesspitum facit. Antè uerò quàm faciat, in concauo oculus, & in cacumine ipso germen. Cic. de Senectute: Itaq; ineunte uere, in ijs quæ relicta sunt, existit tanquam ad articulos sarmentorum, ea quæ gemma dicitur, à qua oriens uua sese ostendit. Græci, sicut nos quoq; oculos uocant. Theoph. libro 1. cap. 13. ἡ δὲ φυτόν. ὡς γὰρ ὁ ὄστρον (nodus) ἐν τοῖς ἄλλοις, ἔτω καὶ ὀφθαλμὸς ἐν ἀμπέλῳ, καὶ ἐν καλλιμαγόνῳ. Et apud Cic. quoque **Gaza** transiit ὀφθαλμῶν. Sed Plin. Oculi, inquit, in arborum furculis propriè uocantur, unde germinant. **Turgida.**) Columella sic tumentem uocat. **Crinem.**) Pro coma, metri causa. Est alioqui hæc metaphora inusitatio. **Mista salix.**) Distributio festiua illius quod in genere dixerat. Asyndeton & dactylorum frequentia mirabilem habent celeritatem. Sciolus quidam Myrta posuit, quasi arbor quadam nomina sit. Myrtus μύρτη ἢ ἰλλα Veneris arbor, satis celebris est, ex gemina uini atq; olei fertilitate. Sed Poeta noster doctior est, quàm ut tantu sibi indulgeat licentiam. Deinde quid attinebat, tam generosam arborem cum syluestribus ponere? **Salix.**) Sic Festo dicta, à celeritate, quod crescendo ueluti saliat. atque ob id Græcis ἰρέα, ab eundo dicta, καὶ ὠὼ βασις, quod exiguo temporis spacio in magnam proceritatem assurgat. De eius generibus lege Theophrastum de Historia plantarum libro tertio, capite decimotertio: Plinium libro decimosexto, capite trigemosextimo: Columellam libro quarto, capite trigesimo. De cætera eius consideratione Theoph. capite secundo, eiusdem libri: Dioscor. libro primo, cap. 121. Plinium libro decimosextimo, capite uigesimo: & omnino Ruellium libro primo, capite 130. **Abies.**) Ponit omnino per antonomasiam quasdam arborum species, pro omnibus generibus. Neque enim hic uersus aliud sibi uult, quàm, omnia arborum genera, in laudem Christi triumphantis suum facere officium, & maxime agrestium. Abies ἐλάτη, dannbaum, quid differat à pino, & τριώνυς, fyechten: docet Theoph. lib. de Hist. plant. 5.

cap. 1. & 2. Quid etiã à reliquis eiusdem generis speciebus, docet Plin. lib. 16. cap. 10. Palad. in No uembre. c. 1. 15. Plenissima eius descriptio est apud Ruellii lib. 1. cap. 46. Corylus.) ἡρακλεω- τικὴ καρύνα: nucẽ auellanã Gaza trãstulit, ha- selftaud. Describitur à Theophrasto lib. 3. cap. 15. de Hist. plant. à Ruell. lib. 1. cap. 55. fructus eodẽ nomine qui Dioscoridi etiã nux Pontica, nux he- racleotica, λεπτοκάρυον: alijs etiã nux Prænesti na, nobis haselnuß appellatur. Siler.) Salicis hanc speciem faciũt. Sed salix nobis felber, siler uueyden rectẽ appellatur: quamuis quidã salices uueyden, siler saluueyden uocitõt. frutex est, hu- midis locis potissimũm proueniens: aliquãdo arbo rescit, uimina uinitorib. præbet, & aliquando pa storib. etiã bacillos: quia illius lignũ serpentes fu- giũt. De hoc Ruell. lib. 2. cap. 174. Ulmus.) ἄφελια Græcis, nostri rüstpam, arbor aptissi- ma uitib. Huius duo genera Theophrastus facit: ὄρεσφελίων unũ, quod in montib. nascitur: alte- rũ ἄφελιον. hoc δακνωδὺς ὄρου, fruticosus: il- lud ὄναξ ὄρου, auctius uel amplius, ut Plin. in- terpretatur Theophrast. lib. 3. cap. 14. Vide præ- terea Plin. lib. 16. cap. 17. Columellã lib. 5. cap. 6. Ruell. lib. 1. cap. 144. Acer.) Græcis ἄσφύ- δαμυ, nostris mastholter. De cuius generib. legendus est Theophrastus lib. 3. cap. 11. Plin. lib. 16. cap. 15. Ruell. lib. 1. cap. 47. Nux.) Nux fe- rẽ per antonomasiã, & ueluti exochen, de iuglan- de intelligitur. Adponitur nucis nomen plerunq; alijs speciebus, nux auellana, nux castanea, nux pinea: sicut etiã Græcis καρύνα πρσικὴ, καρύνα ἡρακλεωτικὴ, καρύνα καστενίου. σφόβιλια tamẽ pinea dicitur, cyrennißlin. Nucẽ à nocen- do dictam uolunt: & id nux Ouidiana fatetur, cõ- cessione Rhetorica:

Me, sata ne lædant, quoniam sata lædere dicor,
Imus in extremo margine fundus habet.

Quamuis Græci à capitis grauedine appellaue- rint (ut Plin. testatur) καρύνα, nimirũ ἐξ τῷ κα- ρύνατ, id est capite dictam. Addit Plin. arbo- rum ipsarũ foliorũq; uires in cerebrũ penetrare, hocq; minore momẽto, sed i cibus nucleos facere. esse aut recẽtes iucundiores, sicciores, unguino- flores, & stomacho inuitiles, difficiles cõcoctu, do- lorem capitis inferẽtes, tussientibus inimicas. atq; hæc quidẽ lib. 23. ca. 8. Eadẽ ferẽ sunt apud Diosc. lib. 1. cap. 146. Atq; rursus idem Plin. lib. 17. cap. 12. scribit, iuglandiũ umbram graue & noxiã hu- mano capiti, omnibusq; iuxta satis. Hinc docti co- ronamẽtis hæc abdicaã uolũt. Et Græcũ & La- tinũ huius nomẽ tã arbori quã fructui seruit. Lu-

glandẽ dictã uoluit Seruius, à glandis iuuamẽti- luecõsulti, quasi Iouis glandẽ: alijs, quasi diũ glan- dem. Theophrasto καρύνα ὄβοικα, καρύνα πρσικὴ, quod è Perside sit ab Alexan. Magno translata. Vnde illud Martial.

Vilia maternis fueramus præcoquaramis,
Nunc in adoptiuis Persica sola sumus.
Vnde etiã βασιλικὴ, & Regia Dioscoridi: no- bis Vuelschnuß, oder paumnuß. Vide præter ci- tatos autores Ruell. lib. 1. cap. 9. Constru- ctura.) De apibus Arist. de Historia animalium lib. 5. cap. 21. 22. lib. 9. cap. 41. de Generatione animalũ lib. 3. cap. 10. Varro lib. 1. cap. 15. de re Rust. Plin. li. 11. ca. 5. & seq. Verg. in 4. Georg. Columella lib. 9. Pallad. lib. 1. cap. 37. & cap. 7 Iunij. Florentinus ad Constant. Cæs. li. 15. ca. 2. et Didymus ibidẽ, cap. 3 & sequentib. Fauos.) Fauus, τὸ κενεῖον Græcis: homiguabẽ, oder ho- niguerck. & κενωσις Latinis cera, ex Græco- rum origine ducta. Fauus, inquit Varro, quẽ si- gunt multi cauatũ è cera, cum singula caua senu latera habeãt, quot singulis pedes de die natura. Et paulo superius: In fauo cella ex angulis toridem quot habet ipsa pedes, quod (Geometra, ἑξάγωνοι) fieri in orbe rotundo ostendunt) ut plurima loci includunt. Arist. ait, fauos nõ in uere, sed hyc me fieri. De structurã ordine Aristotelis uerba ponam: γίνεται ἢ τὸ κενεῖον ἢ ἐξ ἐνθῶν ἢ ἐξ ὄρων ἢ ἐξ ὄρων μὲν δὲ τὸ πῖπρον ἢ τὸ ἀέρον, ἢ μὲν ἢ λισα ἢ ἄσφρων ἢ διτολαῖς. & Plin. Primario itaq; fauos construunt, ceram fingunt: hoc est, do- mos cellasq; faciũt: deinde sobolem, postea mel- borum, & c. duos Aristotelis locos commiscuit. Aluearia.) Per epifynalcephen media syllaba absorbetur. Verg.

Seu lento fuerint aluearia uimine textã.
Plin. & Colum. alueũ etiam uocant, alijs aluearẽ.
Varro in sing. aluearium. Sunt tamẽ qui aluearẽ, seu alueariũ, receptaculũ alueorũ dicũt, den byn- garten: σὺμβολον Græcis. Testatur idem Var- ro, aluearia Græcis μελιτῶνες et μελιτῶνο- φια, & mellaria etiã Latinis appellari. Florenti- nus ad Constantinũ: αἱ δὲ κατεκλιῖσες, τῶν ἑστῶν πρὸς τὸν δόχλιν ἀγγεία ἑστῶσιν ἐκ σα- νίδων ὀξείνων ἢ στικίνων τῶν τὰ γὰρ ἀπὸ τῶν ὁμοίως ἢ τῶν ἐν πτυνίων ἢ φηγιώνων. Verg. ut audiui mus, ex lento uimine: Plin. lib. 21. ca. 14. aluearia optima cortice, secunda ferula, tertia uimine: Palladio, cortice ex subere, item ex feru- lis, ex saliginis uimibus, ex ligno cauata arbori- 75

vis, aut tabulis cōtexuntur. Fictilia in deterrimis
 habet. Nos ferē ex stramine facimus: licet passim
 arborū trūci pini uel abietis excauati in usu sint,
 & quibusdā etiā locis tabulæ cōpactæ. Popli
 te mella rapit.) Mella nō rapiūt, sed materiē
 mellis: neq; ex florib. sunt mella, sed fauus: mella
 uerō ex rore. Arist. ἐκ δὲ τῶν ἀνθέων τὸ μέλι ὁ
 τὶ ἀποιεῖ, ἀλλὰ φέρει πλείονος μόνου, συμείρου.
 Gazarorē candentē afferrī posuit. Plinius: Cūm
 agnē ad opera processit, aliæ flores aggerunt pe
 10 aibus, aliæ aquā ore. & paulo inferius: Quæ flo
 res cōportant priorib. pedib. semina onerāt, &c.
 Arist. rursus: φέρει δὲ λιγρὸν μὲν καὶ ὀριθάνλω
 πῶδε τοῖς σκελετοῖς τὸ μέλι ἢ ἐμείεις τὴν λυτῆρα
 ρου. Reuocatur auis.) Heterosis numeri.
 Auiculis quoq; cultū Dei tribuit, ut languētia ho
 minū pectora excitet. Nec sanē aliter mihi per
 suadeo: pieq; credi potest, auicularum cantus glo
 20 ria Dei sonare. Vsq; adeo potēs naturæ opus est.
 Hinc philomela.) Apud Ouid. lib. 6. fabula
 est de Philomela in auem sui nominis cōuersa: &
 apud Boccac. lib. 9. cap. 8. apud Hygin. cap. 45.
 Luscinia alio nomine Latinis uocatur, Græcis
 ἀγλαῖα & ἀνδρῶς, ob ἀσὲ & ἀδω. Vsurpauit
 Verg. — Quæ suavis cantat Aedon.
 De huius cantu Arist. lib. 9. cap. 49. Plin. lib. 10.
 cap. 28. Eras. in prou. Luscinia magis insidentes
 item Luscinia deest cantio. Namq; trium
 30 phanti.) Redit enim uictor, ut Cyprianus in
 quit, à mortuis, inferni se cū spolia trahēs. Hunc
 triumphū à Dauide prædicatū testatur ad Ephes.
 Paulus, ubi Psal. 67. sic canit: αὐαθεὶς εἰς ὑψος
 ἡμαλοῦσεν ἀχημαλωσίαν, καὶ ἐσίωκε δὲ
 ματα τοῖς ἀνθρώποις. Huius triumphī meminit
 idē Paul. Col. 2. ἀπεκλωσέν τε τὰς ἀρχαίς
 καὶ τοῖς ἐξουσίαις ἐλεγεματίσθην ἐν παρρησίᾳ,
 δευαμεθ' ἑσθίας αὐτῶν ἐν αὐτοῖς, &c. Tartar
 ra.) Etymologici deducūt ἀπὸ τῆς παραχθαι
 40 τος αὐτῶν ἀφρα. Plato in Phaedone ἔστι ἡ ἀρα αὐ
 τῶν ἢ αὐῶρα ἐστὶ φῶσιν ποιῶν τε τινα, ἐν τῇ τῶν
 χροματῶν τῆ γῆς. ἄλλως τε μέγιστον τυγχί
 ναθρ, καὶ ἑταίριος τετραμυλίου δι' ὅλης τῆ
 γῆς. ἔσθ' ὅπερ ὀμυρῶ (locus extat Il. θ.) ἐπι
 λέγων αὐτῶν. (θρον, πῆλι μὲν ἡ Βεβλίσου ὑπὸ χθονός ἐστι Βερε
 ὀκῆ, ἢ λαοὶ καὶ ἐκείνῳ, καὶ ἄλλοι πολλοὶ τ
 πιντῶν τὰς ταραρὺν λέκλιήσεων. Tristitia.)
 Per Synecdochen. Verg. Aen. 4.
 Pallentes alias sub tristitia tartara mittit.
 50 Sic alijs mœstia, alijs funesta. Sic ἀνὰ, id est gra
 uia Pindaro: & Nazianzeno ἀμείλιτα.
 Legibus inferni.) Leges inferni sunt ἐμφύ

τῶν τῶν θανάτων, & seruitus peccati in qua
 rum locū Christo de morte triūphante, successer
 rūt, ius adoptionis, hæreditas uitæ æternæ, liber
 tas spiritus. Hic triūphus elegātissimis uersib. scri
 bitur à Nazianzeno in quodā ad Christū hymno:
 σῆμδρον ἐκ νεκῶν χρισὸς μέγας, οἷσιν ἐμεί
 χθην
 ἔχρητο, καὶ θανάτου λεγῆτρον ἀπεσιδέασε.
 καὶ ζοφοδὸς πωλεῶνας ἀμείλιτα ἀϊδίαο
 ρήξατο, καὶ ψυχῶν δάκρυον ἐλδυσθίλω.
 σῶμδρον ἐκ τύμβοιο θορῶν, μδρόπτεσι φα
 ἀνθην,
 οἷς γῆν, οἷσι θάνατον, οἷς ἔχρητ' ἐκ νεκῶν.
 ὡς κε παλιγγενέθ' τε καὶ ἐκ θανάτου φηγόν
 σοῖ σωμαειρώμεθ' ἔθην ἀδρχομῶν. (τδ,
 Nos utcunq; reddidimus:
 Deferuit mortē Christus. qui maximus inter
 Mortaleis, mortis spicula uana facit.
 Deferuit tenebras, & tristia tartara rupit:
 Et dedit ipse pñs liberi ut esse queant.
 Progressus iumulo, iusus mortalibus. Et quis
 Natus & extinctus, quisq; renixit humo?
 Ut genus è caelis aliud nacti effugiamus
 Mortem: at esse finas te duce nos comites.
 Laudant ritē Deū.) Idem hoc est quod D.
 Hieron. alieubi dicit, totū mundū una uoce sona
 re Christū. Nā uniuersalis hæc est. uidetur enim
 quatuor principia cōplexus, si per lucē ignē, per
 polū aera intellexeris. Qui crucifix.) Prio
 res enim passiones sunt, inquit Apostolorū cory
 phæus, posteriores gloriæ. Dantēq; creato
 ri.) Dare precē, nō facile ab ullo bono autore di
 citū inuenies. Per precem autē intellige cultū, λα
 θρείαν, ut sit species pro genere. Mobilitas.)
 Distributio generaliter dicti. Ouid. tēporis partes
 pari prosopopœia Solis satellites finxit. Men
 sum.) Syncope, uersus gratia. Lux alma
 dierū.) Periphrasis solis. Stridula.) uicō ui
 delicet flante. Aristis.) Per catachresin. In
 uere siquidem nullæ aristæ sunt, sed uix spicæ ex
 herba apparēt. Qui cultū deorū Gentilib. tradi
 derūt, tres omnino ad hoc formas instituerūt: pri
 mā à natura ductā, secundā à fabulis, tertiā legū
 autoritate testatam. Naturalis, inquit Plut. à phi
 losophis docetur: lib. de Placitis 1. cap. 6. De hoc
 etiam Cic. in 1. de Natura deorum. De hac Pau
 lus quoque noster ad Rom. 1. διότι τὸ γνωστὸν
 τῷ θεῷ, φανδρὸν ὄσθιν ἐν αὐτοῖς. ὁ γὰρ θεὸς αὐ
 τοῖς ἐφανδρώσε. τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτῶν, ἀπ
 ἑπίσεως κῶσμο τοῖς ποιήμασι νοούμενα κερθ
 ρῶται, ἢ τε αἰδῶ αὐτῶν διώαμῖς καὶ θεῶ
 τῆς, εἰς τὸ εἶν αὐτῶν ἀναπολογῆτος: David
 multis

multis in Psalmis, præsertim 148. Laudate sol et luna, &c. Laudate eum cæli cælorum, &c. ubi etiam dracones & bestie Dominum laudare iubentur. Passer.) τὰ πένοντος huius auiculæ amplificationem in se continet. q. d. usq; adeo auu cõcentus laudem Creatoris celebrat, ut passeru- li, uilissimæ auiculæ, salacissimæq; ac per hoc fœ- distimæ cantus, ad summi Creatoris concelebra- tionem pertineat. Nec mirũ id quidem, quum etiã tantam huius curã Deus opt. max. ut ex Euan- gelica historia discimus, gerat. Christe.) Hoc uersu complectitur officia Christi per apostro- phen. Christi nomenclatio unctũ significat: quod regũ atq; sacerdotũ erat. Ipse summus rex, sum- musq; pontifex est, ut epistola ad Hebræos docet. Salus.) σωτηριου per antonomasiã hyperboli- cam, quæ in sacris literis frequẽs est, ἀντι τοῦ σω- τῆρος. Allusio ad nomẽ Jesu. Conditor.) πάντες γὰρ δι' αὐτῆς ἐγένετο, ἢ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο ἢ δὲ οὐδὲν, ἢ ἐγένετο. Ioan. 1. Verbo Dei cæli solidati sunt. Psal. 32. & in Prou. Salom. cap. 8. hoc idem diuina sapientia gloriatur. Redem- ptor.) Soluit enim pro nobis summũ redemptio- nis preciũ, sanguinem suũ inestimabilẽ. Unica progenies.) De hoc lege cap. 7. de Vera sa- pientia. Irrecitabiliter.) Respicit ad illud Esaia 53 Et generationem eius quis enarrabit? De corde parentis.) Hinc Ecclesiastici tro- chei: Corde natus ex parentis, &c. Verbum subsistens.) πῶδε τοῦ λόγου uide cap. 9. lib. 4. Subsistens.) λόγος alioqui accidens est, non substantia. Sed Deus est substantia. λόγος est Deus, ergo λόγος est substantia. Et patris ore.) Ex patris ore, legere malim, iuxta illud Hebr. 1. ὃς ὡν ἀπαύρασμα τοῦ θύξυς, καὶ χε- ρακτῆρ τῆς ὑποστάσεως αὐτῆς. φέρωντα τὰ πάντα τὰ ἔδη ἡμῶν τοῦ διωκέμεως. Verbũ illud in- effabile facundissimus Theologus sic extulit: πῶτεροφάεις, μεγαλειο νόος λόγος. φέρτερον μὲν θς. Pugnans autem hæc contra Sabellianos, hanc θεολογικὴν ἐπιπένητες, contra quos Prudent. no- ster prudentissimũ carmen scripsit, sicut etiã con- tra Homuncionitas. Aequalis.) ἰσοῦς τῶν πάντων ἢ τῶν θεότων, ἐλάττω τῶν πάντων ἢ τῶν ἀνθρώπων. Athanas. Socius.) Nonnus in Paraph. Ioannis: (ἰσοῦς) πατρός ἔλω ἀμύρις, ἀτόρμονι σὺν θεοῦ Ad quem enim angelorum (ut Paulus colligit) pater unquam dixit: καὶ θς ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἀν- θῶ τῶν ἐχθρῶν τοῦ ὑποπόδιου τῆς ποδῶν σου. Qui gen?.) Causa finalis totius negocij Chri- stiani, natiuitatis nimirũ, uel (ut cũ Athanasio lo-

quar) ἡ σωτηρία, passionis et resurrectionis, nempe salus mortaliũ. Ut hominem eripe- res.) ἀ coniugatis. Nã qui uolebat mortales cõpa- tre immortalis recõciliare, eũ necesse erat Deũ & hominẽ esse, uel (ut Athanasius eũ appellat) θεοῦ ἢ ἄλλου, qua de re in epistola ad Hebræos multa & docta leguntur. Hoc officiu erat illius æterni sacerdotis, &c. Nec nostro tantũ.) Con- tra Phantasmaticos, Nam, teste Prudentio, Aeriũ Manichæus ait sine corpore uero Prouoluisse Deum, mendax fantasma, cauamq; Corporis effigiẽ, nil contrectabile habentẽ, &c. Atq; mori.) Nam quod nascitur, id moritur quoq; Funeris exequias.) Patris, quocirca ego uidi, exẽplaria habet, quod tamẽ intelligo mi- numẽ. Pateris malo, quod nec uersus respu. & cla- ra sic sentetia fiet. Sed postquã Lutetiana in fœxi- editionẽ, & Beroaldi in hoc carmẽ cõmentariũ nactus fui, animaduerti me cõiecurã minime ful- sum fuisse. Versus alioqui coactus & impediũs est, eo quod epithetõ orbis, ipsi orbis authoritri- buitur. Nouus aut orbis est ἡ πᾶσι γῆρας, quã alio nomine regnũ Dei appellatur, atq; alio uersus Christi Ecclesia. In qua noui sunt homines, aboli- to et exuto uetere Adamo. Huius descriptio est in Apoc. Tristia cessat.) Idẽ dicit, quod supra Legibus inferni oppressis, &c. — Exponitq; chaos.) χῶς mundi principũ Hesiod. fecit, his uerbis: ἦτοι μὲν πρῶτα χῶς χῶς, καὶ τῶν ἐπεὶ γὰρ οὐδὲν ἔσθιεν, πάντων ἔσθιεν ἀέθρ. Hoc tamẽ Arist. teste Philone, locum putauit. He- siodũ secutus est Ouid. chaos describẽs his uerbis: Ante mare & terras & (quod tegit omnia) celi, Vnus erat toto nature uultus in orbe, Quem dixere Chaos, rudis indigestaq; moles, Nequicquam nisi pondus iners, cõgestũq; eodem Non bene iunctarum discordia semina rerum. Sed horũ errorẽ Lact. noſter cõfutat cap. 4. pri- mi, & nono secũdi. Significat autẽ hoc loco infer- num, ut sæpe apud poetas. Val. Flacc. Horrendum chaos ostendens, pœnasq; baratri. De hoc audiamus Cœliũ, qui in antiquis Lectio- nib. li. 13. ca. 46. elemẽta inter se cõferẽs, de terra sic scribit: Terra sola claritatis expers, solis radijs & lunæ perseuerat impenetrabilis, teporẽ admi- tẽs quidẽ, at luminis uim haudquaquã, ob densiore soliditatẽ. Nã et eius intima chaos nũcupamus. Vi- detur hæc ex Platonis Axiocho desumpta, ubi bæd- torũ condemnatorũq; habitaciones describit. Eius uerba subiungemus: καὶ τῶν ποδῶν ἡρακλῆος καὶ Διόνυσου, καὶ τῶν ἄλλων πρῶτον λόγος

λόγῳ ἡ δὲ μαθηταί, καὶ τὸ δαΐμονιον
 ἐκείσε πορείας, πρὸς τὴν ἑλδυσινίας γνάσσε-
 δα, ὅστις δὲ τὸ ζῶμα κακουργημάτων ἡλά-
 θη, ἀγοντα πρὸς ὄρνυών, ἐπ' ὄρεθ' καὶ
 χεῖρ' ἡ ταραξῆ, ἡ δὲ χῶρος ἀσέβων καὶ
 δυνάδων ὑφραῖ ἀτελεῖς, καὶ ταυτάλα
 δὲ, καὶ πρὸς ἀλλάγνα, ἡ σούφρ' τῶ
 τῶ ἀνώνυτῳ. Suidas ἔφ' Phaurinus ex
 Aristophanis autoritate pro aere accipi docent.
 10 Dicitur autem χεῖρ, ἔφ' τὸ χάνειν, id est in-
 biando, quod hiatus sit, ut supra de Baratro dictū
 est: uel ἔφ' τὸ λείχεσαι εἰς ἀπλωμα, quod lo-
 cus patens dehiscat. Ore premi.) Con-
 structio Græca est. Depereunt tene-
 bræ.) Quid enim luci cum tenebris? Christus
 autem φῶς ἐκ φέεθ' φῶς. Et est sanè elegans
 ἰμῶσις, solent poetæ in auroræ descriptionibus
 fingere noctē à die fugari, id allegoricῶς elegan-
 tissimè ad Resurrectionis sacramentum transfer-
 20 tur. Aeternæ noctis.) Erebi periphrasis
 est: de Erebo nonnihil iam supra dictum est. De
 finium Græci τὸ τῶ γλυ σῶτ' putant di-
 ctum quasi τὸ τῶ τῶ ὄρων βαίνον. q. dicas,
 descensum in penetralia terra. Caterum nox no-
 stra nihil aliud est, quàm terra umbra. Atq; hinc
 fabulantur poetæ, noctem Erebi ἔφ' Terræ filiam
 esse. Quia uerò atra est, poetæ fictioni personæ
 indulgentes, atro pallio amictam fingunt. Vide
 30 Boccac. lib. 1. cap. 9. Sic etiam Statius fingit, po-
 nox atra mundo. Sollicitam sed redde.)
 Apostrophe ad ipsum Christum, sepulchro etiam
 num detentum. Fidem, id est depositum, scilicet
 corpus terræ mandatum: uel fidem, id est promissum,
 promissit enim post tertium diem resurrectionem,
 Matth. 16. Mar. 8. Luc. 9. Epitheton rem ele-
 ganter exprimit. Sollicitus siquidem nos fides
 reddit, ubi præstandi terminus adest. Alma
 40 potestas.) Potentia, δυνάμεις, periphrasis
 Christi. Est enim Christus potentia diuina Hebr.
 1. φῶρ τε τὸ πᾶν τε ἔφ' ἔμματα ἡ δυνά-
 μεις αὐτοῦ. Epitheton fiduciam roborat, quæ
 nonnihil sollicita erat. Tertialux redit.)
 Terminus promissi præstandi adest. de quo non
 modò Christi uerba sunt, sed Osæ 6. uaticiniū.
 Surge sepulte meus.) αὐτίπῳσι phrasi
 Scripturæ, sic alicubi in Psalmis: Popule meus. Ita
 quælibet Christiana anima cogitabit Christum
 sibi natum, sibi passum, sibi sepultum, sibi excita-
 50 tum esse. Non decet) Ab absurdo. In uili
 ἔφ' precio antithe sis est, precium ἔφ' λῦτρῳσις,
 uel τιμῆ, 1. Cor. 6. ἔφ' 7. 1. Pet. 1. Pugillo)

heterosis speciei. Quia Deus, ἀνθρωποποιία,
 frequens sacris in literis, ut manus Domini pro
 potentia accipiatur. sic Hieremias nos in manu
 Dei Israel positos esse dicit, sicut lutum est in ma-
 nu figuli. cap. 18. Sed hic locus prorsus respicit il-
 lum qui est Esa. 40. ubi Dominus legitur tenere
 cælum palmo, ἔφ' terram pugillo, ut uideantur,
 inquit Hieronymus, omnia ab illo includi. Absur-
 dum enim est, nos uelle Deum loco includere,
 qui sicut nullo tempore, ita etiam nullo loco cir-
 cumscribi potest. Absurdum est, nos humiliter de
 Deo sentire, quàm Aratum de suo Ioue, cuius om-
 nia plena dixit, ἔφ' thronus eius cælum est, ἔφ'
 subsellium pedum terra, ἔφ'c. Lintea tolle.)
 Vota ex historia sumuntur, Ioan 20. Tusa-
 tis es nobis.) Quia consummatio salutis no-
 stræ est. Catena.) ἀδωά του. Videtur res-
 plicere ad illud Petri, quod est in Act. 2. Crucifi-
 xum interemistis, quem Deus suscitauit, soluis
 doloribus mortis, quatenus impossibile erat tene-
 ri illum ab ea. Vel etiam ad illud 1. Ioan. 2. Ad hoc
 adparuit filius Dei, ut dissoluat opera diaboli.
 Carceris umbras.) φυλακῶν etiam Pe-
 trus infernum appellat, hoc idem negocium agens
 epist. 1. ca. 3. his uerbis: ὁ τὸ ἄριστος ἀπαξ ἡμῶν
 ἀμαρτιῶν ἔπαθεν, δις ἄριστος ἡμῶν ἀδίκων, ἵνα
 ἡμᾶς πρὸς σαρκὸς ἔφ' δαῖ, δαυατωθεῖς μὴ
 σαρκί, ζωοποιηθεῖς δὲ τῶ πνεύματι, ἡ ὡ ἡ
 τοῖς ἡ φυλακῶν πνεύμασι πορουθεῖς ἐκφυ-
 ξῶν. Caterum de descensu Christi ad inferos, le-
 ge Damascenum in fine 3. de Orthodoxa fide.
 Et reuoca.) Primogenitus siquidem ipse ex
 mortuis, ut Paul. inquit. Redde diem.) Al-
 ludit ad tenebras, Christo in cruce pendente fa-
 ctas. Redde tuam faciem.) Videtur ad
 illud alludere: Paululum ἔφ' uidebitis me paululū
 ἔφ' non uidebitis me. Sed planè.) Christia-
 na anima uoti compos facta, congratulatione tri-
 pudiat. Infernus.) Fictio poetica satis gra-
 phica: quam mimesin pictores imitantur. Fit
 tua præda.) Inuersio. Non enim præda Chri-
 stus inferni factus est, sicut nec uictor deuictæ ci-
 uitatis. Nisi uelis per prædam intelligere nexum
 spondæ. qui cum sponsione pro alio fidem iusse-
 rit, tantisper in uinculis tenetur, dum pro obara
 to satisfactum fuerit. Nostrum æs alienum per-
 solutum fuisse, inde patet, quod fideiussor ex hoc
 carcere liber, nos nexu liberos reddidit. Et de
 fauce lupi.) lupi, id est Satana. De hoc lege
 Ioan. cap. 10. Elegantem redditionem obserua.
 Agnus.) Nimirum ille immaculatus, qui tollit
 peccata mundi. Est enim Christus uerè agnus
 paschalis,

porro hoc quoque loco puer est, remissionis peccatorum opus & *ψάψαω* non aquae esse, sed Spiritus sancti: ut tum Cyprianus de Baptis. Christi, tum alij melioris notae theologi testantur. Vestis quoque candida.) Candidus siquidem color innocentiam significat, id quod metaphora quoque indicant, quibus candidos non fucatos, non adulteros, non fraudulentos corruptos uel nec uarijs uitiorum maculis contaminatos, sed sinceros, erektos, integrosque significamus. De candida baptisatorum ueste omnino legendus est D. Ambrosius cap. 7. de ijs qui imitantur mysterijs. Hinc nostri quoque infantuli baptismate tincti, candida ueste insigniuntur. Quid? quod missatores, antiquae religionis summa, Paschatos tempore in suis demurgijs candidis utuntur uestibus, uel (ut ipsorum phraasi utar) in albo missant. Pastor.) Est enim Christus bonus ille pastor, qui ponit animam pro ouibus, Ioan. 10. & *ἀρχιποιμὴν*, ut

eum Petrus appellat cap. 5. prioris epist. Sacerdos.) *ἱεραρχεύσικως*. neque enim Apostolorum successores magis sunt sacerdotes quam Christianus quisque, abolito Iudaico sacerdotio. Dupla talenta.) Alludit ad parabolam de minis apud Matth. 25. Marc. 13. Luc. 19. ubi fideles serui Domino sortem cum fenore reddebant. Gentili errore.) Habebat enim etiam alias oues, non ex hoc ouili, Ioan. eodem. Erasmus enim uelut oues errantes, ut Petrus inquit: sed conuersi nunc sumus ad pastorem & curatorem animarum nostrarum. Bestia.) Lupus uel leo rugiens, quaerens quem deuoret. Vbere lacte.) Est per metalepsim fecundas & praegnantas, hoc est officijs turgidas. Lacte, ut scribit Petrus in prioribus, cap. 2. non corporis, sed animi, dolo nescij. Ecclesia, ouile est. Unus siquidem pastor, & unum ouile.

LAVS DEO.

LACTANTII FIRMIANI CARMEN

DE PASSIONE DOMINI, QVOD IN VETUSTIS EXEMPLARIBUS INUENIMUS, HIC ADDENDUM CURAUIMUS.



Visquis ades, medijsque subis in limina templi,
Siste parum, in fontemque tuo pro crimine passum,
Respice me, me conde animo, me in pectore serua.
Ille ego, qui casus hominum miseratus acerbos

30 Huc ueni, pacis promissae interpres, & ampla
Communis culpae uenia: hic clarissima ab alto
Reddita lux terris, hic alma salutis imago:
Hic tibi sum requies, uia recta, redemptio uera,
Vexillumque Dei, signum, & memorabile fari:
Te propter uitamque tuam sum Virginis aluum
Ingressus, sum factus homo, atque horrentia passus
Funera, nec requiem terrarum in finibus usquam
Inueni: sed ubique minas, sed ubique labores.
40 Horrida prima mihi in terris magalia Iudae
Hospitia in partu, sociaque fuere parenti.
Hic mihi fusa dedit bruta inter inertia primum
Arida in angustiis praesepibus herba cubile.
In Pharijs primos uixi regionibus annos,
Iudaeam semper, profugus, reliquosque reuersus
Herodis regno profugus, & ipsam
Pauperiem extremam, & rerum inferiora secutus,
Semper agens monitis humana salubribus almae
Ingenia ad studium probitatis, aperta salubri
50 Plurima doctrinae iniungens miracula: quare
Impia Hierusalem rabidis exercita curis
Inuidiae, saeuisque odijs, & caeca furore,
In fonti est poenis lethalibus ausa cruentam
In cruce terribili mortem mihi quaerere. quae si

Latius

Latius ipse uelim distinguere, sicq; per omnes
 Ire iuuet gemitus, mecum & sentire dolores,
 Collige consilia, insidias ue, meiq; nefandum
 Sanguinis innocui precium, & simulata clientis
 Oscula, & insultus, & sæuæ iurgia turbæ.
 Verbera præterea, & promptas ad crimina linguas,
 Fige animo & testes, & cæci infanda Pilati
 Iudicia, ingentemq; humeros, & fessa prementem
 Terga crucem, atq; graues horrenda ad funera gressus,
 Nunc me, nunc uerò desertum extrema secutum
 Supplicia, & dulci procul à genetrice leuatum,
 Vertice ad usq; pedes me lustra. en aspice crines
 Sanguine concretos, & sanguinolenta sub ipsis
 Colla comis, spinisq; caput crudelibus haustum,
 Vndiq; diua pluens uiuum super ora cruorem.
 Compressos speculari oculos, & luce carentes,
 Afflictasq; genas: arentem suspice linguam
 Felle uenenatam, & pallentes funere uultus.
 Cerne manus clauis fixas, tractosq; lacertos,
 Atq; ingens lateri uulnus. cerne inde fluorem
 Sanguineum, fossosq; pedes, artusq; cruentos.
 Flecte genu, lignumq; crucis uenerabile adora
 Febilis, innocuo terramq; cruore madentem
 Ore petens humili, lachrymis suffunde subortis,
 Et me nonnunquam deuoto in corde, meosq;
 Fer monitus, sectare meæ uestigia uitæ.
 Ipsaq; supplicia inspiciens, mortemq; seueram
 Corporis innumeros memorans, animiq; dolores,
 Disce aduersa pati, & propriæ inuigilare salutem.
 Hæc monumenta tibi, si quando in mente iuuabit
 Voluere, si qua fides animo tibi ferre meorum,
 Debita si pietas, & gratia digna laborum
 Surget, erunt ueræ stimuli uirtutis, eruntq;
 Hostis in insidias clypei, quibus acer in omni
 Tutus eris, uictorq; feres certamine palmam.
 Hæc monumenta tuos si labilis orbis amicos
 Auertent sensus, fugiente decoris ab umbra
 Mundani efficiant, ne spe captatus inani
 Mobilis occiduis fortunæ fidere rebus
 Ausis, aut uitæ sperare fugacibus annis.
 Sed te nimirum, sic ista caduca uidentem
 Secula, & exutum patriæ melioris amore
 Orbis opes, rerumq; usus, & uota priorum,
 Moribus extollens sacris, uitæq; beata
 Spe, duras inter pœnas, te rore fouebunt
 Cœlesti, pactiq; boni dulcedine pascent,
 Purpuream donec post ultima fata relicto
 Corpore, sublimes animam reuocabit ad auras.
 Gratia magna tibi tunc omnem exuta laborem,
 Angelicos tunc læta choros, aciesq; beatas
 Sanctorum inspiciens, æternæ pacis amœna
 Perpetuò felix mecum regnabit in aula.

tanea, aut alijs scrupulosa uideri queant, ne imprudens lector
 impingat, hic annotare placuit.

Ex Cap. 7. libri Institutionum
 primi.

Verum esse quod Seneca dixit, Genuisse re-
 gni sui ministros Deum: per ministros re-
 gni, nuncios seu angelos intelligens. Fieri
 non posse, quin id quod sit, aliquando esse cape-
 rit: Deum ergo ipsum, quoniã nihil ante illum su-
 it, ante omnia ex seipso esse procreatum.

Ex cap. 9. lib. Instit. secundi.

Deum ante fabricam mundi duos spiritus pro-
 duxisse, alterum sui similem, & Dei patris uirtuti
 bus prædium, quem Dei filium dicit. Deinde alte-
 rum, in quo diuine stirpis indoles nõ permanse-
 rit (Diabolum uocat) sed qui suapte libero arbi-
 trio, ex bono ad malum transcenderit, antecessori
 illi suo inuidens, qui Deo patri perseuerado, tum
 probatus sit, tum etiam charus.

Ex Cap. 10. Orientem & diem Deo, Occi-
 dentem uerò & noctem Dei amulo & Antitheo
 esse attributa.

Cælum stelliferum, esse habitaculum Dei supe-
 rorum, & uitæ perpetuæ.

Substantiam ignis, calorem esse: aquæ, humorẽ.
 Ex Cap. 11. Rebus omnibus Deus mirabili de-
 scriptione dispositis, regnum sibi æternum parare
 constituit, & innumerabiles animas procreare,
 quibus immortalitatem daret. Si simul procreatas
 intelligit, discedet à Catholica sententia.

Ex Cap. 12. Fictio Deum hominis corpore, in-
 spirauit ei animam de uitali fonte, spiritus sui. Si
 de substantia sua Deum id fecisse uult, ut nonnulli
 sensere, error est.

Ex rebus diuersis ac repugnãtibz (corpus in-
 telligit & animam) hominẽ factum esse, sicut ipse
 mundus ex luce & tenebris, ex uita & morte: quæ
 duo inter se in homine pugnare præcepit Deus, ut
 si anima superauerit quæ ex Deo oritur, sit immor-
 talis, & in perpetua luce uersetur: si autẽ corpus
 uicerit animam, diuiniq; subiecerit, sit in tenebris
 sempiternis, & in morte.

In hac igitur societate cœli & terræ, quorũ ef-
 figies in homine expressa est, superiorem partem
 tenet ea quæ sunt Dei, anima scilicet quæ dominiũ
 corporis habet: inferiorem autem, (corpus intelli-
 git) ea quæ sunt diaboli. Vtriusq; officia sunt, ut
 hoc quod est ex Cœlo & Deo, imperet: illud uerò
 quod est è terra, diabolo seruiat.

Ex Cap. 15. Ab initio Deum diabolo terræ de-
 disse potestatem.

In crescente hominum numero, missos esse ange-
 los ad hominum tutelam, dato præcepto, ne terræ

contagione contaminarentur.

Quod angelos cum hominibus commorantes,
 dominator terræ diabolus, consuetudine ipsa pau-
 latim ad uitia pellexerit, & mulierum congressi-
 bus inquinauerit. Et ob id in cœlum nõ receptos,
 diabolus ex angelis Dei suos fecerit ministros, &
 satellites.

Quod ex his procreati, mediam quandam na-
 turam gerentes, neq; angeli neq; homines fuerint:
 & ad inferos non recepti, terrenũ quoddã demo-
 num genus coostituuerint, cum alterũ esset cœlesti.
 Dæmonas esse spiritus tenues, & incomprehensibi-
 les. Vbi uidetur quasi tenuis auræ substantiam ipsis
 tribuere.

Ex Cap. 16. Dæmonas iudis metiri nõ posse.

Ex Cap. 18. Credere, Deum affectibus, qui sunt
 perturbationes animi, non esse subiectum, & ueri-
 tatem et religionem funditus tollere. Idem tractat
 in libro de Ira Dei.

Ex Cap. 12. libri tertij.

Corpus hominis, solidum est & comprehensi-
 bile: Animus, tenuis & inuisibilis. Vbi substantiam
 tenuẽ animo uidetur attribuere, ceu tenuis auræ,
 quemadmodum & infra lib. 7. Cap. 20.

Ex Cap. 24. Antipodas esse, falsò persuasum
 haberi.

Ex Cap. 6. libri quarti.

Deus antequam præclarum hoc opus mundi
 adoriretur, sanctum, iucorruptibilem, & incom-
 prehensibilem spiritum genuit, quem filium nun-
 cuparet. Et quamuis alios postea innumerabiles
 per ipsum creauisset, quos angelos dicimus, hũc ta-
 men solum primogenitum, diuini nominis appel-
 latione dignatus est. Quasi uerò dignatione tan-
 tum & filius sit, & Deus, non autem natura.

Ex Cap. 8. Filius Dei spiritus est: itemq; ange-
 li ceteri, spiritus sunt Dei. Sed hi ex Deo taciti
 spiritus exierunt, cum ille de ore patris (quia ser-
 mo est eius, & uerbum.) Vocalis spiritus processerit:
 quem non utero, sed mente conceptum, inex-
 cogitabili uirtutis suæ maiestate, in effigiem quæ
 proprio sensu & sapientia uigeat, comprehendit.

Nostræ uoces licet auræ miscantur & euane-
 scant, manent tamen plerunq; literis comprehen-
 se: quanto magis Dei uocem credendum manere
 in æternum, & sensu & uirtute commitari, quam
 de Deo patre tanquam riuus de fonte produxit.

Deum de Deo prolatione uocis ac spiritus ge-
 neratum esse: idq; docere scripturis Prophetarum
 uisitur.

Ex Cap. 11. Deus filium suum descendere iussit

in terram, ut religionem sanctam transferret ad Gentes, quæ Deum ignorabant: doceretq; iustitiam, quam perfidus populus abiecerat. Noluit autem cum in claritate cœlesti mittere, ut ingratus in Deum populus in errorem maximū duceretur, & poenas pro facinoribus suis lucret, qui dominū suum non recepisset.

Ex Cap. 14. Deus cum uideret maliciam, & falsorum Deorum cultus per Orbem terræ inualluisse, ut iam nomen eius ex hominum memoria fuisset penè sublatum (siquidem iudæi quoq; quibus solis arcanum Dei creditum fuerat, relicto Deo uiuo, ad colenda figmenta irretiti, demonum fraudibus aberrassent, nec increpiti per prophetas reuerſi ad Deum uellent) filium suum principem angelorum legauit ad homines, ut eos cōuerteret ab impijs & uanis cultibus, ad cognoscendum & colendum Deum uerum. Item, ut eorum mentes à stultitiâ ad sapientiam, ab iniquitate ad iustitiæ opera traduceret. Hæ sunt uie Dei, in quibus ambulare eum præcepit: hæc præcepta quæ seruanda mandauit. Ille uerò exhibuit Deo fidem. Docuit enim, quod Deus uerus sit, eumq; solum coli oportere, nec unquam se ipse Deum dixit: quia non seruasset fidem, si missus ut Deos tolleret, & unum assereret, induceret alium præter unum.

Ex Cap. 15. Christus cum primū cœpisset adoleſcere, tinctus est à Ioanne Propheta in Iordane flumine. Contra Luc. 3.

Ex Cap. 17. Christum soluisse legem, sed ex uoluntate Dei. Contra Matth. 5.

Ex Cap. 18. Pilatus ipse sententiam non protulit, sed tradidit eum Iudæis, ut ipsi de eo secundum legem iudicarent. Contra Luc. 23.

Ex Cap. 20. Christus post resurrectionem uoluit se Iudæis ostendere, ne adduceret eos in poenitentiam, atque impios reseruaret, atq; ob id profectus est in Galileam.

Ex Cap. 24. Christus ideo carnem induit, ut ostenderet carnem posse esse capacem uirtutis.

Ex Cap. 26. Christi corpus integrum patibulo detractum est, ne læsum atq; diminutum corpus ad resurgendum inhabile redderetur.

Ex Cap. 27. Superſtitione non caret, quicquid de uirtute ac efficacia imaginis crucis Christi fabulatur.

Ex Cap. 29: Cum igitur & Pater filium faciat, & filius Patrem, una utriq; mens, unus spiritus, una substantia est. Sed ille quasi exuberans fons est, hic tanquam defluens ex eo rituus. Ille tanquam sol, hic quasi radius à sole porrectus, &c.

Ex Cap. 7. libri quinti.

Deus bonorum & malorum uoluit esse distantiam, ut qualitatem boni ex malo sciamus, item mali ex bono: nec enim alterius ratio intelligi sublato altero potest. Deus ergo non exclusit malum, ut ra-

tio uirtutis cōstare posset. Quomodo enim patientia uim suam nomenq; retineret, si nihil esset, quod pati cogeretur.

Ex Cap. 13. libri sexti.

De Oratione periculose loquitur. Quoties rogaris, tentari te à Deo crede, an sis dignus exaudiri. Et ibidem paulò post, peccata sentit largitione abolenda esse, sic enim ait: Debent largitione perpetua peccata carnis aboleri.

Ex Cap. 20. Militare iusto non licebit, neque accusare crimine capitali. In præcepto, Ne occides, nullam prorſus exceptionē fieri oportet, quin occidere hominem semper sit nefas.

Ex Cap. 2. libri septimi.

Iniustum hoc sæculum terminum sumet, & extincta omni malicia: & piorum animis ad uitā reuocatis, aureum sæculum Deo ipso regnante, floreſcet, scilicet in terra.

Ex Cap. 5. Excogitauit Deus inenarrabile opus, quemadmodū infinitā multitudinē animarum crearet. Si intelligi uult autor, simul eas creasse Deum: lapsus est. Idem lib. 2. Cap. 11.

Nulla uirtus esse poterat, nisi diuersa fecisset, scilicet Deus. Adeo malū nihil est, nisi boni interpretatio. Sublato igitur malo, etiā bonū tolli necesse est.

Ex Cap. 12. Anima æterna est, quia ex Dei spiritu, qui æternus est, originem cœpit.

Ex Cap. 14. Sex millibus annorum mundi expletis, consummationem fieri necesse est: sicut Deus sex diebus expletis, cessauit ab opere.

Sicut mortalis atq; imperfectus homo è terra factus est, sexto die, ut mille annis uiueret in hoc mundo: ita ex hoc terrestri sæculo fingitur homo perfectus, ut uiuificatus à Deo in hoc sexto die magnus, in hoc eodem mundo per mille annos dominetur.

Ex Cap. 17. Propheta quidem magnus à Deo missus (Heliam fortasse intelligit) ab Antichristo pugna uictus et occisus, tertia die rediuiuus, insperantibus cunctis & mirantibus rapietur in Cælum.

Ex Cap. 19. Christus intempeſta nocte cum maximo fulgore descendet in terram, iustos à tyrannide et exercitu Antichristi liberaturus. Cuius delectis copijs, ipse renouato sæpè exercitu, quarto decimum prælio debellatus & captus, scelerum suorum poenas luet.

Ex Cap. 20. Post hæc aperientur inferi, et resurgent mortui: de quibus idem Rex et Deus iudicium faciet, cui summam patet iudicandi et regnandi potestatem maximam faciet. Nec tamē uniuersum tunc à Deo iudicabuntur: sed hi tantum, qui sunt in Dei religione uersati.

Anima cū diuortium fecerit à corpore, est parleuibis uentis. Caue hic animam, tenuē aurē substantiam, aut illius similem intelligas.

Ex Cap. 21. Sed et iustos cum iudicauerit Deus etiam

ut, etiam igni eos examinabit. Et quos plena iustitia & maturitas uirtutis incoxerit, ignem illum non sentient.

Nec tamen quisquam putet, animas post mortem protinus iudicari. Nam omnes in una communiq; custodia detinentur, donec tempus adueniat, quo maximus iudex meritorum faciat examen.

Ex cap. 22. Resurgēt defuncti, ut restituti rursus in uitam, mille annis cum Deo regnent.

Ex cap. 24. Dei filius cum iudiciū maximum fecerit, ac iustos qui à principio fuerunt, ad uitam restaurauerit, mille annis inter homines uersabitur, eosq; iustissimo imperio reget.

Tunc qui erunt in corporibus uiui, non morientur: sed per eosdem mille annos infinitam multitudinem generabunt: & erit eorum soboles sancta & Deo chara.

Qui autem ab inferis suscitabuntur, hi præerūt uenientibus uelut iudices.

Gentes non extinguentur omnino, sed quedam relinquuntur in uictoriam & triumphum Dei, ac subiugabuntur perpetuæ seruituti.

Princeps Dæmonum uincietur catenis, & erit in custodia mille annis cœlestis imperij, quo iustitia in orbe regnabit.

Congregabuntur iusti ex omni terra, peractoq; iudicio, ciuitas sancta constituetur in medio terræ, in qua ipse cōditōr Deus cum iustis dominantibus commoretur.

Tunc ultra nullæ erunt tenebræ. Terra sponte uberrimas fruges generabit. Rupes montium sudabunt melle. Per riuos uineæ decurrent: & flumina lacte abundabunt.

Bestie & animalia omnia erunt innoxia.

Reges gentium uenient à finibus terræ, cum donis & muneribus, ut adorent ac honorificent Re-

gem magnum.

Ex cap. 25. Non uidentur restare ad renouationem rerum, nisi ducenti anni.

Ex cap. 26. Princeps Dæmoniorum, cum illi mille anni cœperint terminari, soluetur denuo: & concitabit gentes ad obsidendum sanctam ciuitatem. Sed nouissima ira Dei debellabit illas usq; ad unum. Nec erit ultra natio amplius in mundo, præter solam gentem Dei.

Cum completi fuerint mille anni, renouabitur mundus à Deo, & cœlum complicabitur, & terra mutabitur. Et transformabit Deus homines in similitudinem angelorum. Et uersabuntur semper in conspectu Dei omnipotentis: cui sacrificabūt, & seruient in æternum.

Eodem tēpore fiet secunda illa & publica omnium resurrectio, in qua exterminabuntur impij ad cruciatus & ignes sempiternos, cum principe diabolo, & ministris eius, in cōspectu iustorum & angelorum omnium.

Ex libro de Ira Dei.

In hoc libro tractat autor, Deum uerè quibusdam affectibus moueri: id quod cū recepta Theologorum sententia pugnat.

Ex cap. 2. Deo figuram & formam esse. Idem infra cap. 19. innuit.

Ex cap. 15. Deus ideo malū permittit, ut bonum emicaret, quod alterum sine altero constare non possit. Et lib. 5. Diu. Instit. Cap. 7.

Ex libro de Opificio Dei.

Ex cap. penultimo: Deus quoniam ueritatem dedit homini, statuit è contrario inimicum ne uirtus ocio torpens, naturam suam perdat. Daturus ergo uirtutem, dedit hostem prius, qui animis hominum, cupiditates & uitia immitteret, qui esset autor errorum, malorumq; omnium.

F I N I S.

A4 2 RERVM

RERVM ET VERBORVM IN
hoc Opere præcipuè memorabilium,
I N D E X.



- Abdicatio qd 32. 8.1
239.10.2
Abdicatio &
abdicatedus. 223. 40.2
abies, & quid à pino dif-
ferat. 149
academici opinatores
cū stoicis scientibus
conferuntur. 156. per
tot.
academia senectus phi-
losophiæ. 1. 8. 30
academia uetus, media,
noua, cum suis autori-
bus. 157. 5. 1
academiæ conditor Ar-
cesilas 16. 20
academici 155. 20. 2
acca Laurentia *παύλα*
& Flamiã dicta. 64.
34. 1
accius Nauis cotē no-
uacula dissecat. 105. 13
accipitris uenatio. 546.
acer 550
achilles à quo citharam
didicerit. 31. 52. 1
acrostichides Sibyllæ
252. 30. 2
addicti qui appellati.
147. 20. 2
adiuuare an Dei uel pa-
tris sit. 36. 25
adonidis fabula. 56. 46. 2
adoratum Deum quis
habitus esse debeat 90.
16. 2
aduentum domini me-
dia nocte futurum 422.
20
adulterium uerum, qd
fit contra naturam. 30.
26
aduentus Christi domi-
ni duplex 241. 20
adulterium Martis cum
Venere ubi describat
32. 8. 1
ægæus unde dictus, &
quis fuerit 42. 2.
æggyptiorum cœlum si-
ne nubibus. 137. 20
æggyptiorū idola 102. 1. 2
æggyptiorum nouissima
superstitio 321. 10. &
322. 20. 1
αἰθρῶν quid 116. 50. 2
æggypti fertilitas. 235. 40.
2 an pluatur in Aegypto
235. 10. 1
æneæ genesis. 56. 28. 2
æneam nō rectè pium
appellari à Marone
301. 5
æoniæ scrophæ 233. 5. 1
αἰών quid signif. 135. 30. 2
æquabilitatem inter ho-
mines Deus diligit
308. 30
æquitas quid sit 308. 30
ær principium rerum
16. 3. 2
æsculapius an uir bonus
fuerit 31. 24. 1 an ex A-
polline natus, ibidem
42. ex quo medicinam
didicerit ibid. 50
æsculapius Epidauro
accitus Romam à diu-
turna pestilentia libe-
rat 105. 32
æsculapij mater, & un-
de æsculapius dictus
30. 40. 1
æsculapius flagitiosè na-
tus 29. 35
æsculapij epitheta 59. 19
æsculapius ubi sepultus
31. 2. 2
Æther unde dictus 42.
49. 2
affectus tres qui homi-
nes in omnia facinora
precipites agunt 368.
40
affectus animos homi-
num perturbantes 521
affectus quatenus uitio
si uel secus 362. 40
affectus an in Deum ca-
dant 446. per tot.
affectuū diuisio 359. 40.
affectuum sedes in cor-
pore humano 360. 10.
& 361. 40
africanus de cœdib. à se-
patris gloriatur 8. 17
agatoclis Siculorū regis
res gesta à quibus de-
scripta 72. 39. 2
agnus paschalis Iudæo-
rum quid prætenderit
274. 40
agriculturg autor 59. 18. 2
albanus Torinus 225. 20
aluearia apum. 550
amalthea Sibylla 21. 17. 2
amalthea capra, & unde
appellata 76. 26. 1
ambraciotes, plecto Pla-
tonis lib. de Aeterni-
tate animarū, manus sibi
ipsi, spe uitæ æternæ cō-
sequendæ insert 188. 20
ambrosia quid, & unde
dicta. 514
amerbachius 221. 20. 2
amoni quid 542
amphion 52. 29. 1
anacharsis Scythia 205. 20
ἄναγξ quid sit 397. 5. 238.
29. 2
anaxagoras Deum desi-
nit 13. 18
anaxagoræ respōsum ad
quæstionem, cuius gra-
tia natus esset 166. 10
anaxagoræ dogma 16. 5. 1
anaximæis dogma 16. 3. 2
andreas Lacuna 154. 10. 1
angeli & eorum officia
25. 31. 1
angeli boni & mali 115. 25.
1. Angeli

I N D E X.

1. Angeli nomen nō nature sed officij est. ibid. lin. 23.2
 angelorum lapsus 139.10
 angelos quoq; ignorasse nomen filij in cœlis 229.20
 angelos inter & Dei filium 231.30
 anima quid sit secundū varias philosophorū sententias 512
 anima immortalis cū sit, quomodo pati possit 423.40. & 424.50
 animæ variæ denominationes 124.4.2
 animæ carcer corpus est 119.21.2
 animæ diuisio secundū Platonem 329.30.2
 animæ origo unde in homine 126.22.1
 animæ mortalitatē astruentium argumenta refelluntur 406 per tot.
 animæ immortalitas ex Platone astruitur 525
 animæ immortalitas testimonij ethnicorum astruitur 410. per tot.
 animæ materia & cibus 132.20
 animæ variæ appellatio nes 126.20.2
 animæ hostem esse diabolum 517
 animam esse negauit Aristoxenus 410.30
 animam inter & animū & quid à mente differat 513. & 514
 animam & mentem nō idem esse 406.30
 animi officium 92.2
 animi hostes 171.10
 animi bona, mala esse corporis: & cōtra 395.5
 animalia qb. dijs quælibet sacra fuerint 75.18.2
 animalia in q; quātū ad sui formationem, con-

ueniant 490.5
 animalium creatio, & q; hominum causa facta sint 124.23. & 129.30
 animalium spontanea p-creatio refutatur 129.30
 animantiū diuisio à corporis forma & partib. 487.30
 anni narratio 136.30.1
 anni mundi secundū uarios 435.30.2
 anni hominum cur post diluuiū abbreviati 136.1.2. & uerf. 48
 anni patriarcharum solares ne an lunares fuerint 133.1
 antropomorphitæ. 283
 antichristus 422.30
 antropiana hæresis 283.
 antipodes esse q; caput sursum ferant 203.10.1
 antiquus dierū quis 241.30
 antisthenes de Deo 13.19
 apij Claudij tyrānis 347.20.1
 apis idem qui Epaphus 56.1.1
 apis Argiuorū rep. & eius nomina 73.31.2
 apis Aegyptius 236.50.1
 apollo unde dictus. 24.40
 apollo Milesius 411.5.1
 apollo cur Sminthius dictus 26.2.1
 apollo qualis fuerit 29.41
 apollinis de Christo domino nostro respōsum 244.5
 apollōis magnus 289.20
 ἀποθεῖν quid signif. 52.24.1
 ἀποτομία quid 443.40.1
 appius Claudius Cēsor oculis diuinitus orbatus 105.35
 apuleius in asinum mutatus 291.5.1
 apum natura & acono-

mia 167.40
 apum naturā qui descripserint 451.30.2
 aqua rerum principium 15.5.2
 aquila cur Iouis ministra fingatur 36.13.2
 aquæ effigies ante pedes Iouis qd sibi uelit 35.28
 aquilam inter & accipitrem bellū ppetuū 546
 arabia triplex 541. Vnde appellata. ibid.
 arca Noe 136.40
 arcæ duæ lapideæ reperæ à fossoribus 77.1
 arcesilæ philosophi 176.30. Aliter & aliter nominatus 157.40.1. 158.30
 archigallus 73.50.1
 archimedes Mathematicus 419.30.2
 archimedis Siculi sphaera 98.38
 architæ Tarētini apophthegma 70.10. & 471.
 architecti quæ cura esse debeat 489.5
 aretia, eadē Diana 57.29
 argonautæ quando nauigarint 29.14.2
 aristarchus 289.52
 aristippus philosophus scortator, & Leno 180.40 eius dogma 161.30.2 & 162.30
 aristomenes Messenius 73.2.1
 aristophanes 289.5.2
 aristoteles sibijpsi cōtrarius 13.31 de mūdī æternitate refutatur 125.30
 aristotelis esselib. πρὸς τὸ νόσμου 17.1.2
 aristoxei de anima dogma 411.20.1
 arnobius discipulus Tertulliani 26 Rhetoricē quādo & ubi docuerit 1.40
 arriani 283.10.2
 arrij error unde, putātis
 Aa 3 Ver-

- I N D E X.
- Verbum esse creaturā 228.30.1
 ascensio Christi domini nostri 266.30
 asclepiades Antiochen-
 sis Episcopus 393.10.2
 astra & elementa perpe-
 ram pro dijs coluntur
 97.58
 astrorum motus nō uo-
 luntarius sed necessa-
 rius 98.27 motus eorū
 causa 98.48
 astrologiam, aruspicinā,
 necromantiam, magi-
 cam & similes artes ef-
 se demonum inuenta
 143.1 cognitu esse ne-
 cessariam 205
 asylum quid, & unde di-
 ctum 104.32.2
 assyrii unde dicti 541
 assyriorum regum cata-
 logus 226.40.1
 atlas quis fuerit 42.37.1
 atlantis montis proge-
 nies quid lignif. 37.30
 atlantes solem oriētem
 & occidentem diris de-
 uouent 99.30.2.
 atheniensium legati Car-
 neades, Critolaus &
 Diogenes 309.10.1
 atomus siue atomū, tri-
 bus generib. effertur
 485.30.2
 atomi philosophorum
 refutantur 454.30 Epicu-
 ro esse principia re-
 rum 184.40
 atomorū assertores 458.
 5.2 eorum figura, ibid.
 atys Phrygius adolescēs
 56.12.1
 auaritia & cupiditas sub
 obtentu deorum colū-
 tur 103.6
 audacia in opinione sita
 313.5.2
 auentinus Syluius XIII.
 Latinorum rex 42.22.2
 augiæ stabulum 28.45.2
 augustæ Vindel. ædes
 S. Huldrici corruiit
 187.10.1
 augustinus Vuerber mu-
 niceps Augustanus
 chiliarcha 413.5.1
 aures oculis prestare 166
 20 cur duę 491.30 unde
 appellatæ ibidem.
 B
 Bacchus cur Dionysius
 appellatus 33.7.1. Vide
 Liber pater
 bacchi epitheta 59.17.1
 balsamum 542
 baptisimus arrabo resur-
 rectionis 554 effectus
 eius ibid.
 baptisma infantiam ui-
 detur tollere Lactant.
 397.10.2
 baptisandos nō immer-
 gendos sed aspergen-
 dos esse 251.30.1
 barbæ usus & decus in
 uiro 490.30
 beatitudo quid 171.40
 bella gerere an christia-
 no liceat 369.40.2
 bellona dicta etiam Du-
 ellona 73.32.1
 bellonæ sacerdotes quo-
 modo sacrificarint 69.5
 bernardinus Ochinus
 476.5.2
 bibliāder de Romæ rui-
 na 416.40.1
 bithynia, hodie Natolia
 Turcis dicta 288.40.1
 blattæ & earum genera
 467.20.1
 bonū sine malo esse ne-
 quit 1.9.20
 bonum summū immor-
 talitas 339.10
 bona corporis esse mala
 animi : & contra
 395.5
 bona unius generis, ma-
 la multiplicia 535
 boni & mali scientiā nō
 habuisse philosophos
 339.10
 bonos pro malis haberi
 & contra 304.20
 bonæ Deæ uaria nomi-
 na 78.28.2
 bonorum & malorū na-
 tura 164.20
 bruta ratione frui, Lactā-
 tij fuit opinio 117.24.1
 an aliqua insit ratio. 1.
 450.20 & 451
 brutorum seruitia, & o-
 peræ 257.30
 budæus 354.30.1
 bullingerus 148.3.2
 C
 Caca dea, quæ Herculi
 prodidit furtum boū
 63.10
 C. cæsaris encomiū 188.
 kallenbergenfis pfallus
 idolo D. iacobi hypo-
 caustum calefacit 454
 10.1
 camerarius 362.20.2
 campus Elysius 336.20.2
 candidi coloris significa-
 tio 554
 canis & sus gulæ symbo-
 la 167.10.1
 capella Amalthææ Nym-
 phæ 70.25
 capilli usus in capite ho-
 minis 490.10
 capitolium Rom. inane
 moninētum 37.2 à qui
 bus uel conditum uel
 restauratum & dedica-
 tum 186.40.1 septius sui
 mine ictum conflagra-
 uit 184.10. & plēius 186.
 40.1
 caput hominis cur rotū-
 dum 491.20
 carneades 309.10.1
 carolus. V. sacra occiden-
 talium insularum abro-
 gauit 75.5.1
 castalionis encomiū 40.
 30.1. & 476.20.1 eiusdē
 & Hieron. Vuolsi de
 chiliastis iudiciū 414.30
 castitatis

castitatis encomiū 377.
 30
 castor & Pollux quales
 29.47 eorundem histo-
 ria 32.48.1
 catapaptistæ hortulani
 seu hortensii fratres di-
 cti 413.10.1
 catamiti qui nam dicti
 39.5.2.
 catamiti imago ante pe-
 des Iouis quid sibi ue-
 lit 35.28
 catana & Enna, opida
 97.17
 catechismus Ioannis E-
 piscopi Hierosolymita-
 ni in Augustana Bi-
 bliotheca repositus
 seruat 5.33
 καθήκοντα inter & κατό-
 θύματα 344.20.1.
 cato Romanæ sapiētiae
 princeps 190.20.2 per-
 lecto Platonis lib. de
 æternitate animarum,
 spe uitæ cœlestis sei-
 psium occidit 188.10.20
 caucasi montis descri-
 ptio 128.49.1 eidē cur
 immanitas tribuatur
 303.40.2
 ceremoniæ unde dictæ
 280.10.1.
 cereorum superstitio-
 nem taxat Lactantius
 330.10
 ceres Milesia prodigio-
 se sui templi uiolato-
 res punit 105.45
 cereris Eleusinae sacra
 69.29.
 cereris Catanensis uel
 Ennensis sacra 95.39
 cereris epitheta 59.10.1
 chananæi à Cham filio
 Noah 137.8
 chaos mundi 552 ex ni-
 hilo creatum esse 13.3.1
 unde appellatum, &
 quo nomine à Plato-
 ne nuncupatum 116.

14.1
 chiliastarum errori se in-
 uoluit Lactantius 412
 per tot. Dogmatis e-
 ius author 413.30.1 eo-
 rum secta refutat 135.
 10.2. & 431.30.2
 chrestus pro Christus
 quibusdam & cur ap-
 pellatus 229.30
 christus Iesus cur λόγος
 θεός appellatus 231.30
 cur quandoq; pericu-
 lū sibi à Iudæis immi-
 nens uitariē 258.40
 Apollonio magno
 impiē cōparatus 289
 20 quur non potuerit
 perfectus doctor esse
 nisi carne mortali as-
 sumpta 269.30 & 271.
 30 qua ætate baptiza-
 tus fuerit 251.10.1 cur
 obscurus uenire in
 hunc mūdum uolue-
 rit 238.40 cur ex Iudæ-
 is nasci 239.10 cur bis
 natus 231.10 quomo-
 do Dei filius ibid. no-
 men eiusdem explica-
 tur 229.30 miracula
 249. p. tot. & deinceps
 conceptio 240.40 du-
 plex natiuitas 243.30
 eius aduentū noctu-
 futurum 422.20
 inter Christum dominū
 nostrum & Zachariā
 Prophetā tēpus inter-
 currens 247.5
 christianus rudis & sim-
 plex obstruit os sum-
 mo Philosopho et O-
 ratori 175.40.2
 christiani quādo primū
 appellari cœperint 283
 20.2 eorundem æqua-
 bilitas 311. per tot.
 christianæ religionis as-
 fertio per summū illū
 cōsensum & martyriū
 constantiam atq; pa-

tientiam 305.30
 chrysippus risu nimio e-
 mortuus 189.10.2. quid
 de Deo 13. 25 Stoico-
 rū porticū fulcit 428.30
 cicero quot annis ante
 Christum dominū na-
 tum obierit 254.5.1 no-
 mine hypocritæ repre-
 henditur 91.24. solus
 Platonis imitator 49.
 17. Filiam suam inter
 Deas reponi uoluit. i-
 bid.24. Platonem secu-
 tus, unum Deum fa-
 tetur. 13.36 grauius re-
 prehēditur 177.30 um-
 braticus & imaginari-
 us præceptor appella-
 tur 354.10 cur suas cō-
 tra Antonium philip-
 picas appellari uolue-
 rit 93.33 Græcos re-
 prehēdit quod amo-
 rum & cupidinū simu-
 lachra in gymnasiis su-
 is cōsecrassent 61.45
 ciceronis de legib. libri
 manci 65.45.1 locus de
 materia prima rerum,
 grauius refutatur 110.
 9 eloquentia 149
 ciceroni Philippicæ ex-
 brobrant, eiusdēq; im-
 patientia notat 367.20
 ciceronem non rectē in-
 ter religionē & super-
 stitionem distinxisse
 278.50
 ciliortum usus 493.50
 cimmericæ tenebræ 291.
 10.2
 cimō Atheniēsis 345.40
 cinnamomum quid, &
 ubi crescat 512
 circumcisio prima & se-
 cunda 256.50 eiusdem
 significatio 257.10
 clarissimus coram Deo
 quis 308.40
 claudus uerē qs 273.10
 cleāthes phreātles 189.50
 Aa 4 clean-

I N D E X.

cleantes & Anaximenes de Deo. 13. 20
 clementiam inter & misericordiam 350. 30. 1
 cloacia Venus 64. 32. 2
 cloacinæ simulachrū in cloaca repertū 61. 38
 cæcus quis dicat 273. 5
 cœlū Dei sedes 121. 30. 1
 finitū 154. 52. 2. à terra quantū distet 122. 33. 1
 cœli materia quæ 155. 5. 1
 eiusdē motus ibid. regiones quatuor. 535
 cœlestia arcana non esse hominibus scrutanda 193. 50
 cœlestiū & naturalium rerum nullam esse scientiam 159. 5
 cognitio Dei uera uirtus iustos nos reddēs 345. 40. &c.
 cogitationem Dei inter & nostram 234. 30. 1
 coitionis animalium, causa 26. 34
 collium usus 462. 40
 collum non esse à colendo dictum 497. 5. 2
 colophon ciuitas 24. 45. 1
 columbæ laudatur 198. 10. 1
 comicæ fabulæ reprehēduntur 371. 30
 conceptio Iesu Christi 240. 40
 conceptionis factus ratio 501
 confessio uera 283. 40. 2
 consciētia locus tractatur 279. per tot.
 consentes dii 52. 2. 2
 constātia quatenus uirtus sit uel secus 364. 40
 constātinus 2. 15 cur Maximus appellatus, cur itē liberator urbis et fundator quietis &c. 6. 23. eiusdē uita breuiter 6. 40 encomium 4. 17. & 437. 5.

contraria iuxta se posita elucescunt 109. 17
 contrarietates tāgibiles secūdū Aristot. 117. 15. 2
 corona spinea Christi domini nostri quid præfigurauit 273. 50
 corruptionis Physicæ modi quatuor 10. 52. 1
 corybantes unde appellati 46. 39. 1
 corylus 550
 costarum usus 487. 40
 cotē nouacula dissectat Accius Nauius angur 105. 13
 creati & gigni differunt 242. 40. 2
 cretæ cur mendaces dicti 41. 19. 2
 crispus Cæsar qualis fuerit 2. 10
 critolaus peripateticus 309. 20. 1
 crurium forma & usus 505
 crux Christi domini nostri quid præfiguravit 274. 10
 crucis Christi uirtus in fugandis dæmonibus 276. 30. & 278. 5. 1
 crucem Domini quis in uenerit 278. 5. 1
 crystallus quid, & eius natura 459. 10. 2
 cuba dea 67. 33. 1
 cunina Dea, quæ infantes in cunis tuet 63. 11
 cupidines & amorū simulachra in Gymnasiis Græcorum 61. 45
 cupiditas ad quid data 368. 50 quatenus uel uitiū, uel uirtus sit 363 50 Quid à uoluntate differat 364
 curetes qui dicti 41. 41. 1
 cur Iouis altores dicti 70. 46
 cybeles sacra & sacerdotēs 73. 41. 1
 cyllene. unde Cyllenius

Mercurius 518
 cyprianus à Lactatio cetero setur 292. 10. eiusdē encomiū 286. 5. Coprianus per cōtemptum à quodā appellatus ibidem
 cyprus Constātia appellata 71. 33. 2
 cypri delubra 71. 34. 1

D

Dæmones 25. 40. 1. unde dicti. ibid. 37. 2 an ex angelis factis 140. 10. 1 nihil posse in eos qui Deum cognoscūt & timent 141. 30
 dæmonum duo genera 139. 20 unde appellati ibidē. studia & inuenta circa homines 143
 danaes & Iouis fabula quid significet 34. 45. à quib. descripta 39. 40. 1
 dauid quot annis ante crucē Christi domini nostri regnauit 260. 20
 depingere & describere qualia uerba sint 278 10. 2
 depositum, quid secundum Iurecōsultos 543
 descriptio (Græcè ἐκφρασις) quid sit 631. uirtutes eius ibidem
 deucalionis diluuiū 15 49 & 127. 10. 2
 deucalionem Opuntia esse cognominatum 128. 10. 1. uide ἐπιόσις.
 deuotionis nomen, quale sit 135. 20. 1
 deus cur ἄριστος ab Orpheo dictus 112. 20 cur non timere possit 466. 30
 deus cur ἀνώγειος dictus 18. 13
 deus etiam mali author 114. 20. 1
 deus cur antiquus dictus 111. 30
 plā

I N D E X

ipsa natura est 110. 38
 cur filium suū nolue-
 rit obscurum in hunc
 mundum uenire 238.
 40 templo includi &
 contineri minimē po-
 test 66. 26. 1 quid sit se-
 cundum Cic. 13. 41 an
 solitarius 23. 49 qui-
 bus affectibus obno-
 xius sit uel secus 466.
 & 467. mens 15. 30. 2
 an irascatur 445. 50 &
 447. 30. 2 & deinceps
 cur creatur hominibus
 noxia 453. 30 principio
 rum *μὲν* 118. 32. 2. mē-
 te quiddā amplius 10.
 30. 1 maximus, & mi-
 nores dii 145. 20. 1 cur
 pater, cur dominus ap-
 pellatus 220. 5 filium
 genuit 227. 5 quate-
 nus natura dici possit
 211. 5. 2 quid secundū
 Platonem 390. 40. 2
 Deus *ἀμύτῳ ἢ ἀπ᾽ αὐτῶν*
 23. 44
 Dei cognitio demū ue-
 ra uirtus ad iustitiā fa-
 ciens 345. 40 & deinceps.
 definitio 118. 43. 2
 & 174. 10. 1 234. 10. 2
 nomina uaria ibidem
 omnipotētia 26. 14 cul-
 tus uerus 382. 30 nomi-
 na uaria à Stoicis indi-
 ta 397. 5. 2 cognoscēdi
 modi tres 8. 23 figura
 ex D. Basilio 445. 20. 1
 secundū philosophos
 uaria cognomina 13. 26
 Deum res mortaliū cur-
 tare, & peccatis irasci
 468. per tot. esse unum
 460. 20. & secundū phi-
 losophos. 461. 5.
 deū uerū & deos uanos
 neminem simul cole-
 re posse 60. 25 à mun-
 do aliū esse 388. 20 esse
 tantum unū 8. 44. 11. 15

necessariō pdesse 445.
 30 solo animo coli 165.
 40.
 in Deo cur non requira-
 tur sextus 27. 2. 1
 de Deo Philosophorū
 sententiæ 15. 1. 2
 dii gentiū homines fue-
 re bene meriti 48. 16
 quomodo cōmunitate
 artiū cōiungant 52. 9. 2
 deorum gentiliū cultus
 quā sit inanis 398. 5 eo-
 rum cultores nō posse
 iustos esse 302. 5 origo
 & causæ 57. 40. conui-
 uium 75. 13. 1 alij ut pro-
 sint, alij ne noceant à
 gētibus coluntur 62. 6
 miseriæ 54. 43 senatus
 32. 47. 2 ordines & gra-
 dus apud Aegyptios
 52. 23. 2
 dijs quisnam primus sa-
 crificarit 77. 44
 deos, præter Deū uerū
 omnipotentē, nullos
 10. 13 gentiū, dæmones
 esse 277. 20 plures cole-
 re cōtra naturam esse
 220. 5 urbes & domos
 habere 53. 25 fore infi-
 nitos si sexus diuersi-
 tas dijs ascribatur 53. 9
 diabolus cur Draco ap-
 pellatus 15. 30. 1 hostis
 animæ 517 latine cri-
 minator 109. 6. eiusdē
 etymō secundum D.
 Basilium 115. 15. 1
 diagoras *ἀθεῖ* dictus
 8. 20. & 453. 20
 diēs domini magnus q̄t
 annorum 412. 10
 diei & noctis cū mundi
 plagis cōputatio 120. 7
 diēspiter & dispater 47.
 51. 1
 differentia hominis ue-
 ra & specifica est reli-
 gio 450. 30
 digiti 495. 20. & 498. 5. 2

diomedis equi cur *ἀν-*
δρῶπιος dicti 29. 10. 1
 diogenes & Plato capti
 redimuntur 205. 20
 discere esse recordari
 428. 20. 2
 disertū inter & eloquen-
 tem 176. 30. 2
 diuinatio à furore & in-
 sania nomē habet 107
 19. 1
 diuinationum genera
 quinque 106. 26. 1. quis
 earum autor. ibidem
 diuisio non est sine in-
 teritu 9. 15
 diuitias suas in mare ab-
 ſciens, an bene egerit
 198. 40. non esse sum-
 mum bonum 170. 5
 doctori turpe si culpa re-
 darguat ipsum 268. 30
 doctorem terrenū perfe-
 ctum esse non posse
 269. 30
 dolor materia uirtutis
 208. 5.
 donum inter & sacrifici-
 um 382. 10
 dorotheus, Petrus &
 Gorgonius martyres
 304. 5. 1
 dualitas mēbrorum in
 corpore humano pro-
 batur 494. 20

E

Eboris usus in sacris
 383. 30. 1.
 ecclesiæ ueræ signum
 282. 30
 egeria quæ & unde ap-
 pellata 78. 20. 1
 egregius qs corā Deo
 308. 40
 elemosynam purgare
 peccata 357. 5 negare
 esurienti esse cōtra na-
 turam 351. 10
 elemētōrū diuisio 134. 10
 mater 15. 16. 1 quatuor
 primi assertores 458. 20
 elemēta & astra pperā p
 dijs

I N D E X

pro dijs coluntur 97.58
 elephantiasis qualis
 morbus 275.40.1
 eleusina Ceres unde di-
 cta 74.24.2
 eloquentem inter & di-
 fertum 176.30.2
 elysius campus 336. 20.1
 emanuel quid signif.
 241.2
 emancipare quid, & qb.
 modis efferri soleat
 221.2
 empedocles 189. 20. 2
 poetane an Philoso-
 phus, dubitatur 131.40
 eius opera 133.40.1
 enigma de Termino
 Deo 67.40.2
 enna & Catana opida
 97.17
 epaphus idem qui Apis
 56.1.1
 ἐπιθυμία 405.50.1
 ephesus quomodo pe-
 ste liberetur 291.40.1
 epicuri de Deo sententia
 refutatur 452. p. tot. for-
 titutu rerum omnium
 euentu confutatur 7.
 45. huic quodnam sum-
 mum bonum 160. 20.
 & 162.10.2. eius dogma-
 ta 183. 30 philosophia
 reprehenditur 112.12 de
 mundi fabrica sententia
 impia 453.10 arguēta
 tio ad subuertēdā pro-
 uidentiam 464.10
 epicurei perstringuntur
 87.20.1
 epitaphiū Cleombroti
 190.10.2
 equas uento Fauōio cō-
 cipere 242.20.1
 erebus quid 553
 eretriaci philosophi 173.
 20.2
 erichthōius Vulcani fi-
 lius unde dictus 55.11.
 & 57.14.2
 eryce mons 56.43.2

esaias propheta ferra cō-
 sect9. 238.40. & 240.20.1
 esdras an propheta fue-
 rit 239.40.1
 euclides cōditor Mega-
 liorū disciplinæ 171.30
 euhemerus antiquus au-
 thor 35.44
 euocatio deorū 278.30. 2
 europa in tauro 35.4
 euphobus 188.50
 euphorbus à Menelao
 occisus 190.50.2
 eurus cur dictus 535
 exodus Israelis quid p-
 figurauit 415.30
 exceptio quid Iurecon-
 sultis 160.5.2
 F
 Facere aliquid cuius nā
 sit 111.14
 factis quā uerbis plus
 effici 268.30
 fædus inter & testamen-
 tum 265.30.2
 fæmina an semē quoq;
 emittat 503
 fatū 38.24.2 qd sit 142.40.1
 faula 64.32.1
 faunus & fauna unde
 dicti 78.20.2
 febris Dea cōfutatur 65.
 46.2. quid 409.10.2
 fel cur abijci solitū in Iu-
 nonis nuptialis sacrifi-
 cijs 361.20.2 eius usus &
 officium 506
 fescennij uersus 72.28.
 fibulā senibus impōere
 quid signif. 54.13.1
 ficus arbor cur Romāis
 colatur 63.49.1
 fides & scientia quid dif-
 ferant 104. 7. 2 magna
 iustitiæ pars 523
 filij Dei nomina uaria
 230.5
 filios Dei congressos ef-
 se cum filiab. hominū
 quomodo intelligen-
 dum 140.10.1
 finis uitæ nostræ uerus

166.30
 fistula cibalis & spirita-
 lis 499.10
 flora quæ fuerit 64.46.1
 floralia festa cui sacra 61.
 25
 flores in campo sunt, qd
 stellæ in cælo 549
 fluminum usus 462.40
 flumina, fontes nō esse
 Deos 100.34
 foetus formatio in utero
 503
 fontium usus 462.40
 fornax Dea. unde For-
 nacalia sacra 63.5
 fortitudo uera 27.40
 fortitudinis encomium
 524 eius munera duo
 504
 fortuna secūda oblitio-
 nem Dei parit, sicut ad
 uersa nobis memoriā
 eius reuocat 86.1. Ro-
 manis mascula & mu-
 liebris 213.30.2 peperā
 pro Dea habita 209.40
 quid sit 212.20
 fortunæ origo 301.40 si-
 mulachrum quale 214.
 10.2 nomina uaria 214.
 10.1 nomen per stultiti-
 am introductū 213.20
 simulachrum locutū
 fertur 105.23
 fortunam inter & natu-
 ram secundum Plutar-
 chum 214.30.1
 formicæ industria 457.10
 fugitiuus 224.5. 1 fugiti-
 uorum poena, ibid.
 fulnius Cæsar sacrilegij
 poenam luit 105.38
 furius Bibaculus prætor
 lictoribus præeuntib.
 ancile portat 71.10
 furię tres poetarū 368.40
 futinus Deus 66.1.2
 frōs unde appellata 491.
 30
 frugalitas quid sit 341.20
 frugalitas & parsimonia
 quatenus

I N D E X

quatenus uitia sint 364
quid sit: ex Spensippo
307.40.1

G

Gallus fluuius 73.15.1
gallina an ouum prius
fuerit 459.5.2
galli castrati à Gallo flu
uio 56.17.1
galli occupant Romam
62.37
gallinis uillaticis religio
tribuitur 168.40.1
gallinae uento concipi
unt 242.30.1
ganymedis raptus à qui
bus describatur 33.21.2
ganymedis fabula 35.8
gavius Confanus à Ver
re cruci affixus 261.20
gētilium superstitiones
quando cœperint, &
qb. autoribus 84.3
gehennæ ignis qualis
425.5
genarum usus 494.5
genius quid sit 141.10.2
genij an ijdem qui & de
mones 139.40
gingiua unde, & quis u
sus 494.50
gigantes 137.40.1
gigantomachia à quib.
descripta 33.9.2
gigni inter & creati ex
Epiphano 242.40.2
glareanus 237.50.1
glandibus olim uictitas
se homines 350.20.2
gradus sapiētiae duo 84.23
gratia & ira an sint con
traria 448.50
grynæus 225.5.1.3.1.20.2
gualtherus Tigurinus
483.10.20
guirgulio 489.20

H

Habēdi modus q̄ uir ab
uxore haberi dicitur, re
prehenditur 181.20.2
hebraei unde dicti 236.10
hæreses aliquot referuntur

tur 283.10.1
hæresē in occasio & ori
go 281.50
harmonia cuius filia fue
rit 56.49.1
hellespontum unde ap
pellatum 42.17.2
hepius idem qui Aescu
lapius 30.45.1
hermes cur Trismegi
stus appellatus 461.5.1
idem de animæ immor
talitate 40.410.5
hercules unde appella
tus 28.25.1. à quo in A
strologia institutus 31.
1.2 ligneus à Diagora
exustus 97.5.1 falso uir
tutis typus fingit à phi
losophis 59.27.1
herculis cū labores &
res gesta, tūm uitia 27.
30. epitheta 59.3.1.76.6.1
sepulchrum ubi 31.8.2
sacra apud Lindū 70.5
stupra 28.44.1
heroldus 291.10.2
hermaphroditus 56.12.2
herillus 162.10.1
herbarie medicinae inue
tor 157.40.2
hermopolis à Mercurio
condita 18.7.20.28.1
hesiodus & Homerus
Deū uerū ignorāt 12.
hiacynthus 545.
D. hieronymi cēsura de
Lactantio 2.28
hieroclem confutat La
ctant. 289.20
hippolytus & Virbius
dictus 30.52.2. Vnde ap
pellatus 31.1.1
histrionica reprehendi
tur 371.30
homo an mundi pars sit
100.40. 102.30.1 quare
cōditus 391.40 ad quid
conditus 397.50 cur po
stremo 112.50 a d̄ imagi
nem Dei factus 124.32.
& 128.40. 1 cur nudus

absq̄ omnib. munimē
tis in lucē edat 347.50
homines cur dij appel
lari cœperint 48.16. om
nes consanguineos ef
se 348.5 primitus per syl
uas & campos nudos
oberrasse, poetarū &
philosopharum figmē
ta esse 348.20
hominis tres partes secū
dū Apostoli doctrinā
91.4.2
hominis causa Mundū
factū esse, hominē ue
rō propter Deū 393.30
& cur fragilis sit cōdi
tushomo 394.10. cur eti
am prauus 395.30 eius
dē definitio 86.23 cur
Græcis ἀνθρώπος di
ctus. ibid. iunct. scol.
eius corpus quib. no
minib. à uarijs appelle
tur 401.10.2 creatio 151.
homini conducere,
quod morbis subiectus
sit 485.40 cur bona &
mala pposita sint 392.
hominem non ad stulti
tiā sed ad sapiētiam nas
ci 182.30 ex tribus con
stare 173.30.1 ad iustitiā
esse natum 382.20
homicidij uindex Deus
188.20
homerus & Hesiodus De
um ignorarunt 12.34
homerū mendacia scrip
turū p̄dixit Sibylla 18.
hōor uirtutis filius 65.25
hortensius Cicerōis 182
hordei usus ubi primū
repertus 74.29.2
horæ solis cōites: & por
tarū cæli custodes 539
hospitalitatis exemplū
in Cimōe 345.40. & 347
hospites immolātur Di
ana 68.7
hostis domesticus no
ster 372.20.1.

hostia

I N D E X.

hostia humana à quo in-
stituta, & quando è me-
dio sublata 68.4
humanitas summum in-
ter homines uinculum
348.5
humanitatis deffinitio, si-
mul & eius commen-
datio 351.5
humanitatem inter & di-
uinitatem 443.5
hyacinthi fabula 32.10.1
hydaspes fl. unde nomē
suum acceperit 417.10.2
hymnum inter & laudem
383.30.2

I

Icari cūm fabula tum hi-
storia 42.10.2
idæ fabula 32.52.1
idiotæ philosophis plerū
que meliores 180.10
idololatria fōs omnis pec-
cati 297.30. author 143.10
idololatriæ gentilium au-
thores apud uarias gen-
tes quānam fuerint 76.
40
idolorum religio triplici
modo uana 146.20
idololatriā causam existe-
re omnis impietatis 216.
30
idolum sanguineum 72.
37.1
iecoris officium 506
Iesu Christi nomen ex-
plicatur 22 9. 30. or-
tus ex Maria & Deo pa-
tre 108. 40
iesu Naue nomen & offi-
cium 257.5
ignis encomium 121.1
ignis gehennæ qualis 425.
5. usus 462.40. quatenus
rerum principium 120.
29
ignis purgatorius à La-
ctantio itatuif 425.10. re-
fellitur ibid. 30
igni & aqua interdici exu-
libus cur solitum sit 120.
46

igni sacro cur uirgines cu-
stodes adhibitæ 44.5. 2
cur solus homo utatur
402.50
ignoratio sui, causa est pra-
uitatis 5.8
imagines dei cur in tem-
lis superuacuae 88.30
imagines papistice nō ab-
similes dñs gentium 55.
34.2
imaginum & cultus earū
confutatio 88. & 94
idæ quæ 142.30. 1. 38.
30
immolantur ducenti no-
bilium filij 68.45
immortalitas summū bo-
num 40.171.339.10.400
20
impios non resurrecturos
ad iudiciū 423.40 cur
plerumque fælices sint
in hoc seculo 324.10
institutionum iuris ciuilibis
& diuinarū collatio 4.
10
institutiones, quidnam ti-
tuli sit 5.27
inachi fluminis progeni-
es quid significet 37.
30
inachus quis fuerit 42.
42.1
indusori qui dicti 300.
40.2
inferi à quibus descripti
sint 400.10.2
inforare, quid signif. 300.
40.2
iniustitiæ duo genera 356.
30.1
innocentia gratum Deo
sacrificium. 327. 10
innocentiæ studendū esse
522
ino 74.44.1
interitus causæ duæ 117.
29.2
intestinarum ratio occul-
ta 505 spiræ multiplices
499.40
inuidia propriū opus dia-

boli 114.26.2
io fabula 39.43.2
ioachimus Camerarius
362.20.2
iouis fratrumq; eius stirps
atq; cognatio 47.4 no-
mina, cognomina et epi-
theta 79.33.2
iouis Cretici sacra 70.24
iouis catenati ante curū
triumphantis ducti fabu-
la, quid significet 33.48
obitus & sepulchrum
36.36
ioui Pistori cur ara posita
62.52 cur cœlum obtigif
se in partitione regni di-
catur 35.
iouem non esse Deum 36.
15
ioues multi 78.2 duo, na-
turalis & fabulosus 36.12
ira Dei quid ab ira homi-
num differat 468.50
ad quid data 369.5 quo-
modo conferat ad con-
seruandam domesticam
disciplinam 470. per totū
quid sit 468. 40 an Deo
cōueniat 445. 50. & 447.
30.2.140
iræ proprietates 444.40
iram ad conseruandū im-
perium esse necessariam
477.30 hanc Peripatetici
generosissimā affectio-
nem dicunt 449.5.1 Dei
inter & hominis: quate-
nus item non sit uiciosa
hominis ira 474.20
iridis generatio 545
isidis nauigium celebrat
35.5 cultus 39.46.2
israelitarum exodus 235.10
regū catalogus 225.20.2
iuba rex Mauritanie pro
Deo cultus 51.1.
iudas dux post Mosē 36.
20.2 iudæa unde appella-
ta ibid.
iudæi aliquando soli sapi-
entes 218.20
iudæorum calamitates se-
cutæ

I N D E X

cuta post passionem
Christi domini nostri
266.40 gubernatio uaria
& quandiu quælibet
forma 224.30. Qui
descripserint 225.10
iudæorum nos successo
res & posterii 324.20
iudaica Reipub. forma
uaria usque ad passio
nē Christi domini no
stri 235.30
iudicum Israelitarum se
ries 236.40.2
ad iudicium non resur
recturos impios 423.
40
iudiciū de nobis nostrū
falsum 156.10
iudicij extremi signa se
cundū Sybillas 253 per
tot.
iudicandum non prius
quā cognoueris 284
40
iudaica Tetrarchiæ ini
tia 237.30.1
iuno Nudata seu Laci
nia 145.3.2
iuno Veiensis 145.40.1
iuno Varroni irata &c.
144.10 cur Iouis cōiūx
singatur 16.48.2
iunonis pellices 56.31.1
iunonis Monetæ simu
lachrum loquitur 105.
24
iupiter quis fuerit 30.15.
41.11.2 Atabyrius unde
cognominatus 79.35.1.
cur αἰγίox dictus 76.
11.2 quādo natus 97.41
cur ζεύς appellatus 34.
36. cur Opt. Max. di
ctus 33.23.1 Latialis san
guine humano colit
tur 68.10 Labradenus
79.40.1 Triphylus, idē
qui Olympius 40.29.2
an recte quasi iuūas pa
ter appellatus sit 36.24
tyrannus, iustitiæ ex

pulsor 295 p tot. in O
lympo 36.3
iuglans unde appellata
550
iulius Philippus qualis
fuerit Imp. 6.35
iulianus prohibetur au
dire Libanium Rheto
ricē profitentem i. 32
iumenta unde dicta 124.
27
iura ciuilia non præiudi
dicāt naturali 341.20.2
iustinianus imp. lauda
tur quod uetera legū
uolumina ē medio su
stulerit 304.5.2. eiusdē
de tutoribus dandis ra
tio reprehenditur 356.
40.1
iustum esse stultum, sa
pientem uerò malum
Carneades disputat.
312 per tot. Respondet
Lact. 313.10
iusti uiri colores 380.10
iustitia quid sit 296.10.18
fons omnis uirtutis
292.40 sine pietate & æ
quitate esse nequit 167.
308.10 quare non uide
atur ab hominibus 297.
20 sola caeleste & per
petuum bonum 254.
20 cuius filia fuerit 294.
10.1 operum cui simi
lis sit 345.40
iustitiæ officia 295.10.520
diuisio secundum Ci
ceronē 310.5.1 consum
mata gradus tres 357.
10
iustitiam habere speciē
quādam stultitiæ 307.
30
iustitiam inter & sancti
tatem secundum Cice
ronem 310.20.1
ius humanū aliud quā
ius gentium 341.10.2 a
nalogum seculare, æ
quabile uerò spiritua

le 311.40.1
iurandi uerbum an re
ctē de Deo uel patre
dicatur 36.28
iurium humanitatis cau
sa & principium 486.
50

L

Labra 495.5
lactantius Phirmilianus
dictus 1.30 librum con
tra hæreses scripsit 282.
40 reprehenditur 203.
5.1 à D. Hieronymo cē
setur 2.28 reprehendi
tur 140.61 de seipso 175.
20 Arnobium præce
ptorem suum sequitur
1.47 Oratoriam in Bi
thynia accitus docet,
287.20 Demetriani præ
ceptor 481.20 ubi scri
pserit Hódæporicon
1.42 Chiliastes 412 p tot.
cur in prioribus suis li
bris non usus sit testi
monio scripturarū. 5.
34
lactantiij argumētum re
prehenditur 338.30.1 e
ius epistolæ quales fu
erint 2.17 scopus in su
is Institutionum libris
291.40
lacertus brachiij pars 497
20.2
legitia quid 361.5
lælium inter & Lactan
tiū de uirtute disputa
tio 316
laidis amatores 181.20.2
lampfacus insignis Hel
lesponti urbs 75.6.1
lamix & earum nomina
78.49.2
laomedon quare κοίρα
νος & εὐδομύτης appella
tus 31.52.2
lapeti fabula, & quem la
petus designet nobis
124.30.1
lares undē nati 63.7 quid
Bb sint.

I N D E X.

sint 67.16.1
 laurentinalia festa cui sa-
 cra fuerint 61.19
 laurentalia 64.30.1
 laudem inter & hymnū
 383.30.2
 leda quæ & Nemesis
 74.4.1
 leæna quæ & qualis fue-
 rit 64.3.1
 leæna meretrix occidit
 tyrannum 61.16
 legis æternæ duo capita
 346.40.1
 legati Atheniensium o-
 ratores 309.10.1
 leprosi q̄ nā uerē 272.20
 letheus fluius 428. 5.2
 lethargus quid 409.30.1
 lex Iulia de adult. repræ-
 henditur 378.30 de con-
 secradis in templis uir-
 tutum simulachris 62.
 13 utrum peccato prior
 fuerit 14.37.1 Papias, p-
 hibens ne sexagenari-
 us uxorem duceret 53.
 51.2 unde appenata: si-
 militer νόμος unde 345.
 5.2 uera quid secundū
 Cic. 343.10. Lex æterna
 344.40.1
 liberalitatem esse gratui-
 tam 351.40. & 353.20
 liberi patris res gestæ si-
 mul & uitia 30.7. sepul-
 chrum 3.8.2.
 liberalitatis uerum offi-
 cium 372.30
 liberalem inter & prodi-
 gum 364.20
 liberum arbitriū quate-
 nus concedendum.
 240.20.2.
 Libido coeundi cur in
 homine uehementior
 quàm in reliqs animā
 tibus 375.30
 liberi patris epitheta 59.
 17.1
 libido ad quid infusa no-
 bis 362.5

liberi arbitrij author Pla-
 to 113.36.2
 licinius 2.15
 lindus quæ terra fuerit
 72.40.2
 lingua 494. 30 eius usus
 & abusus 273.10
 liuor cunctorum malo-
 rum fons 109.4
 logica an theologo ne-
 cessaria 174.40
 longanimitas Dei quid
 sibi uelit 146.1. & 473.20
 lucilius Stoicus reprehē-
 ditur 98.8
 lucianus taxatur 28.7
 lucretius 133.51.1 Epicuri
 discipulus. 488.40
 ludi Circenses repren-
 duntur 371.40. Qui lu-
 di cuiq̄ Deorum sacri
 sint 372.5
 ludi sanguinarij reprehē-
 duntur 370.40
 lud. uiues 168.10.1. 297.5.1
 luminum in cælo distin-
 ctio & creatio 121. 20.2
 luna quanto maior terra
 & an habitabilis sit lu-
 na 199.20 eius usus 463.
 10 figura 154.10.1
 lunæ cur taurus mactē-
 tur 69.52
 lupanaria Sathanæ inuē-
 tum 375.40
 luperca & lupercalia 63.
 48.2

M

Macedonis cuiusdā phi-
 losophi sententia pro-
 forib. templorum scri-
 benda 183.20.1
 magicā & similes artes
 esse dæmonum inuen-
 ta 143.1
 maiorum autoritas an
 in religiōis negotio ua-
 lere aliqd debeat 103.20
 mala & bona cui homi-
 ni proposita 392.20
 mala corporis, esse bona
 animi, & contra 395.5

malos pro bonis haberi
 & contra 304.20
 mantus rationis & sapiē-
 tiæ ministræ 495.10
 μαυικὴ & μαυτικὴ 11. 48.2
 marcionitæ 283.40.1
 mare, flumina, fontes nō
 esse Deos 100.33 & de in-
 ceptis eius usus 462. 50
 marfyas cū Apolline ti-
 bijs certat 178.40.1
 mars qualis fuerit 29.
 46 unde dictus 32.
 27.1 cum Venere adul-
 teriū ubi describitur 32.38
 1 sepulchrum ubi 31.7.2
 martianus Iurecōsultus
 synchronus Lactantio
 6.14
 martianus Rota. 154. 20.1
 materia prima an semp
 fuerit 111.14
 materiæ creatorem esse
 Deum 118.2.2
 materiā ne præparatā
 Deus habuerit, ex qua
 omnia faceret 110.1
 matris deūm sacrificium
 quale 69.3
 Matrimonij fides 524
 maximus Ephesus Ma-
 gicus quando docue-
 rit 1.33
 medi Mauri appellati 50
 24.2
 medicinæ herbarig inuē-
 tor 157.40.2
 medicinæ inuētores 594
 32.2
 megarici philosophi 173.
 30.2
 melicertis metamorpho-
 sis 74.50.1
 melisseus Rex Cretensi-
 um, primus dijs sacrifici-
 cauit 77.44
 melchisedec qualis rex
 245.30.1
 menander Simonis Ma-
 gi discipulus 146.30.1
 mendaciū quorum pro-
 prium sit 11.26
 mens

mens & animus confun-
duntur 15.44.2
mens unde dicta 409.5.1
514 quid sit, & eius se-
des in corpore huma-
no 509 & 510 inter deos
quoque numerata 61.
43
mentis emotio 11.42.2
mentem & animam nō
idem esse 406.30
mēsis duplex, solaris &
lunaris & unde appel-
latus 136.9.2
mentiri an & quib. lice-
at 368.5.2
meridies & septētrio 119.
49
meretrices cur lupæ di-
ctæ 63.37.2 earūdem ca-
talogus 64.11.2
mercurius qualis fuerit
30.5. Trismegistus 18.8
unde Cyllenius dictus
538
mercurij quinque fuere 18
2.19.47.1
mercurij epitheta 2.10.2.
sepulchrum ubi 31.6.2.
mellania & Triphylia,
eadem 40.28.2
metempsychosis Pytha-
gorica cōfutatur 187.50
metum summum, sum-
mam esse uirtutē 363.30
milesius Apollo unde
dictus & quale eius o-
raculum 245.40.2
militiæ christianæ descri-
ptio 335. per tot.
mimi reprehenduntur
371.30
minutius felix causidi-
cus 294.50
minos Rex antro Iouis
leges producit 76.46 lo-
uis Sophistæ discipu-
lus 78.8.1
miracula Christi domini
nostri à Sibyllis quoq;
prædicta 249 per tot.
miracula & facta Christi

domini nostri quæ nā
præfigurarint 273. per
tot.
misericordia Zenoni in
ter uitia habita quàm
ineptē 199.5 quid sit 350.
5. 1. etymon eius à D.
Augustino traditū re-
prehēditur ibid. inno-
centiæ proxima 523
uirtus propria iu-
storum 347.40 eius ope-
ra qualiter præstanda
353. per tot. & seqq.
misericordiā inter & cle-
mentiam 200.10. 1.350.
30.1
montanus pseudopro-
pheta 283.10.1
montium usus 462.40
mors somno æquipara-
tur 134.30. 1 prima & se-
cunda 132.5 quid secū-
dum Platonem & Ci-
ceronem 134.20.2 bo-
na an mala sit 191.30
mortem nō esse miserā,
sed aditum ad mortē
185.20
mortem sibi consciscen-
tes studio uitæ futuræ
188.10.20
moralis philosophia fa-
ciliior quidē naturali,
periculosior autē si in
ea erretur 160.10
moriētes an mori se sen-
tiant 407.40
mortui uerē quinam 273
30
morbis subiectū esse ho-
mini conducere 485.40
moses Trismegisto Mer-
curio antiquior 461.30.2
mosis tempora 224.30
motus astrorū causa 98.
48
mulier, cur suscepto sæ-
tu, nihilominus patiēs
sit uiri, cōtra naturam
aliorum animatiū 376.
40 caput & finis fami-

liæ 222.10.2 unde appel-
lata 503
mulieres octauo mense
parientes 51.30.2
mundus magnus homo
dictus, sicut contra, ho-
mo paruus mūdus 10.
46.2.391.5.1. quid secun-
dum Platonem 102.31.2
cur discordi cōcordia
constare dicatur 120.27
à pulchritudine dictus
8.37 quid secundū Pla-
tonem 390.10.2 quare
creatus sit 397.50 quali-
ter à Deo regatur 388.
20 caperit ne aliquan-
do, & an interiturus
sit ibid. an sit animans
102.10.1 in quem finē
factus à Deo sit 391.40
mundi creatione philo-
sophorum dogma re-
fellitur 384.40
mundi renouati quis sta-
tus futurus 429.20 &
deinceps. & 436.10 in-
terituri signa præcedē-
tia 417.50 an plures sint
489.20.1 creatio 119 &
deinceps duratio quā-
ta 411.30 ortus qualis se-
cundum uarios philo-
sophos 454.30 prima tē-
pora 520
mundum contrarijs cō-
stare Deus uoluit 109.9
non esse Deum 100.30
munus suum facere qd
signif. 6.37
murium usus 465.10.1
musculus 232.20.1
musulmāus Persa 231.20
mutinus Deus 63.12
mutus unde quis fiat
499.30
myrrha 543
myrtus 549 cur in ædem
Bonæ deæ inferri non
soleat 78.47

N

Nabuchodonosor quā-
Bb 2 diu

- diu regnarit 226.20.1
 nardus 142
 nares unde dicta 499.20
 nasus 4945.
 nates quem usum habe-
 ant 505
 natiuitas Christi Iesu do-
 mini nostri duplex 231
 10. & 243.30
 natiuitas filij Dei altera:
 & quæ eius causæ 234
 40
 natrix quod genus ser-
 pentis 393.10.1
 natura quid 116.45.1 un-
 de dicta 110.32 eius de-
 finitio reprehenditur
 211.10.1 Diuisionem ei-
 us uide fol. eodem
 naturam qui descripse-
 rint 210.50.1. & quid sit
 ibid.
 naturam inter & fortunã
 secundum Plutar. 214.
 30.1
 naturæ duæ partes 388.10
 duplex definitio 459.
 402
 natura perperam à phi-
 losophis omnium re-
 rum mater appellata
 209.30 cur humani ge-
 neris nouerca dicta
 484.20
 naturalium & caelestium
 rerum nullã esse scien-
 tiam 159.5
 nauis, quæ commoueri
 à tota iuuentute non
 poterat, à sola Claudia
 muliere promouetur
 105.26
 naxos in insula 51.26.2
 nectar quid & unde ap-
 pellatum 514
 nemesis quæ & Leda 74.
 4.1
 neptunus quare Cõsus
 appellatus 373.30.2
 cur *νεχοντιος* dictus 31.51.
 2 huic cur mare obue-
 nisse in partitione re-
 gni dicatur 31.36
 neruorum duo genera
 490.40.1
 nicenæ synodi encomi-
 um 288.30.1
 noah pro sapia 138 p Deu-
 calionem intelligi 128
 10.1
 noæ arca 136.40
 nobilitatis comparandæ
 uia peruersa 58.4
 nobilium ducetum filij im-
 molantur 68.45
 nocere homini contra
 naturam esse 351.10
 noctis & diei cum mun-
 di plagis comparatio
 120.7
 nocturnæ christianorum
 uigiliæ cur institutæ
 422.20
 nomina consecratorum
 mortuorum mutantur
 69.52
 nominum uerbaliũ gra-
 corum in 15 significa-
 tio 211.51.
 nominum propriorum
 usus 18.16
 nosse seipsum, causa &
 principium salutis 7.30
 notitia quid 153.50.1
 nouatiana heresis 283.20
 numina selecta quæ ap-
 pellata 52.8.2
 numus Saturnus 46.23.2
 Nux 510
 O
 Octavius, nomen libri
 Minutij causidici 285
 50
 oculos ad uidentum, au-
 res ad audiendum ad-
 nasci, contra Epicurum
 ostenditur 489.10
 oculi cur duo 491.10
 odoris & saporis uolup-
 tas an probanda 374.40
 odium quid 473.10.1
 oecolampadius erroris
 calculi reprehenditur
 226.20.1
 officiorum libri Cicero-
 nis 336.50
 oleum unctionis rega-
 lis & sacerdotalis ex
 quibus confectum 230.40.1
 olympus, cur nomen am-
 biguum 40.32.2
 opera bona non esse ia-
 ctanda 306.1
 opificium quid 481.10.1
 opinatio sola in philoso-
 phia 152.30 à Zenone
 sublata 156.1
 oportinus 476.1.2
 oratoriarum finis malus 339
 usus etiã bonus ibid.
 41
 oraculi responsum &
 prodigiorum daemoni-
 acorum exempla 143.40
 47.44.2
 orcus 79.15.1
 orgia quæ & Orphica
 mysteria 79.15.1
 oriens Deo similis: occi-
 dens uero praua men-
 ti 119.49
 Orionis fabula 252.10.1
 oropus oppidum 309.
 10.2
 orpheus quis fuerit 14.
 24 author festi Dionysij
 77.36
ὄρανος unde dicatur 41.
 46.2
 os oris 494.19
 ossium in corpore huma-
 no ratio 488.5
 ouidius 13.1. eius phæno-
 mena 99.9
 oua hippenemia 242.30.1
 ouum an gallina prior
 fuerit 452.1.2
 P
 Pœnitentia ueniam deli-
 ctorum nos consequi 524
 pœnitentes ueniam me-
 reri 379 per tot.
 pagani qui dicti 4.28
 palatum 496.50.2
 pallas unde dicta 73.63.1
 & eius epitheta. ibid.
 540
 palma arbor 540
 papauer

I N D E X.

- papaueragreste 544
 papiliois generatio 543
 papillæ 495.30
 papisticae imagines non
 ab similes gentiliū dijs
 55.34.2
 paradisus 132.20.134.30.2
 parca unde dicta, &
 quæ earū nomina 159.
 5.2. hartum trium myste
 rium 125.38
 pauo 545
 parricidarum poena 123.
 48.2
 parsimonia & frugalitas
 quatenus uitia sint
 364.10
 παρθενον inter & νύμφην
 504
 partitio regni orbis to-
 tius inter Iouem, Nep-
 tunum & Plutonem
 quid sibi uelit 35.34
 pascha unde appellatū
 Lactantio 175.1
 passer 552
 passio Iesu Christi domi-
 ni nostri 254. 255. & fe-
 quent. cap. quid presi-
 gurat 273.40
 paterfamilias quid 220.
 10. & 221.10.1
 patre inferius est dicere,
 quod adiuuet liberos
 suos 36.26
 patrem & filium Deum
 unū esse 280.40.220.10
 πατήρ quid 200.30.1
 patientia & longanimitas
 Dei quid sibi uelit
 146.1 eius encomiū 323.
 30. quid sit ibid. & 366.
 40
 paul. Middelburgen. re-
 prehenditur. 237.40.2
 paulus Phrygio 225.5.1
 pauor Pallorū pro dijs
 culti 65.1.1
 pauper coram Deo quis
 308.40
 peccati tres modi 357.10
 peccus inter & thoracē
 498.20.2
 pellionis adolescētis Au-
 gustani ad Xystū Be-
 tuleium præceptorem
 epistola 419.50.1
 perfectissimus corā Deo
 quis 308.40
 perfectum 9.3
 pergula quid 79.3.1
 peripateticorum de affe-
 ctibus temperādis sen-
 tentia reprehenditur
 362.30 eorum tria gene-
 ra & quid à Stoicis dif-
 ferant 162.5.1
 persecutione Christia-
 nismū ppagari 305.30.
 persecutores Christiano-
 rum bestijs seuiorese
 se 302.40
 perturbationum ὑπόθεσις
 356.40
 pescēnius Festus 72.34.2
 pessumata, uox illa quid
 signif. 41.29.1
 pfaffus kallenbergensis
 idolo. D. Jacobi hypo-
 caustum calefacit 454.
 10.1
 phædon seruus philoso-
 phus 205.10
 phoenix qd 531 argumen-
 tum resurrectionis 537
 & uirginei conceptus
 ibid. eius atas 357 colo-
 res 544. rogius siue ni-
 dus ex quib. compo-
 natur 540 denomina-
 tiones & epitheta 535
 raritas 536 cantus 539
 phaeton unde dictus 14.
 8.2
 phantasia 116.52.2
 phasiani unde 545
 pherecydis doctrina de
 animæ immortalitate
 401.30.2
 philip. Melanchton 369.
 30.1
 philippeus nummus 22.
 37.1
 philosophia quid, & qd
 non sit sapientia 151.10
 philosophiæ duo gene-
 ra 156.30 origo 183.10.2
 philosophiam non esse
 ducem uitæ &c. cōtra
 Cic. 174. & 181.10.1 aliud
 esse quā sapientiam
 205.40.2
 pharos insula 535
 philoctetes Herculis he-
 res 28.17
 philomela, aliās Lusci-
 nia 551
 philosophi oratoribus
 anteponendi 3.38. offi-
 ciū 287.30 cur minus
 affecuti sint ueritatem
 149.30
 philosophis idiotæ ple-
 rumq; meliores 180.10
 philosophiam duab. re-
 bus constare 152.10
 philosophos non fuisse
 sapientes 209.20 recte
 quidem interdum præ-
 cipere, sed parum præ-
 stare 207.50 suis inuicē
 gladijs perire 209.30 nō
 habuisse scientiam bo-
 ni & mali 339
 philosophorum dogma-
 ta opposita 399.10. eorū
 dē & Poetarū de Deo
 testimonia quanti fa-
 cienda 14.7.1 incertitu-
 do & inconstantia 4.31
 philosophicē uiuere es-
 se stultē uiuere 178.10
 phrygio præceptor Be-
 tuleij 237.10.2
 φυσιολογικόν qd 157.40.2
 φῶς cur lumen & uirum
 significet 72.13.2 quid
 Poetis significet 330.10
 & 331.20.2
 pietas, iustitia & fides,
 cōcidunt 142.20.1 quid
 sit & eius effectus 141.
 40 idem quod iustitia
 167.2 quid Cicerōi 310.
 10.1 Platoni quid, ibi-
 dem. ad eius studium
 Bb 3 cohort

- cohortatio Lactantij 438 per tot.
- pij qui dicendi 301. 30.
hos cur finat Deus ue
xari ab impijs 323.30
- plagæ mûdi quatuor &
earum naturæ 119. 41
- planiciei usus 462.40
- plantarum pedum usus
505
- plato de Deo 15.21.2
reprehenditur, ut qui
poetis ineptissimè cre
diderit 427.50 Dei ueri
cognitor 13.33 diuini
tus impeditus quo mi
nus ad Iudæos acce
deret petitum uerâ sa
pientiam 210.10 quali
ter animæ immortali
tem astruxerit 400. 30
& 401. 30.1 & Dioge
nes capti redimuntur
105.10 reprehendendus
214.30.2 summæ demē
tiæ arguitur 197.1 eius
stulta nota 92.5 quod
stultè de Socratis tem
pore gloriatur 193.50
- plinius adulationis no
mine reprehēdit 66.11.
- pluuia quid 536
- plutoni cur inferna obti
gisse in partitione re
gni dicatur 35.36
- poetæ quantū de resur
rectione mortuorum
& nouissimo iudicio
intellexerint 426.40 eo
rum officium 5 15 an
te philosophos fuere
dicti sapientes 292. 40 hi
storici & oratoribus
antiqiores 426.40 &
428.51.
- poetarū & philosopho
rū de Deo testimonia
quanti faciēda 14.7.1
eorum error non in fa
cto sed in nomine 60.
35
- pollex 495.20
- polytes de animæ im
mortalitate 410.10
- Cn.pōpeiij interitus 340
10
- pōtius Pilatus quis 260
40.2
- portio uirilīs quid 107.33
- portun9 Deus marinus
74.13.2
- ποταμογενεσις 73.28.1
- potitiorum gēs intra u
nius anni tempus ex
tinguitur 105.37
- præcepta eorum quæ ue
tantur 523 & eorū quæ
iubentur ibid.
- priapi uictima qualis 69.
33
- principia rerum secun
dum Platonem 118.29.1
- prodigiōrum & augurio
rum exempla 105.10
- prodigus à liberali quid
differat 364.20
- prometheus quādo na
tus 128.30.1 eiusdem fa
bula confutatur rete
cta eius ueritate 124.40.
& 127.10.1
- prophetæ nomē ad Poe
tas quoq; extēdi 118.15.
- prophetas non fuisse fu
riosos 11.20. Græcis
scriporib. antiquores 226
40.2
- prophetarum uaria sup
plicia 240.10.1
- protagoras ciuitate pro
pter dogma suum eie
ctus 8.26 eius libri At
henis combusti 453.5
- prouerb. Tanquam tibi
as ad fontem, explica
tur 178.20
- prouidentiam Dei quo
modo subuertere co
netur Epicurus 464.10
esse in rebus humanis
7.40 & 184.30
- pudendis amputatis nu
men placantes 69.3
- puniendi finis non uni
cus 447.30.2
puniendis peccatis tres
esse causas præscriptas
472.5
- pyrrhus sacrilegij poenā
luit 105.43
- pythagoras non se sapiē
tem, sed philosophum
se proferretur 151.20
quomodo Deum deū
niuerit 13.16. eius præce
ptor Pherecydes 400.
error de metempsycho
si refutatur 187.50 eum
dem & Platonem à lu
deis edoctos fuisse 19.
5.1
- pythagoricæ literæ my
sterium aliter à Lactā
tio quā à philoso
phis uel poetis tractā
tur 332.40 cur Pythago
rica dicta 33+10.1
- pyxides pharmacopola
rum unde dicantur
181.30.
- Q
Quies qd significet 468.
- quirinus Deus 52.33.2
- R
Ratio an brutis insit, &
quid ab hominis ratio
ne differat 178.20
- regnum nō esse summū
bonum 170.5
- reges, *Διαι*, Reginae & ea
appellata 27.25.2
- regum iudaicorum cata
logus 225.20.2
- religio quid 280.5.1 uera
cur uideatur aliquibus
inanis 322.40 hominis
propria 167.30 in plur.
num. in malam partē
usurpatur. à sapientia
diuelli nequit 169.40 &
170.30.1 cogi non po
test. 318.10 qmodo de
fendenda sit, ibid. 40 re
ligio unde dicta 279.10.
& 279.30. & 280.20.1
- religionem qd inter &
sapientiam

- sapientiam 222.10. à
 brutis esse alienissi-
 mam 450.40
 religiones falsas cau-
 sam esse & fontē om-
 nitium uitiorum 216.30
 religionum, ueræ ac fal-
 sæ inter sese graphica
 collatio 317.30 & de-
 inceps
 religionis & sapiētiae ap-
 petens homo 169.40
 causa triplex 41.15. fi-
 nis 451.51
 respondere ad omnia,
 esse potius calūniari
 398.50
 restaurare, non esse Lati-
 nam uocem 431.20.1
 resurrectio an etiā secun-
 da sit 437.50.1 mor-
 tuorum cur differatur
 427.20
 de Resurrectione mor-
 tuorum Philosopho-
 rum sententiæ 428.30
 rex potentissimus 9.3
 thea unde dicta 38.20.1
 riu nimio emortuus
 Chrisippus 189.10.2
 Robigus Deus aliās
 Robigo 65.30.2 Ro-
 bigalia ibidem
 romuli populus & Se-
 natu 103.38 nutritrix
 Lupa, brutum an foe-
 mina meretrix fuerit
 61.10
 romanum nomē de ter-
 ra tollendum 416.10. &
 Romanæ urbis, æta-
 tes secundū Senecā,
 ibid. apud Cannas de-
 letum 144.10
 romanorum religio un-
 de exordia sua traxe-
 rit 103.50
 romani meretrices pro-
 dijs coluere 61.20
 rubigo segetum quid
 65.40.2
 rubigo & Febris dii Ro-
 manorum 62.8
 S
 Sabinus superstitionis
 apud Romanos au-
 thor 76.40
 sacrilegij puniti exem-
 pla 105.34
 sacrificium inter & do-
 num 382.10 uerum &
 acceptum Deo 380.20
 & 382. per tot. quò in
 Tyberim de ponte ho-
 mines præcipitarētur,
 à quo uel institutum,
 uel sublatum 68.20
 sacrificia gentiliū super-
 stitiosa taxantur 329.
 50 apud uarias gen-
 tes, uaria 68
 sacerdotes matris Deū
 cur Galli dicti 73.15.1
 qui 22.30.2
 sacra gētilium deorum
 quinam descripserint
 71.23.1
 sacris opes amouendas
 esse 96.51.1
 sacre literæ cur à mundi
 huius sapientib. con-
 temnatur 285.30
 sais & saitæ 20.35.1
 salix quid, & unde 549
 sallustius reprehenditur
 132.10. eius error re-
 prehenditur 70.47
 salomon quot annis an-
 te Christū domini no-
 stri passionem rexit
 255.5
 samus insula cur Parthe-
 nia dictus 54.49 insu-
 læ uaria nomina 56.53.
 sanctus & Sanguis 51.29
 sanctitatem inter & iu-
 stitiam secundum Cic.
 310.20.1
 sanguinis fons & uasa
 409.5.2
 sanguisugæ filia secun-
 dum Marcum Hère-
 mitam 283.5.1
 sapientia unica & sim-
 plex, sicut Deus unus
 180.5 à quo tempore
 inuenta secundum Se-
 necam 182.40 cum pie-
 tate idem 142.20.2 ho-
 minis summa 215.30
 quanta 158.10 quid sit
 164.9. cum religione
 inseparabiliter cohæ-
 ret 219.20
 sapientes VII. stultos fu-
 isse ostendit 217.10
 sapientiæ & religionis
 fons Deus 222.20
 sapientiam aliud esse q̄
 Philosophiā 205.40.2
 sapientiam inter & reli-
 gionem 222.10 non
 esse ab homine inuē-
 tam 177.10 sine malo
 non constare 396.20
 à nullo hominū esse
 alienam 204.30 absq̄
 diuinis literis nullam
 esse 206.40. nisi uita
 respōdeat inanē esse
 181.40 ●
 sapientē esse malum, iu-
 stū uerò stultū oport-
 ere ex Carneadis sen-
 tentia 312. per tot. Di-
 luit Lactant 313.20
 apud solos Iudæos
 fuisse 218.20
 sapientia huius mundi
 non est fructus huma-
 næ rationis 106.36.2
 sapientia sine religionē
 esse nequit 169.40. &
 170.30.1
 saporis & odoris uolu-
 ptas an probanda
 374.40
 sapores quomodo sen-
 tiantur 495.5
 sathan potest sibi nomi-
 na uēdicare sanctorū
 demortuorū 145.40.2
 huius lapsus 109.1
 saturnus cur fingatur ge-
 nitalia abscidisse patri
 suo 43.14
 Bb 4 saturnus

I N D E X.

saturnus unde appella-
tus 43.37
saturnum Iouemue non
fuisse Deos 45. per tot.
saturniliani 145.30.1
saturno infantes immo-
lantur 68.35 eius tem-
pora aurea. 292.40. in
Italiam aduentus 42.
17.1 cum fratre suo Ti-
tano pactum de non
educandis maribus
47.9
saturnum non fuisse De-
um 37.4 cur coeli fili-
us dictus. ibid. 20
satyri cur dicti 44.16.1
scientia ab animo, igno-
ratio à corpore proce-
dit 158.10 an sit uirtus
337.5. & 338.10.1 quo-
modo cōparet 152.10
sciētiam inter & opinio-
nem 153.10.1 inter &
uirtutem 337.40 So-
crates & Academici
sustulere 152.20. & 156.
1 aliquam esse 158. 20
scire natura omnes ap-
petimus 149.30
scripturæ uariæ de Chri-
sto domini nostro ex-
plicantur 241. per tot
& 244
sectæ uocabulum in bo-
nam & malā partem
accipi 482.40.1.
sectarū numerus in quæ-
stione de summo bo-
no 160.40.2
sectas philosophorum
omnes uanas esse 156
20
seculum aureum quan-
do futurum 387.10
secularibus literis instrui-
ctus an rectē inhære-
re sacris studijs possit
6.4
semē genitale unde 501
senatus Deorum 32.47.2
seneca reprehēdit 179.40

de uerò Deo 13.43. eius
encomium 299.50 stoi-
corum acutissimus
110.37
senecam non Academi-
cum, sed Stoicum fu-
isse 281.20.1
senes soboli augendæ i-
doneos esse 54.8.1
sensus an & quatenus
falli possint 493.30 eo-
rum uoluptates quomodo
coercendæ 521
septenarius numerus
perfectus 412.10
septimius Tertullianus
285.5
sepultura peregrinorū
& pauperum 354.40
serpentes quomodo sene-
ctam exuant 409.10.2
serpētium usus 462.10.2
seruire Deo quid 166.40
serui Philosophi exem-
plum 705.10
serui nulli inter Christia-
nos 310.20.2. quatenus
hoc uerum 311.5 à pa-
tronis suis nomina for-
tiuntur 221.10.2
sexus quid significet 27.
2.2 diuersitatis causa
26.34
sexus diuersitatem ab-
surdē dijs ascribi 53.6
sibyllæ uiuacitas 476.
10.2 harum uaticinia
uariā 477. per tot
sibyllarū apud Græcos
& Romanos autori-
tas 475.30
sibylla Erythrea cur
Phrigia dicta 21.4.2
sibylla Tarquinio Pri-
sco libros oraculorū
pro trecentis aureis of-
fert 18.42
sibyllæ Albunæ simu-
lachrum, tenēs in ma-
nu librū, inuenit 19.3
Cunæ libri à Roma-
nis occultantur 19.6

acrostichides 252.30.2
sibyllarum antiquitas
250.40.
sibyllæ quando interie-
rint 254. 5.1 quæ & un-
de dictæ, & quot nu-
mero 18.26. & 21.20.1
plures ne fuerint 476.
20.1
siderū motus quæ causa
extiterit 98.48 non a-
gendi uirtus, sed signi-
ficandi officium esse
122.23.1.
signa & prodigia ad cō-
stituēdam religionem
an sufficiant 107.162
sileni unde & qui dicti
sint 75.43.1
siler quid arboris sit, &
quid à salice differat 550
similares partes quæ di-
ctæ 16.29.1
simulachra non esse co-
lenda 147.30 horum
cultores à Lucilio po-
eta deridetur 77.25
singendorum prima
causa 88.7
smaragdus 541
socrates & Plato reges
Philosophorum 185.
20 ueram doctrinam re-
ligionem in carcerem
conijcitur 308.30 lau-
dat eo nomine quod
à rerum scrutinio ab-
stinuerit abscondita-
rum 194.10 stultitiæ
eiusdem, ibidem. eius
dæmoniū 139.30
carcer 91.36 & 93.30.1
dictum quo dicebat,
se nihil scire nisi hoc
unū quod nihil sciat,
unde natum sit 210.20
sol, luna, cœlum & reli-
quæ stellæ impiē pro-
dijs coluntur 97. per to-
tam eam & sequentem
paginam. cœlestis lu-
minis fons 123.18.1
maior

- maior terra 153. 10. 2
 eius usus 463. 5. eq. 539
 etymon 120. 14. & 331.
 5. 2. ortus triplex 535
 solidum 9. 2
 soliuaga bruta, & ciuilia
 200. 49. 2
 somniorum prodigioso
 rum exempla 105. 48
 diuisio 515
 somniās ne somnijs cre
 dat 158. 40
 sortis exemplum 53. 25
 spadones Aegyptiorū
 341. 40. 1
 spectaculis prorsus ab
 stinendum 371. 40
 spectacula sanguinaria
 cum uoluptate uidēs,
 homicidij se reum fa
 cit 370. 30
 spinæ dorsī usus 487. 30
 spiritus duo, dexter deo
 & sinister 109. 11
 spiritū Dei inter & no
 strum 237. 40
 splenis usus & officium
 506
 stancarus Mantuanus
 476. 5. 2
 stellarum figura 154. 10. 2
 sterculius Deus, qui ster
 corandi agri rationē
 primus inuenit 63. 12
 stoici reprehenduntur
 quod affectibus exue
 re hominē uoluerint
 360 per tot. eorum
 dogmata. 200. 20. 1 &
 349. 40. 2.
 straton Lampfacenus
 458. 10. 1
 stultitia quid sit 315. 5
 & 519
 stultos esse miseros 59.
 9. 2
 substitutioni quando lo
 cus 266. 20. 2
 suillæ carnis interdictio
 quid significet 257. 20
 summum bonū uerum
 est immortalitas 171.
 40. & 339. 16. inqui
 ritur 166. quod secun
 dum Euclidem 171. 30
 uarijs uariē constitu
 tum 160. 20. Refutan
 tur omnes eā opinio
 nes 162. 30
 summum bonum homi
 nis in religione esse
 167. 30
 superciliorū usus 494. 5
 superstitio quid 280. 20. 2
 superstitiosi qui dicti
 279. 5. & 30
 superstitiosa gentilium
 sacrificia taxant 329. 50
 surdus quis 273. 10
 sus & canis gulæ sym
 bola 165. 10. 1
 synodi Nicenæ encomi
 um 288. 30. 1
 T
 Templum pectoris hu
 mani ueris numini
 bus ornandū, nō tem
 plum lapideum 62. 25
 tempus quid 44. 11. 1
 temporis partes 125. 34
 temporum peruersitas,
 & qualia ultima futu
 ra 415. 40. & 420. tot.
 series diligenter Chri
 stiano consideranda
 224. 30.
 terminus Deus qualis
 fuerit 63. 17 de eodem
 ænigma 67. 40. 2
 terra à cœlo quātum di
 stet 122. 33. 1 eius usus
 462. 40 magnitudo 155
 30. 1 an moueatur ibid.
 filij qui dicti 37. 23
 terrā inter & cœlū 119. 34
 terram, flumina, fontes,
 mare, non esse Deos
 100. 30. & deinceps
 tertullianus 286. 5 dese
 rit Montanā hæresim
 283. 20. 1 præceptor Ar
 nobij 2. 5
 testamētum inter & fœ
 dus 265. 30. 2 citrap
 pellata sit uetus scri
 ptura sancta 264. 40
 Nouum inter & ue
 tus ibid.
 teucris profugiū 71. 40. 1
 thales Milesius 13. 11
 themiste fœmina Philo
 sophiæ incūbēs 205. 10
 theologiæ encomiū 4. 7
 theophilus temporum
 scriptor 84. 3 & 32. 1
 theopix quid 403. 30. 1
 thoth apud Aegyptios
 18. 5. 20. 17. 1
 thuris lachrymæ 542
 thymus quid & unde 405
 50. 1
 tibiæ ad fontem 178. 20. 1
 timor Dei an bonus 223.
 20. 1 quid operetur
 inter homines 462. 20
 timor quare nō cadat in
 Deum 466. 30.
 tityi uultus figura gehē
 næ 425. 10
 tractus quid significet
 535
 tragicæ historiæ repre
 henduntur 371. 30
 triphylia & Messania,
 eadem 40. 28. 2
 trismegistus cur appella
 tus 18. 9. 20. 4. 2. & 227.
 40. 1. Demiurgus di
 ctus 229. 10. 1
 trismegisti scientia sacro
 rum oraculorū 277. 40
 triumphus Christiano
 rum 551
 triumuirorum proscri
 ptio 97. 24. 2
 troiæ excidium quando
 acciderit 84. 15 inter &
 Mosen quātū tēpo
 ris intercurrerit 224. 30
 tropheum unde 554
 tutinus, Futinus, Muti
 nus 67. 1. 1
 tyana ciuitas 291. 10. 1
 tyberis unde appelletur
 42. 29. 2
 in ty-

- in tyberim de pōte Mil-
 uio præcipitandi ho-
 mines sacrificium à q̄
 uel institutū uel sub-
 latum 68. 20
 tyndarus Rex Lacedæ-
 moniorum 33. 14. 2
 tyrānos rectē à Prophe-
 tis bestias appellari
 302. 30
 tyrius color 545
 tyrus 391. 19. 2
 V
 Vadiani encomium 541
 valentinus hæresiarcha
 14. 32. 2
 ualētiniāna hæresis 283.
 30. 1 *προβολή* 233. 40. 1
 ualentiniani 459. 5. 1
 uarro quot annis ante
 Christum natū obie-
 rit 254. 5. 1 eius enco-
 mium 18. 23. & 20. 30. 2
 uena seminalis duplex
 in matibus 501 usus in
 corpore humano
 489. 40 ●
 uento quædam anima-
 lia concipere 240. 40
 uentorum usus 463. 20
 uenus ubi sepulta 31. 7. 2
 Cloatia 64. 32. 2 pecti-
 nem tenens 66. 39. 2.
 ueneris Caluræ ædes ex
 qua causa consecrata
 62. 37. Venus armata
 unde, ibid. lin. 40 stur-
 pra 55. 2
 uerbena herba qualis
 381. 20. 2
 uergilius reprehēditur
 quod Aeneam pium
 appellitet 301. 5. eundē
 nō longē à ueri Dei
 cognitione abfuisse
 12. 44
 uergiliū Pollio explicat
 432. 10. 1 eiusdē locus
 ambiguus 128. 40. 2
 ueritas ubi sit 94. 27
 ueritatis uis 12. 14 gradus
 444. 10. obtinendæ mo-
 dus 401. 10. 1. eius inqui-
 sitionē opibus & ho-
 norib. esse præponen-
 dam 3. 5 simplex ora-
 tio 149. 10 eiusdē poten-
 tia ibid. & 175. 40. 2
 uerres templorum spo-
 liator 95. 34.
 uesicæ usum uolucres
 non habent 500. 10
 uesta uirgo quid signif.
 43. 19 alini beneficio
 uirgo manet 69. 35
 uia, pro uiuendi ratione
 seu hæresi 7. 30
 uiam erroris esse speciē
 sapientiæ & uirtutis
 342. 5
 uictoria an belli finis sit
 368. 20. 2
 uigiliæ nocturnæ Chri-
 stianorum cur institu-
 tæ 422. 29
 uim ui repellere an lice-
 at 366. 40
 uimen acanthi 542
 uini primus inuētor 137.
 1 eius usus mulierib.
 interdictus 78. 31. 2
 uiolaria quid 549
 uiolarum genera ibid.
 uisera serpens 393. 5. 2
 uisera morsus uisera
 exusta sanat 463. 30
 uir unde appellatus 502
 uiro an liceat plures ha-
 bere uxores 376. 40
 uirilīs portio qd 107. 33. 1
 uirilibus litantes 69. 3
 uires corporis an bonū
 sint uel diuinū uel hu-
 manum 57. 47
 uirtus 57. 44. quid sit 213
 quid secundum Cic.
 209. 10. quid secundū
 Lactantium 317. 30
 duplex 59. 30. 1 ueri
 Dei cultus est 396. 40
 cur sub personā stul-
 titiæ celata sit 316. 30
 an præmio suo spolia-
 ri possit 316. 20
 nulla, uitijs sublati
 360. 10 ubi & quo-
 modo colenda sit 62
 10. sola cœlestē &
 perpetuum bonum
 254. 20
 uirtutis officium in quo
 consistat 164. 20
 uirtutem inter & scien-
 tiam 337. 40
 non esse summū bo-
 num 170. 10.
 non rectē à Philoso-
 phis definitam fuisse
 336. 30 non esse mer-
 cenariam 351. 40
 hanc sequitur pauper-
 tas 346. 30 esse sol-
 us hominis 403. 30. 2
 esse malam, nisi sit ui-
 ta æterna 430. 10
 uirtutum diuisio siue
πρόσθεσις 319. abusus
 358. 10.
 uirtutes in templis con-
 secrandas esse non re-
 ctē suasi Cic. 62. 2
 uisus quomodo forme-
 tur 402. 5
 uita præsens ab omnib.
 appetitur 172. 10 ex-
 temporalis 141. 12
 uita hominis duplex, &
 qualiter alterutra co-
 paretur 304. 10
 uitæ humanæ uitæ due
 520
 uitæ hominis terminus
 133. 6
 uitæ humanæ tri gene-
 ra 183. 5. & 201. 1
 uitis gemma & oculus
 549
 uitium lachrymæ 540
 uitia omnia esse tempo-
 ralia, uirtutem uerō
 perpetuam 403. 40
 horum in mundo ul-
 tus 296. 20
 uitiorum materia in af-
 fectibus, uirtutis in ui-
 tijs 310. 30
 uitreus

I N D E X.

vitreus orbis plenus aqua in sole, ignem accendit 455.40
 vitulus aureus in deserto, in memoriâ Apis Aegyptij Israelitâ rectus 235.20
 viues 297.5.1
 L. Vlnius 550
 vulpiani disputationum libri decem 304.10.1
 unctiois regalâ & sacerdotalis oleum ex quibus confectum 230.40.1
 uingendi hospites cõsuetudo familiaris ueteribus 230.40.2
 uoluntatem inter & cupiditatem 364.5
 uoluptas quid secundum Epicurum 161.20.2
 mortis fabricatrix 374.40
 uoluptates sensu quo modo coercendâ 521. & 522.
 uoluptatis sensus uni-

cus brutis est 370.10
 homini uerò quasi in finitus ibid.
 uoluptatē non esse summum bonum 179.5
 uorsuram soluere quid sit 116.4.2
 uox quid sit, & quomodo formetur 507
 uranus quibus locis & à quibus pro Deo cultus 51.14.1
 urbanus Regius 414.20.1
 de usura qui scripserint 368.52
 uterus foeminarum 501
 utilitas non cõiuncta iustitiâ 345.30
 utopia 535
 uuillichius 502
 uulcanus quis, eius epitheta & mythologia 44.8.2
 opera item & epitheta 59.50.2. & de inceptis
 Vuolsij & Castalionis de Chiliaistis iudiciũ

414.30.1
 uulgius interdũ plus sapere quàm Philosophos 157.20
 uultur Tityi figura gehennæ 425.10

X

Xerxes Græciæ tēpla conflagrauit 66.21.1
 xyftus Betul. præest prælo Frobeniano 67.12.2
 seipsum reprehendit 368.20.1. apoplecticus 480.20

Z

Zachariæ locus cap. 3. de Iesu Christo domino nostro explicatur 248.10.1
 zachariã inter & Christum dominũ tempus intercurrentis 247.5
 zenõ de Deo 13.26 eiusdẽ de Deo sententiã 17.20.1
 interitus 189.20.2
 zivus unde 36.8.1

F I N I S.

B A S I L E Æ,

PER HENRICVM PETRI, ANNO SALVTIS
 HVMANAE M. D. LXIII. MEN-
 SE MARTIO.

